mẽbra corporis sui, & fortè de illis dicit, qui fœminant in lacrymis, in gaudio metet, id est de infirmitatibus. Nõ enim in lacrymis fœminabat ille ignis Christi, ma- gnꝰ profecto, qui dicebat: Ego enim in umbra & tepus meæ relo- cationis iuitæ. Bonũ certamen cer- tauit, cursũ consummauit, fidẽ ser- uauit, de cætero mihi superest co- rona iustitiæ, quam de manu- lis: Superetq; inquit, mihi corona iustitiæ quã reddet mihi. Dns in illũ die iustus Iudex, quasi dicere- tur mihi mẽsẽ, cui me ipsum reddere impẽdo fœnerem. Hæc verba quanta intelligimus, fratres exul- tantis iustitiæ, non plorantis. Num- quid quando ista decebat in lacry- mis erat?

Lectio VI.

A Dinfirmos ergo referamus hæc verba, vt nec ipsi defpe- rent, si in lacrymis fœminauerint & si fœminauerunt in lacrymis, tandiu doloꝛ & ge- mitus extenderit ũsq; ad finẽ. Ve- rũtamen clarissimi, & ecquomo- do mihi videtur ad omnipoten- tem, quod dictum est, Qui se- minant in lacrymis, in gaudio metent: euntes ibant & flebant mittentes semina sua: Venien- tes autem venient cum exulta- tione portantes manipulos suos. Audite (si adiuuãte Domino ex- plicare potuero) quemadmodũ ad omnes pertineat. Intendite

mihi, & multi conuertentur ad me. Quid est, Seminant in lacrymis? Ecce quomodo seminant, qui in lacrymis seminant

fidem traxit. Bellouaci vbi Eccle
siam S. Stephani Protomartyris
(vt fertur) construxerat, à Va-
rio Præfecto multo pallus, Am-
biani, cuius primus Episcopus
fuisse dicitur, cum Christum li-
bera voce annuntiaße non defi-
stere, ab impiis raptus multis co
præssus, post varia tormen-
torum decollatione martyrium
sumpsit sexto primo Kalendas Octo-
bris: cuius corpus à fidelibus ho-
norifice sepultum est. Eius autem
dies festus Pompilonæ, vbi reli-
quias illius seruant, Nono
nis Iulij agitur. Tu autem Dñe,
Scripto S. Maximi Episc. in Na
tali SS. Oct. Adueni. & salue.

Lectio v.

VInerit S. licet vbique sint,
& omnibus proxime; specia-
liter illi tamen pro nobis intercedere
nitunt, qui & cupplicia pertulere
pro nobis: martyr enim cum pa-
tiuur, non sibi tantum patitur, sed
& ciuibus ad exemplum: sibi pa-
titur ad remunerationem, ciuibus ad salu-
tem. Exemplo enim eorum edi-
scimus in Christo credere; didi-
scimus cor irremediis vitam æter-
nam quærere, & mortem dilectam
non timere. Videte ergo quid
martyribus debeamus, in quo al-
ter Christus est, vt alius saluaretur;
alter caluit, vt alius viuificaretur;
alter agno[illegible]eratur mortem addi-
dit, vt alius vita posset esse æ-
terna: & ad postremum Sanctos oc-

cidere non est, quia ad Deum ire
festinant. Quid ergo mirum, si
martyres Christi, qui pro Deo
mori festinant, ad Deum ire
festinant? Quid

quida, vestis. Breuiario cum com-
mem. Octau.

In vesper. Cap. Oct. comme-
morat. postea S. Pij I. P. & mart.

XI. IVLII.

Quinta die infra Octau. oc-
tauum de Octau. cum comem.
S. Pij I. P. & mart.

In I. Nocturno legitur lectio-
nes de Scriptura occurrentis.

In I. Nocturno de sermone S.
Augustin. Epilogi. term. 45. de
Sanctis.

Lectio iij.

VTique infans quando nasci-
tur de angustijs vterj, in hu-
jus mundi latitudinem funditur,
de tenebris procedit ad lucem: &
tamen de tenebris venientes ad lu-
cem plorare potest, videre non
potest. Est enim vita ista: vt qua-
do gaudetur hic, time ne fallat:
quando hic ploratur, roga vt eua-
das: & transit tribulatio, & venit
tribulatio, & rident homines, &
plorant homines: & quando ri-
dent homines, plorant: & quando
plorat alius damnum suum, alius
plorat præfluram suam, quia in
carcere est conjiciendus. Plorat a-
lius quod amicum mortuum ali-
quem amiserit; ne hinc.
lius vnde? Primo de his omni-
bus, iuxta enim plorat veraciter,
non plorat sterliter, plorat pe-
nantes, plorat videtes, quia & qui
plorant de rebus vanis inaniter
plorant, & qui rident de rebus va
nis malo suo rident. Ille vbique
plorat, plus ergo ipse plorat.

Lectio v.

SEd venient cum exultatione
portantes manipulos suos, vi-
des ergo hominem in stum, cum
facit opus bonum, hilarem esse:
plane hilarescit, hilarem enim da-
torem diligit Deus. Quãdo enim
plorat, quando bona opera sua
orando commendat? Orationes
Sanctorum voluit commendare
Psalmus, Orationes peregrinan-
tium, Orationes in hac vita labo
rantium, Orationes amantium,
Orationes gementium, Oratio-
nes æternæ patriæ insprantium,
donec ea vita faciendum, qui nunc
in mœrore sunt constituti. Ete-
nim fratres mei, quandiu sumus
in corpore, peregrinamur à Do-
mino; non defiderat patriam pe-
regrinatio sine lacryma: si defide
ras quod non habes, sunde lacry-
mas: nam vnde dicturus es Deo,
eu tuo: Vnde dicturus es Deo, fa
ctæ sunt mihi lacrymæ panis die
ac nocte, panis mihi factæ sunt,
conflatæ sunt efurientem, pla-
cauerunt gementem.

Lectio vj.

FActæ sunt mihi lacrymæ meæ
panis die ac nocte. Vnde? dũ
dicitur mihi quotidie, vbi est
Deus tuus? Quis iustus nõ habuit
istas lacrymas? qui non habet, pe-
regrinum se esse non dolet. Qua
fronte ad patriam venit, qui non
absens suspirauit? Nonne nobis
quotidie dicitur vbi est Deus
tuus? Discite fratres mei, discite
de paucis esse, bene viuite, ambu
late viam Dei, & videte quia au-
distis, Vbi est Deus tuus? Fælices
eritis cum hoc audieritis; infæli-
ces, si dixeritis. Quando enim de-
fendimus fidem Christianam, &
respondetur nobis ecce prædica-
tur nobis vbique nomen Christi,
quare abundant mala? quid aliud
dicitur nisi, Vbi est Deus tuus?
qui audit, gemit, quia qui dicit,
perijt.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Euangelij secundùm
Ioannem.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo tempore, dixit Iesus di-
scipulis suis: Amen, amen dico
vobis, nisi granum frumenti ca-
dens in terram mortuum fuerit,
ipsum solum manet, & reliqua.

De homil. S. Ioannis Chryso-
stomi, homil. 65. in Ioan.

QVare ergo corporis resurre
ctionem negas, an nõ possi-
bilis est Deo? Quod dicere, sũ-
mæ amentiæ est: an non decet?
Quamobrẽ? vt corruptibile quod
& laboris est, & mortis particeps,
in præmijs communicet. Si enim
non decuisset, neque à principio
factum esset, nonne carnem ipse
accepit? quod acceperit, & ipsam
susciturit, audi quid dicat, infer
digitum tuum huc: & vide quia
spiritus ossa & neruos non habet.
Quare Lazarum suscitauit, si me-
lius fuisset sine corpore suscita-
re? Quid inter signa & beneficia
hoc annumerauit? Quid cibos
præbuit? Nolite, Dilectissimi, ab
hæreticis decipi, est enim resur-
rectio, est iudicium: hæc tollunt,
quicumque nolunt operum suo-
rum rationem reddere: etenim o-
portet resurrectionem talem es-
se, qualis fuit Christi.

Lectio viij.

PRimitiæ ille est, & primoge-
nitus mortuorum: sed dicent
resurrectio hoc est, animæ purifi
catio, & à peccatis mundatio.
Christus autẽ non peccauit, quo-
modo resurrexit? Quomodo nos
à maledictione liberati sumus, si
ipse peccauit? Quomodo dicit ve
nit Princeps mundi huius, & in
me non habet quicquam? hæc e-
nim non peccasse significãt. Igi-
tur secundum eorum sententiam,
aut non surrexit; aut si surrexit,
peccauit ante resurrectionẽ. Sed
sanè & surrexit, & peccatum nõ
fecit: igitur corpore surrexit: &
praua doctrina nihil aliud est,
quam inanis glorię filia. Hunc er
go morbum fugiamus, corrum-
punt bonos mores confabulatio-
nes malæ, non sunt hæc Apostolo-
rum Dogmata, fugiamus. Dile-
ctissimi: nihil prodest vita bo-
na cum praua doctrina



3. Bibianæ virg. & mart. (fuit heri) semid.
4. De Octau. semi. cõm. fer. & S. Barbaræ virg. & mart.
5. De Octau. semid. cõm fer. & S. Sabbæ Abb.
6. Nicolai Epis. & conf. semid. commem. Octau. & fer.
7. Ambrosij Epis. & conf. dup. comm. Octau. & fer.
8. Conceptio B. M. V. dupl. ma. com. Octau. & fer.
9. Octau. S. Franc. Xauer. dup. com. fer.
10. Leocadiæ virg. & mar. dup. com. fer. & S. Melchiadis Papæ & mart.

OFFICIA PROPRIA SANCTORVM POMPELONENSIS ECCLESIÆ.

XXII. IANVARII.

In festo SS. Vincẽtij & Anastasij mar. dup. Põp. In 2. ves. S. Agnetis. Cap. SS. Vincentij & Anastasij.

Si hoc festũ venerit in Dom. Septuag. transfertur in 1. diem nõ impeditam festo 9 lectionũ.

Omnia vt in Breuiario: sed dup. In 2. vesp. Cap. S. Ildephõsi Epis. & confes. Oratio.

EXaudi quæsumus Domine, preces nostras, quas in B. Ildephonsi Confessoris tui atque Pontificis solẽnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absoluat peccatis. Per Dominum.

Deinde 3t cõm. SS. Vincẽtij & Anastasij vt in Breuiario: postea S. Emerentianæ.

III. FEBRVARII.

In festo, S. Blasij Episcopi & mart. dup. Pomp.

Omnia dicuntur de Communi vnius martyris, præter ea quæ in Breuiario habentur propria. In primo nocturno leguntur lect. de scriptura occurrẽti, in secundo nocturno lectio quarta, vt in Breuiario, quinta & sexta. Triũphalis, de eodem communi.

In tertio nocturno homil. in Euãgel. Si quis vult venire post me. Et alia omnia de eod.

FERIA III. POST Octauam Paschæ.

Dedicatio Ecclesiæ S. Mariæ Pomp. dup. 1. clas. per totã Diœcesi. & in prædicta ciuitate cum octau. Dedicatio Eccl. est ipsamet consecratio facta ab Episco po. Titulus Eccles. est, à quo denominatur Ecclesia, puta S. Petri, S. Sebastiani, &c. Dedicatio autem dignius est quã S. Patro loci seu Titularis Ecclesiæ.

Pompelonẽsis Ecclesiæ. 5

Omnia dicuntur de Cõmuni Dedicationis Ecclesiæ ex Allel. in me Antiphonarij, ℣. ℟. & Pla-
Nocturni, dicitur sub 1. An-
cumque Nocturni in 3. Nocturn.
Allel. tollit cõtinuationem An-
cum Psalmo in die primo, & o-
mnibus diebus octauæ.

FERIA III. POST

In festo quæ quidem dup. om-
nia dicuntur de Cõmun. plurim.
mant præter orationem, quæ di-
citur vt infra.

Oratio.

PRopitiare quæsumus Domine,
nobis famulis tuis, per Sãcto-
rum tuorũ, quorũ reliquiæ in hac
continentur Ecclesia, merita glo
ria: vt eorum pia intercessione
ab omnibus semper protegamur
aduersis. Per Dominum nostrũ.

In 1. Nocturno Lect. de scripturã occurrenti. In 2. Nocturno. de Communi plurim. mar. In 3. Nocturno. hom. in Euangel. Defcendens Iesus de monte. Vt in eodem Communi.

XIIII. IVNII.

In Ecclesia matrici de Sãcto Exuperio Epis. & Conf. officiũ dupl. quia eius brachium in ipsa Ecclesia habetur, omnia de Cõmuni Confes. & Pont. Oratio.

a quæsumus. Et festum S. Basilij Epis. & Confes. transfertur in primam diem sequentem, nisi fuerit Dominica. Extra Eccle-
siam fit de S. Basilio, vt in Bre-

DISQVISITIONES MORALES, ET CANONICÆ,

IN QVIBVS,

MVLTÆ ADMODVM, AC SELECTÆ

Reſolutiones Practicæ, Tractatúſque non pauci, exactè pro vtroque Foro expenduntur: ſummo ſtudio dilucidantur.

OPVS SANE' PRÆSVLIBVS ECCLESIÆ,

Sæcularibus ac Regularibus, eorum vices gerentibus: Parochis, Confeſſariis Pœnitentibus, Iudicibus, & cauſarum Patronis, perutile.

SCRIBEBAT

M. F. PETRVS DE MVRGA

Æmilianenſis, Sacro ac perilluſtri, antiquitatéque celebri, Hyrachenſi Aſceterio, & eius almæ Vniuerſitati adſcriptus: Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ indignus Monachus.

TOMVS PRIMVS



LVGDVNI,

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXVI.

CVM APPROB. ET PERMISSV SVPERIOR

A/1.407



ERRATA IN PRIMO TOMO EMENDANDA.

Pag.col.lin.	Errata.	Sic corrige.
45. 1.03.	poſt:opponuntur:adde.	limita , ſi in Bulla cænæ cõtẽta nõ ſint, neć Epo. reſeruata.
49.2.59.	quod mihi habet	quod nihil habet.
50.2.06.	etiam ſi tutus	etiam ſi caſus.
2.10.	fuiſſe dictum	fuiſſe delictum.
59.2.01.	poſt: loci ſacri: adde:	gaudet
113.1.32.	in ea expreſſa	in ea non expreſſa.
118.1.34.	& Trid: lench.	& Trullench.
128.2.14.	Dominus	Domibus.
140.1.27.	hæc ſcientia	hæc ſententia
1:62.	poſt: Doctores: adde:	citatos.
162.1.07.	ſeu quod non.	ſeu quod rem.
1.20.	euocationem	enodationem;
184.1.54.	Præmiſſeram	Præmiſſam.
190.1.03.	contraxit	conſtruxit
9.2.31.	propter Nationes	propter rationes.
3.1.50.	Sacramento	Sarmiento.
4.2.22.	& præfandum	& præſtandum.
5.1.19.	id eſt.	id æs
217.1.55.	poſſet inducere	dele inducere.
221.1.66.	queſt. 19.	quæſt. 17.
222.1.38.	ipſis inutilis	ipſis invitis.
229.1.41.	ſequi poteſt	exequi poteſt.
235.2.34.	ex conſecratione	ex conſtructione.
2.63.	nec ius procuraret.	nèc eius procuraret.
241.2.63.	Calicem auferret.	Calicèm offerret.
245.1.49.	requiritur	relinquitur.
247.2.05.	Rauerinatum.	Rauenatum.
266.1.31.	poſt: fundamento: adde.	Caſus ab Abbate reſeruatos, nõ eſſe pro Nouitijs reſeruatos, dele ly: non,
273.2.01.	quando non	alias prioris.
289.2.18.	alias prioris.	Regulares non poſſe.
292.1.43.	Regulas non poſſe.	ſub Leone X.
295.2.49.	ſub Leone V.	Rauennatum.
314.1.23	Racunnatum	in nouella.
324.1.49.	in non nulla.	mutandi illud, ſed opus eſt animo,
332.1.15.	poſt: animo: adde.	lege ſolicitudinis.
340.2.20.	in parte ſolitudinis.	diem clauſerit.
346.1.25	dum clauſerit	et ex facto.
360.1.14.	et eſt facto	vile vel carum.
369.2.17.	vtile, vel earum	ſeu feciſſe.
370.1.35.	ſeu fuiſſe.	1663.
378.2.16.	1693.	

FEE DE ERRATAS DEL PADRE DOMINGO DE Caſanova, de la Compañia de IESVS.

POR mandado del Real, y Supremo Conſejo deſte Reyno de Navarra he viſto las impreſsiones de los dos tomos del muy Reverendo Padre Maeſtro Fray Pedro de Murga, de la Eſclarecida Orden de San Benito, intitulados: *Diſquiſitiones Morales, & Canonicæ*. Y con eſta correccion de ſus erratas, concuerdan con ſu original, que eſtà yà viſto, y aprobado. En Pamplona, à 15. de Noviembre de 1666. En eſte Colegio de la Compañia de IESVS.

Domingo de Caſanova.

LICENCIA, TASSA, Y PRIVILEGIO DEL REAL, Y Supremo Conſejo de Navarra.

YO Ioſef Martinez Secretario de el Real, y Supremo Conſejo de eſte Reyno de Navarra, doy fee, que por parte del Padre M.Fr.Pedro de Murga, Monje de la Orden de S.Benito,profeſſo en el Real Monaſterio de Hyrache, y ſu Procurador General, ſe preſentaron en el dicho Conſejo dos libros, que avia compueſto,y intitulados:*Diſquiſiciones Morales, y Canonicas*, pidiendo ſe le concediera licencia para que ſe pudieran imprimir dichos dos libros. Y aviendolos remitido al Padre Domingo de Caſanova, Religioſo de la Compañia de IESVS, para que los viera,diò ſu aprobacion: Y preſentada en el dicho Conſejo,ſe le concediò licencia al dicho Padre Maeſtro Murga para que ſe imprimieran los dichos libros,con que deſpues de impreſſos ſe preſentaran en el dicho Conſejo. Y aviendolos preſentado en èl, ſe bolvieron à remitir al dicho Padre Caſanova, para que viera ſi concordavan con los originales. Y aviendolos viſto con las erratas, que hallò preſentadas en el Conſejo, el dicho P.M.Murga pidiò ſe le taſſara cada pliego de dichos libros, y que ſe le concediera privilegio,por el tiempo que al Conſejo pareciera. Y viſto por el Conſejo,ſe le taſsò por aora,por cada pliego, à ſeis maravedis de plata,en cõſideracion de averſe hecho la impreſsion en el Reyno de Francia, por dos vezes,y que al dicho precio los vendiera. Y le concediò aſsi bien privilegio, para que por tiempo de diez años pueda imprimir, y vender los dichos libros; con prohibicion,que otra ninguna perſona los pueda imprimir, ni vender ſin ſu licencia, durante el dicho tiempo, ſo las penas que eſtàn impueſtas contra los que vſan de privilegios que no les tocan, como todo lo dicho conſta, y parece de los autos,que quedan en mi Oficio. Y firmè en la dicha Ciudad de Pamplona, à diez y ſeis de Noviembre,de mil ſeiſcientos ſeſenta y ſeis.

Ioſef Martinez Secretario.



Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Principi,

D. D. Fr. IOANNI EMMANVELI DE ESPINOSA,

OLIM CONGREGATIONIS BENEDICTINÆ Hiſpano-Anglicæ dignissimo Generali, poſteà Vrgellenſi Epiſcopo, nunc Archipræſuli, Dominóque Tarraconenſi, Catholicæ Majeſtatis Conſiliario, &c.

DISQVISITIONES, non MORALES ſolùm, ſed CANONICAS, principiis ſacræ Theologiæ, & vtriuſque Iuris innixas, clariſſimo nomini Tuo libenter ſiſto, ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME PRINCEPS. Neque enim aliò recurrendum cenſui pro felici auſpicio, ac protectione Operis noſtri, Benedictinus Monachus, quàm ad communem, & laudatiſſimum olim eiuſdem Religionis parentem. Nec Benedictinæ Hyrachenſis Academiæ Alumnus, niſi ad fauſtam eiuſdem Academiæ prolem, quæ ab ipsâ literariam progeniem, & prima Sapientiæ incunabula acceperit. Nec deniquè celebrem, latiſſimúmque de *Sepulturis* Tractatum fas fuit, niſi *Religioſo, & Eccleſiaſtico* Principi nuncupare. Quippe *Sepulturæ* locus quamuis in agro, vel luco, aut

fundo, adhuc iuxta Ethnicos, *ſacer*, & religioſus cenſebatur. Sic apud Virgilium 8. *Æneidos* celebratur *lucus Religione ſacer.* Et ſeruius *ſupra eiuſdem librum tertium* rationem aſſignat. dicens: *Lucus a Virgilio nunquam ponitur ſine Religione; quia ibi habitant Lares viales, animæ Heroum, & piorum.* Quare in os cadaueris ſepulti immittebatur gleba, vt fundus, vel ager *Religioſus* initiaretur. Sic enim tradit Oſualdus *ad Donellum*, *lib.4. cap 1. litera J.* ex Cicerone 2. *de Legibus*, & Forcatulo, *Dialogo 1.num 5.* Addit Hiſpaniæ Salomon, & omniſcius Alphonſus Toſtatus *in cap. Geneſis 23.* aliquid ampliùs per hæc verba: *Quando in aliquo fundo aliquis mortuus, eſt ſepultus, non ſolùm locus ſepulchri, ſtrictè accipiendo locum, ſacer eſt, ſed etiam totus fundus.* Immò & ripas fluminum ex ſolâ alicuius cadaueris humanatione, ac ſepulturâ, ſacras, religioſaſque appellari ſolitas, teſtatur Pindarus, *Odis 1. Olymp.* Philoſtrat. *in Heroïcis*, Valer. 5. Argonaut. aliique. Quomodò ergo DISQVISITIONES noſtræ non cenſeantur *Religioſæ*, & *Sacræ*, cùm de humatione, exequiis, & *Sepulturis* pleniſſimè tractent? Aut cui alteri, quàm ſacro, & Religioſo Principi deſtinentur? Et verò hæc communia viderentur, ſi de *Sepulturis* in vniuerſum ageremus, provt in quolibet loco aperiri ſolitis, ſiue profano, ſiue ſacro; ſeu pro Ethnicorum, ſeu fidelium tumulandis corporibus. Sed tamen in tam amplam meſſem non immittimus falcem: nec de profanis ſepulchris agimus, quæ extruere ſolebant Gentiles in paludibus, apud Arrianum *lib.7.* in Lapidum aceruo, apud Diodorum Siculum *lib.8.* in Arboribus, iuxta Olaum, *lib.16. cap.37.* in Cella vinaria, iuxta Iouium *lib.26.* in Cœnaculis, apud Reinoldum *lib.5. de Bello Moſcouiæ*, in Columnis, apud Alexandrum ab Alexandro, *lib.3. cap 2.* in Sterquilinio, apud Strabonem *lib.6.* Immò in niue & glacie iuxta eundem Alexandrum. Solùm itaque ſermo noſter eſt de ſacris Sepulturis, id eſt, deputatis ad Fidelium corpora tumulanda in loco religioſo, aut Deo dicato: quales ſunt Eccleſiæ, Cœmeteria, Eremitoria, Capellæ, &c. Quamuis occaſione huius materiæ per Theologiæ Moralis præcipuas difficultates diuagemur, plurimáque in vtroque Foro quotidiè diſcuſſa, pleraque etiam ſingularia, & ſpeciali notâ digna, præſertim circa Regularium Priuilegia, ex profeſſo diſcutiamus. Ea omnia, qualiacumque ſint ſub nominis Tui inſcriptione in lucem prodeunt; quia maiorem à nullo alio mutuare valent. Siue enim ad generis Nobilitatem, ſiue ad Heroïcam Virtutem, ſiue ad Religionis apicem, ſiue ad Eccleſiaſticæ Hierarchiæ altitudinem iniiciam oculos, omnia hæc in Te vno feliciter aggregantur. De Nobilitate, aliquid, etſi leuiter dicere propoſui animo; ſeriem tamen ſuperſedeo progenitorum præclariſſimæ, & apud omnia Hiſpaniæ Regna, notiſſimæ EMMANVELIVM familiæ texere, ne maximam modeſtiam, & ſummam humilitatem TVÆ ILLVSTRISSIMÆ, ET REVERENDISSIMÆ DOMINATIONIS contriſtem. Non enim igno-

Virgil. Seruius.
Oſualdus. Cicero. Forcatul. Abulenſis.
Pindarus. Philoſtr. Valer.
Arrianus. Diodor. Olaüs. Iouius. Reinold. Alexand. Strabo.

ro, ſed potiùs experientiâ edoctus ſcio, Te, magnâ, ex huiuſmodi recenſione triſtitiâ affici, & tantâ quidem, quantâ è contrario ſolent ignobiles affici, quoties ſuæ agnationis obſcuritas, in lucem publicam prodit. Liceat tamen dicere, non leue eidem EMMANVELIVM ſtirpis ornamentum acceſſiſſe, quòd eiuſdem agnominis Heros, Hiſpali natus, in magno familiæ Tuæ ſplendore, atque opulentiâ, cum R.P. Magiſtro Fr. LVDOVICO EMMANVELE, Fratre Tuo, & Parente (heu quondàm!) noſtro, Benedictinum Ordinem illuſtraueris. NOVIT Lalætania, quàm prudentem, pacificum, ac vigilem Abbatem in Te olim habuerit inſigne Sanctuarium D. VIRGINIS MONTIS-SERRATI, cui iure, meritóque præfuiſti. NOVIT Hiſpania fidem Tuam in Regem Catholicum, dum pro obedientia, & ſubiectione tenaci erga ipſum, vidit Te Monaſterio pulſum, exulémque, quaſi Paſtorem cum ouibus creditis per aliena paſcua vagantem. NOVIT & Religio Noſtra obſeruantiam Tuam, egregiáſque animi dotes, quibus proindè ſupremum Clauum, & Generalitiam curam demandauit. NOVIT Rex ipſe PHILIPPVS IV. qui Te, nihil de ampliori gradu cogitantem, Vrgellenſi Eccleſiæ præfecit, grauiſſima negotia circa CONCORDIAM, & PACEM HISPANIÆ cum GALLIA commiſit, demúmque in Tarraconenſem Archiepiſcopatum euexit. Nouimus deniquè omnes comitatem, benignitatem, & dulcedinem Tuam, quâ vicinos, & abſentes in amorem rapis. Nec mirum, ſi amabiles iſtæ dotes in pectore Tuo permaneant, quas à primis vnguiculis in omni ſtatu, & fortunâ fouiſti, ac perſeueranter ſeruaſti. Neque enim quotquot Te olim Generalem nouimus, obliuiſci valemus, pietatem illam, manſuetudinem illam, & quaſi materna vbera ad omnes in communi Religionis Parente. Ergo qualecumque hoc munuſculum, & multorum dierum vigilias ſuſcipe, ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME PRINCEPS, cui longæuam canitiem, æternamque felicitatem precamur. Pompeiopoli xvj. Kalendas Octobris, Anno à Virgineo partu. M. DC. LXV.

ILLVSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINATIONIS TVÆ

Seruus ac Filius

M. Fr. PETRVS DE MVRGA.

LEGENTI.

OCTO *ab hinc annis*, BENIGNE, ET AMICE LECTOR, *in publicam exiuit lucem Liber à me elaboratus*, Quæſtiones Paſtorales de iure, & poteſtate Parochi Eccleſiarum vnitarum *inſcriptus*, *in quo, tanquàm vnum ex iuribus Parochi, materiam iſtorum duorum Voluminum, nimis breuiter abſolui, immò veriùs tetigi*, parte 3. quæſt. 7. *quia id ſtylus, quem ibi fui ſequutus, & non aliud exigebat. Quia tamen materia illa* de Sepulturis, *frequentiſſima Parochis eſt, & quàm plurimis quotidianis difficultatibus plena, ſtylum, pro perfectiori Parochi inſtitutione, innouare decreui. Non enim ſat Eccleſiarum præfectis eſt, non ignorare ius ſuum eſſe, Parochianorum ſuorum cadauera Eccleſiaſticæ tradere Sepulturæ; ſed debent omnia ſcire, quæ ad hoc munus ritè, rectéque obeundum neceſſaria ſunt. Et ſi non omnium ſcientiâ polleant; debent tamen de his quæ neſciunt, dubitare, & veritatem inquirere diligenter, vel libros, vel viros doctos conſulendo, ne ignorantia illis culpabilis ſit, turpe enim valdè vnicuique eſt ignorare ius in quo verſatur. In duplici iſto Volumine, ni fallor, ferè omnes, quæ Parochis offerri ſolent, difficultates, & quæ ſparſim à quàm plurimis tanguntur Doctoribus, excito, & quâ potui diligentiâ dilucido, ac quâ ingeniolo meo claritate licuit, enodo, vt his meis laboribus fulti, valeant Curati, non ſolùm in hac parte, ſed in quàm plurimis aliis: vti ex copioſiſſimis vtriuſque Tomi Repertoriis, manifeſtè apparet, ſuo muneri, officióque facere ſatis. Difficultates excito, ac reſoluo, & illarum Deciſiones fulcire decreui Iuribus, & copioſiſſimo Doctorum numero, qui in rebus Moralibus, ac Canonicis valdè plauſibilis, & fundamentalis eſt, & etiam rationibus. Quia tamen, non rarò, tàm iura, quàm Doctores ab aliquibus, abſque illorum allegantur inſpectione, & hâc fortè de causâ, minùs fideliter, iura ipſa, & Authorum doctrinas ad amuſſim frequentiſſimè reddo. Ignaui enim hominis eſt, riuulos plerumquè turbidos conſectari, auidè ſequi, cùm fontes ipſos limpidiſſimos mediocri labore adire, & guſtare poſſit. Infideles etiam certè ſunt Authores, qui aliorum ſententias ſine delectu recenſent, quos ipſimet non legerunt, ſed vel ex dictis, vel ex Voluminibus aliorum, ſæpiúſque fide minùs bonâ collegerunt. Vndè frequenter inueniuntur opiniones, turbatim ab Authoribus receptæ, quæ vniûs, aut alteriûs ſolùm authoritati innitantur, & falſæ, vel ſaltem minùs probabiles deprehendantur. Et aliquas tanquàm communes, maiores ſunt noſtri ſunt ſequuti, quas Neoterici Doctores, ob fundamentorum defectum, improbant. Hâc de causâ, & vt mihi credatur, ſtylum præfatum ſcribendi elegi. Ad id enim Scribentes tenemur, iuxta doctrinam Secaciæ*, de Apellationibus, quæſt. 17. limit. 4. ſub num. 7. verſic. Priuſquàm, *dicentis:* quia etſi nobis liceat ex alienis ſcriptis componere „noſtra, immò vt nobis credatur, ad id teneamur; *adhibito tamen modo, quem tradit* „*Seneca*, Epiſt. 85. lib. 12. *dum ait: Nos quoquè apes debemus imitari, & quæcumque ex di-* „*uerſa lectione congeſimus, ſeparare; meliùs enim diſtincta ſeruantur, deindè adhibitâ inge-* „*nij noſtri curâ, & facultate, in vnum ſaporem varia illa libamenta confundere, vt etiamſi* „*apparuerit, vndè ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm vndè ſumptum eſt, appareat: quod* „*in corpore noſtro videmus ſine vlla opera noſtra facere Naturam: alimenta quæ accepimus,* „*quando in ſua qualitate perdurant, & ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt; at cum ex eo,* „*quod erant mutata ſunt, tunc demum in vires, & in ſanguinem tranſeunt. Idem in his,* „*quibus aluntur ingenia, præſtemus, vt quæcumque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne* „*aliena ſint, ſed concoquamus, illa, &c. Ita enim doctrinis aliorum vtor, vt integræ illæ remaneant, nec alicui oneri eſſe valeant, ſed illas ita concoquam, vt meum ac piorum alantur ingenia. Tu igitur* STVDIOSISSIME, ET CHARISSIME LECTOR, *quod reliquum eſt, noſtris feliciter lucubrationibus vtere; lætâ labores noſtros ſuſcipe fronte; ac in bonam partem, operam, quam communi, & publicâ impendimus causâ, vt aſſoles, accipe. Vale, & apud* DEVM OPTIMVM, MAXIMVM *mihi ſuperſtiti, & vitâ functo, precibus faue tuis.*

APPRO

Approbatio R. P. M. F. Joſeph Saenz de Aquirre, in Vniuerſitate Hyrachenſi, olim, & nunc in Salmanticenſi, Sacræ Theologiæ publico Profeſſore.

TOMVM Primum *Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum ad Titulum de Sepulturis ſpectantium*, à Reuerendo P. Magiſtro Fr. PETRO DE MVRGA, compoſitum, iuſſu Reuerendiſſimi P. N. M. Fr. RVDESINDI DE MVXICA. Generalis Congregationis Benedictinæ in Hiſpania, & Anglia, ac Regij Concionatoris, attentè vidi, & penitiùs introſpexi. Exiſtimare poſſem ex libri fronte nihil præter Moralem, & Theologicam diſciplinam in eo contineri; & quidem ad funera ſola ſpectantem: vtpotè Opus à viro Theologo elaboratum, & de *Sepulturis* inſcriptum. Sed tamen evoluto libri progreſſu, reſeratiſque tumulis inueni quod de Imperatoribus Mexicanis, ac Principibus Peruanis Recentiores Hiſtoriographi produnt, & inter eos Franciſcus Gomara, & Ioſephus Acoſta: nempè in magnis cryptis & fornicibus ſepeliri ſolitos: ſimúlque cum ipſis in monumenta inferri conſueuiſſe ingentem auri & argenti copiam. Idem de priſcis Regibus inter Gentiles teſtatur Kirchmannus Lobecenſis; & (quod miraberis forſan) Ioſephus de ſepulchro Dauidis & Salomonis: adeò vt affirmet Hyrcanum tria millia talentorum ex ſolo Dauidis monumento percepiſſe. Vndè & apud magnum Caſiodorum Theodoricus Italiæ Rex Annæ Comiti inquiſitionem demandat contra Præsbyterum quemdam theſauros in ſepulchris ſcrutantem. Ita planè in hoc Opere, cui de *Sepulturis* inſcriptio eſt, ingens diuitiarum pondus inueni: aurum probatiſſimum è mineralibus Theologiæ laborioſo ligone effoſſum; Sacrorum Canonum purum argentum; pretioſum Iuriſprudentiæ æs. Non hîc cenotaphia; in quibus nihil præter inſcriptionem, & marmor: Non buſta, quibus phantaſticæ promittantur opes, vt de ſepulchro Nitocris Reginæ Babyloniorum refert Herodotus, ac de Semiramide Plutarchus & Stobœus. Nam illo aperto Darius nullam inuenit pecuniam, ſed ſolùm hæc verba in marmore exarata: *Niſi malus fuiſſes homo, & pecuniæ inſatiabilis, nunquàm ſanè loculos mortuorum inuaſiſſes.* Sed neque ſepulchra in hoc & ſequenti Volumine inuenientur foris dealbata, intùs autem plena oſſibus. Id enim Phariſæis Synagogæ Doctoribus Chriſtus Dominus exprobrauit, tanquàm phylacteria in fronte, pietatem in vultu oſtendentibus; cùm tamen iniuſtitiam & ſuperbiam, id eſt, oſſaria ſolùm, recluderent in penetralibus cordis. Longè aliter huius Operis Author, qui ſub humili titulo, deprimente elatioris montis ſupercilium, ſub puluereâ facie, diuitias ſapientiæ, & infatigabilis ſtudij opes diſſimulat; ac plus exequitur, quàm promittit. Stylus facilis, & ſimplex eſt, qualis Theologum & Canoniſtam decet, plus de veritate curantem, quàm de lenocinio, & politurâ ſermonis. Allegationes Textuum & Doctorum non modò fideles ſunt, ſed pro fidelitate vindices. Sæpè enim ab aliis Græcâ, aut (quod putamus) nimiâ fide citatos, quia non in ipſo fonte conſultos, ſed aliundè veluti gregatim exſcriptos, in legitimum reuocat ſenſum, aut omninò amandat, tanquàm intempeſtiuos. Quod vtinam perpenderent multi ex Recentioribus: qui tranſcriptis aliorum variis allegationibus ſine delectu, paginas onerant; & infideliter citatis Textibus, aut Doctoribus, hoc ſolùm voluiſſe videntur, vt opinionibus, vel potiùs phantaſiis ſuis, pondus ex defenſorum numero adderent, vel excogitarent, *ad ſua deſideria coaceruantes ſibi magiſtros*, pernicioſo planè inuento. Quàm longè ab eiuſmodi næuo ſit præſens Opus, palàm erit legenti, ac textus Sacrorum Canonum, & teſtimonia Doctorum eum ipſis Codicibus conferenti. Nec tamen in hoc Primo Volumine quieſcit Author, quamuis alicui videri poſſit exhauſtam reliquiſſe materiam. Adhuc enim plura de eodem argumento meditatur, & præ manibus habet *Secundum Tomum*, in quo liberaliùs, copioſiùs, & profundiùs effodit ſepulchra. Hîc tamen fundamenta iecit, ad praxim ſpectantia, pro magni ædificij mole, & grandioris operis, vt loquar Tertullianicè, paraturâ. Nihil in toto Volumine inueni cenſurâ dignum, ſed elogiis Authoris, quæ calamo liberiùs permitterem ſi non cenſorem, ſed Panegyriſtam agerem. Ita cenſui in Vniuerſitate Hyrachenſi Regni Nauarræ, quinto Idûs Aprilis, anno Domini cIↃ. IↃc. LXV.

Gomara, in Gener. Hiſt. Indiar. à cap. 123.
Acoſta l. 5. Hiſt. Ind. cap. 8.
Kirchmã. l. 3. de Funer. Rom. c. 24.
Ioſephus. l. 7. Ant. cap. 12. & l. 13. c. 16.
Caſſio. l. 4. Var. epiſt. 18.
Herodotus lib. 1. n. 187.
Plutarch. in Apoph. thegm.
Stobœus in Eglogis Sermone 10.

MAGISTER Fr. IOSEPHVS SAENZ DE AGVIRRE.

Facultas Reuerendiſſimi Generalis.

NOs M. F. Rvdesindvs Mvxica Generalis Congregationis Sancti Benedicti in Hiſpania, & Anglia, Concionatórque Regiæ Maieſtatis, &c. per præſentes litteras facultatem, & licentiam concedimus Reuerendo Patri Magiſtro F. P. de Mvrga, vt librum *Diſquiſitionum Moralium, & Canonicarum ad titulum de Sepulturis ſpectantium*, à ſe compoſitum, & elaboratum, typis mandare poſſit: ſiquidem ex noſtra authoritate, peritorum hominum noſtræ Congregationis iudicio, approbatur, & Opus vtile cenſetur. Datum in Noſtro Regali Monaſterio Sancti Benedicti Valliſoletani, die quintâ Menſis Aprilis, Anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi quinti.

Generalis Sancti Benedicti.

De mandato Reuerendiſſimi Patris Noſtri Generalis.

Fr. ANTONIVS MASSEDA.

Approbatio R. P. M. F. Ioannis de Valcazar, Vniuerſitatis Hyrachenſis Regentis, & Primariæ Sacræ Theologiæ Cathedræ Moderatoris.

EX præſcripto Reuerendi admodùm P. Magiſtri F. Ildephonsi de Neyla, Regalis Monaſterij de Sancta Maria, & Ciuitatis Najarenſis, locorúmque ſibi ſubditorum Abbatis, & Ordinarij; nec non Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis Capellani Maioris, in Sanctæ Crucis Capella Regia: Opus hoc de *Diſquiſitionibus Moralibus, & Canonicis* inſcriptum, & ſummo opere laborioſum, potiùs admiratione, quàm inquiſitione perlegi. In illo, eius Authorem, Reuerendum ſcilicet P. Magiſtrum F.P. de Mvrga, Benedictinæ noſtræ familiæ eximium filium, tanquàm apem argumentoſam contemplor; ſicut enim hæc è diuerſarum frugiferarum arborum vernantibus floribus medullam ſugens, ſauum mellis, miro modo componit; ſic Author præclariſſimus, ex floridioribus Theologorum, & Canoniſtarum viridariis, floſculos hos in vnum collegit, eos omnis ſaporis ſuauitate inuenies redundantes. Dulcedinem intellectualem, quâ mentes legentium voluptuosè allicit, geſtant. Nihil in eis contra ſolidam doctrinam reperies; dulcificum totum, & totum conſonum vero ſenſui guſtabis. Ergo luci donentur, quæ lucem ſibi poſcunt. Sic libens affirmo in hac alma, & Regali Vniuerſitate Hyrachenſi, die vigeſimâ octauâ Menſis Martij, Anno à partu Virgineo, milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo quinto.

M. F. IOANNES DE VALCAZAR.

Facultas

Facultas Ordinarij.

NOs el Maeſtro Fray Alonſo de Neyla Abbad de Najara, Iuez Ordinario en ella, y en todos los Lugares ſujetos a ſu Abbadia, Capellan Mayor de ſu Mageſtad en la Capilla de Santa Cruz de dicha Ciudad, &c. Hauiendo viſto la approbacion del Padre Maeſtro Fray Ioan de Valcazar, Regente de la Vniuerſidad de Hyrache, del primer Tomo de las *Diſquiſiciones Canonicas, y Morales*, que compuſo el Padre Maeſtro F. PEDRO DE MVRGA, Monge de nueſtra Congregacion de San Benito de Eſpaña, y ſubdito nueſtro, por las preſentes le damos licencia para que le pueda imprimir, y por lo que a Nos toca, le imprima. Dadas en Najara, en nueſtro Real Monaſterio de Santa Maria la Real, de dicha Ciudad, y firmadas de nueſtro nombre, ſignadas, y refrendadas del infra ſcripto Notario publico de nueſtra Abbadia, a ocho dias del mes de Abril, de mil, y ſeiſcientos y ſeſenta y cinco años.

EL MAESTRO FRAY. ALONSO DE NEYLA
Abbad de Najara, y Iuez Ordinario.

Por mandado de ſu R.ma y ante mi.

Diego Ocon de Lumbreras.

Approbatio R. admodùm Patris Magiſtri Dominici de Caſanoua, Societatis IESV, in Pompilonenſi Collegio, præſtantiſſimi Sacræ Theologiæ Profeſſoris.

DE mandato Regij, ac Supremi Senatûs Regni Nauarræ, perlegi, & quidem iucundè, *Diſquiſitiones Morales, ac Canonicas*, Reuerendi admodùm Patris MAGISTRI F. P. DE MVRGA Æmilianenſis, ex inclyta Benedictina Familia, duo in Volumina diuiſas. Nec verò in eis quicquam reperi Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus repugnans; quin & Author de arcendis à ſacro Tumulo à Fide alienis, aliiſque iuſſa, cenſuráſve Eccleſiæ aſpernantibus, pro Fide, ac pietate ſapienter diſſerit: moréſque ſimul vt inſtruat, enodandis conſcientiæ nodis, vtiliter inſudat. Acceſſionem inſuper facit haud leuem pietatis, ac cultûs, tùm Eccleſiaſticis Sepulchris, tùm & interdùm rebus aliis Sacris. Quapropter nec horrida dehinc erunt Sepulchra, nec mœroris, ac tenebrarum ſedes. Illuſtrant enim ea, amœnant, ac ditant *Diſquiſitiones* iſtæ ſplendidæ, iucundæ, ac ſimul opulentæ. Micant ſcilicet facili, ac clarâ methodo: florent verò eruditionis amœnitate, appoſitè adſcitis quæſtionibus aliis, veluti parérgis variegatæ. Diteſcunt tandem ſoliditate doctrinæ, theſauríſque Sapientiæ, ac ſcientiæ Religionis. Ideò haud ineptè Siracidis verba hùc referam. *In theſauris Sapientiæ, intellectus, & ſcientiæ Religioſitas.* Diſquiſitiones enim iſtæ, ſunt theſauri Sapientiæ, ſpirántque ſimul hæc Sepulchra, Religionis ſcientiam. Arcent quippè profanos, veræ Religionis, ac pietatis exortes; patent verò ſacro, ac hilari ſinu, iis, qui Deo immori profitentur. Quamobrem Opus cenſeo planè dignum, quod in publicam lucem prodeat, Reipublicæ Litterariæ, magnæ abs dubio vtilitati futurum. In hoc Collegio Societatis IESV Pompiloninſi, die 15. Octobris, Anno 1665.

Eccleſiaſtiti, cap. 1.

DOMINICVS DE CASANOVA.

Appro

Approbatio Doctoris Sorbonici.

EGo infrà ſcriptus Doctor Theologus Pariſienſis, R. P. DE MVRGA *Benedictini Monachi Æmilianenſis de Cœmeteriis, eorum Inſtitutione ac Sepulturis, Diſquiſitiones Morales & Canonicas, Tomos complectentes duos*, accuratè & maximâ cum attentione legi, cúmque in eis nihil quod fidei aduerſetur, repertum ſit, prælo ſubiici, & in lucem edi vetat nihil. Actum Lugduni die 17. Aprilis 1666.

Fr. IOAN. ROBE' Ord. Prædic.

Licentia Ordinarij.

VIſâ Approbatione, imprimatur Lugduni die vigeſima-primâ Aprilis milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſexto.

DE NEVF-VILLE, *Vic. Generalis.*

Conſenſus Procuratoris Regij.

VIſis ſuprà ſcriptis Approbationibus pro Rege do manus vt imprimatur. Datum Lugduni die 21. Aprilis 1666.

GALLIAD.

PERMISSIO.

FIat conformiter Concluſionibus Procuratoris Regij. Datum Lugduni die 25. Maij 1666.

DE SEVE.

INDEX

INDEX
TRACTATVVM, DISQVISITIONVM, Dubiorum, Sectionum, ac Paragraphorum, in hoc primo Tomo contentorum.

TRACTATVS PRIMVS.

De Cœmeterio, & de eius Constitutione.

DISQVISITIO I. *QVID sit Cœmeterium?* pagina 1

DISQVISIT. II. *Quid ad constitutionem requiratur Cœmeterij, & quis illud constituere queat?* p. 3

DISQ. III. *An Prælati Regulares Cœmeteriũ construere, & benedicere valeant?* p. 5

DVBIVM I. Incidens. *An Abbates Congregationis S. Benedicti Hispaniæ, propria ex authoritate, nulla præhabita venia Dominorum Episcoporum, Diœcesanorum, licitè Missas Pontificales celebrare, & alia Pontificalia exercere possint, non solùm in Ecclesiis in suis Monasteriis existentibus, sed etiam in omnibus suis annexis, & in eorum singulis, siue Prioratus sint, Grangiæ, Ecclesiæ Parochiales, per Clericos etiam sæculares deseruitæ, dummodò ad mensam vnitæ sint Monasteriis, in Capellis, & in aliis locis ad Monasteria pertinentibus?* p. 15

§. 1. Supponuntur aliqua notabilia pro dubij resolutione. ibid.

§. 2. Quæsito respondetur proposito. p. 25

DVB. II. Incidens. *An Abbates vsum Pontificalium habentes, illa exercere valeant extra Ecclesias eis subiectas, in Monasteriis exemptis, & in Diœcesi qualibet, de licentia Diœcesani, & Prælati Monasterij respectiuè?* p. 28

DVB. III. Incidens. *An Abbates Benedictini habentes vsum Mitræ, & Baculi, possint vbique, sine Diœcesani, aut alterius licentia, Missam celebrare priuatam, cum Cruce Pectorali, Annulo, Stola hinc inde demissa, assumendo Manipulum dicta Confessione, dicendo:* Pax vobis, *& ter in fine benedicendo, cum versiculis:* Sit nomen Domini benedictum? &c. p. 29

DISQ. IV. *Abbates Benedictini, & alij Pontificalium vsum habentes, poterúntne ea, qua Episcopi solemnitate, in Pontificali Romano, pro Cœmeterij solemni benedictione præscripta, sua Cœmeteria benedicere, & consecrare?* p. 33

DISQ. V. *An Abbates aquâ ab Episcopo benedictâ, pro Ecclesiarum Oratoriorum, Cœmeteriorumque consecratione, aut benedictione, seu reconciliatione indigeant?* p. 34

DISQ. VI. *An Prælati Regulares, Pontificalium vsum non habentes, possint benedicere Ecclesias, Cœmeteria, &c. Pontificalis Romani solemnitate, & ritu?* p. 36

DISQ. VII. *An Cœmeteria, & loca, pro Sepulturis designata Fidelium, immunitate, gaudeant Ecclesiæ?* ibid.

TRACTATVS II.

De Cœmeterij, & loci sacri exsacratione, & pollutione: de reconciliatione, & reconciliatione eorundem.

Præludium. p. 38

§. 1. NOnnulla notabilia, & scitu digna recensentur. ibid.

§. 2. Exponuntur voces *Famosum, Manifestum, Notorium, Occultum, & Publicum?* p. 45

DISQVISITIO I.

De Homicidio.

AN per homicidium in loco sacro perpetratum censeatur ille pollutus? p. 52

DVBIVM I. *An locus Sacer per homicidium in eo ineffuso sanguine patratum, pollutus censeatur?* p. 53

DVB. II. *An polluatur locus Sacer per homicidium Sancti, & Martyris in eo factum?* p. 54

DVB.

Index Tract. Diſquiſit. &c.

Dvb. III. *An Homicidium in loco Sacro, ex ſententia Iudicis aliàs iuſtè factum, illum polluat?* ibid.

Dvb. IV. *An quando quis vſu rationis præditus, & ſanæ mentis, irato animo ſe quouis modo occidit in loco ſacro, iſte pollutus cenſeatur?* p.55

Dvb. V. *An locus polluatur Sacer quando quis per furorem, inſaniam, ebrietatem, aliámve cauſam, rationem præuenientem, ſeipſum, vel alium occidat?* p.56

Dvb. VI. *An per Homicidium Pagani, Hæretici, Iudæi, aut excommunicati in loco factum ſacro, iſte pollutus cenſeatur?* p.57

Dvb. VII. *An Homicidium non volitum in ſe, ſed in cauſa, dando ſcilicet operam rei illicitæ factum, locum ſacrum polluat?* ibid.

Dvb. VIII. *An locus Sacer pollutus cenſeatur per Homicidium in eo factum ab eo, qui extra illum exiſtit?* p.58

Dvb. IX. *An pollutus cenſeatur locus Sacer, quando in eo exiſtens, extra illum exiſtentem occidit?* ibid.

Dvb. X. *An immunitate gaudeat Eccleſiæ qui in ea exiſtens, extra illum exiſtentem occidit?* p.59

Dvb. XI. *An ex Homicidio ad ſui defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ facto in loco ſacro, pollutus iſte cenſeatur?* p.60

Dvb. XII. Incidens. *In quo moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtat?* p.61

Dvb. XIII. *An pollutus cenſeatur locus Sacer ex qualibet percuſſione in eo facta, ex qua extra illum mors ſequatur?* p.62

Dvb. XIV. *An per Homicidium factum ſuper tectum loci ſacri, ſupter locum ipſum, in ſpecu, aut in pariete illius exteriori, pollutus ille cenſeatur?* p.63

Dvb. XV. *An pollutus cenſeatur locus Sacer, ſi quis extra eum percuſſus intra ipſum moriatur?* ibid.

Dvb. XVI. *Aa polluatur locus Sacer per mortem illatam in vim ſententiæ in eo per Iudicem latæ?* p.64

Dvb. XVII. *An per mortem alteri animali, quàm homini in loco ſacro illatam, pollutus ille ſit?* ibid.

DISQVISITIO II,

De humani ſanguinis effuſione.

An humani ſanguinis effuſio in loco ſacro facta, illum polluat? p.65

Dvbivm I. *An locus ſacer polluatur per effuſionem naturalem ſanguinis ab ore, vel naribus exeuntis?* p.69

Dvb. II. *An emiſſio ſanguinis in loco ſacro, ſanitatis cauſâ, illum polluat?* ib.d.

Dvb. III. *An locus Sacer pollutus cenſeat, ur per effuſionem ſanguinis ex percuſſione caſuali?* ibid.

Dvb. IV. *An polluatur locus Sacer per ſanguinis effuſionem ex ludo, aut ioco?* p.70

Dvb. V. *An effuſio ſanguinis in loco ſacro ex repræſentationibus ſacris in eo factis cauſata, illum polluat?* p.71

Dvb. VI. *An pollutus cenſeatur locus Sacer per effuſionem ſanguinis in eo ſequutam ex repræſentationibus profanis inibi factis?* ibid.

Dvb. VII. *An per effuſionem ſanguinis ex naribus, vel auricula propter non leuem percuſſionem in ratione iniuriæ, & peccati mortalis, leuem tamen in ratione percuſſionis in loco ſacro factam, pollutus iſte cenſeatur?* p.72

Dvb. VIII. *An per effuſionem ſanguinis ex vulnere in loco ſacro facto ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, pollutus ille cenſeatur?* ibid.

Dvb. IX. *An effuſio ſanguinis hominis mortui in loco ſacro, ab inimico cauſata per vulnus illi illatum, locum illum polluat?* p.73

Dvb. X. *An pollutus cenſeatur locus ſacer, per ſanguinem ſponte ſua è vulneribus occiſi, præſente occiſore exeuntem?* p.74

Dvb. XI. *An pollutus cenſeri debeat locus ſacer, in quo graue vulnus fuit alicui illatum, ſi ſanguis, non ibi, ſed extra è vulnere fluxerit?* ibid.

Dvb. XII. *An polluatur locus ſacer ex graui percuſſione iniuriosá, & mortali, etiamſi ſanguis non cadat in terram?* p.76

Dvb. XIII. *An locus polluatur ſacer, ſi ſententia ſanguinis in eo lata, extra illum executioni mandetur?* ibid.

Dvb. XIV. *An per effuſionem ſanguinis Martyrii in loco ſacro factam, pollutus iſte cenſeatur?* ibid.

Dvb. XV. *An per ſanguinis effuſionem in loco ſacro, ex percuſſione iaculo facta ab eo, qui extra illum exiſtit, pollutus ille cenſendus ſit?* p.77

Dvb. XVI. *An pollutus cenſeatur locus ſacer, quando quis ſe in eo irato animo ita vulnerat, vt ſanguis ex vulnere fluat?* ibid.

Dvb. XVII. *An polluatur locus ſacer per effuſionem ſanguinis hominis pagani, Hæretici, Iudæi, & excommunicati?* p.78

Dvb. XVIII. *An per effuſionem ſanguinis in loco ſacro factam, ex ſententia Iudicis, aliàs iuſta, pollutus ille cenſeatur?* p.79

Dvb. XIX. *An per effuſionem ſanguinis ſuper tectum loci ſacri, vel ſubter, aut in pariete exteriori factam, locus pollutus cenſeatur?* p.89

Dvb.

Index Tract. Diſquiſit. &c.

DVB. XX. *An mulierum menſtruæ in loco fluentia ſacro, illum polluat?* ibid.

DVB. XXI. *An locus ſacer polluatur per percuſſiones graues in eo factas, ſed citra mortem, & ſanguinis effuſionem?* p.80

DISQVISITIO III.

De humani ſeminis effuſione.

AN effuſio in loco ſacro facta, illam polluat? p.81

DVBIVM I. *An per ſeminis animalis irrationalis effuſionem, locus ſacer pollutus reddatur?* p.83

II. *An locus ſacer pollutus cenſeatur per effuſionem ſeminis humani in ſomnis?* p.84

III. *An pollutio in ſe inuoluntaria, pollutionem loco ſacro inducat?* p.85

IV. *An inducatur pollutio loco ſacro, effuſionem ſeminis ex infirmitate prouenientem?* ibid.

V. *An pollutus reddatur locus ſacer, per effuſionem ſeminis illius, qui mentis compos non eſt?* p.86

VI. *An per effuſionem ſeminis, quam Confeſſarius inuitus audiendo Confeßionem patitur, locus ſacer polluatur?* ibid.

VII. *An pollutus cenſeatur locus ſacer per ſeminis effuſionem, ſi ad terram non cadat?* p.87

VIII. *An polluatur locus ſacer, ſi luxurioſus actus in eo fiat, emiſſio autem ſeminis extra illum conſumetur?* p.88

IX. *An per effuſionem ſeminis ſupra tectum loci ſacri factam, infra pauimentum, & in externis illius parietibus, illum polluat?* ibid.

X. *An per coniugalem actum in loco ſacro factum, pollutus iſte cenſeatur?* p.89

DISQVISITIO IV.

De humatione humani cadaueris.

AN per illam locus polluatur ſacer? p.92

DVB. I. *An per humationem excommunicati locus polluatur ſacer, ſi excommunicatio non ſit* Canonis. Si quis ſuadenti Diabolo, *aut per Iudicem denunciata?* p.94

II. *An locus Sacer polluatur humato excommunicato per Iudicem denunciato, & appoſito in tabella?* p.95

III. *An per ſepulturam Hæretici notorij, ſed non denunciati excommunicati, locus ſacer polluatur?* p.96

IV. *An per Pagani ſepulturam locus Sacer pollutus cenſeatur?* p.97

V. *An per humationem infantis fidelium filij non baptizati, locus ſacer in quo tumulatur, polluatur?* ibid.

VI. *An per ſepulturam infantis in ventre matris Chriſtianæ mortui, & cum ea ſepulti, locus ſacer pollutus cenſeatur?* p.99

VII. *An per Cathecumeni ſepulturam, locus polluatur?* ibid.

DISQVISITIO V.

De Conſecratione, ac Benedictione Eccleſiæ per excommunicatum factis.

AN pollutus cenſeatur locus ſacer ſi per excommunicatum non toleratum conſecretur, aut benedicatur? p.100

§. 1. Prima refertur ſententia. ibid.

2. Secunda ſententia recenſetur, & pro concluſione ſtatuitur. p.101

3. Improbatur Alterij aſſertum, & noſtrum probatur. p.102

4. Obiectiones pro aduerſariis proponuntur, & fundamentaliter diluuntur; ſoluuntur. p.103

5. Sententiæ noſtræ probatio continuatur. p.111

6. Eneruatur primæ ſententiæ fundamentum. p.113

7. Explicatur diuerſitas Baſilicæ, & Eccleſiæ. ibid.

DISQVISITIO VI.

De exſacratione loci ſacri, per eius commotionem.

An commotio, & euerſio parietum loci ſacri illum exſecret? p.115

DISQVISITIO VII.

De pollutione Capellæ; Altaris, Ambonis; Chori; Confeſſionarij; Sedis; Sepulchri; Menianæ, verbo *Columna*; Propylæi, ſeu Portici, qui eſt ante Eccleſiam; Portæ ipſius Eccleſiæ; Scalæ iſtius; Sacriſtiæ; Cubiculi Eccleſiæ, vulgo *Tribuna*; Turris campanarum; Cryptæ vulgo *Cueua*; ac Tecti.

An polluta Eccleſia, polluta cenſeantur, quæ in Diſquiſitionis recenſentur titulo, Capellæ, altaria, &c. & an iſtorum quolibet polluto, polluta cenſeatur Eccleſia? p.120

DISQVISITIO VIII.

De Cœmeteriorum pollutione.

AN *polluta Eccleſia, pollutum cenſeatur Cœmeterium, & è contra: & vbi plura Cœmeteria ſunt, an vno polluto reliqua polluta cenſeantur?* p.125

DVBIVM VNICVM. *Si actio pollutionem inducens, in porta duobus Cœmeteriis communi fiat, quodnam polluetur illorum?* p.126

DISQVISITIO IX.

Incidens. De altarium exſacratione.

QVomodò *exſacrentur altaria tam fixa, quàm mobilia?* p.127

§. 1. De altari immobili. p.133

2. De altari mobili. p.134

DISQVISITIO X.

Incidens. De Calicis, & Patenæ exſacratione.

QVomodo *Calix, & Patena exſacrentur?* p.137

DISQV. XI. *De reconciliatione loci ſacri, & de eius reconſecratione.* p.143

TRACTATVS III.

De Sepulturâ, & de eius loco.

Proœmium.

VAria recenſentur Sepulturæ nomina. p.148

DISQVISITIO I. *Quid ſit Sepultura, & quotuplex?* p.151

DISQV. II. *Quid ſit Eccleſiaſticæ Sepulturæ locus?* p.152

DISQV. III. *An tempore perantiquo intra Eccleſiam licuerit fidelium cadauera tumulari: & an liceat hodie, intra cuiuslibet Eccleſiæ ambitum illa ſepelire?* ibidem.

TRACTATVS IV.

De iure Sepulchrorum, & Sepulturarum.

Præludium. p.158

DISQVISITIO I. QUænam *Sepulchrorum, & Sepulturarum iura ſint?* p.162

II. *Penes quem reſideat ius Sepulchrorum, & Sepulturarum, quod Dominium directum, & proprietatis illarum ſit? & penes quem ſimile ſit Dominium ſedium in Eccleſia, & Cœmeterio exiſtentium?* p.166

III. *Quis habeat ius in re Sepulchrorum, & Sepulturarum, prout eſt Dominium vſus earum?* p.169

IV. *An ius, & Dominium vſusfructus Sepulchri, & Sepulturæ, & idem eſt de iure Capellæ, acquiri queat per emptionem, abſque ſimoniæ labe?* p.175

V. *An Dominium vſus Capellarum, Sepulchrorum, & Sepulturarum, ſeu ius in illis, à priuatis, maximè à laicis, acquiri poſſit perſonis, per conſtructionem, aut reædificationem illorum?* p.182

DVB. VNIC. *An Capella, aut Sepultura conſtructa ab Epiſcopo in ſua Eccleſia, aut alibi, pertineat ad Eccleſiam ipſam, quoad Dominium vtile, an vero ad Epiſcopi conſanguineos, aut ad illius hæredes?* p.188

VI. *An hæredes, Dominium vtile Sepulturæ acquirant?* p.196

VII. *An ſubſtituti, ſeu hæredes poſt primum hæredem, in quolibet gradu inſtituti, in Sepulchri ſuccedant Dominium, & ius?* p.199

VIII. *An hæres Fideicommiſſarius, ſuccedat in ius, & Dominium vtile Sepulchri teſtatoris?* p.205

IX. *Dominium vſus Sepulchri Familiaris, ad quos pertineat?* p.206

X. *An legato acquiri poſſit Dominium vtile Sepulchri?* p.210

XI. *An Patronus Eccleſiæ, vel Capellæ, ſimul cum Eccleſiæ, aut Capellæ Patronatu, Dominium vtile Sepulturæ acquirat, priuatiuè quoad alios?* p.212

XII. *An Dominium vtile, & ius Sepulchri, priuilegio transferatur?* p.213

XIII. *An Dominium vtile Sepulchri vendi poſſit, aut donari cum vniuerſitate bonorum?* p.224

XIV. *An Dominium vtile Sepulchri transferatur in locatione perpetua vniuerſitatis bonorum, in conceſſione illorum in Feudum, Emphyteuſim, & rectam?* pagin. 217

XV. *An in donatione vniuerſali bonorum cauſa dotis, ius Sepulchri transferatur?* pagin. 218

XVI. *An in publicatione bonorum, quibuſuis Sepulchri annexum eſt, hoc cum illis transferatur.* p.219

XVII. *An ſequeſter bonorum, quibus ius Sepulchri eſt annexum, illo vti poſſit?* p.220

XVIII. *An*

XVIII. *An Curator bonorum iacentium, iure Sepulchri Hæreditarij illis annexi vti poſſit mortuos inferendo?* p.221
XIX. *An vſufructuarius bonorum, quibus ius Sepulchri adhæret Hæreditarij, illo vti queat?* p.222
XX. *An ius, & Dominium vtile Sepulchri, præſcriptione poſſit acquiri?* ibid.
XXI. *An bonorum poſſeſſor, ſuccedat in iure Sepulchri, quod eſt illis annexum?* pagin.224
XXII. *An per Maiorum illationem, & inſignia, ſeu Arma Familiæ in Sepulchro appoſita, illius dominium vtile cenſeatur acquiſitum?* ibid.
XXIII. *An in caſibus in quibus ius Sepulchri, & ius patronatus tranſeunt cum vniuerſitate bonorum, Epiſcopi requiratur conſenſus?* p.225
XXIV. *An obtenta executoria Iudicis laici contra bona debitoris habentis ius Sepulchri, vel ius patronatus Eccleſiarum, Capellarum, & huiuſmodi, poßint hæc iura ſicut alia bona exequi?* p.226

TRACTATVS V.

De Sepulchrorum conſtructione.

DIS Q. I. *SI Teſtator fieri mandat Sepulchrũ in determinato loco, ſub aliqua pœna, & Epiſcopus ibi fieri non permittit, merebatũrne illam mandatarius?* pagina 230
II. *Si Teſtator fieri Sepulchrum mandat, & vbi fieri debeat non declarat, ſi hæredes diſcordent, vbi conſtrui debeat?* pagiu.231
III. *An Epiſcopus compellere poßit ad perficiendum Sepulchrum, eum, qui illud conſtruere, & facere incœpit?* p.232
IV. *Promiſit quis Sepulchrum conſtruere, poteritne ad illud conſtruendum compelli?* p.233
V. *An ad conſtruendum Sepulchrum in Eccleſia Patronata, Patroni requiratur conſenſus?* p.235
VI. *An pro Sepulchri conſtructione, bona fideicommiſſo ſubiecta, alienari poßint* pagin.236
VII. *An Epiſcopus bona habens patrimonalia, Sepulchrum ſibi conſtruere poßit, Eccleſiæ expenſis?* p.237
VIII. *An teneat conuentio, vt non poßit emptor, in loco empto Sepulchrum conſtruere?* p.238
IX. *An vniuerſitas in caſu neceßitatis, cogi poßit ab Epiſcopo ad conſtruendum Sepulturæ locum?* p.240
X. *Teſtator mandauit fieri Sepulchrum per hæredem ſuum, mortuo hærede abſque Sepulchri conſtructione, tenebiturne illud hæredis hæres conſtruere?* p.241
XI. *Legauit quis determinatam pecuniæ ſummam pro conſtruendo Sepulchro, ſub forma ab eo præſcripta, inſufficientem tamen ad illud perficiendum: poteritne illa quantitas in Sepulchrum minus ſumptuoſum, de Epiſcopi conuerti authoritate?* p.242
XII. *An conſtrui debeat Sepulchrum, quod Teſtator conſtrui mandauit in teſtamento imperfecto?* p.244
XIII. *An poßit meretrix, de bonis turpiter acquiſitis, Sepulchrum conſtruere?* pagina 247

TRACTATVS VI.

De iis, qui Sepulturas concedere poſſint.

DIS Q. I. *AN Epiſcopus ius habeat concedendi facultatem conſtruendi Sepulchra in Eccleſiis ſuæ ſubiectis iuriſdictioni?* p.249
II. *An Prælati Regulares poßint, propria ex authoritate concedere facultatem conſtruendi Sepulchra in Eccleſiis ſuæ ſubiectis iuriſdictioni?* p.251
III. *An Abbas, aut alter habens Monaſterium vel Eccleſiam in commendam temporalem, poßit concedere facultatem conſtruendi in illa Sepulchra?* p.252
IV. *An Canonici habeant facultatem concedendi licentiam ad conſtruenda Sepulchra?* p.253
V. *An Epiſcopus, & Capitulum Sede vacante, concedere poßint Sepulturas in Eccleſiis, Monaſteriis exemptis, annexis?* p.254

TRACTATVS VII.

De facultate eligendi Eccleſiaſticam Sepulturam.

SECTIO I.

De libertate in communi eligendi Sepulturam.

DIS Q. I. *QVinam ſint, qui in genere facultatem habeant eligendi Eccleſiaſticam Sepulturam?* p.256
II. *An electio Sepulturæ ſemel, aut pluries fa-*

Index Tract. Disquisit. &c.

DVB. I. *Si Pater, & Auus in vna sint Sepultura tumulati, & reliqui ascendentes in alia, in quanam illarum Filius sepelietur:* p. 322

II. *Si Pater in vna iaceat Sepultura, & Auus in alia, siue solus, siue cum ascendentibus aliis, in qua illarum sepelietur Filius?* p. 323

III. *Si Pater, & Mater habent Sepulturas Maiorum suorum, in quanam illarum Filius sepelietur?* p. 324

IV. *An Filius naturalis illegitimus sepeliendus in Sepultura Patris, & suorum Maiorum sit, si inelecta decedat Sepultura?* p. 325

V. *An Filius superstite Patre, absque electione Sepulturæ decedat, eritne in Aui Sepultura tumulandus?* ibid.

VI. *Decedens absque Sepulturæ electione, & absque eo, quod Maiores illam habeant, habet tamen illam Frater secundum carnem, estne in illa tumulandus?* p. 326

VII. *An Pater, aut Auus absque Sepulturæ electione decedens, vel sine Sepultura Maiorum suorum, debeat in Filij, aut Nepotis Sepultura tumulari?* pagina 327

VIII. *Decessit quis habens Maiorum Sepulturam, aliqua inelecta, poteritne ille ad quem cura funeris illius spectat, eligere in Ecclesia Parochiali sepelire?* p. 328

IX. *Quomodo probetur Sepulturam Familiarem, aut Hæreditariam esse?* ibidem.

DISQ. II. *Quænam Ecclesia Parochialis vnicuique propria censeatur, ad effectum Ecclesiasticæ Sepulturæ?* p. 330

SECTIO I.

De Domicilio, & Habitatione.

DVBIVM I. *AN Habitatio, & Domicilium aliquem constituant Parochianum loci Habitationis, aut Domicilij, ad effectum, vt in eo tumuletur si inelecta decedat Sepultura?* p. 331

II. *Suscipit quis Habitationem in aliquo loco, pro aliquo breui tempore vnde commodè reuertere non valet ad suscipienda Sacramenta ad locum suæ Parochiæ, censebiturne propria Parochia, quoad Sacramenta, & Sepulturam, illa ad quam locus nouæ illius Habitationis non notabilis pertinet?* p. 336

III. *Habet quis Domicilium, aut Habitationem diuisam, partim in vno loco, & partim in alio; quando iste moriatur, in quanam illorum locorum Ecclesia, tanquam in propria illius Parochia sepeliendus est?* ibid.

IV. *Si quis Domicilium, aut Habitationem habet in confinio duarum Parochiarum, ad quam illarum tanquam Parochianus pertinebit?* p. 338

V. *Aduenæ, & Hospites in Ciuitate, aut Castro hospitium habentes, & Peregrini, si inelecta Sepultura decedant, aut absque Maiorum suorum Sepultura, vbi tumulari debent?* ibid.

SECTIO II.

De propria Parochia personarum diuersorum statuum, ac Dignitatum.

DVB. VI. *QVænam censeatur, & sit Summi Pontificis Parochialis Ecclesia, vt in ea tumulari debeat, si inelecta decedat Sepultura, & absque Maiorum suorum Sepulchro?* pagina 339

VII. *Quænam censeatur propria Cardinalium, quoad Sepulturam, Parochialis Ecclesia?* p. 342

VIII. *Quænam censeatur, quoad Sepulturam, Nuntiorum Apostolicorum propria Parochialis Ecclesia?* p. 344

IX. *Quænam censeantur Ecclesiæ Parochiales Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum, & Episcoporum ad effectum Sepulturæ?* ibid.

X. *Quænam censeatur Parochialis Ecclesia Coadiutoris Episcopi?* p. 346

XI. *Quænam sit Parochialis Ecclesia Abbatum, & aliorum Prælatorum secularium, iurisdictionem quasi Episcopalem habentium?* ibid.

XII. *Priores, Præpositi, & Decani Ecclesiarum Collegiatarum, quamnam habeant Parochialem Ecclesiam ad effectum Sepulturæ?* p. 347

XIII. *Parochi, & Ecclesiarum Rectores, si absque electione decedant Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum, vbi sepeliendi?* p. 348

DVB. XIV. *Si Rector duas habeat, ex dispensatione, Parochiales Ecclesias, seu vnam Parochialem, & Canonicatum in Cathedrali, quænam illarum erit propria Parochialis ad effectum Sepulturæ?* ibidem.

XV. *Si*

Index Tract. Disquisit. &c.

XV. *Si quis habens Parochialem Ecclesiam vnitam accessoriè suæ dignitati, Canonicatui, vel Præbendæ, quænam censebitur illi propria Parochialis, ad Sepulturam, si obierit absque electione illius, & absque Sepultura Maiorum?* p.349

XVI. *Qualis censeatur Ecclesia Parochialis Commendatarij, in qua debeat tumulari, si inelecta decesserit Sepultura & sine Sepultura Maiorum?* p.350

XVII. *Vicarius perpetuus Ecclesiæ Parochialis, quamnam habeat pro Parochiali propria, quo ad Sepulturam?* ibid.

XVIII. *Canonici tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Ecclesiarum, in qua debeant Ecclesia tumulari, tanquam in Parochiali sua?* ibid.

XIX. *Beneficiarius, in qua Ecclesia debeat sepeliri, tanquam in Parochiali sua, si decedat absque Sepulturæ electione, & sine Sepultura Maiorum?* p.351

XX. *Adiutor Canonici, & Beneficiarij, in quanam Ecclesia sepeliri debeat, tanquam in propria Parochia?* ibid.

XXI. *An Ecclesia, in qua Capellanus amouibilis, pro certo salario, in diuinis inseruit, censeatur eius Parochialis, quoad Sepulturam?* ibid.

XXII. *An Ecclesia, cui Capellanus perpetuus deseruit, censeatur eius Parochialis?* ibid.

XXIII. *Clerici, qui Beneficium non habent, nec alicui Ecclesiæ sunt addicti, quamnam habeant pro propria Parochiali, in qua sepeliri debeant, si moriantur, sine electione Sepulturæ, & absque Sepultura Maiorum?* p.352

XXIV. *Eremitæ, qui Religionem aliquam non profitentur, quam habeant Parochialem Ecclesiam pro Sepultura?* ibid.

XXV. *Confratrum, quænam sit Parochialis Ecclesia ad effectum Sepulturæ?* p.353

XXVI. *Doctores Vniuersitatum, Scholaris, & cæteri alij in studio, aut alio in loco moram trahentes, quamnam habeant pro Parochiali Ecclesiam?* p.354

XXVII. *Quænam censeatur propria Parochialis Ecclesia Imperatorum, Regum, & aliorum supremorum Principum ad effectum Sepulturæ?* ibid.

XXVIII. *Quænam censeatur propria Parochialis infantium expositorum, ad effectum Sepulturæ?* ibid.

XXIX. *Quænam censeatur Parochialis Ecclesia, in qua debeant tumulari mulieres, quæ in aliquibus solent recludi regionibus?* p.345

XXX. *Quam habeant pro Parochiali Ecclesia, quoad Sepulturam, relegati, ac confinati?* ibid.

XXXI. *Quænam censeatur propria Parochialis, vxoris decedentis absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum, viuente marito?* p.356

XXXII. *Si vxor per maritum decedat sine electione Sepulturæ, in quanam Ecclesia tumulari debeat?* p.357

XXXIII. *An vxor adulterio accusata, in Sepultura mariti debeat tumulari?* p.358

XXXIV. *An vxor à marito proditoriè occisa, quæ nequit eligere sibi Sepulturam, debeat in mariti Sepultura tumulari?* p.359

XXXV. *An maritus inelecta decedens Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum, tumulari debeat in vxoris Sepulchro, an vero in Parochiali sua Ecclesia?* p.360

TRACTATVS IX.

De expensis, & sumptibus Funerum.

SECTIO I.

De expensis Funeris in communi.

§. 1. SVpponuntur aliqua pro præsenti materia necessaria. p.361

2. De moderatione, à Prælato Ecclesiæ pro expensis Funerum statuenda. p.362

3. Quod Funerum sumptus, debeant ante omnia deduci. ibid.

4. Quod Funerum sumptus, ad hæredes pertineant. p.363

5. Quod non sit obediendum ei, qui mandauit, ne suum sepeliatur cadauer eo, quo decet honore, & sumptibus Funeralibus. ibid.

6. Quod Funus, Sepultura, & vtriusque sumptus, impediri non possunt propter defuncti debita. p.364

SECTIO II.

De expensis Funerum in particulari.

§. 1. DE Funeralibus Summi Pontificis. p.365

2. De Funeralibus Cardinalis legati. p.366

3. De Funeralibus Cardinalis non legati. ibid.

4. De Funeralibus nuntij Apostolici. ibid.

5. De Funeralibus Visitatoris Apostolici. p.367

6. De Funeralibus Collectoris Apostolici. ibid.

7. De Funeralibus Patriarcharum, Primamatuum,

matuum, Archiepiscoporum, & Episcoporum. ibid.
8. De Funeralibus Prælati inferioris. p.368
9. De Funeralibus Præpositorum Collegiatarum Ecclesiarum. p.469
10. De Funeralibus Canonicorum Cathedralium,& Collegiatarum Ecclesiarum, ibid.
11. De Funeralibus Parochorum. p.370
12. De Funeralibus Beneficiariorum, & eorum coadiutorum. p.371
13. De Funeralibus Capellanorum. ibid.
14. De Commendatarij Funeralibus. p.372
15. De Religiosorum professorum Funeralibus. ibid.
16. De nouitiorum Funeralibus. p.373
17. De filiorum Funeralibus. p.374
18. De expensis Funeris patris. p.375
19. De expensis Funeris vxoris. ibid.
20. De pauperum Funeralibus. p.376
21. De Funeralibus seruorum. ibid.
22. De Canonica portione. ibid.

DECISIONES.

Sacræ Romanæ Rotæ, quæ per extensum positæ, ad comprobanda multa in Opere isto dicta, præstò sunt. p.358. & sequentibus.

DEclarationibus Sacræ Congregationis Concilij, nullam fidem esse adibendam in iudicio, vel extra, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Sacræ Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint, eadem Sacra Congregatio ex speciali Sanctissimi Domini Nostri Vrbani, Diuina prouidentia Papæ Octaui iussu mandauit, & præcepit. Romæ, die 2. Augusti, 1631. & Consilium S. Generalis Inquisitionis cum huiusmodi Declaratione posse liberè, & licitè à quoquam vendi, & retineri permittit.

R. P.

R. P. Fr. PETRI

DE MVRGA

BENEDICTINI

Monachi Æmilianenſis,

DISQVISITIONVM MORALIVM, ET CANONIC.

TOMVS PRIMVS.

TRACTATVS PRIMVS.

DE COEMETERIO, ET EIVS CONSTITVTIONE.

Vide Concilium 6.

DISQVISITIO I.

Quid ſit Cœmeterium?

BREVIARIVM.

Cœmeterium.

Cœmeterium antiquitùs occupauit 40. *paſſus per circuitum maioris Eccleſiæ, &* 30. *per minoris Eccleſiæ, & Capellæ circuitum.*n.1.

Ferè omnes Eccleſiæ Cœmeterium extra exteriores ipſarum parietes, pro fidelium habent Sepulturâ, quod immunitate, & priuilegiis Eccleſiæ gaudet, n.1.2.& 3.

*Cœmeterium, locus eſt ab Epiſcopo ad Sepulturam fidelium deſtinatus, & benedictus,*n.11.

Non indiget conſecratione, ſed benedictione, ſicut nec Eccleſia, prout Baſilica, n.12.

Sepultura.

In primitiua Eccleſia locus fuit ab Eccleſia ſeparatus, pro Sepulturis deſtinatus, & ſacer, Cœmeterium appellatus, n.1.

IN primitiua Eccleſia pro fidelium Chriſtianorum corporibus tumulandis, quidam locus ſeparatus, ac ſacer, à Sanctis Patribus fuit conſtitutus, Cœmeterium appellatus. Ità Auguſtinus Barboſa, *de officio, & poteſtate Parochi, parte* 3. *cap.*26.*num.*6. in hæc prorumpens. Deindè ab ipſis naſcentis Eccleſiæ primordiis, piè Maiores noſtri inſtituerunt Cœmeteria pro fidelium mortuorum corporibus ſepeliendis. De quo citra omne dubium Cœmeterio, Nicolaus Papa, dum *in Canone ſicut antiquitas, el.*7.17. *quæſt.*.4. pro maiori aſſignat Eccleſiâ, quadraginta paſſus per circuitum; triginta pro Capellis, & minoribus Eccleſiis. Quæ confinia immunitate Eccleſiæ gaudere, ſtatuit. Sicut antiquitùs (inquit) à Sanctis Patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior Eccleſia per circuitum quadraginta paſſus habeat; Capellæ verò, vel minores Eccleſiæ, triginta. Qui autem confinia eorum confringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona eius indè ſubtraxerit, niſi publicus latro erit, quò vſque emendet, & niſi, quod rapuerit, reddat, excommunicetur. Hactenùs Nicolaus. 1

Et quòd de Cœmeterio loquatur, patet ex vſu Eccleſiarum, ferè omnium, habentium 2

quidem per circuitum extra ipſarum fabricas, & exteriores parietes, locum ſacrum, in quo ſub Cœmeterij nomine tumulari fideles conſueuerunt, & qui Eccleſiarum gaudet priuilegiis immunitatis. Quod & aſſerit Franciſcus Maria Samuellius, *in ſua praxi de Sepulturis, tract.1.diſputat.1.controuer.1.concluſ.2.num.3. & concluſ.3.num.5.* cum Burchardo, *lib.3. cap.157.* & Durando, *de modo celebrandi Concilia Generalia, part.3.cap.11.*

3 De iiſdem Cœmeteriis, extra Eccleſias, pro fidelium Sepulturis deſtinatis, Innocentius Papa Tertius, *in cap. Conſuluiſti, el.7. de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, locutus fuit, ibi; „ Cœmeteria in quibus excommunicatorum corpora ſepeliri contigerit. Et Alexander etiam „ Tertius, *in cap. Ad hæc, el.5. de Priuilegiis*, vbi in hunc decernit modum. Mandamus, quatenus Hoſpitalariis præcipias, vt ſi quos, in „ excommunicatione defunctos, in Cœmeteriis „ Eccleſiarum ſepelierint, eos extra Cœmeteria „ eiiciant.

4 Cœmeterij autem nomen, multipliciter à Doctoribus exponitur. Noſter Vualafridus Strabo, Augiæ Diuitis Abbas, *in libro de Exordiis, & incrementis rerum Eccleſiaſticarum, cap.6.* de expoſitione nominum quorumdam, ſacris rebus adiacentium, ità Cœmeterium nomen exponit Cœmeterium, recubitorium, vel dormitorium eſt mortuorum, qui & ideò ab Eccleſia dormientes dicuntur, quia ſurrecturi non dubitantur.

5 Hanc expoſitionem ſequuntur Amalaricus Fortunatus, ex Monacho Benedictino Luxouienſi, Treuerenſis Epiſcopus, & Cardinalis, *lib.3. de Eccleſiaſticis Officiis, cap.35.* dicens. Vndè & locus Sepulchrorum. Græcè vocatur Cœmeterium, id eſt Dormitorium. Vndè & Paulus ad Corinthios (1.) Mulier alligata eſt „ legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod ſi „ *dormierit* vir eius, liberata eſt. Ambroſius Ca- „ lepinus, *in Dictionario*, ibi: Cœmeterium, idem eſt, quod Dormitorium. Vnde locum Sepulturæ deſtinatum, vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quaſi mortuorum Dormitorium. Ioannes Azorius, *Inſtitution. Moral. part.2. lib.9.cap.6. verſic. Cœmeterium.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tom.2. part.3. verbo Cœmeterium, num.1.* Pax Iordanus, *Volun.1. de Re ſacra, lib.5. tit.11. de Cœmeterij benedictione, num.2.& 4.* Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2. lib.2. cap.9. num.3.pag.65. & cap.10.num.1.* Franciſcus Maria Samuellius, *in reddita Praxi, tract.1.diſputat.1. controu.1. concluſ.8.* & Eligius Baſſæus, *in Floribus Theologiæ practicæ, tom.1.verbo Sepultura.* num.1.

6 Alij etymon Cœmeterij, à *Cimin*, quod eſt *Dulce*, & *Sterium*, quod eſt idem, quod *ſtatio*, deriuant: eo quòd ibi defunctorum oſſa dulciter quieſcant, & Saluatoris aduentum ſpectant. Ità poſt Durandum, *in Rationali diuinorum Officiorum, lib.1. cap.5. num.100. & cap.6. principio*, Samuellius, *loco allegato*, n.3.

7 Alij etiam dicunt, *Cœmeterium*, idem quod *terra aurea* ſignificare, à *Dimin*, quæ vox Græca eſt, & Latinè *aureum* ſignificat, & à *Terum*, quæ terram importat. Sic Gloſſa, *in cap. Sacris, verbo in Cœmeterio, el.12. de Sepulturis*, dicens, Cœmeterium dicitur à *Cemen* Græcè, quod eſt aureum, Latinè, & tertiò, quod eſt terra. Inde Cœmeterium, quaſi aurea terra, quia eſt cœteris pretioſior. Hæc Gloſſa, cui conſonant Pax Iordanus, *vbi ſuprà, num.4.* & Samuellius, *concluſ.9.*

Alij dicunt Cœmeterium, à Cimicibus, id eſt 8 à vermibus dici: ita vt idem ſit Cœmeterium, quod Cimicerium, propter multitudinem vermium ibi naſcentium. Referuntur à Pace Iordano dicto *num.4.* & à Samuellio *num.19.*

Rursùs alij exiſtimant, Cœmeterium dici, 9 quaſi Ciniſterium, eo quòd cineres, & oſſa mortuorum ibi teruntur, & teguntur. Qui ità ſentiunt, ab eiſdem Iordano, & Samuellio, *vbi proximè*, recenſentur.

Deniquè dicunt alij, *Cœmeterium* dici à *Cis*, 10 quod eſt *ante*: ex eo quod ante Eccleſias conſtitutum ſit, & iuxta eas. Samuellius, *concluſione 9.* ſed omiſsâ etymologiâ Cœmeterij, & variis illius expoſitionibus præmiſſis, ſit pro Cœmeterio, ſecundùm ſubſtantiale eius conſiderato.

CONCLVSIO.

CŒmeterium, eſt locus conſecratus, & ad 11 Sepulturam fidelium deſtinatus.

Sic deſcribitur ab Auguſtino Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2.lib.2.cap.9.num.1.* & à Pace Iordano, *tom.1.lib.5.tit.11.num.5.* & ab aliis. Per ly tamen *conſecratus*, intelligi neutiquàm debet, vt neceſſariò conſecratus eſſe debeat. Sufficit enim, quòd benedictus ille ſit, & ad Sepulturas deſtinatus, vti idem Barboſa, *in c. Ad hæc, num.6.de Priuilegiis*, vbi ità fatur. Quibus omiſſis, dic, Cœmeterium dici locum, mortuorum Sepulturæ deſtinatum, authoritate Epiſcopi benedictum, iuxta formam textus *in cap. Nemo Eccleſiam, de Conſecrat. diſtinct.1.* cum aliis, quæ ex Leone, & Gregorio Turonenſe explicat Durant. &c. & Pax Iordanus *nu.1. dicti tituli* fatetur dicens. Poſt Eccleſię, & Altaris conſecrationem, ſubuectit Pontificale rubricam de benedictione Cœmeterij; quam Doctores latè ſumpto vocabulo, conſecrationem paſſim appellant: Pater Illuminatus Moronus, *in Opere centum reſponſa inſcripto, reſponſo 51.num.8.* in ſimilia prorumpens dicit. Qui locus tamen, licèt dicatur ſacer, in rigore tamen non eſt ſacer, quia non conſecratur. Sola enim Eccleſia conſecratur; Cœmeterium benedicitur. *C. Nemo, de Conſecratione, diſtinct.1.* Hæc ille.

Quocirca dictus Franciſcus Samuellius, *eo-* 12 *dem tract.1.de Sepulturis, diſputat.1.controuerſ.3 concluſ.2.* ait. Cœmeterium, idem eſt, ac locus, qui deputatur Sepulturis: & dicitur deputatum per Epiſcopi benedictionem, non verò antè: nec ſufficit, quòd ibi ſit ſepultus aliquis, niſi ſit ab Epiſcopo benedictum.

Vndè Barboſa, dum Cœmeterium deſcribit, *de Poteſtate Epiſcopi, part.2.allegatione 27.numero 29.* & dicit. Cœmeterium eſt locus conſecratus Eccleſiæ contiguus, vel ab ipſa ſeparatus, &c. non venit intelligendus de propria conſecratione, ſed de impropria, aut lata. Quia vti benè docet Ioannes Azorius, *part.2.Inſtitutionum Moralium, lib.9.cap.6. quæſt.1.* ſicut Eccleſia aliquandò non conſecratur, ſed benedicitur ab Epiſcopo, & deputatur ad diuina: ſic etiam Cœmeterium poteſt ab Epiſcopo benedici tantùm

tum, & ad sepulturam mortuorum destinari. Hæc magnus ille Doctor postquàm dixerat Cœmeterium consecrari debere ab Episcopo, vel ab alieno, ex consensu proprij, & non aliter, nec ab alio. Intellige tamen rigore Iuris attento, quia per priuilegia Apostolica, benè potest, qui Episcopus non sit. Cœmeterium benedicere, & consecrare, vti videbimus *Disquisit. 3. & 4. huius Tractatus*, posse Regulares Prælatos illud benedicere: & consecrare quidem Abbates nostros, & alios Pontificialium habentes vsum.

DISQVISITIO II.

Quid ad constitutionem requiratur Cœmeterij, & quis illud constituere queat?

BREVIARIVM.

Capellania.

Beneficium non est, nec quid spirituale Capellania absque Episcopi, aut alterius Ecclesiastici Superioris erecta auctoritate. n. 13.

Cœmeterium.

Quod à Diœcesano, aut ab alio idoneo Ministro, de illius, vel de Papæ licentia consecratum, aut benedictum non est, non est locus sacer, nec religiosius, aut idoneus pro fidelium Sepulturis. n. 1. 4. & 11.

Illud benedicit Episcopus cum Pontificalibus. n. 2.

Non requirit necessariò consecrationem, sed benedictio sufficit. n. 10.

Illud consecrare non potest Sacerdos, qui Pontificalibus non vtitur, nisi de Papæ licentia; sed benedicere potest de Episcopi authoritate. n. 5. & 8.

Cœmeterium reconciliare non potest huiusmodi Sacerdos, de Episcopi authoritate, si consecratum illud sit. n. 5.

Consecrationem Cœmeterij petere non possunt Mendicantes ab alio Episcopo, quàm à Diœcesano, nisi iste bis, aut ter requisitus, id facere recusauerit. n. 3.

Ordini Episcopali est reseruata Cœmeterij consecratio, & reconciliatio consecrati, de Iure tantùm Canonico n. 8.

Ecclesia.

Mendicantes non possunt petere ab alio, quàm à Diœcesano Episcopo, consecrationem Ecclesiæ, vel Altaris, nec primi lapidis positionem, nisi bis, aut ter requisitus Diœcesanus, id facere recusauerit. n. 3.

Ecclesiam consecrare, aut consecratam reconciliare nequit quilibet Sacerdos de Episcopi authoritate, sed benè de Papæ licentia. n. 5. & 8.

Ecclesiæ consecratio, & consecratæ reconciliatio, sunt actus de Iure Canonico, Ordini Episcopali reseruati. n. 8.

Benedicere potest Ecclesiam quilibet Sacerdos, de Episcopi licentia. n. 5.

Hospitale.

Non est locus sacer, nec immunitate gaudet, si de Episcopi authoritate fundatum non sit; secus verò si interuenerit illa. n. 13.

Lex.

Cessante ratione legis, ipsa cessat Lex. n. 14.

Papa.

Dispensare potest Papa super omni Iure Canonico. n. 8. & 9.

Iuri Canonico authoritatem impertitur. n. 9.

De Papæ authoritate quilibet valet Sacerdos Cœmeterium, & Ecclesiam consecrare. n. 1. 4. 8. & 11.

De eiusdem authoritate, quilibet potest in aliena Diœcesi Pontificalia exercere. n. 2.

Pontificale.

Clementis Octaui Pontificale, vim legis habet. n. 2.

Pontificales functiones, nemo in aliena Diœcesi, exercere queit, nisi de Papæ, aut Diœcesani licentia. n. 2.

Reconciliare.

Minus est reconciliare, quàm consecrare Ecclesiam, vel Cœmeterium. n. 7.

Regula.

Cui non licet quod est minus, quod maius est, non licebit. n. 6.

Sacerdos.

De Summi Pontificis authoritate, quilibet Sacerdos consecrare potest Cœmeterium, & Ecclesiam, & consecrata reconciliare; non tamen sine illa. n. 1. 4. 8. & 11.

Sacer locus.

Non fit à persona priuata locus sacer, sed ex iure communi, ab Episcopo. n. 12. & 13.

Sepulchrum.

Absque Episcopi, aut alterius Prælati Ecclesiastici authoritate constructum Sepulchrum, sine simoniæ labe, vendi potest. n. 14.

CONCLVSIO.

COEmeterium non est, nec locus sacer pro 1
fidelium Sepulturis, qui ad id ab Episcopo Diœcesano deputatus, & consecratus, vel saltem benedictus non sit, vel ab alio idoneo Ministro, de eius, vel de Summi Pontificis authoritate, & licentia.

Consultò dixi, *Diœcesano*. Quia sine illius, 2
vel Papæ facultate, nullus alius in sua Diœcesi exercere potest Pontificalia. Concilium Tridentinum, *sess. 6. cap. 5. de Reformatione*, in hunc modum decernit. Nulli Episcopo liceat, cuiusvis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantùm. Si secùs factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic Ordinari, ab executione Ordinum, sint ipso Iure suspensi.

Hùc vsque Conciliare Decretum. Ex quo minimè colligas, solùm de Ordinum collatione id decernere. Quia de omni Pontificalium vsu loqui, omnium Episcoporum praxi, & Doctorum sententia comprobatur. At in benedictione Cœmeterij vtitur Episcopus Pontificalibus, ex præscripto Pontificalis iussu Clementis Papæ Octaui restituti, quod vim habet legis, vigore Bullæ illi præfixæ. Pax Iordanus, *tomo 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 165.* Rota *in Calagurritana iuris pulsandi campanas 11. Martij*, 1619. coram Dunozetto, ex Mohed. *decis. 5. de fide instrumentor.* & ex Rota *in Elboren. 3. Martij*, 1600. coram Damasceno. Apud Tamburin. *dist. 37.* Ergo authoritate propriâ,

nullus alius Episcopus, præter Diœcesanum, potest Cœmeterium consecrare, seu benedicere. Et multò minùs id poterit, qui Episcopus non sit.

Quod probatur secundò, *ex cap. Aqua*, & argumento mox ex eo eliciendo.

3 Tertiò, ex Leone Papa Decimo, in Concilio Lateranensi, dum de Patribus Mendicantibus, „ ait. Nec ab alieno Episcopo consecrationem Ec- „ clesiæ Altaris, aut Cœmeterij benedictionem „ petere, seu in Ecclesiis per eos pro tempore ædi- „ ficandis, primum lapidem per alienum Episco- „ pum poni facere possint; nisi vbi Ordinarius „ bis, aut ter, cum debitis reuerentiâ, & instantiâ „ requisitus, sine legitima causa id recusauerit. Ità recenset Lateranense Concilium Lezana, *in Summa quæstionum Regularium, tomo 2. part. 3. verbo Ecclesia, n. 5.*

4 Quartò probatur authoritate eiusdem Mag. Lezanæ *vbi proximè, num.* 14. Pacis Iordani, *dicto tit. 12. num.* 157. Bartholomæi Gauanti, *in Manuali Episcoporum, verbo Ecclesiæ reconciliatio, num. 5.* Ioannis Azorij, *Institution. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 5.* Augustini Barbosæ, *de Potestate Episcopi, part. 2. allegat. 28. num. 55. & 56.* & Samuellij, *in Praxi, de Sepulturis, tract. 2. disput. 1. controu. 4. conclus. 1.* dicentis. Fidelium defunctorum cadauera, vt in Ecclesiastica Sepultura queant humari, quatuor exiguntur. *Primum*, vt locus sit ad hoc deputatus cum certa solemnitate. *Secundum*, vt à Diœcesano sit locus pro sepultura benedictus. *c. Nemo, de consecratione, distinct. 1. & cap. Abolendæ, de Sepulturis. Tertium*, vt non sit quis à Iure sepulturâ prohibitus. *Quartum*, quòd Ecclesia non sit interdicta. Hæc Samuellius.

5 Consultò etiam dixi: *vel ab alio idoneo Ministro.* Quia, licèt quilibet Sacerdos idoneus sit ad benedictionem Cœmeterij ex delegatione Episcopi, vti Pax Iordanus, *dicto tomo 1. tit. 11. num. 16.* sicut idoneus est ad benedictionem Oratorij, & nouæ Ecclesiæ ad effectum, vt ibi Missa ritè celebrari queat; vti etiam vtrumque habetur ex Rituali Romano Pauli Quinti, *in Rubrica de Benedictione nouæ Ecclesiæ, vel Oratorij*, ibi: Sacerdos nouam Ecclesiam, de „ licentia Episcopi benedicturus, &c. *& in Rubrica Ritus benedicendi nouum Cœmeterium, per Sacerdotem ab Episcopo delegatum*; non tamen est idoneus ad consecrationem. Iordanus, *ibidem*, & Azorius, *vbi proximè, quæst. 1.* Quod demonstratur *ex cap. Aqua, el. 9. de consecratione Ecclesiæ.* Sic in eo Gregorio Nono decer- „ nente. Aquâ per Episcopum benedictâ Eccle- „ siam reconciliari posse per alium Episcopum, „ non negamus, per Sacerdotes simplices, hoc fie- „ ri de cætero prohibentes, &c. Sed minus est reconciliare, quàm consecrare. Ergo si Sacerdos simplex non potest ex Episcopi delegatione, reconciliare Ecclesiam, vel Cœmeterium consecratum, multò minùs, ex eadem poterit delegatione illud consecrare.

6 Consequentia patet. Quia, cui non licet, quod minus est, quod maius est non licebit. Textus est elegans, *in cap. Cùm illorum, el. 32.* „ *de sententia excommunicationis*, ibi: Cum ma- „ iora intelligantur illis prohibita, quibus vetita sunt minora. Vbi Glossa, *verbo Minora*, sic ait. Et ita, cui prohibetur minus, & maius prohibitum intelligitur. Et in Regula, *Cui licet, verbo eodem, la 53. de Regulis Iuris, libro 6.* Cui non licet minus, nec maius: & cui non licet in minori, nec in maiori.

Quòd autem minus sit reconciliare, quàm 7 consecrare, ex differentia rituum, & Ministrorum, pro vtroque assignatorum, in Pontificali Clementis Octaui, & in Rituali Pauli Quinti, plus quàm manifestum sit. In Pontificali namque pro consecratione, seu benedictione Cœmeterij, (hanc enim pro illa vsurpat ibi Clemens Papa) multi ritus, ac ceremoniæ, & solemnitates Episcopo præscribuntur; pro reconciliatione verò eiusdem Cœmeterij consecrati, sine Ecclesiæ reconciliatione, pauciſſimi.

Dixi: *sine Ecclesiæ reconciliatione*: quia si Ecclesia, simul cum Cœmeterio reconciliatur, ritus augentur, & preces. In Rituali enim Romano, vbi de benedictione, & de reconciliatione per Sacerdotem, ex Episcopi delegatione faciendis, pauciſſimæ solemnitates, ac ceremoniæ assignantur. Ex quibus omnibus benè probatur minor propositio, in qua asserui, minus esse reconciliare, quàm consecrare.

Cum dictis tamen stat, quòd quilibet Sacer- 8 dos simplex, ex Summi Pontificis delegatione, & facultate, Cœmeteria, & Ecclesias consecrare, & multò meliùs reconciliare valeat. Quia cùm huiusmodi actus sint de reseruatis Ordini Episcopali, non de Iure diuino, sed de humano positiuo Canonico, omnes fatentur, Summum Pontificem, tanquàm supra ipsum positum, & valentem super eo dispensare, benè posse huiusmodi actus, Episcopo inferioribus delegare.

Constat etiam hæc veritas, ex pluribus sa- 9 ctis Canonibus. In Canone enim *sunt quidam el 6. 25. quæst. 1.* Sic Vrbanus Papa Primus. Sunt quidam dicentes Romano Pontifici, semper licuisse nouas concedere leges: quod & nos, non solùm non negamus, sed etiam valdè affirmamus. Et in Canone *ideò permittente, el 16. eiusdem causæ, & quæstionis*, ità Sanctus Leo Papa Quartus. His itaque respondetur: Sacrosancta Romana Ecclesia, ius, & authoritatem sacris Canonibus impertitur: sed non eis alligatur. Et infrà. Sic & Summæ Sedis Pontifices, Canonibus, siue à se, siue ab aliis suâ authoritate conditis, reuerentiam exhibent: & eis se humiliando ipsos custodiunt, vt aliis obseruandos exhibeant. Nonnunquam verò, seu iubendo, seu definiendo, seu decernendo, seu aliter agendo, se Decretorum Dominos, & conditores esse ostendunt. Hactenùs noster Leo. Plura de hoc argumento, apud Doctum Brunonem Chassaing, *in tomo de priuilegiis Regularium, tract. 1. cap. 1. propositione 4.* & apud alios passim inuenit meus Lector, Authores.

Ex dictis sequitur, *primò*, necessarium non 10 esse Cœmeterium consecrari, sed benedictum esse sufficere, minori illius solemnitate. Quod & docent Pax Iordanus, *tom. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 11. num. 16.* Augustt. Barbosa, *de vniuerso Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 9. num. 5.* & Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæstion. Regular. tomo 2. part. 4. verbo Sepultura, n. 3.* cum Syluestro, *in Summa, verbo Sepultura, q. 1.* contra Innocentium, & Angelum.

Secundò sequitur, locum sacrum, religio- 11 sum, & Ecclesiasticum, aut idoneum pro fidelibus

bus sepeliendis non esse, qui deputatus non sit per Episcopum, aut alium ad id potestatem habentem, ad eorum sepulturas. Ità post Innocentium, *in cap. Abolendæ, de Sepulturis*, & Sylvestro, *dictâ quæst. 1. in principio.* Lezana, *dicto num. 3.* & Illuminatus Moronus, *in centum resp onsis, responso 51. num. 7.* Imò & qui benedictus non sit, iuxta doctrinam Cardinalis, *in Clementinam 1. quæst. 4. de Sepulturis*, quem recenset, & sequitur Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 1. controu. 3. conclus. 2.* Sylvestri, *vbi proximè*, §. 1. Thomæ Sanchez, *de Matrimonio, tom. 3. lib. 9. disp. 15. n. 24.* cum Soto, *in 4. dist. 3 quæst. vnicâ, art. 3. concl. 3.* Nauarro, *in Manuali, cap. 16. n. 32.* Angles, *in Floribus, part. 1. de Matrimonio, q. 6. de soluendo debito, in fine*, & cum Henriquez, *in Summa, lib. 9. de Missa c. 27. n. 5. & lib. 5. de Pœnitentia, cap. 6. n. 9. in Comment. litt. H.* Ægidij Coninck, *de Sacramentis, quæst. 83. art. 3 dub. 1. num. 236.* Augustini Barbosæ, *dicto num. 5.* & Pacis Iordani, *in prælegato tit. 11. num. 22.* Quod certè omninò verum est de Iure Canonico, etiamsi ibi aliquod corpus, aut corpora quidē multa tumulata existant, esto de Iure Cæsareo, *in L. in tantum, in fine, ff. de Rerum diuisione*, pro sacro, aut religioso habeatur locus, in quo humanum cadauer humatum extiterit.

12 Consultò dixi: *per Episcopum.* Quia ad illum pertinet de iure communi loca deputare sacra. Constat *ex cap. Ad hæc, el. 4. de Religiosis Domibus*, & ibi Glossa, *in casus figuratione, & verbo Authoritate Pontificis*, ibi: Hoc ideò dicit, quia priuatus, locum non facit sacrum. Et ità docent D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. de Sepulturis cap. 5. §. 2.* Barbosa, *num. 5. citato, & num. 7.* Pax Iordanus, *dicto tit. 11. num. 9.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 2. disput. 1. controu. 3. concl. 2.* Eligius Bassæus, *in Floribus Theologiæ Moralis, tomo 1. verbo Sepultura, num. 1.* & communis Doctorum sententia.

13 Et meritò quidem, iure communi attento. Sicut enim Hospitale, locus religiosus non est, & immunitate non gaudet Ecclesiasticâ, si authoritate Episcopi non fundatur; benè tamen si eius interueniat authoritas, vti in terminis decernitur *in dicto cap. Ad hæc*, & docent Couarruias *tom. 2 lib. 2. cap. 20. num. 4.* recensitus, & sequutus ab Antonio Naldo, *in Summa, verbo Ecclesia, num. 4.* & Azorius, *Institutionum Moralium, tom. 2. lib. 9. cap. 8.* & sicut Capellania erecta absque Episcopi, vel alterius Ecclesiastici Superioris authoritate, non est Ecclesiasticum beneficium, nec quid spirituale, vti sæpè dicit S. Rota, & ità se obtinuisse in facti contingentia, testatur Gonzalez *ad Regulam 8. Cancellaria, glass. 5. §. 5. num. 25.* apud præfatum Naldum, *verbo Simonia*, ita Sepulturæ locus religiosus non erit, si ab Episcopo, saltem de iure communi, deputatus non fuerit, vt præter iam reditos Doctores *num. 11. in principio*, docet præfatus Sanchez, *in recensito loco*, cum Emmanuele Sa, *verbo Ecclesia §. Polluitur Ecclesia*, Iacobo Graffis, *part. 1. decisionum aurearum, lib. 1. cap. 20. num. 28 & lib. 2. cap. 83. num. 10.* & Emmanuele Roderiquez, *in Summa, part. 1. Summæ, 2. editionis, cap. 154. num. 13. in fine, & cap. 243. num. 19.*

14 Quocirca Pax Iordanus, *tit. 11. allegato, n. 10.* Sepulchrum absque Episcopi authoritate constructum, liberè vendi posse, alióve distrahi titulo, citra simoniæ labem asserit. Quia locus merè profanus existimatur, à commercio non excluſus: & consequenter, cessat ratio Legis prohibentis alienationem: atque adeò Lex ipsa, ad *L. Adigere, §. Quamuis, de Iure patronatus*, cum adductis per Stephanum Gratianum, *Disceptationum forensium, part. 1. cap. 110. n. 34. & seq.* vbi in terminis nostris concludit, post Felinum, *in cap. Quanto, columnâ vltimâ, versic. Circa.* Gloss. *de Iudic.* Paris. *consil. 34. n. 14. lib. 14.* Molina, *de Primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 24. num. 34.*

DISQVISITIO III.

An Prælati Regulares Cœmeterium constituere, & benedicere valeant?

BREVIARIVM.

Abbas.

Iurisdictionem quasi Episcopalem habet Abbas in Monasterio suo, n. 10.

Habet & illam in Monasteriis, Prioratibus, Grangiis, & in Ecclesiis Monasterio suo annexis, n. 14.

Qui habet priuilegium, vt ea facere possit, quæ Abbates benedicti facere possunt, illa exercere potest non solùm in Monasterio, sed etiam in eius limitibus, n. 11.

Pœnæ inflictæ his, qui huic contraueniunt facultati, recensentur, n. 12.

Abbas nostræ Congregationis Benedictinæ Hispanæ potest, in Ecclesiis suo vnitis Monasterio, omnia Pontificalia exercere, n. 13. & 14.

In vim priuilegiorum potest, pro nostrorum vsu, vasa sacra, & vestimenta benedicere, n. 17.

Potest Capellas, Ecclesias, & Hospitalia ædificare, & primum lapidem, & eorum fundamenta more benedicere Pontificali, n. 17. 18. 19. & 24.

Ad Missam, & vesperas potest solemniter populum benedicere, n. 17. & 18.

Axioma.

Qui dat formam, dat consequentia ad formam, n. 5.

Benedicere.

Solemnis benedictio Regularibus concessa per Apostolica priuilegia, illa est, quæ sic fit. Adiutorium nostrum, &c. Sit nomen Domini benedictum, &c. n. 21.

Minorum Prælati, benedicere valent Ecclesias, & alia, vbi Chrisma non requiritur, aquâ ab ipsis benedictâ, n. 22.

Plus est Ecclesias, & Cœmeteria benedicere, quàm loca pro eis designare, n. 25.

Cœmeterium.

Prælati Regulares, propria ex authoritate, & ordinaria, possunt deputare, solemniter benedicere, & reconciliare in suis Monasteriis Cœmeteria, n. 1. 2. 24. 27. & seqq.

Cœmeterij deputatio, ad iurisdictionis, non autem ad Ordinis pertinet potestatem, n. 15.

Sacra Concilij Congregatio.

Accedente Papæ authoritate, tantam vim habet

Sacræ Congregationis Declaratio, quantam ipsum Concilium, n.14.

Ecclesia.

De iure communi, nemo potest Ecclesiam ædificare, antequàm Episcopus accedat Diœcesanus, atrium designet, &c. n.16.

Ecclesiam ædificare possunt Abbates, & primum lapidem, ac fundamenta Pontificali benedicere ritu, n.17.18.19 & 24.

Ordinis Minimorum Prælati, possunt Ecclesiam solemniter benedicere, & reconciliare, aquâ, non ab ipsis, sed per aliquem Catholicum Antistitem benedictâ, n.20.& 21.

Episcopi.

Formare non possunt processus contra Religiosos, ac Religiosas exemptos, eorum Prælatis irrequisitis, n.6.

Excommunicatio.

Ipso Iure lata est excommunicatio contra Episcopos, & alios quoscumque, qui inuitis Benedictinis Congregationum S. Iustinæ, & Vallisoletanæ, in eorum Monasteriis, & locis, functionem aliquam facere tentauerint. Et est reseruata Summo Pontifici, n.8.9.& 10.

Hospitia.

Possunt Regulares Hospitia, pro suis erigere Regularibus, n.17.

Iurisdictio.

Prælati Regulares, ratione exemptionis pro territorio Monasteriorum suorum, eandem acquisierunt iurisdictionem respectu soli, & Religiosorum, quàm eorumdem respectu haberent Diœcesani, si exempti non essent, n.2. 9. & 29.

Tantam habent Prælati præfati potestatem, & iurisdictionem in Religiosos suos, & in loca sua, quantam habent Episcopi, & Papa in subditos, & loca sua respectiuè, si non eis à Papa limitentur, n.5.

Possunt priuatiuè, quoad Episcopos dicti Prælati contra suos procedere subditos, etiam inuocato Sæcularis brachij auxilio, n.6. & 7.

Punire illos possunt, si recursum habeant ad Episcopos, n.5.

Voluntaria iurisdictio exerceri potest extra proprium territorium, nullâ habitâ Diœcesani veniâ. Imò & contentiosa potest, quando cognitio causæ non vertitur, & effectus in suum territorium confertur, n.14.

Voluntariæ iurisdictionis, aliqui recensentur casus, n.14.

Authoritate propria, & ordinaria facit quilibet, quæ dignitatis, & officij proprij ratione, illi facere licet, n.27.

Limita prout in numeris sequentibus.

Iurisdictio concessâ delegatione perpetuâ, ordinaria est, & non delegata, n.30.

Limita, nisi concedatur tanquam delegato, n.31. 32. & 33.

Oratoria.

Regulares in suis Domibus, & Hospitiis, erigere possunt Oratoria, n.17.24. & 34.

Ordo.

Plus est Ordo, quàm iurisdictio. n.25.

Pontificalia.

Extra proprium territorium Pontificalia exercens, & in non subditum, ab illorum suspenditur exercitio: & ab eo ordinatus, ab Ordinum suspenditur vsu, n.14.

Abbates nostri illa exercere valent in suis annexis, n.13. & 14.

Priuilegia.

Quæ priuatis conceduntur priuilegia, strictè interpretantur, tanquàm Iuri odiosa; quæ verò Communitati, vel Ordini Regulari, latè interpretantur, quia censentur leges iuri communi inserta, n.28.

Priuilegium perpetuum dignitati, vel officio concessum, iurisdictionem ordinariam priuilegiario concedit, & tribuit, etiamsi illud contra ius commune sit, n.29.

Regula.

Cui licet, quod est plus, licet, quod est minus, n.24.

Religiosi.

Per exemptionem remanent Religiosi, Summo Pontifici immediatè subiecti, à quo tamen illorum cura, & solicitudo, in Superiores Conuentuum, censetur, Ordine translata Hierarchico, n.3.4.& 5.

Prioris conditionis post exemptionem non sunt, ac erant ante illam, & quàm ipsi Sæculares sunt, n.4.

CONCLVSIO.

PRælati Regulares benè deputare possunt in 1
suis Monasteriis, ac Ecclesiis, & in suis annexis, seu in Ecclesiis Monasteriis vnitis, & in eorum limitibus, Cœmeterium pro fidelium Sepulturis, illúdque benedicere, & quâvis causâ pollutum reconciliare solemniter, authoritate propriâ, & ordinariâ.

Hanc conclusionem, quoad omnes eius par- 2
tes, tenet Pater Mag. Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstionum Regularium, tomo 2. parte 3. verbo Interdictum, num.*34. Et quoad deputationem, Martinus Bonacina, *in Summa, tomo 2. disputat. 3. quæst. 21. puncto 3. proposit. 1. num. 3.* asserens Prouincialem Regularium posse in suis Ecclesiis facultatem construendi Sepulturas concedere. Pellizzarius, *in suo Manuali Regularium, tomo 2. tract. 8. cap. 5. num.* 71. tenet, priuilegium reconciliandi, omnibus competere Prælatis localibus.

Sed pro nostræ conclusionis probatione, 3
nonnulla supponere operæ pretium duxi. *Primum est*, Prælatos Regulares, ratione exemptionis ab Episcopi Diœcesani iurisdictione, pro suis Religiosis, & pro territorio Cœnobiorum, seu Monasteriorum suorum, eandem acquisiuisse potestatem, quoad iurisdictionem, quam in illo haberet Episcopus, si nondùm fuisset exemptum. Non loquor de iurisdictione, quam in illo haberet Episcopus, respectu Laicorum, seu sæcularium personarum, quia hanc non acquisiuit Prælatus Regularis precisè; sed de iurisdictione ad minus respectu suorum Religiosorum, & soli, seu territorij

ritorij. Quoad Religioſos, ſatis hoc probaui *in Diſquiſitione Paſtorali, de Iure, & poteſtate Prioris Conuentualis annexi, num.* 113. *& ſeqq.* & latè probat Bruno Chaſſaing. *in opere, cui titulus, Priuilegia Regularium, tract.*3. *cap.*2. *propoſit.*2. Ex his, quæ vtrobiquè cum communi, frequentiſſimáque Doctorum ſententia dicta ſunt, aliqua recenſere libuit, pro huius veritatis dilucidatione.

3 *Primum* eſt, quòd eo ipſo, quo Religioſi exempti fuerunt à iuriſdictione Diœceſanorum, immediatè remanſerunt ſubiecti iuriſdictioni Summi Pontificis: ſed quia non poterant conuenienter per Papam immediatè gubernari, aut per eius Commiſſarios, ſeu delegatos, & in omni, & ſingula Congregatione, & Conuentu neceſſarij ſunt Ordinarij, & immediati Paſtores, quibus illius cura, & ſolicitudo, ex vi proprij incumbat muneris, per exemptionem ab Epiſcopi iuriſdictione, huiuſmodi ſolicitudo, & cura cenſetur à Summo Pontifice eximente, in Superiores Conuentuum, & Congregationum huiuſmodi, Ordine Hierarchico, tranſlata. In Generales ſcilicet, Abbates, ſeu Prouinciales reſpectiuè, in Priores, Guardianos, Commendatores, Miniſtros, Rectores, &c.

Ita Chaſſaing, *loco citato, verſic. Quod* 2. ibi, fuerintque ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti, non vt iuriſdictionis, & poteſtatis iugum excuterent, ſed vt in iuriſdictionem Prælatorum..... transferrentur. *Et verſic. finali dictæ ſecundæ propoſitionis*, in ſequentia prorumpit. Ex quibus omnibus conſtat, iuriſdictionem Prælatorum Regularium, non eſſe illis Iure diuino debitam, ſed inſtitutione humana duntaxat. Quo autem tempore cœperit eis concedi, non conſtat. Illud autem omninò certum eſt, quòd ſtatim atque exemptio ab Epiſcoporum iuriſdictione illis data eſt, ex conſequenti, eſt illis iuriſdictio ſpiritualis conceſſa. Hæc illi, cuius vltima verba, clara pro me ſunt.

Hieronymus Garcia, *in Politica Regulari, tomo* 1. *tract.*8. *difficult.*3. *dubitat.*1. *pag. mihi* 572. poſtquàm docuit, iam hodiè omnes Religiones exemptas eſſe ab Epiſcoporum iuriſdictione, vel per propria vniuſcuiuſque illarum priuilegia, quorum nonnulla recenſet, vel per communicationem priuilegiorum aliis Religionibus conceſſorum, ex huiuſmodi exemptionibus, ſic concludit.

Conſta de todo lo dicho, que el poder, y Iuriſdicion, que tenian antiquamente los Obiſpos ſobre los Religioſos, lo han transferido los Romanos Pontifices en los Superiores de las miſmas Religiones, aſſi en las coſas eſpirituales, como en las temporales, aſſi cumulatiuè, *como* priuatiuè, *aſſi en las coſas ciuiles, como criminales; mayormente en todo lo tocante de las puertas ad entro del Monaſterio; ſinque en eſto, coſtumbre alguna pueda preualecer.* Hæc allegatus Doctor, qui pro huiuſmodi iuriſdictionis tranſlatione in Regulares Prælatos, nullam aliam aſſignat, nec inſinuat quidem cauſam, quàm exemptionem ab Epiſcoporum iuriſdictione per Summos Pontifices factam.

Idem Pater Hieronymus Garcia, *in tomo ſecundo Politicæ præfatæ, tract.*10. *difficult.*1. *dubitat.* 1. *num.* 13. ita fatur. *Digo lo ſegundo. La Iuriſdicion, que tienen los Prelados de las Religiones, no es como quiera ordinaria, ſino quaſi Epiſcopal. Eſta concluſion es comun de los Doctores citados, y ſe prueba de los textos allegados, en los quales ſe concede Iuriſdicion quaſi Epiſcopal a los Abbades, y Prelados. Lo miſmo ſe colige de vn priuilegio de Pio Quinto, concedido a los Priores Dominicanos, de que abaxo haremos larga mencion: y la raçon es, por que como todos ellos eſtan exemptos, y ſujetos immediatamente al Papa, ſucceden en lugar de los Obiſpos quanto al gouierno de ſus ſubditos: y por eſto tienen Iuriſdicion quaſi Epiſcopal, deſuerte, que aſſi como los Obiſpos* ex vi Officij, & dignitatis, *ſino ſeles limitaſſe el Papa, podrian en ſu Diœceſi, lo que el Papa en la Yglesia vniuerſal: aſſi tambien los Prelados de las Religiones, ſino ſeles limitaſſen, tendrian el miſmo poder* ex vi Officij. *Y aduierte la Gloſſa*, in cap. Abbates de Priuilegiis, *que ſe pone la palabra quaſi, para denotar, que el poder de los Prelados inferiores al Obiſpo, no ſe eſtiende a la poteſtad de Orden, que tienen ſus Señorias, ſino a la de Iuriſdicion.* Hæc omnia Doctor allegatus.

Aſcanius Tamburinus, *tom.* 3. *de Iure Abbatum, diſp.* 5. *quæſito* 11. *num.* 3. *pag.* 68. prædictis conſonat Doctoribus, dicens. Ex Priuilegiis verò ſpecialibus Summorum Pontificum, omnia ferè Regularium Monaſteria ſunt ab Ordinariorum iuriſdictione exempta, ſiue priuilegia directè, ſiue indirectè per communicationem talem largiantur exemptionem; & conſequenter Monaſteria, his temporibus, habent iuriſdictionem pleno iure quaſi Epiſcopalem, iuxta doctrinam Gloſſæ ruptam, *verbo Proprij; in Clement.*1. *de rebus Eccleſ. non alienan.* Cabedo, *in diuerſ. Iura argument. lib.*3. *cap.*18. *in principal.* Aug. Barboſa, *de Offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 105. *num.* 3. Cenedo, *Practicarum, & Canonicar. qq. lib.* 1. Campanil. *in diuerſ. Iur. Canon. Rubricâ* 12. *cap.* 13. *num.*2. Fuſcus, *de Viſitatione, lib.* 2. *cap.*15. Sayrus, *de Cenſuris, lib.*4. *num.*12. Mandoſius, *de Signatura gratiæ, verbo exemptio.* De qua re fuſiùs egi 1. *tom. diſp.*15. *quæſito* 23. *& ſeqq.* Hæc Aſcanius, qui *in eodem tomo* 3. *in Praxi criminali, & iudiciaria, quæſito* 15. *num.*3. idem apertè docet, in ſequentia prorumpens.

In exemplis autem (loquitur de Abbatibus, & de aliis Regularium Prælatis) talis iuriſdictio (coercitiua ſcilicet de quâ diſſerit) manet in propriis Prælatis: & hoc non de iure communi, ſed ex ſpeciali priuilegio exemptionis, cuius vigore in Religionem, ac eius Prælatos à Summis Pontificibus tranſlata eſt omnis poteſtas, quæ in Epiſcopis reperiebatur. Non enim extincta eſt, nec ipſi Summo Pontifici reſeruata: quia hoc non erat expediens, cum ordinariè, & regulariter in ipſa Religione, imò in vnaquaque Domo Religioſâ ſit neceſſaria. Ita Nauarrus, *dicto commentario* 2. (*ſcilicet de Regularibus*) *num.*63. *verſic. Addo ſecundò.* Roderic. *quæſtion. Regul. tom.*2. *quæſt.*3. *artic.*7. Suarez, *de Religione, tomo* 4. *tract.*8. *lib.*2. *cap.*9. *num.*3. Huc vſque ad amuſſim doctiſſimus Paſſianenſis Abbas, & Congregationis Benedictinæ Vallis vmbroſæ, meritiſſimus Generalis, Aſcan. Tamburinus.

Ioann. Bapt. Lezana, *in Summ. qq. Regular. tomo* 1. *part.* 1. *cap.*18. *num.*1. pro nobis etiam eſt.

est. Pro comperto est (inquit) Religiosorum familiis præfici debere Prælatos, & Superiores, » qui ipsos spiritualiter, & temporaliter regant. » Tum ex illo *Prouerbiorum* 11. Vbi non est Gubernator, populus corruit. Tum etiam, quia id exigit obedientiæ votum, quod Regulares emittunt. Habent autem prædicti Prælati, & Superiores Religiosorum, non solùm potestatem dominatiuam, qualem habent Patresfamilias in suos. Sed etiam iurisdictionem spiritualem: cum vtrumque sit necessarium ad rectam gubernationem, œconomiámque spiritualem, & temporalem Religiosorum. Hæc verò spiritualis iurisdictio, saltem de Iure Ecclesiastico, & à Summis Pontificibus deriuata illis conuenit. Eo enim ipso, quòd Religiosos ab Episcoporum ordinaria iurisdictione exemerunt, illam Prælatis ipsorum concessisse censentur. Suarez, *tomo 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 1.* Hactenùs Magister Lezana.

Eligius Bassæus, in eadem fuit sententia, *tomo 1. verbo Prælatus, num. 1.* dicens. Prælati Ordinum, alij exempti sunt à iurisdictione Episcoporum, v.gr. Prælati Mendicantium, qui proindè Summo Pontifici immediatè subiecti, quasi Episcopalem in suos Regulares iurisdictionem habent. Hæc ille, qui causalem habendi Prælati Regulares iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos assignat in hoc, quòd immediatè Sedi Apostolicæ sint subiecti.

Franc. Pellizzarius etiam eandem tenuit sententiam, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 9. cap. 3. num. 195.* Vbi inquirit, an, & quo iure potestas absolutiua competat Prælatis Regularibus? Quam difficultatem, satis opportunè nobis resoluit sic. Respond. competere iure ordinario, quatenus scilicet sunt ordinarij Pastores animarũ suorum subditorum, & in eos translata est cura, quam Episcopi, vel Parochi habent circa suos subditos Sæculares: quod est habere dictam potestatem ex vi sui muneris, & consequenter ordinariam, sequitúrque necessariò ad exemptionem Religionibus concessam, vt patebit consideranti. Ità Suarez, *tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 15. num. 2* addens *num. 1.* huiusmodi potestatem (quoad præsens pertinet) non extendi nisi ad peccata, & censuras, seu pœnas Ecclesiasticas, cùm nullum aliud spirituale vinculum excogitari possit, quod per absolutionem tollatur.

Hæc omnia Pellizzarius, in quibus satis apertè docet, per exemptionem præcisè, & nullo alio priuilegio superaddito, acquisiuisse Regulares Prælatos, iurisdictionem pro vtroque foro, in suos subditos. Et licèt ex Francisco Suarez illam limitare videatur ad iurisdictionem tantùm spiritualem, & ad potestatem absoluendi, non autem abligandi potestatem; non certè ità est. Cum, quia eadem est ratio de temporali, ac de spirituali iurisdictione, & deligandi, ac de absoluendi facultate: eo maximè, quia simul vtraque facultas concedi dignoscitur ex illo *Matthæi* 18. » Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata, & in Cœlo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta, & » in Cœlo. Quocirca Glossa *in cap. inferior sedes, verbo inferior, 4. distinct. 21.* duas quoad præsens regulas tradit. *Prima* hæc est. Qui potest ligare, potest & soluere. *Secunda* verò hæc. Qui potest soluere, potest & ligare. Sic ergo Suarez, & Pellizzarius docent, per exemptionem necessariò concedi Regularibus Prælatis, facultatem absoluendi subditos, facultatem eos ligandi, simul concedi docent. Tum etiam, quia vtriusque Doctoris mentem, satis benè propalat Pellizzarius in recensitis verbis, ibi: quoad præsens, & quòd per absolutionem, de quâ, vti vidimus, quæsitum procedebat.

Libuit tandem producere vnum, & alterum testem, omni acceptione maiorem, in Iure, maximè Canonico, peritissimum: qui certè Doctores, Aug. scilicet Barbosa, & Martinus ab Azpilcuita, soli, & sine aliorum testium consortio, plenè pro nobis probare possent. Augustinus igitur, *de Officio, & potest. Episc. part. 3 allegat 105. n. 3.* sic ait. Hodiè tamen attentis Sũmorum Pont. priuilegiis, omnes ferè Regulares sunt exempti ab Ordinariorum potestate, siue priuilegia directè, siue indirectè per communicationem talem largiantur exemptionem, & consequenter Monasteria, his temporibus, habent iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem, iuxta doctrinam Glossæ receptæ, *verbo Proprij, in Clement. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* Nauarr. *d. nu. 63. versic. Addo secundò*, vbi Glossam illam singularem dicit. Cabid. *d. lib. 3. cap. 18. in princ.* Cochier. *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p. 1. q. 17. n. 9. & 25.* Sayr. *de Censur. lib 4. cap. 2. n. 12.* Anton. Corne. *in tract. de absolutione iurament. p. 2. q. 4. n. 28.* Fr. Emm. *d. q. 63. art. 3.* vbi varia refert priuilegia. Camp. *d. cap. 13. num. 2.* Fusc. *de Visitat. lib. 2. cap. 15. ante num. 1.* Marc. Anton. Cuch. *Inst. maior. lib. 2. tit. 6. n. 68.* Cened. *d. q. 26. n. 3.* ità quòd eorum Superiores ea omnia exercere possint in suos, quæ Episcopi in suos. Nauarr. *conf. 23. de priuileg. in nouis*, Sayr. *in florib. decis. sub eod. tit. dec. 25.* Coch. *d. q. 17. n. 25.*

Azpilcuita autem, *in cap. Non dicatis, 12. q. 1. n. 63.* ait: Addo secundò, quòd, licèt hæc sint vera, attento iure communi, non tamen attentis priuilegiis, quibus omnes Regulares sunt exempti ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione per sua priuilegia competentia per concessionem directam, vel indirectam communicationis priuilegiorum aliorum, *& consequenter, habent iurisdictionem quasi Episcopalem*, iuxta Glossam singularem *Clementinæ 1.* verbo *Monasterij, de Rebus Ecclesiæ non alienandis.* Hæc præfatus Doctor, inter Sacrorum Canonum interpretes, celeberrimus, qui satis apertè pro nobis est, cum asserat consequi iurisdictionem quasi Episcopalem tanquam ex legitima præmissa, ex exemptione ab Episcopi iurisdictione.

Secundò probatur suppositum nostrum quoad iurisdictionem Prælatorum Regularium in suos subditos Regulares. Quia isti prioris conditionis non sunt post exemptionem, quàm ante exemptionem erant, & quàm Sæculares sunt. Sed prioris conditionis essent, si eorum Prælati in eos non haberent ordinariam, tantam, & talem iurisdictionem, qualem ante exemptionem in eos habebat Episcopus, & qualem nunc habet in Sæculares. Ergo Prælati Regulares habent in suos subditos Regulares tantam, & talem iurisdictionem, qualem ante exemptionem in eos habebat Episcopus Diœcesanus, & quantam nunc habet in Sæculares. 4

Probatur tertiò eadem suppositi pars, ex Philosophi 5

loſophi axiomate : *Qui dat formam , dat conſequentia ad formam.* Sed Summi Pontifices exemerunt Regulares ab Epiſcoporum, & Ordinariorum iuriſdictione, & propriis eiuſdem Inſtituti ſubiecerunt Prælatis , in vim ipſiuſmet exemptionis præcisè , vti ex pluribus magni nominis Doctoribus vidimus. Ergo in vim eiuſdemmet exemptionis , illis plenam in ſubditos Regulares iuriſdictionem contulerunt. Et illimitatam quidem , niſi aliàs limitata reperiatur : ratione cuius poterunt , ratione iuriſdictionis in ſubditos , quicquid Domini Epiſcopi, & Archiepiſcopi poſſunt in ſuos ſubditos immediatos , & in ſuffraganeos reſpectiuè. Immò & quicquid Summus poteſt Pontifex in omnes fideles , ſi ab eodem Pontifice Summo non limitaretur , aut ab alio , ad quem id ſpectet, non arctetur, vti docet , & benè Chaſſaing, *in tomo Priuilegia Regularium, tract.3. cap.2. propoſitione* 2. cum Soto , *in* 4. *diſtinct.* 27. *quæſt.* 1. *art.* 4. Victoria , *in Relectione de Poteſtate Eccleſiæ , quæſtione* 2. *num.*28. Emmanuele Roderiquez, *quæſt. Regular. tom.* 1. *quæſt.*27. *artic.* 6. & Miranda , *in Manuali Prælatorum,tom.*1. *quæſt.* 13. *artic.* 5. *& tom.*2. *quæſt.* 7. *artic.*1. Hieronymus Roderiquez , *in Compend. quæſtion. Regular. reſolut.* 68. *num.* 9. Aſcanius Tamburinus , *de Iure Abbatum , tomo* 2. *diſputat.*17. *quæſito* 18. *numer.*1. Ioannes Bapt. Lezana *in Summa quæſtion. Regular. tomo* 1.*part.* 2. *cap.*13. *num.*86. *tomo* 2. *part.*4. *verbo Prælatus , num.*15. *tomo* 3. *in Marimagno Carmelitarum, num.*399. *& num.*479. Franciſc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium,tomo* 2. *tractat.*9. *cap.*3. *num.*109. Hieronymus Garcia, *in Politica Regulari, tomo* 2. *tract.*10. *difficult.*1. *dub.*1. *num.*13. Auguſtin. Barboſa, de Poteſtate Epiſcopi, *part.*3. *allegat.*105. *numer.*3. *&* 4. Ego ipſe *in Diſquiſitione de Iure Prioris annexi,num.*120.

6 Quartò probatur ex Conſtitutione , *Etſi Mendicantium Ordines* , pro Patribus Mendicantibus , & ex Conſtitutione. *Cùm intra mentis noſtræ arcana* , pro noſtra Hiſpana Benedictina Congregatione , à Pio Papa Quinto conditis. Prima, 17. *Kalendas Iulij*, 1567. Secunda , illa inſerta, 8. *Kalendas Septembris eiuſdem Anni.* In vtraque prohibet Epiſcopis , ne proceſſus forment aliquos contra Fratres, aut Moniales : immò declarat , illos non poſſe formare, aut facere ipſorum Fratrum, aut Monialium irrequiſitis Superioribus. Et addit. Fratres quoque , ſi contigerit eos ad huiuſmodi Ordinarios recurſum habere , à præfatis Generalibus , Miniſtris , ſeu Prouincialibus , Prioribus, Guardianis , & aliis ſuis Superioribus caſtigari, & puniri poſſe , & debere. Neque ipſos Ordinarios præfatis Superioribus Ordinum huiuſmodi vllatenus inhibere , quinimò præfatos Superiores proceſſus contra Fratres ſuos , & Moniales huiuſmodi , quando opus fuerit circa delictorum inquiſitionem , vel caſtigationem facere poſſe decernimus , inuocato etiam ad hoc , ſi opus fuerit , auxilio brachij ſæcularis.

Hactenùs Sanctiſſimus ille Pontifex , cuius quidem recenſitæ Conſtitutiones , reuocatæ minimè ſunt à Gregorio Papa XIII. eius ſucceſſore , vti alibi latè probo : & ad ſummum illarum prior , redacta eſt per Gregorium præfatum ad terminos Concilij Tridentini , in ſententia , quam ſequuta eſt Sacra Rota, *in Licien. quarta funeralium* , 15. *Ianuarij* , 1618. coram Coccino Decano , *la* 84. *in tomo* 3. *Aſcanij Tamburini , de Iure Abbatum , pag. mihi* 397. in cuius *numer.*4. ſic lego. Neque eſt verum, quòd prædicta Conſtitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla , quam refert Nauarrus *in Manuali , cap.*27. *in fine* ; quia cum dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta ad terminos Concilij, vt cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum , vt refert Caracia , *loco citato* (ſcilicet, *de quarta funeralium, cap.*1.) qui etiam in fine tractatus , refert ipſam Declarationem, & benè aduertit Gutierez *loco citato.* De Iuramento ſcilicet confirmatorio , *part.*2. *cap.*4. *numer.*3. Concilium autem Tridentinum iuriſdictioni Ordinariæ , & quaſi Epiſcopali , quam Prælati habebant Regulares in ſuos ſubditos , in ſuos Religioſos , neutiquam derogauit. Vnde datâ tali reductione,in ſua remanſit vi,Piana præfata, quoad,id quod ex illa reddidi.

Hanc quartam probationem , non tam pro firmando adduxi ſuppoſito, quàm pro demonſtrando , Summos Pontifices non ſolùm conceſſiſſe Prælatis Regularibus iuriſdictionem in ſubditos virtualiter , in ipſis priuilegiis exemptionis, ſed etiam expreſsè : pro quo alia etiam Apoſtolica diplomata recenſere poſſem , inter quæ , reſpectu Abbatum noſtrorum , bonum habent locum Eugenianum, & Clementinum, mox pro fundanda iuriſdictione in loca noſtræ Congregationis reddenda. Relicta iam prima parte, ſatis benè probata, ad ſecundam firmandam accedamus.

Prælati itaque Regulares habent iuriſdictio- 7
nem Ordinariam in Monaſteria , quibus præſunt, quaſi Epiſcopalem quidem, & priuatiuam reſpectu Dominorum Epiſcoporum , & Ordinariorum aliorum : & non ſolùm in Monaſteria , ſed in Prioratus , Grangias, & in Eccleſias vnitas eorum Monaſteriis , & in alia ipſorum loca. Pro nobis eſt Paſqualigus,*de Sacrificio tomo* 1. *q.*684. *num.*4. *& tom.*2. *q.*1166. *num.*4. *in priori loco.* Sic ait. Quicquid poteſt Epiſcopus circa ſuos ſubditos , poteſt etiam Prælatus Regularis circa proprios, vt declarauit Pius V. *ſub die* 21. *Iulij*,1571.*in ſua Conſtit.*132. *tom.*2. *Bullar.* Ergo idem poterit etiam , quoad Eccleſias ſibi ſubiectas , quod poteſt Epiſcopus;quia eſt eadem ratio , cùm talis poteſtas fundetur in ſubiectione , & vtrinquè ſit plena ſubiectio. Ergo poterit deſtruere Altaria conſecrata , ſicut poteſt Epiſcopus. Hæc ibi ; in poſteriori verò loco dicit Pius V. *ſub die* 21. *Iulij* 1531. *in Conſt.* 132. *in Bullar.* §. 3. declarat quòd Prælati Regulares , quoad proprios ſubditos , habeant totam illam facultatem , tam ad abſoluendum , & diſpenſandum , quàm ad quoſque alios actus, quam habent Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubiectos : & meritò , quia Regulares extra Religionem non habent alium Superiorem,niſi Summum Pontificem : & ideò debent intra Religionem pro recto regimine adeſſe:tota illa facultas,quæ quoad Sæculares eſt apud Epiſcopos. Ergo ob eandem rationem , cùm Eccleſiæ Regularium non ſint ſubiectæ

Episcopis, sed omninò exemptæ, debet esse apud Prælatos Regulares facultas reducendi Missas, quando talis reductio non est reseruata Summo Pontifici, cùm in hoc quoque locum habeat Declaratio Pij V. Ita Pasqualigus. Quod benè probare possumus eisdem probationibus, in præcedentibus adductis. Et vlteriùs firmo duplici probatione desumptâ ex vnâ, & altera Apostolica Constitutione. Prima edita est, ab Eugenio Papa Quarto, *pridie Kalendas Iulij, de Anno* 1436. ad fauorem Congregationis Sanctæ Iustinæ Ordinis nostri Benedictini, quam authenticam habet in suo Bullario meâ Hispana Congregatio, *la* 15. *in Ordine, à folio* 44. incipit *Regularem vitam*, & quâ ipsa gaudet per Apostolicas alias Constitutiones Iulij Secundi, *la* 1. *dicti Bullarij*, & aliorum Pontificum. Secunda verò, à Clemente Octauo emanauit, *sub die* 2. *Augusti, de Anno* 1596. pro præfata Hispana Congregatione, incipit. *Vt ea, la final dicti Bullarij.*

8 Eugenius igitur sic decernit, §. 8. Vt autem huiusmodi Congregationis Monachi liberiùs in eorum Regularis vitæ obseruantia valeant perdurare, omnes, & singulos Episcopos, vel locorum quorumlibet Ordinatios, aut alias quasvis personas ad Monasteria, siue loca dictæ Congregationis, causa Ordines celebrandi, seu causas ciuiles, aut criminales exercendi, Conuentus, siue Synodos, & Processiones conuocandi, Missas, & alia Officia celebrandi, sub excommunicationis pœna, quam incurrant ipso facto, si aliter attentauerint, accedere, vel morari ipsis inuitis, tenore præsentium prohibemus. Hactenùs Eugenius, cuius Constitutio irritans habet Decretum, quod omne inficit, quod contra illius tenorem, à quoquam, quâvis authoritate, & causâ contigerit attentari, possessionémque contrariam.

9 Ex qua quidem Constitutione, duo euidenter habemus diffinita. *Primum*, quòd Episcopus Diœcesanus nullam iurisdictionem, aut potestatem habeat in Monasteriis, & locis Congregationis Benedictinæ, & aliarum Congregationum, & Ordinum communicationem habentium illius priuilegiorum. *Secundum*, quòd omnis iurisdictio pro eisdem Monasteriis, & locis, penes Monachos, seu eorum residere Prælatos.

10 Vltimum rursùs probatur. Quia præfata loca alicui immediato Prælato subiecta esse debent. Non subsunt Diœcesano Episcopo, cum nullam functionem spiritualem, aut temporalem in illis exercere possint, vti ex recensita patet Eugeniana Constitutione, & ex *cap. Cum Episcopus, el* 7. *de Officio Ordinarij, lib.* 6. & ibi Glossa, verbo eodem. Ergo subsunt Prælato Regulari locali. Vnde Diana *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 15. *versic. Notandum*, de Abbatibus ait: *in suis Dominibus, & Monasteriis, habent iurisdictionem quasi Episcopalem.*

11 Clemens autem Octauus *vbi suprà*, provt sequitur, statuit. Sanè dilecti filij Generalis, & Abbates Congregationis Vallisoletanæ Ordinis Sancti Benedicti Regnorum Hispaniarum, Nobis nuper exponi fecerunt, quòd cum aliàs per Congregationem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Decretorum Concilij Tridentini Interpretum, declaratum fuerit, licere Abbatibus benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit priuilegium, vt possint omnia ea facere, quæ possunt Abbates benedicti, Tonsuram, minorésque Ordines suis subditis Regularibus tantùm conferre, aliáque Pontificalia huiusmodi Abbatibus competentia, *sui Ordinis Monasteriorum Ecclesiis, & limitibus exercere.* Et infrà. Quare Generalis, & Abbates præfati, Nobis humiliter supplicati fecerunt, quatenus suprà dicta, provt declarata sunt, approbare, eáque omnia ab omnibus inuiolabiliter obseruari mandaremus. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Decreta, & ordinationes huiusmodi Apostolicâ authoritate, tenore præsentium approbamus, eáque per quorumque Archiepiscopos, Episcopos, & alios locorum Ordinarios inuiolabiliter perpetuò obseruari debere statuimus, & ordinamus. Decernentes sic; & non aliter per eosdem, & alios quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici Auditores: Sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere irritum quoque, & inane quicquid secùs super his à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis, &c.

In cuius Constitutionis executionem Illu- 12
strissimus. D. D. Decius Carafa Nuncius Apostolicus Regnorum Hispaniæ, cum illius insertione, ad instantiam Procuratoris Generalis Ordinis nostri, & Benedicti Baltodani Prioris Conuentus Sancti Claudij Legionensi, litteras expediuit 17. *die Maij, vsque de Anno* 1611. manu propriâ, & Bartholomæi Gutierrez Abbreuiatoris subscriptas, & registratas, *lib.* 3. *fol.* 212. per quarum tenorem, Dominis Archiepiscopis, & Episcopis præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna interdicti ingressus Ecclesiarum suarum, & suspensionis actuum Pontificalium, & mille ducatorum, soluendorum per quemlibet contrauenientium, & Vicariis Generalibus inflixit pœnas excommunicationis maioris, & 500. *ducatorum*, & alias, in præfata, contentas Constitutione, vt statim, ac fuerint cum illis requisiti pro parte dicti Ordinis, aut cuiuscumque illius Monasterij, adimpleant, & obseruent, ac adimpleri, & obseruari faciant dictam Constitutionem, provt illa continetur. Et in contrarium euentum, eis præcepit, vt compareant per se, aut legitimum Procuratorem, ad videndum se declarari incursos, in pœnas dicti motus proprij, provt latiùs præfata omnia continentur in publico instrumento, per Blasium Godouer Notarium, & Officialem Nunciaturæ confecto, 25. *die, Mensis, & Anni, de quibus suprà*, quòd sæpe, præ manibus propriis habui, & vidi, ac legi sanum videlicet, integrum, non cancellatum, nec in aliquo vitiatum, & omni prorsùs carens vitio.

Ex quibus Sacræ Congregationis Declaratio- 13
ne,

ne, & Clementis Papæ Octaui Conſtitutione, duo etiã habemus certa. *Primum*, poſſe Abbates noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, in Eccleſiis Monaſteriorum ſuorum, & in limitibus eorum, videlicet in Prioratibus, Grangiis, Capellis, ſeu Eccleſiis Monaſteriis incorporatis, ſiue vnitis pleno iure, quoad ſpiritualia, & temporalia, hoc eſt ad menſam, vnione acceſſoria, & ſubiectionis, (de qua quidem vnione, & de eius effectibus, ex profeſſo egi in *qq. Paſtoralibus de Iure, & poteſtate Parochi Eccleſiarum vnitarum*, & doctrinam traditam, Eccleſiis variis Monaſterio Hyrachenſi vnitis applicui,) omnia exercere Pontificalia. Quòd autem ſub nomine Eccleſiarum Monaſteriorum, & ſub limitibus eorum veniant omnes annexæ, & quomodocumquè ac ſubiectæ Eccleſiæ, docuerunt Sylueſter, *in Summa, verbo Ordo*, 2. *quæſt.* 8. & Valerius Reginaldus, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 27. quos ſequitur Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 2. *diſputat.* 2. *quæſito* 13. *numero* 2. Sed ne digreſſio iſta longiùs, quàm par eſt, protrahatur, de hoc duxi ad calcem huius Diſquiſitionis, ſpeciale diſcutere Dubium.

14 *Secundum*, quod habemus ex præfatis Declaratione S. Congregationis, Concilij, & Clementina, certum eſt: Abbates noſtros iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habere in prædicta omnia loca, ad Monaſteria ſua pertinentia, ſeu illis annexa, vel vnita. Quod facilè probatur ſuppoſito Concilij eiuſdem Decreto, *ſeſſ.* 6. *de Reformatione, cap.* 5. decernente: Nulli Epiſcopo liceat cuiuſvis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſsâ licentiâ, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm; ſi ſecùs factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic Ordinati, ab exercitio Ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi. Sed Abbates noſtræ Congregationis Hiſpanæ licitè, abſque licentia Ordinarij loci, poſſunt in ſuis Monaſteriis, ac Eccleſiis, & in eorum limitibus Pontificalia exercere, ex Declaratione eiuſdem Concilij, facta per S. Congregationem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Concilij Interpretum, quæ accedente Papæ Clementis authoritate, eandem omnino vim habet, ac ipſummet habet Concilium, iuxta tradita per Ioannem Sancium, *in Selectis diſputationibus, diſputat.* 48. *num.* 1. & Merolam, *tomo* 2. *diſputat.* 4. *cap.* 4. *dub.* 12. *num.* 173. apud Ioannem Machadum, *en el Perfector, y Cura de Almas, tom.* 2. *lib.* 4. *part.* 7. *tract.* 3. *documento* 2. *num.* 2. Ergo Abbates præfati iuriſdictionem habent in dicta loca, & non ſolùm voluntariam, ſed contentioſam, cùm voluntaria exerceri poſſit à quolibet extra proprium territorium, propria ex authoritate, & nulla habita licentiâ Domini, aut Prælati territorij in quo exercetur. Vndè Auguſtinus Barboſa *in Collectanea ad dictum Concilium, cap.* 5. *citato, num.* 20. ait ex Vgolino, de Officio Epiſcopi, *cap.* 4. §. 14. *num.* 4. Cardinale Tuſcho, *Litt. I. concluſ.* 546. & Stephano Gratiano, *diſceptationum forenſium cap.* 127. *à principio, & numer.* 6. Epiſcopum, & Vicarium extra territorium habere facultatem faciendi actus voluntariæ iuriſdictionis. Et addit cum Gratiano, poſſe concedere dimiſſorias in aliena Diœceſi. Et cum Gonzalez, *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, Gloſſâ* 62. *num.* 12. poſſe extra territorium ſuum excommunicare, & abſoluere ſubditum ſuum. Imò cum eodem Gonzalez *num.* 11. & Gratiano, *loco citato, num.* 8. docet poſſe Epiſcopum extra ſuam Diœceſim iuriſdictionem contentioſam exercere, quando cauſæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in ſuam Diœceſim.

Suppono ſecundò, pro concluſionis principalis probatione, actum deſignationis, ſeu deputationis Cœmeterij, ſeu loci pro fidelium Sepulturis, ad poteſtatem pertinere iuriſdictionis, non autem ad Ordinis poteſtatem. Quod ex ſe patet, cùm nullam connexionem habeat hæc authoritatiua loci deputatio, cum poteſtate Ordinis, licèt ad illam ordinetur: ad conſecrationem ſcilicet, aut benedictionem ſaltem dicti loci, ſine quarum altera, iſte, in probabiliſſima opinione, quam *Diſquiſitione defendimus* 2. facer non cenſetur. 15

Tertiò ſuppono, Religionum Prælatos nonnulla habere Apoſtolica diplomata, quarum virtute, benè poſſunt contra ſacrorum Canonum antiquorum diſpoſitionem, in *Can. Nemo, el.* 9. *de conſecratione, diſtinct.* 1. & in Ordine Romano, *pag. mihi* 77. ædificare Eccleſias, & Cœmeteria, illáque ſolemniter benedicere, & polluta reconciliare. Licèt enim Concilium Aurelianenſe, ex quo Canon recenſitus deſumptus eſt, ſtatuat: Nemo Eccleſiam ædificet, antequàm Epiſcopus Ciuitatis veniat, & ibidem Crucem figat, publicè atrium deſignet.... & poſtquam conſecrata fuerit, atrium eiuſdem Eccleſiæ aquâ conſpergat: aliqui Summi Pontifices inter alias diſpoſitiones huic contrarias, quæ ſequuntur, ediderunt. 16

In primis occurrit Cœleſtinus Papa Quintus, concedens Abbati Conuentus Sancti Spiritus de Sulmona, ſui, & noſtri Benedictini Ordinis, Congregationis Cœleſtinorum, 5. *Kalendas Octobris, de Anno* 1294. & ſui Pontificatus primo, vt ad Ciuitates, ſeu Villas, & ad loca quælibet, vbi religiosè, & honeſtè morari poſſitis accedere (verba ſunt Cœleſtinæ Conſtitutionis,) vbiquè pro veſtris vſibus ædificia, Monaſteria, Eccleſias, ſeu *Oratoria*, ex permiſſione, & indulto noſtro conſtruere liberè, & licitè valeatis. Et infrà. Liceat quoque poteſtate Pater Abbas, tibi, tuiſque ſucceſſoribus inter Fratres eiuſdem Ordinis, & aliis ad Miſſas veſtras in Conuentibus benedictionem ſolemnem facere, dummodò ibi præſens non ſit aliquis Epiſcopus, vel alia quævis Superioris perſona, ſtatus, ſicut ſunt Patriarchæ, vel etiam Cardinales, ac vaſa, & alia paramenta ad cultum diuinum pertinentia, nec non in ædificandis Capellis, Eccleſiis, aut Hoſpitalibus primum lapidem, & fundamenta, Pontificali more benedicere. 17

Hactenùs Sanctiſſimus Petrus Cœleſtinus in Conſtitutione præfata, inſertâ in altera Eugenij Papæ Quarti, datâ *Anno Incarnationis Dominicæ* 1434. *quinto Kalendas Nouembris*, illius confirmatoria, *la* 18. Eugenij præfati, *in Collectione Bullarum Apoſtolicarum Emmanuelis Roderici, incipit Ad decorem.* Eandem refert Conſtitutionem Abbas Paſſinianenſis Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 1. *diſputatione* 22. *quæſito* 9. 18

num. 3. *pag.* 341. Vbi ità legit: quoad benedictionem ſolemnem Miſſarum tempore » impertiendam: & aliis ad Miſſas veſtras con» uenientibus, benedictionem ſolemnem fa» cere, dummodò, &c. Et quæſitum concludit, dicens. Quam conceſſionem refert Roderic.... & huiuſmodi vſus benedicendi lapides in ædificandis Eccleſijs, Capellis, aut alijs ſacris Domibus (de quarum ædificatione, *in* 3 *tomo*) inter Abbates, præcipuè Regulares, maximè viget. Hæc Aſcanius, quem Franciſcus Pellizzarius, Manuali Regularium, *tomo* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 62. recenſet, & id eſſe in vſu apud Abbates Regulares, ait. Refert & Paſqualigus, vbi proximè.

Bonifacius Papa Octauus, immediatus D.
19 Petri Cœleſtini ſucceſſor in Petri Apoſtoli Sede, in Bulla authentica, *la* 119. Bullarij noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, incipit. *Inter curas*, Sanctæ Mariæ Nagerenſis Prælato, tunc ex Priore Monaſterio Cluniacenſi ſubiecto, in Abbatem exemptum erecto, inter alia maxima priuilegia, poſſe Eccleſias, Cœmeteria, & quæcumque alia pia, & honeſta loca ſibi ſubiecta, benedicere conceſſit.

Iulius Papa Secundus, in Marimagno Or-
20 dinis Sancti Franciſci de Paula, incipit. *Dudùm*, inter Bullas à Cherubino collectas, *tom.* 1. *la* 10. huius Pontificis, in nouiſſima editione, *fol.* 486. ſic §. 22. Ad quod ipſius Ordinis Minimorum Generalis, Vigiles, ac Prouinciales, eorúmque Vicegerentes, omnes, & ſingulos eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria, tam indicta Diœceſi Hiſpalenſi, quàm vbicumque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ſolemni benedictione benedicere. Ac etiam illas, ſeu illa, & earum quamlibet, ſanguinis, ſeu ſeminis effuſione, ſeu alias quomodocumquè pollutas, ſiue polluta, quoties opus fuerit, aquâ tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, vt moris eſt, benedictâ, reconciliare. Huc vſque Iulius Papa, 28. *die Menſis Iulij, de Anno* 1506.

21 Huius Bullæ meminerunt Tamburinus *de Iure Abbatum, tomo* 1. *diſput.* 23. *quæſito* 9. *num.* 3. Vbi illam ad Abbates, & ad alios extendit Regulares Prælatos. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tomo.* 2. *part.* 3. *verbo Eccleſia, ſeu Templum, num.* 7. quo loci illam etiam extendit, & notat cum Sorbo, ſolemnem benedictionem, de quâ in hac Bulla, eſſe illam, quæ fit cum illa ſolemnitate: *Adiutorium noſtrum, &c. Sit nomen Domini benedictum, &c.* Vide pro illa Pontificale, ſeu Rituale Romanum. Verba ſunt Lezanæ, doctiſſimi huius temporis Authoris. Meminit & Paſqualigus, de Sacrificio Miſſ. to. 1. q. 511.

22 Leo etiam Papa decimus, in Bulla *Religionis honeſtas*, *la* 6. apud Emmanuelem Roderiquez, *in Bullario*, *anno* 1514. & 1. ſui Pontificatus, 3. *Februarij die*, Generalibus, Guardianis, &c. Ordinis Minorum, ſic conceſſit. Nos igitur, qui Religioſarum perſonarum vota, per quæ eorum diſpendijs obuiatur, ac commodis, & profectibus prouidetur ſtudio charitatis libenter proſequimur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & pro tempore exiſtentibus Generalibus, & Prouincialibus, ac Guardianis, & Fratribus veſtri Ordinis, & obſeruantiæ, vt Eccleſias, Oratoria, & loca quæcumque recepta, & recipienda, nondùm conſecratas, ſeu conſecrata, factâ priùs requiſitione ab Epiſcopis locorum, eiſque recuſantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Epiſcopum, gratiam, & communionem dictæ Sedis habentem, conſecrari faeere. Ac veſtri Ordinis Generalibus, & Prouincialibus, Vicarijs, & Cuſtodibus, ac Guardianis pro tempore exiſtentibus.... Vt omnia, & ſingula eiuſdem Ordinis, & obſeruantiæ Eccleſias, Cœmeteria, ad Capitula, & Oratoria vbicumquè exiſtentia, receptas, & recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ac paramenta, & ornamenta, & alia quæcumque ad diuinum cultum, & vſum veſtrum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit, pro veſtro vſu tantùm, ſolemni benedictione, ac etiam per Vicarios, ſeu Guardianos, aut alios ad hoc à vobis in veſtris Capitulis generalibus, prouidè deputandis, benedicere, ac illos, ſeu illa, & eorum quodlibet, ſanguinis, ſeminis effuſione, ſeu alias quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aquâ per vos, preſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum, aquam benedicentem, per duas dictas adire non poteritis, benedictâ, reconciliare liberè, licitè valeatis, authoritate Apoſtolicâ, tenore preſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus quibuſcumque Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cœteriſque contrarijs quibuſcumque. 23

Huius Leoninę Conſtitutionis, plures grauiſſimi Doctores meminerunt. Pax Iordanus, *tomo* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 164. & penes eum, Vgolinus, *de Officio Epiſcopi, cap.* 29. §. 8. *num.* 2. & Gregorius Sayrus, ab Vgolino allegatus. Auguſtin. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 28. *num.* 64. Aſcan. Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 1. *diſput.* 23. *quæſito* 9. *ſub num.* 3. Lezana, *in Summa qq. Regular. tomo* 2. *parte* 3. *Verbo Eccleſia, num.* 9. Antonin. Diana, *parte* 11. *tract.* 8. *reſolut.* 23. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 67. & 101. Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 3. *quæſt.* 4. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſt. cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 10. *à num.* 10. Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo* 2. *tract.* 23. *ſect.* 3. *num.* 74. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Iuriſdictione, inquiſit.* 4. *num.* 6. *pag.* 275. aſſerentem ex compendijs Minorum, & ſui Ordinis Theatinorum, *verbo Benedicere, in primo*, §. 4. & *in ſecundo* §. 1. Prelatos Religionum poſſe benedicere, ſolemni benedictione, omnes ſuas Eccleſias, Oratoria, & Cœmeteria, in vim Leonis Papę conceſſionis, cuius etiam meminit Bruno Chaſſaing, *in Priuilegijs Regularium, part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 4. *propoſit.* 4. qui & recenſet Compendia Priuilegiorum Fullenſium, Societatis Ieſu, & Mendicantium, Franciſcum à Capite Fontium, *in Compendio, verbo Benedicere*, Portellium, *in dubijs Regularium, verbo eodem* Antonium Nouarium,

Nouarium, *in Summa Bullarum, titulo de Pollutione Ecclesiarum, num.* 7. & Iacobum Graffis, *consilio* 12. *de Consecratione Ecclesiarum, n.* 18. Meminit & Pasqualigus loco cit.

24 Quibus suppositis, probata manet conclusio nostra. Quoad priorem enim illius partem, quòd scilicet possint Prælati Regulares in suis Monasteriis, & Ecclesiis, in annexis, seu vnitis, & in limitibus eorum, locum deputare pro Cœmeterio, & Sepulturis, patet. *Primò*. Quia ista deputatio est actio iurisdictionis, quâ ipsi soli inibi gaudent. *Secundò*. Quia ex concessione Apostolica, possunt ædificare, propria ex authoritate Ecclesias, Capellas, Oratoria, Hospitalia, &c. ergo poterunt etiam propria ex authoritate deputare in proprio solo Cœmeterium, & locum pro Sepulturis. Patet consequentia. Quia cui licet quod est plus, licet vtiquè quod est minus. Regula *Cui licet, la* 53. *de Regulis Iuris, lib.* 6. vbi Glossa, *verbo Cui licet*, ait. Cui licet plus, & minus. Et in *cap. Cùm illorum, verbo Minora, el* 32. *de sententia excommunicationis*, inquit. Et è conuerso, cui conceditur maius, & minus. Et *L.* 188. *ff. eodem tit.* Non debet cui plus licet, quod minus est non licere. Sed plus est ædificare, propria ex authoritate Ecclesias, &c. quàm deputare in proprio solo locum pro Cœmeterio, & Sepulturis. Ergo cum illud proprià authoritate facere possint Abbates, Priores, & alij Regulares Prælati, & ista poterunt, eadem authoritate.

25 Et confirmatur. Plus est Ecclesias, Capellas, Oratoria, & Cœmeteria solemniter benedicere, quàm pro istis locum designare. Sed Abbates, & alij Prælati Regulares possunt solemniter benedicere Ecclesias, Capellas, Oratoria, & Cœmeteria. Ergo poterunt & locum pro Cœmeterio designare. Minor constat. Quia benedictio, ad Ordinem pertinet; designatio autem ad iurisdictionem. Sed plus est Ordo, quàm iurisdictio. Ergo plus est Ecclesias, Cœmeteria, & alia benedicere, quàm pro illis locum designare. Minor verò, ex diplomatibus Apostolicis suprà redditis demonstratur, & docetur à Doctoribus, quos *num.* 21. & 23. allegaui.

26 Quoad secundam partem non indiget probatione Conclusio, cùm iam ex recensitis Apostolicis Constitutionibus, omni appareat euidentiâ, posse Regulares Prælatos Cœmeteria solemniter benedicere, & reconciliare. Quod & asserunt Authores, quos pro earum qualibet recensui.

27 Quoad vltimam verò probatur. Illud quilibet facere potest, authoritate ordinaria & propria, quod ratione officij sui, aut dignitatis illi facere licet (maximè si potestas ei facta non sit tanquam delegato) *cap. His quibus ex Officio, el* 22. *& finale, de Officio Iudicis Ordinarij*, vbi noster Abbas Panormitanus, illud *ex Officio*, sic per periphrasim explicat: *scilicet ordinaria potestatis*. Sed Prælatis Regularibus ratione suæ Prælationis, Officij, & dignitatis, licet ædificare Ecclesias, Capellas, Oratoria, illasque & illa, ac Cœmeteria solemniter benedicere. Ergo possunt præfati Prælati Regulares authoritate ordinaria, & propria Ecclesias, Capellas, Oratoria, ac Cœmeteria ædificare; & solemniter benedicere.

Sed dices. Prælati Regulares, ex priuilegiis 28
suprà adductis habent, quòd possint ædificare, ac benedicere Ecclesias, & Cœmeteria, non autem ex iure communi. Ergo ad id iurisdictionem non habent ordinariam, & propriam.

Sed contra, *Primò*. Quia vti benè docet Bruno Chassaing, *de Priuilegiis Regularium, tract.* 2. *cap.* 5. *propos.* 5. *pag. mihi* 49. duplex est priuilegij genus. Vnum quod priuatis conceditur, & est odium Iuris; alterum, quod à Principe in perpetuum conceditur in bonum alicuius Communitatis, aut Ordinis Regularis. Et hoc æquatur Legi, ac si insertum in corpore Iuris esset: & tanquàm fauor, est amplissimè interpretandum, vti docent Oldradus, *consilio* 30. Compendium priuilegiorum Minorum, *tit. Priuilegium, in fine*. D. Thomas, *Opusculo contra impugnantes Religionem, cap.* 64. *colum. Penult.* Iason, *in cap. fin. num.* 19. *&* 20. *de Constitutionibus*, & Marcelinus à Sancto Benedicto, *verbo Priuilegia, in notabilibus*. Ità Bruno.

Secundò. Quia quòd quis aliquam ex priui- 29
legio facultatem habeat, dummodò priuilegium perpetuum sit, & Officio, & dignitati concessum, esto contra ius commune sit, non tollit quò minùs ordinaria, & propria illa sit dignitati, aut officio, cui ex priuilegio competere dignoscitur. Glossa, *in cap. His quibus, de Officio Iudicis Ordinarij, verbo Casibus*, ibi: Quia non dicitur illud certum ministerium, cùm illud competat ratione dignitatis, cui concessum fuit priuilegium perpetuum. Quod exemplo eorundem Prælatorum Regularium euidenter demonstratur. Iurisdictio enim Ecclesiastica, quâ illi in suos subditos Regulares pollent, ipsis ex priuilegio competit exemptionis, vti vidimus *num.* 2. *&* 3. Eandem enim iurisdictionem, quam ipsi nunc habent, Episcopi habebant Diœcesani ante exemptionem ex Iuris dispositione, vti dixi *in Disquisit. Pastorali de Iure Prioris annexi, num.* 113. Et hæc iurisdictio quantumuis ex priuilegio præfatis competat Regularibus Prælatis, ordinaria illis est, & propria, vti *ibidem num.* 112. demonstrauimus: & in confesso est apud omnes, & nullus ratione vtens, & fumo aliquo veritatis fultus id negare valet. Ergo etiamsi facultas benedicendi Ecclesias, & Cœmeteria Prælatis ex priuilegio competat Regularibus, & non ex iure communi, ordinaria illis, & propria erit.

Vltimò. Quoniam iurisdictio concessâ dele- 30
gatione perpetuâ, & non ad tempus, est ordinaria ex communi doctorum sententia: inter quos id existimat Glossa in *L. Pluribus, ff. de Procuratoribus*. Glossa etiam in *c. fin. de Officio Iudicis Ordinarij*, & ibi Clarus, ibi: Concludimus. Bartholus, in *L.* 1. §. *si plures, ff. de Exercitatoria actione*. Panormitanus Abbas, *in cap. Quoniam*, § *Cæterum, de Officio delegati*. Nauarrus, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 42. Et clarissimè Baldus, *in L. vnica, ff. de Consul.* cuius hæc sunt verba. Vtrum commissio faciat aliquem Ordinarium aut delegatum? Respondeo, si est commissio perpetua, facit Ordinarium. Sic etiam tenet Christophorus à Capite Fontium, *verbo Absolutio ordinaria quoad Fratres, num.* 27. Emmanuel Roderiquez, *tomo* 1. *quæstionum Regularium, quæst.* 17. *artic.* 6. *& quæst.* 22. *artic.* 11. quos recenset,

& ſequitur Bruno Chaſſaing, *de Priuilegijs, tract. 3. cap. 2. propoſit. 4. num. 4.* Ergo cùm delegatio facta in priuilegijs, Regularibus prælatis, perpetua ſit, ordinaria, & non delegata erit.

31 Limita tamen hanc doctrinam, quoties in conceſſione facultatis exprimitur, quòd illa alicui tanquàm delegato competat. Tunc enim, quantumcumquè perpetuò dignitati, aut officio concedatur, delegata erit, & nunquam ordinaria, eſto in corpore Iuris habeatur inſerta, cuiuſmodi ſæpè reperitur conceſſa Epiſcopis reſpectu Regularium exemptorum. In Tridentino Concilio *ſeſſio. 5. de Reformatione, cap. 2. in fine, verſic. Si verò quod abſit*, conceditur facultas procedendi contra exemptos hæreſes prædicantes. *In eadem ſeſſione, cap. 1.* conceditur facultas procedendi contra Prælatos Regulares negligentes circa lectionem ſacræ Scripturæ, in Monaſterijs legi præceptam. *Seſſ. 6. cap. 3. de Reformat.* conceditur facultas viſitandi, puniendi, & corrigendi delinquentes extra Monaſterium degentes. *Seſſ. 7. cap. 8. de Reformat.* iniungitur Ordinarijs obligatio viſitandi ſingulis annis Eccleſias quaſcumque quomodolibet exemptas. *Eâdem ſeſſ. cap. de Reformat.* Statuitur, quòd Ordinarij Regulares debitores, in cauſis mercedum, & miſerabilium perſonarum, cogant, & compellant. *Seſſ. 21. cap. 8.* iniungitur etiam obligatio viſitandi Monaſteria in quibus non viget Regularis obſeruantia, &c. *Seſſ. 25. cap. 2. de Reformat.* conceditur facultas Ordinarij procedendi contra prædicantes errores, & ſcandala diſſeminantes. *Seſſ. 25. cap. 8. de Regularibus*, Epiſcopis ſtrictè iniungitur obligatio curandi conſeruationem, & reſtaurationem clauſuræ Monialium. Et *eâdem ſeſſ. cap. 12.* Eccleſiæ Regularium, quibus imminet animarum cura, Epiſcopis ſubiiciuntur, quoad illius adminiſtrationem. In prædictis igitur, & in alijs ſimilibus caſibus, quamuis perpetuò dignitati Epiſcopali iuriſdictio à Iure committatur, ei ordinaria, & propria neutiquàm erit, ſed tantùm delegata, quia nimirùm Epiſcopo confertur tanquàm Sedis Apoſtolicæ Delegato.

Hanc quidem doctrinam, & limitationem noſtram tenent Gloſſa, in *cap. Ad abolendam, verbo Delegatis, & 9. de Hæreticis*, & ibi Panormitanus Abbas, *num. 15.* cum Ioanne Andrea. Thomas Sanchez, *tom. 3. de Matrimonio, lib. 8. diſputat. 2. num. 10. ad medium*, cum Coſma, *Pragmatic. Sanction. tom. 1. de Collatio. §. Item circa, verbo Legatorum.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, parte 3. allegat. 92. num. 3.* cum Gloſſa 2. *in cap. Per hoc, de Hæreticis, lib. 6. & in cap. 1. de Clerico ægrotante, verbo Authoritate.* Marian *ad cap. Ad abolendam citatum, num. 14. & à nu. 37.* Decio, *in Rubrica, num. 6. de Officio delegati.* Pauin. *de poteſtate Capituli, parte 1. quæſt. 10. nu. 3. & 4.* Aloyſio Riccio, *in Praxi aurea, reſolut. 449.* & alijs. Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ. 76. num. 109.* Candidus, *tomo 1. Diſquiſitionum Moralium, diſquiſit. 3. de Abſolutione, artic. 25. dubitat. 1.* cum Gloſſa, *in cap. fin. de Hæreticis*, & communi Doctorum.

32 Nec valet dicere, ordinariam, & non delegatam tribui iuriſdictionem, quando à Lege tribuitur, & delegatur. *L. & quia*, ibi: *nec ipſa lex defert*: per argumentum à contrario, *ff. de Iuriſdictione, omnium Iudicum.* & notauit Gloſſa, in *cap. irrefragrabili, §. Cæterum, de Officio Ordinarij*, quam ibi multi ſequuntur, vti refert Barboſa *dictâ alleg. 92. num. 9.* Beroi. *in Rubrica de Officio delegati, num. 57.* Orian. in *L. 1. num. 71.* & ibi Iacobus de Nigris, à *num. 37. ff. de Officio eius.*

Non inquam valet, quia, licèt delegatio fiat 33
à Canone, aut à Lege, ſi per modum fiat ſpecialis commiſſionis, & non ſub ratione officij, iuriſdictio delegata, non verò ordinaria cenſenda eſt, vt probat textus in *L. 1.* verſic. *Et ideò*, ibi: *Lege, vel Senatuſconſulto delegatam.* & in *§. Qui mandatam*, ibi: *ſed morum imperium*, quod lege datur, *&c. ff. de Officio eius.* Et ità reſpondet Barboſa, *vbi proximè, num. 5.*

Circa ſupradicta *n. 17. & 24. de Oratorijs* 34
in Hoſpitijs erigendis, inuenio doctum Paſqualigum docentem nouiſſimè, *de Sacrific. Miſſæ, to. 1. q. 490.* cum Hier. Garcia *in Summ. tr. 3. difficul. 8. dub. 2. punct. 3. n. 31.* Paſſerin. *de Pollut. Eccleſiæ, diſp. 2. cap. 11. n. 3.* Th. Hurtado, *Reſol. Moral. p. 2. tr. 12. c. 1. in digreſſ. §. 2. n. 2224.* poſſe erigere Oratoria Regulares in ſuis Hoſpitijs, & addit ex dict. Hurtado id verum, ſiue Hoſpitium ſit auctoritate Epiſcopi, ſiue non; ſi ſit permanens, ad quod diuertant Religioſi itinerantes, aut in quo aliqui negotiorum cauſâ habitent, etiamſi ſit vnus, & reliqui ſeruientes ſint, licet etiam Sæculares. & *q. 493.* docet non poſſe Epiſcopos. prohibere Oratoria, neque celebrationem Miſſę in Hoſpitijs, &c. ex Roderiq. *to. 2. q. 75. art. 1.* Alphonſo de Leone, *recollect. 6. de Cenſuris, n. 854.* Ioan. à Cruce, *lib. 2. de Statu Religionis, cap. 5. dub. 7. concl. 2.* Lezana *verbo Altare, n. 14.* Garz. *Vbi ſuprà, n. 32. circa finem*, & Dicaſtillo, *de Sacramentis, tr. 5. diſp. 4. dub. 6. n. 104.* Et ratio eſt. Quia tota facultas, quam Trident. *ſeſſ. 22. in Decreto de ſeruandis. & vitandis in celebrat. Miſſarum*, quoad Regulares, eſt, quòd non patiantur celebrari omninò extra Eccleſiam, aut extra Oratoria diuino tantummodò cultui dicata, nec in priuatis domibus. Sed Hoſpitia non ſunt domus priuatæ, ſed loca Eccleſiaſtica, quæ gaudent immunitate, & non ſunt omninò extra Eccleſiam. Eccleſiæ enim æquiparantur Monaſteria, Grangiæ, & Hoſpitia, & nomine veniunt Eccleſiæ: ergo, &c.

Promiſi *numero. 13. in fine*, Dubium diſcutere circa facultatem vtendi Pontificalibus, noſtris conceſſam Abbatibus.

Vt promiſſis ſatisfaciam, inquiro.

***

DVBIVM

DVBIVM I. INCIDENS.

An Abbates Congregationis S. Benedicti Hiſpaniæ, propria ex authoritate, nullâ præhabitâ veniâ Dominorum Ordinariorum, & Diœceſanorum, licitè Miſſas Pontificales celebrare, & alia Pontificalia exercere poſſint, non ſolùm in Eccleſijs, in ſuis Monaſterijs exiſtentibus, ſed etiam in omnibus ſuis annexis, & in eorum ſingulis, ſiue Prioratus ſint. Grangiæ, Eccleſiæ Parochiales, per Clericos etiam Sæculares deſeruitæ, dummodò ad menſam vnitæ ſint Monaſterijs, in Capellis, & in locis alijs ad Monaſteria pertinentibus?

§. PRIMVS.

Supponuntur aliqua notabilia pro Dubij reſolutione.

BREVIARIVM.

Abbas.

Accedere non tenetur Abbas Benedictinus ad Synodum Diœceſanam, aut ad aliam Congregationem, quàm ad Capitulum Generale Ordinis, n. 6.

Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet in ſuo Monaſterio, in eius Prioratibus, & Grangiis, in Eccleſijs ad menſam vnitis, etiam per Clericos Sæculares deſeruitis: & in omnibus Monaſterij ſui locis, n. 8. 9. 11. 12. 13. 21. 26. 30. & 31. & 32.

Illam habet in Vicarios, Capellanos, & in alios Eccleſiarum vnitarum ad menſam miniſtros, n. 9. 10. 13. 15. 16. 18. 20. 21. 22. & 23.

Illam etiam habent nonnulli Abbates in Laicos, & populum. n. 22.

In Eccleſijs vnitis Monaſterio, in his quæ ad ius Abbatis, & Conuentus pertinent, non Epiſcopo, ſed Abbati contrarium præcipienti obedientia debetur, n. 29.

Abbates Congregationis noſtræ vſum habent Pontificalium, n. 33.

Poſſunt vbique, de Diœceſani licentia, Pontificalibus vti, n. 33.

Poſſunt abſque Diœceſani venia illis vti in omnibus annexis Monaſteriorum ſuorum, n. 37.

Alienare.

Vicarij, & alij Clerici Eccleſiarum vnitarum Monaſterijs, illarum bona nequeunt alienare, niſi de authoritate Prælati Monaſterij, n. 13.

Beneficiarij.

Ad ſeruiendum Parocho tenentur, ſicut alij Eccleſiæ miniſtri, ſinguli in ſuo gradu, & miniſterio, n. 9.

Conſtitutio.

Synodalis Pampilonenſis de anno 1590. Annullatur à S. Rota, quoad perſonalem acceſſum Abbatis Hyrachenſis ad Synodum, & quoad Vicariorum inamouibilitatem, n. 5. & 21.

Eugeniana, etſi ex debito, pro Benedictinis, canonizata eſt, in obſeruantiáque exiſtit, n. 2. & ſeqq.

Cura.

Qui Eccleſiam habet per Vicarium deſeruitam, curam illius habet, n. 10.

Eccleſia.

In Eccleſia Iuris patronati, Laici nequeunt ſtatuta à Fundatore in limine fundationis appoſita, ab Epiſcopo immutari, neque à Legato à Latere, n. 29.

Neque illa poſſunt immutari ab Epiſcopo in Eccleſia Iuris patronati Eccleſiaſtici, n. 29.

Eccleſiæ Regularibus vnitæ, Regulares ſunt, n. 30. 31.

Epiſcopi.

In Clericos Eccleſiarum Regularibus vnitarum, aut in earum bona, aliquid attentare non poſſunt Epiſcopi, n. 10.

Eccleſias Regularium, in quibus cura animarum per Clericos exercetur Sæculares, viſitare poſſunt Epiſcopi, & huiuſmodi Vicarios, tantùm quoad ea quæ ad animarum pertinent curam, n. 22. & 24.

Sed viſitare non poſſunt Eccleſias in quibus Regulares iuriſdictionem habent in Laicos, n. 23.

In Eccleſijs, quas viſitare poſſunt Epiſcopi, iuriſdictionem habent cummulatiuam cum Prælatis Monaſteriorum, quibus illæ ſunt vnitæ, non priuatiuam, n. 25. & 26.

Præcipere non valent Epiſcopi, vt Eccleſiæ vnitæ Monaſterijs reficiantur, n. 28.

Neque ad id poſſunt aliquos ſequeſtrare fructus. Ibidem.

Obedire Epiſcopis præcipientibus aliquid contra iura Monaſteriorum, quibus Eccleſiæ reperiuntur vnitæ, non licet Clericis in illis deſeruientibus: ſed Abbatibus obedire tenentur, n. 29.

Procuratio non debetur Epiſcopis, nec Archiepiſcopis viſitantibus Eccleſias vnitas Benedictinis, neque à Monaſterijs, neque ab ipſis Eccleſijs, neque ab iſtarum Clericis, n. 4.

Exemptio.

Perſonæ, Monaſteria, Prioratus, loca & res omnes ad Congregationem Benedictinam Hiſpanam ſpectantia, Capellani etiam, & Vicarij Eccleſiarum ſuarum exempta ſunt à viſitatione, & iuriſdictione Ordinarij, n. 2. 3. 4. & 5.

Et à Nunciorum, & delegatorum poteſtate, n. 2. & 7.

In aliquibus eſt hæc exemptio limitata; non in omnibus, n. 3. & 4.

Ius patronatus.

Regulares, Ius patronatus habent Eccleſiarum ipſis vnitarum, n. 12. 15. & 48.

Priùs Patrono obediendum à Rectore in his, quæ ſui iuris ſunt, & quæ à Fundatore ſtatuta, quàm Epiſcopo, n. 29.

Iurisdictio.

In caſu, quo Epiſcopus aliquid valeat ordinare in Eccleſijs Regularibus vnitis cuius ordinatio præualere debeat, Epiſcopi, an verò Prælati Regularis, n. 28. & 29.

Ius plenum.

Dupliciter contingere poteſt, vt pertineat Eccleſia

ſia aliqua Iure pleno ad Regulares. I. *ita vt populus pleno Iure illis ſubdatur.* II. *vt ſolùm ſubdatur Eccleſia*, n. 21.

Pontificalia.

A nemine exerceri poſſunt vbi iuriſdictionem Epiſcopalem non habet, aut quaſi, niſi illorum vſum habeat, & licentiam inibi iuriſdictionem illam habentis: aut vtrumque habeat à iure, vel priuilegio, n. 1. & 34.

Illa Abbates exercent, vbi, n. 33. 37. & ſeqq.

Priuilegia.

Congregationis S. Iuſtinæ, & Caſinenſis priuilegia, communicata ſunt Congregationi Benedictinæ Hiſpaniæ, n. 4. & 36.

Priuilegia toti Communitati conceſſa Religioſæ in perpetuum, pro inſertis in corpore Iuris habentur, & latè debent interpretari, n. 34.

A Principe conceſſa, quoties in præiudicium non cedunt tertij, latè debent interpretari, n. 35.

Quoties dubium adeſt circa priuilegiorum Benedictinorum intelligentiam, ad illorum debent interpretari fauorem, n. 36.

Quando duæ adſunt ſententiæ contrariæ, quòd priuilegium aliquod ſit reuocatum, aut non: quòd valeat, aut non valere, & non eſſe reuocatum cenſendum eſt, n. 36.

Vicarij.

Pro Eccleſiis Regularibus vnitis, poſſunt deputari Vicarij ad nutum amouibiles, n. 5. & 4.

Illorum Inſtitutio, & deſtitutio, quoad ſpiritualia, & temporalia ad ipſos pertinet Regulares, n. 21.

Vnio.

Idem ſunt vnio ad menſam: vnio Iure pleno: & vnio quoad ſpiritualia, & temporalia, n. 4.

Tripliciter poteſt ſtare vnio alicuius Eccleſiæ ad Monaſterium, n. 13.

Quid iuris habeant Regulares, in vno quoque modo vnionis Eccleſiæ, n. 13. & ſeqq.

Aliqui recenſentur effectus vnionis acceſſoriæ, ſubiectionis, & ad menſam, n. 30. 31. & 45.

Pro difficultatis propoſitæ exactâ reſolutione, operæ pretium duxi nonnulla ſupponere, & præmittere, ex quibus veritas magis eluceſcat & patens fiat.

1 *Primò.* ſuppono, Pontificalia, à nemine exerceri poſſe in loco, in quo iuriſdictonem Epiſcopalem, aut quaſi Epiſcopalem non habeat, niſi de licentia illam habentis, & aliàs ſiue à Iure, ſiue ex priuilegio vſum habeat Pontificalium. Hoc certum eſt, & à nemine vnquam in dubium verſum. Quod demonſtrari poteſt ex Concilio Tridentino, *ſeſſ. 6. de Reformatione cap. 5.* ſic decernent. Nulli Epiſcopo liceat, cuiuſuis priuilegij prætextu, Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia.

Poſſe tamen illa exerceri ab habente illorum vſum, in loco, in quo iuriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi Epiſcopalem obtinent, æquè ſuppono certiſſimum. Habet enim omne, quod requiritur ad Pontificalium exercitium. Vndè Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 1. diſputat. 21. quæſito 2. num. 1.* ita fatur. Clarum eſt de iure communi, quòd vſus Pontificalium, denotat exercitium iuriſdictionis in eo loco, in quo quis eis vtitur, vt *in cap. Cùm ſit, de Authoritate, & vſu Palij*, vbi Gloſſa, & *in cap. 1. eodem titulo.*

Accinit Pax Iordanus Epiſcopus Tragurienſis, *tomo 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 15. de Benedictionibus*, vbi *num. 18. pag. mihi* 419. *de Benedictione ſolemni Pontificali*, quæ impertitur per verba *Sit nomen Domini benedictum*, ſic ait. Reſeruatur autem Epiſcopis, eorúmque ſuperioribus, in tantum, vt Abbatibus, ac reliquis inferioribus, non aliter competere poſſit, quàm ex Apoſtolico priuilegio, & in Eccleſiis pleno Iure eiſdem ſubiectis, quando in eis diuina Officia celebrantur poſt Miſſarum ſolemnia, veſpertinas, & matutinas laudes, *dicto cap. Abbates, de Priuilegiis in 6.* & ibi Archidiaconus, Ioannes Andræas, Ancharranus, & alij. Hæc ibi. Et *num. 21.* explicans, quales Eccleſiæ pleno in Abbatibus ſubdantur, & aliis, in ſequentia prorumpit.

Eccleſiæ autem dicuntur pleno Iure ſubiectæ, quando in ſpiritualibus, & temporalibus ſubſunt eiſdem, vel ſecundùm alios, quando in eis Sacerdotes inſtituunt, & deſtituunt, omnéſque obuentiones percipiunt, præter ſtipendia miniſtrorum, *ad cap. Auaritia*, & *cap. de Monachis, de Præbendis* & 16. *quæſt. 1. in Summa*, & ibi Gloſſa (*Pleno Iure*) Archidiaconus, & Ioannes Andr. in *dict. cap. Abbates.*

Idem Doctor, poſtquam aſſeruit poſſe Epiſcopos, & Archiepiſcopos ſolemnem impertiri benedictionem *num.* 34. doctrinam limitat, & facultatem, vt illa vti non poſſint niſi intra propriam Diœceſim: nec in illa, præſente aliquo ex Eminentiſſimis Cardinalibus, aut Legato, vel Nuncio Apoſtolicæ Sedis. Immò addit, non poſſe extra proprium territorium benedictione vti non ſolemni, quamuis fateatur communem vſum Epiſcoporum illam impertiendi, etiam in ipſa Vrbe obtinuiſſe, per illa verba *Sit nomen Domini benedictum, &c.* & triplici ſigno Crucis ſuper populo facto, ſine cantu tamen. Per hunc enim ait diſtingui benedictionem ſolemnem à non ſolemni.

Secundò ſuppono, non ſolùm Monaſteria, 2
Congregationis Benedictinæ Hiſpaniæ, ſed etiam Prioratus, & loca illis vnita, & incorporata, ſeu ſubiecta, vel aggregata, & Monaſteriorum, & Prioratuum, ac locorum omnia, & ſingula, Eccleſias, Capellas, etiamſi ipſis curia immineat animarum, Oratoria manualia, membra, caſtra, fortalicia, ædificia, Villas, Grangias, & bona quæcumque, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt dictæ Congregationis, à quorumcumque Legatorum, Delegatorum, Subdelegatorum, Nunciorum Apoſtolicorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Electorum, Adminiſtratorum, & aliorum quorumcumque Iudicum Ordinariorum, locorum Ordinariorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione prorsùs exempta eſſe, & libera, & non ſolùm Religioſorum perſonas dictæ Congregationis eſſe totaliter liberas, & prorſus exemptas à prædictorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione, ſed etiam eorum Capellanos, etiam animarum curam habentes, ſic ex proprio motu decernente Eugenio Papa Quarto, 7. *Kalendas Martij, Anni Incarnationis Dominicæ* 1434. in Conſtitutione *Etſi ex debito, la 7. Bullarij authentici dictæ Congregationis à*

pag. 23. Quæ quidem, ſicut aliæ omnes, ex motu proprio, conceſſæ, amplè ſunt interpretandæ, etiamſi Iuri derogent communi, iuxta doctrinam Paſqualigi, *de Sacrific. Miſſæ, tom.* 1. *quæſtio.* 481. *numero* 6. *ex capite. Si motu proprio, de Præbend. in* 6. Panorm. *in cap. Cùm in cunctis*, §. *Cùm verò*, *n.* 46. *de Elect.* Felino, *in cap. Ex parte*, *n.* 13. *limit.* 6. *de Reſcriptis.* Alexandro de Nævo, *in cap. Quia circa*, *n.* 10. *de Conſanguinitate & Affinitate.* Rebuffo, *in Concord. Tit. Forma Mand. Verbo Motu proprio*, & Gabriele, *lib.* 10. *concluſ.* 2. *n.* 61.

3 Quæ certè Conſtitutio, licet limitata iam ſit in quibuſdam eius diſpoſitionibus, per Concilium Tridentinum, tribuens Ordinario iuriſdictionem delegatam ad viſitanda, v. gr. Beneficia Curata Monaſterijs perpetuò vnita, & annexa, vti *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformatione.* & *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Reformatione*, diſponens Religioſos exercentes curam animarum, ſubeſſe immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, iuriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, &c. exceptis Eccleſijs, quas ibi recenſet; indubitatum omninò eſt, & inconcuſſum, quoad iuriſdictionem ordinariam per dictam exemptionem Prælatis Regularibus, quibus loca prædicta ſunt vnita, attributam, illimitatam adhuc eſſe, & in ſuo robore permanere dictam Eugenianam Conſtitutionem. Ad quod demonſtrandum litteris vtar Sacræ Romanæ Rotæ ad fauorem mei Hyrachenſis Cœnobij, & totius Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ expeditis, quibus canonizatur inuiolabilis obſeruantia exemptionis ab Ordinariorum iuriſdictione per præfatum Eugenium conceſſæ.

4 In primis occurrunt litteræ executoriales relaxatæ *die* 20. *Auguſti de Anno* 1599. cum inſertione trium conformium ſententiarum dominorum Franciſci Orani, in prima inſtantia; Franciſci Giptij, in ſecunda; & Horatij Lancelloti, in tertia: in quibus, contra Dominum Archiepiſcopum Burgenſem, & eius Capitulum Sede vacante, & ad fauorem RR. Abbatum, & Monachorum Ordinis Sancti Benedicti exiſtentium in Diœceſi Burgenſi, & totius Congregationis eiuſdem Ordinis Regni Hiſpaniarum, ſic declaratum fuit. Videlicet.

Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus: priuilegia per Summos Pontifices Congregationi Sanctæ Iuſtinæ prædicti Ordinis conceſſa, & toti Ordini communicata, prædictis Abbatibus, & Monaſteriis ſuffragari, ac dictos Abbates, & Monachos, & Monaſteria, & quaſcumque illorum Eccleſias, & illarum Rectores, ſeu Vicarios, fuiſſe, & eſſe liberos, & exemptos à ſolutione prædictarum procurationum, & quorumcumque onerum ratione viſitationis, aut alia de cauſa Archiepiſcopo, ſeu Capitulo ſolui ſolitorum, & prædictis Archiepiſcopo, ſeu Capitulo, Sede Archiepiſcopali vacante, nullum ius, nullámque actionem ſuper huiuſmodi procurationibus, ſeu oneribus, contra, & aduerſùs prædictos Abbates, Monachos, & Monaſteria, & Eccleſias, ac illarum Rectores, ſeu Vicarios, vel eorum quemlibet competiſſe, neque competere: ac dictos Abbates, Monachos, & Rectores, ſeu Vicarios, & quemlibet eorum à petitis pro parte dictorum Archiepiſcopi, & Capituli prædictis Abbatibus, Monachis, & Rectoribus, ſeu Vicarijs abſoluimus, &c.

Secundò occurrit, deciſio eiuſdem Sacræ 5
Rotæ, in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 28. *Martij, de Anno* 1659. coram R. P. D. Albergato, in qua *verſic. primo*, ſic lego Inter alias, in Diœceſana Pamplonæ, duplex publicata fuit Conſtitutio: Vna, quòd Abbates Regulares ad Synodum perſonaliter accedere teneantur: altera, quòd Vicarij amouibiles poſtquam vna vice fuerunt iuridicè nominati, non poſſint ſine cauſa remoueri. Quoad primam, *ſub die* 16. *Decembris* proximè præteriti, coram me reſolutum fuit Abbatem Beatæ Mariæ de Hyrach, non teneri perſonaliter ad Synodum accedere. Et Dubio hodiè ſuper ſecunda Conſtitutione propoſito, reſponſum fuit Vicarium Parochiali Eccleſiæ Sancti Ioannis oppidi de Stella, poſſe ſine cauſa remoueri, &c. In quarum Deciſionum conſequentiam, ſententiam diffinitiuam pronunciauit, & illâ inſertâ, litteras relaxauit executoriales, *die* 17. *Menſis Nouembris*, *de Anno* 1659. per quarum tenorem dictas Conſtitutiones Synodales, *de Anno* 1590. quoad dictas duas diſpoſitiones, de acceſſu perſonali Abbatis dicti Monaſterij ad Synodum, & de inamouibilitate Vicariorum amouibilium ſine cauſæ cognitione, & expreſsè Vicarij Sancti Ioannis de Stella, annullauit, vti iniuſtas, nullas, & inualidas.

Ducta fuit Rota Sacra ad decernendas, pro- 6
nunciandas, & declarandas ſententias, in duplici præcedenti numero recenſitas, & ad executoriales earum litteras relaxandas, præfatâ Eugenij Papę Quarti Conſtitutione, in qua præter alia diſponit, decernit, ſtatuit, exemptionem à ſolutione procurationum, & aliorum onerum, vt præmittitur, & à Prouincialibus, Synodalibus, vel alijs quibuſcumque Congregationibus, præterquàm à Capitulo Generali Ordinis.

Denique, pro firmanda exemptione, in ea- 7
demmet Conſtitutione, à ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione quorumcumque Delegatorum, Subdelegatorum, Nunciorum, Ordinariorum, & aliorum, quos *num.* 2. recenſui, noſtræ Congregationi, provt ibi retuli, conceſſa, & pro eiuſdem Eugenianæ obſeruantia inuiolabili, factâ illius expreſsâ mentione, litteras Monitoriales expediuit Illuſtriſſimus Dominus Palutius Albertonius, Referendarius Sanctiſſimi Domini Noſtri Alexandri Papæ Septimi, & Cameræ Apoſtolicæ Auditor, ad inſtantiam præfati mei Hyrachenſis Cœnobij, *die* 29. *Menſis Martij, de Anno* 1661. in cuius aſſeruantur Archiuio, cum earum intimatione per Notarium publicum factâ. D. Domino Chriſtophoro Gayarre, & Atgcha Vicario Generali Diœceſis Pampilonenſi, *die* 9. *Menſis Iunij eiuſdem Anni.*

Tertiò ſuppono, per hanc exemptionem, 8
acquiſiuiſſe noſtræ Congregationis Prælatos iuriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in monaſteria, Prioratus, Grangias, Eccleſias, etiam Parochiales, per Clericos Sæculares deſeruitas, (Vnitas tamen, & annexas Iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſeu ad menſam) & in omnia alia loca ad Monaſteria pertinentia: eandem ſcilicet

ſcilicet iuriſdictionem, quam Domini Epiſcopi, & Diœceſani, ante exemptionem habebant ex Iuris diſpoſitione, in omnia, & ſingula recenſita. Quod certè ſuppoſitum, in Diſquiſitione, à *num.* 7. probatum reliquimus. vbi etiam demonſtrauimus, iuriſdictionem eandem quaſi Epiſcopalem habere præfatos Prælatos in ſuos ſubditos Regulares. Et dictis ibi per primos ſex numeros, addo, non ſolùm illam habere in Religioſos, ſed etiam in Vicarios Seculares Eccleſiarum vnitarum ad menſam Monaſteriorum, & in earumdem Beneficiarios, Capellanos, & alios miniſtros, cùm omnes illi inſtituti ſint ad Parochum, & illius vices gerentes deſeruiendum, & ei miniſtrandum in ſuis reſpectiuè miniſterijs, vti ex ſe patet decernitúrque in *cap. Cùm ad hoc, cl.* 16. *de Clericis non reſidentibus*, vbi Gloſſ. *verbo Aſſiſios*, & Lezana, *conſulto* 50. *n.* 189. & Sacra diffinitiuè ſententiauit Rota in Pampilonenſi Parochialis de Stella, ad fauorem Domini Abbatis, & Præſidentis Cœnobij Hyrachenſis. Quod quidem efficaciſſimè probari poteſt doctrinis, & fundamentis adductis in Diſquiſitione, pro acquiſitione iuriſdictionis in ſubditos Regulares, data exemptione illorum ab Epiſcoporum, & Ordinariorum iuriſdictione, in vim præcisè ſolius exemptionis. Eodem enim prorsùs verborum tenere exemit Eugenius Papa Quartus Eccleſias, illarum Vicarios, vel Rectores Seculares, ac eadem Monaſteria Congregationis Benedictinæ, ac exemit Abbates, Priores, Monachos, & alias Regulares perſonas. Ergo ſi in vim præcisè dictæ exemptionis, Iuriſdictio Ordinaria, & quaſi Epiſcopalis, quam ante exemptionem exercebant Domini Epiſcopi, & locorum Ordinarij, in perſonas Regulares, tranſlata eſt in iſtorum Prælatos, etiam in eoſdem tranſlata eſt, quam exercebant ijdem Epiſcopi in Rectores, ſeu Vicarios, & in alios Eccleſiaſticos miniſtros locorum, & Eccleſiarum vnitarum Monaſterijs, etiamſi Seculares illi ſint, cum eadem ſit verborum exemptionis formalis diſpoſitio, eadémque militet ratio, quoad præſens in Clericis Secularibus, ac in Regularibus. Sicut enim iſti, per exemptionem remanſerunt immediatè Summo Pontifici ſubiecti, & ſicut non poterant conuenienter per Papam immediatè gubernari, aut per eius Commiſſarios, & delegatos; ità & Clerici remanent Papæ immediatè ſubiecti, cum eadem inconuenientia immediati gubernij, aut per delegatos. Ergo ſicut hæc fuit ratio translationis iuriſdictionis Ordinariæ, mediantè exemptione, in Prælatos Regulares, reſpectu Regularium degentium in ſuis Monaſterijs, & locis, ita & reſpectu Clericorum in eiſdem degentium. Si enim vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem eſt iuriſdiſpoſitio, cum in noſtro præſenti caſu Iuris exemptionis Eugenianæ, non ſolùm ſit eadem ratio reſpectu Clericorum Secularium: ac Regularium, ſed eadem omninò eximentia verba, quare non erit & eadem diſpoſitio, exemptionis, & translationis Ordinariæ iuriſdictionis?

9 Idem probari poteſt ex alia ratione, vbi ſuprà adducta, pro translatione iſtius, in Prælatos Regulares reſpectu ſuorum Regularium, quia ſcilicet iſti non fuerunt exempti, vt exciterent iugum poteſtatis, & iuriſdictionem, quam in eos Epiſcopi habebant Diœceſani, ſed vt illa ad fauorem Religionis, in Prælatos transferretur præfatos. Quæ quidem reſpectu Clericorum Secularium, & in eorum exemptione ab Eugenio facta, etiam interuenit. Nemo enim, ſanâ præditus mente, negare poteſt, quod ad fauorem Religionis, & Monaſteriorum, quibus vnitæ ſunt Eccleſiæ, quibus Clerici inſeruiunt, iſti ſint ab Epiſcopis exempti, nec affirmare, quòd per exemptionem, iugum iuriſdictionis ordinariæ excutiant: cederet enim in fatalem deſtructionem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, quòd huiuſmodi Clerici, abſque Ordinario Superiore viuerent; & vteretur quidem Papa, iuriſdictione ſibi à Chriſto collatâ, non ad Eccleſiæ ædificationem, ſed ad deſtructionem; quòd nefas ſit dicere, ſuſpicari, Catholici omnes ſciunt. Ergo exempti fuerunt Clerici per Eugenium Quartum ab Epiſcopi iuriſdictione, vt ſubijcerentur Abbatum, & aliorum Prælatorum Ordinis ditioni, poteſtati, Ordinariæ iuriſdictioni; Non enim dici poteſt, quòd per exemptionem Clericorum, extincta fuerat Ordinaria erga illos iuriſdictio, ſicut nec erga Regulares, nec quòd ipſi Papæ ſit reſeruata, quia hoc non erat expediens, cum ordinariè, & regulariter, neceſſaria in qualibet Eccleſia ſit, tam reſpectu illius, quàm miniſtrorum eius, non minùs ac neceſſaria, à Tamburino, & ab aliis iudicatur Doctoribus, pro qualibet Regulari Domo, & pro Religioſis in ea degentibus.

Quod habeant præfati Regulares Prælati 10
iuriſdictionem in Clericos Eccleſiarum vnitarum pleno Iure quoad ſpiritualia, & temporalia, iuxta *num.* 1. verſic *Eccleſiæ* ex Iordano dicta, probatur tertiò ex Gloſſa, Innocentio, Abbate Panormitano, Hoſtienſi, Flores de Mena, Aſcanio Tamburino, Auguſtino Barboſa, Paulo Layman, & aliis, quorum aliquos ex ipſis referam.

Gloſſa enim *in extrauagantem execrabilis, §. Quantum autem, verbo Vicarios perpetuos, vnica de Præbendis, & dignitatibus*, ſic inquirit. *An Rector principalis, dicatur curam habere?* Cui difficultati reſpondet. *Dicas quod ſic: quia cum ſpiritualem iuriſdictionem ſuper Vicarium, & alios habeat, vt dicto cap. Super eo* ſcilicet (*de Præbendis lib.* 6.) *curam habere, dicitur.* Et eſt notandum, Gloſſam loqui in cauſa etiam quo Vicarius perpetuus inſtituatur.

Gloſſa etiam *in caput, Cum & plantare, verbo pleno Iure*, & 3. *el Priuilegijs*, agens de Eccleſiis ad Regulares pertinentibus, & eo, quod Epiſcopus nullam habeat in illarum Presbyteros poteſtatem, ſed quod tota, iſtorum reſpectu, penes ipſos reſideat Regulares, ita ait. *Pleno Iure, id eſt vtroque Iure, quoad ſpiritualia, & temporalia, infrà eod. Quoniam. Sed à contrario videtur, quod ſi vtroque iure pertineat ad illos* Eccleſia ſcilicet ad Religioſos) *quod Epiſcopus, nihil poſſit attentare in illos* (id eſt in Preſbyteros, *quod verum eſt. Et ita inſtitutio, & deſtitutio, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad ipſos* (id eſt ad Religioſos) *pertinet.* 16. *quæſt.* 2.

quæſt. ſecund. cap. prim. Hæc Gloſſa.

Abbas Panormitanus *in dict. cap. Cum & plantare, num.* 5. in ſequentia prorumpit. Et notat bene Gloſſa, quid importet priuilegium, cum Eccleſia pleno Iure alicui inferiore Prælato conceditur. *Eripitur enim illa Eccleſia à poteſtate Diœceſani Epiſcopi, ita quod nullum ius Epiſcopale ibi exercere poteſt, quod etiam tenet Hoſtienſis, in cap. Quoniam, infrà eodem.* In eadem Gloſſa, ibi: *& iſta inſtitutio, & deſtitutio, &c.* De hac materia dic latiùs, vt notatur *in cap. de Monachis, ſuprà de Præbendis.* Et dixit hic Innocentius inter cætera, *quod iſti Religioſi habentes Eccleſias ſubiectas, habent iuriſdictionem in Clericos ibi inſtitutos, nec ſine eorum conſenſu poſſunt alienari bona illius Eccleſiæ.* Et Infrà proſequitur Abbas. Quando habent pleno Iure, dic, quod aut populus eſt ſibi ſubiectus pleno Iure, & habent ibi inſtitutionem liberam, & deſtitutionem: & ſic intellige hoc argumentum à contrario ſenſu, vt in *cap.* 1. *de Capellis Monachorum, lib.* 6. Si verò Eccleſia eſt pleno Iure ſubiecta, ſed non populus, tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli, ſed inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum.... *Et hoc caſu intellige illud dictum Innocentij, quod habent iuriſdictionem ſuper Clericos*, & quod poſſunt interponere authoritatem alienationis rei Eccleſiaſticæ: & ita ipſemet Innocentius ſentit alibi, in *cap.* 2. *de Tranſactionibus. Et vide Gloſſam, in Clementinam* 1. *de Rebus Eccleſiæ non alienandis.*

12 Hæc omnia Nicolaus Tudeſchus, in quibus apertis verbis docet, Religioſos in Clericos Eccleſiarum ad menſam ſuorum monaſteriorum vnitarum, ſeu Iure pleno, habere iuriſdictionem, & in bona etiam earumdem Eccleſiarum habere dominium iuriſdictionis priuatiuè quoad Epiſcopum Diœceſanum, cum tale dominium nequeat non eſſe penes quos reſidet poteſtas interponendi authoritatem, ad alienationem rerum Eccleſiæ ſimiliter & docet in eiſdem verbis, habere Religioſos Ius patronatus dictarum Eccleſiarum, cum ad Patronum ſpectet facultas authoritatem præſtandi ad dictam alienationem, vti ex eodem Abbate, innocentio, & aliis *in cap. Vt Eccleſ. benef.* (inquit) Rocho de Curte, *de Iure patronatus. quæſt.* 1. *num.* 3. *circa verbum Oneroſum*, docet Pax Iordanus, *tomo* 2. *de Re Beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 483. Vbi inquirit, *An alienatio bonorum Eccleſiæ, abſque Patroni conſenſu, nulla ſit?* Et reſpondet, ex dictis Doctoribus, huiuſmodi conſenſum requirendum eſſe, tantum de honeſtate, non de neceſſitate. Sed hæc limitatio procedere nequit reſpectu Patroni, qui ſimul Dominus ſit Eccleſiarum, & ipſarum rerum: quales dubio procul ſunt Abbates, & Conuentus, quibus illæ vnitæ reperiantur cum omnibus earumdem iuribus, ſeu Iure pleno: neque reſpectu illorum, qui ſimul cum Patronatu habent dominium iuriſdictionis Eccleſiarum; ſed ad ſummum, reſpectu Laici, aut etiam Eccleſiaſtici, qui merum habeat, & ſimplex Ius patronatus.

Eccleſiarum dixi *ad menſam Monaſteriorum vnitarum, ſeu Iure pleno.* De iis enim loqui Abbatem Panormitanum, quando in dicto *cap. Cum & plantare*, Religioſis concedit iuriſdictionem in Clericos Eccleſiarum ad eos pertinentium, omni caret difficultate, cum diuerſimodè pertinere Eccleſias ad Religioſos aſſerat, & materiam diſtinguat, vt ſequitur, vt illius mens, & doctrina bene percipiantur. Sed quantum ad propoſitum concludo (inquit Eccleſiaſticæ Coryphæus diſciplinæ) quod Religioſi, quandóque habent in Eccleſiis Ius patronatus duntaxat: quandóque habent Eccleſiam ſubiectam, vt poſſint redditus conuertere in vſus ſuos: quandóque habent in Eccleſiis ſolùm collationem: quandóque habent pleno Iure. 13

Primo caſu, quando habent tantùm Ius patronatus, dic, quod ſiue ſint exempti, ſiue non, non habent iuriſdictionem in Presbyteros inſtitutos, ſed ſolùm habent præſentare Epiſcopo Presbyteros inſtituendos, & poſſunt exigere rationem generalem de adminiſtratione temporalium, & ſi reperiant aliquid corruptione dignum, debent referre ad Epiſcopum. Pro hoc textus in *cap.* 1. 16. *quæſt.* 5. Vbi dicitur, quòd ſi etiam Epiſcopus in Diœceſi alterius, ædificat Eccleſiam, non habet ibi niſi præſentationem Rectoris, & alia, quæ conſequitur quilibet ex Iure patronatus; cætera verò reſeruantur Epiſcopo loci. Idem ergo in Religioſis exemptis, vel non: nam ſpecialitas hæc non priuatur è Iure in eis.

Secundo caſu, quando habent Eccleſias ſubiectas, vt poſſint redditus deputare in proprios vſus, tunc etiam non habent iuriſdictionem in Presbyteros, nec etiam poſſunt ibi aliquem inſtituere ſine conſenſu Epiſcopi, quia populus ſolùm eſt ſubiectus ipſi Epiſcopo: de quo notatur in *cap. Viſis*, 16. *quæſt.* 2. & in *cap. de Monachis.* Si verò habent ibi collationem, tunc nihil vltra poſſunt ibi vſurpare, argumento eorum, quæ dixi in *cap. Cum ex iniuncto, in fine, de Hæreticis.*

Vltimo caſu, quando habent pleno Iure, dic, quòd aut populus eſt ſibi ſubiectus pleno Iure, & habent ibi inſtitutionem liberam, & deſtitutionem: & ſic intellige hoc argumentum à contrario ſenſu, vt in *cap.* 1. *de Capellis Monachorum, lib.* 6. Si verò Eccleſia eſt pleno Iure ſubiecta; ſed non populus, tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli, ſed inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum, vt notatur hîc, & in *cap.* 1. *de Capellis Monachorum, lib.* 6. Et hoc caſu intellige illud dictum Innocentij, *quod habent iuriſdictionem ſuper Clericos.* Et quod poſſunt interponere authoritatem alienationis rei Eccleſiaſticæ.

Huc vſque Panormitanus, cuius quidem doctrina, potiſſimum locum habet reſpectu Eccleſiarum Sancti Ioannis de Stella, S. Ioannis de Mendauia, Sancti Audreæ de Villoria, S. Martini de Luguin, Sancti Saluatoris de Vrbiola, Sancti Martini de Atbeyza, Sanctæ Mariæ de Zubielqui, S. Martini de Aycgui, Sancti Saluatoris de Oteyza, S. Martini de Vgar, S. Ceciliæ de Arizala, & Sancti Oemiliani de 14

Lete, Cœnobio meo Hyrachenſi vnitarum. & pertinentium Iure pleno: percipit enim omnium illarum fructus, & illos in proprios conuertit vſus; & inſtitutionem collatoriam tituli in illis habet; in omnibus enim earum beneficia habentibus ſimplicia, illa in titulum confert: videlicet in prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, ſexta, & decima: & in omnibus adnumeratis conſueuit deputare Vicarios, ad nutum Prælati Monaſterij eiuſdem, amouibiles, qui cum ſola illius deputatione, & licentia, ſeu commiſſione Domini Diœceſani, quæ vim inſtitutionis authorizabilis habet, curam exercent. Quam ideò præſtat Diœceſanus, quia licet omnes recenſitæ Eccleſiæ exemptæ ſint, vti patet ex Eugeniana, reddita *ſuprà, num.* 2; non tamen earum populi exempti ſunt, & ſic Diœceſanus authorizare debet, Ordinarius loci, eos, qui curam in eo exercendi ſunt, vti Abbas hic, & Sacra Rota in Pampilonenſi Parochialis præfatæ de Stella, 14. *Decembris, de Anno* 1598. coram Illuſtriſſ. Cardinali Seraphino Oliuario, *La* 1404. ex textu in *cap. Vnico de Capellis Monachorum. in 6.* Antonio de Butrio ibi, *num.* 10. Imola, *num.* 7. & Abbate, *num.* 15. & in *cap.* 1. *num.* 6. *eodem titulo.*

15 Doctrina autem Innocentij, in *cap. Cum, & plantare*, 3. *de priuilegiis*, quam Panormitanus Abbas ſuprà declarat, circa iuriſdictionem Religioſorum in Clericos, huius tenoris legitur ſub *num.* 1. videlicet. Item videtur, quod ſi ſuper poſſeſſionibus conueniantur, *quòd tantùm ſub Patronis exemptis conueniantur*, vt notatur infrà eodem, *Recepimus.* Item non poterunt aliquid alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu Patronorum exemptorum: *nam ſicut in his requirendi eſſent Epiſcopi ab Eccleſiis ſibi ſubditis, ita hîc Patroni exempti, qui Ius Epiſcopale habent in eis*, ad hoc requiri debent.

16 Eandem, quam ſequimur, tenet ſententiam idem Innocentius, *in cap. Recepimus, num.* 2. & 7. *de Priuilegiis*, modo ab eo allegato, vbi in ſequentia prorumpit. *Item nota, quòd ſi Eccleſia eſt exempta, non ſolùm perdit Ius in Eccleſia Epiſcopus, ſed in Clericis Eccleſiæ*, niſi in Sacerdote cura populi cui committit: vt notatur ſuprà de *Capellis Monachorum, cap.* 1. & argumento infrà eodem, *Ex ore.* Inde eſt, quòd *Clerici Eccleſiæ exemptæ non poſſunt excommunicari per Epiſcopum.* Suprà, *de in integrum reſtitutione, cap.* 2. Infrà, eodem, *Ex parte.* Idem dicimus in Conuerſis, & perpetuò oblatis Eccleſiæ: quia ſunt in parte Domini aſſumpti, 12. *quæſt.* 1. *Qui ſunt.* In Laicis autem, ſcilicet in Parochianis illius Eccleſiæ, nulla iura amittet: dabit enim pœnitentias publicas, chriſmabit, & cætera Epiſcopalia Iura, tam ad legem Diœceſanam, quàm ad iuriſdictionem ſpectantia exercebit. Hæc Innocentius, in cuius vltima parte, clariùs eius mens pro nobis aperitur: quod ſententiam ſcilicet ſuam proferat, de Iuriſdictione in Clericos, & in Parochianos Eccleſiæ, quæ exempta eſt, non autem populus (vti contingit in his; quos ſuprà ad Cœnobium Hyrachenſe pertinere recenſui) ita vt in Clericos illam Abbas habeat; Epiſcopus autem, in Laicos Parochianos.

17 In eadem fuit, dubio procul, ſententia Innocentius, reſpectu Presbyteri curam populi exercentis, ac reſpectu aliorum Clericorum, excepta inſtitutione authorizabili, & omni, quòd ad illam reduci poteſt: & hac de cauſa limitationem appoſuit illam: *niſi in Sacerdote cura populi cui committit.* Quam ideò addidit, quia cum Parochiani, in quos illa exercenda eſt, ſubditi ſint Epiſcopi, ratio ipſa poſtulat, vt illam exercens, quâ talis, ab eodem habeat illam dependentiam.

18 Doctrinam, quam ſequimur, Cardinalis Zabarella tenuit etiam, in *cap. Recepimus*, citato, *n.* 1. Innocentium ſequutus, & in recenſito *cap. Ex ore*, in fine. Vbi hanc excitat, & reſoluit difficultatem. *Quæro* (inquit) *nunquid cum populus eſt non exemptus, & membrum exemptum, poſſit Abbas inſtituere in membro ſine Epiſcopo?* Dixit Innocentius, quòd ſic; *Sed an deſtituere?* Dixit Innocentius, quod ſi deſtitutus eſt deponendus, hoc referret ad Papam. Ad hoc, *de Officio Archidiaconi, Ad hæc. De Statu Monachorum, in ſingulis*, Verbo *Ordinentur.* Sed videtur potiùs dicendum, quòd Abbas poſſit deſtituere quoad titulum: quia par eſt poteſtas inſtituendi, & deſtituendi, ſcilicet quoad Ordinem, cùm ſit Ordinis Epiſcopalis. *De Electione, Tranſmiſſa*, vbi dixi procedit dictum Innocentij. *Quòd ſi populus etiam eſt exemptus?* Dicit Innocentius, quòd tunc in nullo tenetur Abbas Diœceſano. Et pro hoc, *de Capellis Monachorum, cap. vnico, lib.* 6. Hæc omnia Zabarella.

19 Ex modernis etiam Doctoribus, quàm plurimi pro nobis ſunt. Flores de Mena, *lib.* 3. *Variarum, quæſt.* 24. *num.* 23. aſſerit cum Oldrado, Alberico, Dominico, Auſtredio, & Gregorio Lopez, de Iure competere Abbatibus, & Abbatiſſis Monaſteriorum, quibus Eccleſiæ ſunt annexæ, illarum viſitationem. Et idem de aliis Monaſteriorum Superioribus ait, Prioribus, ſcilicet Miniſtris, &c. Viſitatio autem actus eſt iuriſdictionis. Expreſsè Abbas Tamburinus, *tomo* 1. *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 21. *quæſito* 2. *à. num.* 3. cuius verba infrà, ad concluſionis probationem reddam. Auguſtinus item Barboſa, in *cap. Quoniam, n.* 2. *el* 21. *de Priuilegijs*, ſecutis Abbate in *capite Cum & plantare*, §. *In Eccleſiis, num.* 5. *eodem tit.* & in eodem *cap. Quoniam, num.* 3. & ibi Butrio, *num.* 26. Zabarella, *num.* 1. Decio, *num.* 12. & 16. Rebuffo, *in Concordatis, titulo. Forma mandati, verbo Plenum*, Martha *de Clauſulis, clauſula* 85. *num.* 6. Cardinali Tuſcho, *tomo* 6. *litt. P. concluſ.* 364. *num.* 3. Eraſmo à Cokier, *de Iuriſdictione Ordinarij in exemptos, part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 6. & Sayro noſtro, *de Cenſuris, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 12. aſſerentibus Eccleſias dici ad aliquem pertinere, vtroque, ſeu pleno Iure, quando in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubiectæ ſunt. Hinc inferentibus per contrarium, non pleno Iure pertinere Eccleſiam ad Religioſos, vel alias perſonas, quando eis ſubiecta eſt, quoad temporalia, ſed quoad ſpiritualia, ab Ordinariorum iuriſdictione, & poteſtate exempta non eſt.

Hanc tertiam probationem iuriſdictionis 20
Regularium in Clericos Eccleſiarum vnitarum, ex Doctorum authoritate deſumptam, concludo recenſendo Paulum Layman, *in quæſtionibus Canonicis, de Prælatis Eccleſiaſticis, quæſt.* 208. in ſequentia prorumpentem. Multum (inquit)

refert,

refert, Vtrum in Ecclesia Parochiali Monasterio vnita, Vicarius perpetuus, an verò temporalis, Sæcularis, aut Regularis, institutus sit. Nam iste (temporalis scilicet,) subiacet etiam iurisdictioni, ac visitationi, Abbatis Monasterij, tanquam Rectori suo. Hæc Doctor allegatus, qui pro se recenset Concilium Tridentinum, *sess. 25. de Regularibus, cap. 11.*

21 Quartò probatur, ex Declaratione Congregationis Eminentissimorum Cardinalium sacri eiusdem Concilij Interpretum, quam ex Stephano de Aluin, *de Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum potestate, cap. 14. num. 1. in fine.* Augustinus recenset Barbosa, *in Collectaneis Decisionum Apostolicarum, collectan. 552.* declarat *enim Parochiales vnitas Monasteriis, quæ iurisdictionem habent, Ordinarij visitare possunt personas, tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent: in his quoque Parochialibus possunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amouibiles, dummodò approbati sint ab Episcopis.*

Quæ certè Declaratio, dubio procul procedit respectu Ecclesiarum omnium vnitarum ad mensam, quoad spiritualia, & temporalia, seu Iure pleno. In his enim deputari possunt à Prælatis Regularibus Vicarij, seu Capellani amouibiles, tàm Regulares, quàm Sæculares Clerici, iuxta dispositionem Pij V. in Constitutione *Ad Exequendum, la 27.* apud Bullarium Magnum Cherubini, quæ vim legis habet, iuxta sententiam Rotæ sacræ, in Iacensi Vicariæ, 29. *Ianuarij* 1616. coram Buratto, *versic. Præterea.* & in Detursensi Vicariæ, 22. *Aprilis*, 1624. coram Merlino, *versic. Maximè cum Decretum.* In cuius virtute Cœnobium meum Hyrachense, obtinuit contra Fiscalem Curiæ Episcopalis Pampilonensis, & contra Vicarium suæ Ecclesiæ Sancti Ioannis de Stella, posse illum sine causa remouere, siue illâ non cognitâ, per sententiam in eadem S. Rota latam 7. *Iulij de Anno* 1659. cum derogatione Constitutionis Synodalis Pampilonensis *de Anno* 1590. quâ sententiâ per R. P. D. Antonium Albergatum pronuntiatâ, & in rem iudicatam transactâ, per eundem Dominum, fuerunt pro illius executione litteræ executoriales relaxatæ. Et de eadem dicti Vicarij amouibilitate, sæpè olim Rota coram Cardinali Seraphino, 14. *Decembris, de anno* 1598. *la* 1304. coram Coccino, 8. *Nouembris*, 1602. & 23. *Iunij eiusdem anni.*

22 Nec valet dicere dictam Declarationem S. Congregationis Concilij Interpretum, tantum de illis Ecclesiis intelligi, quæ vnitæ sunt Monasteriis, quæ iurisdictionem habent quasi Episcopalem in Clericos, & Laicos omnes sui territorij, vt in nostra sunt Congregatione, Monasteria S. Æmiliani, S. Mariæ Nagerensis, S. Ioannis Burgensis, S. Facundi, S. Petri de Exlonza, S. Iuliani Agalensis, vulgò de Samos, S. Vincentij de Monforte, & S. Mariæ Montis Serrati.

23 Non inquam valet, quia præfatum Concilium, *sess. 25. cap. 11. de Reformatione*, apertis verbis excludit à visitatione Episcopi, Ecclesias illas, in quibus Superiores Regularium iurisdictionem Episcopalem, spiritualem, & temporalem habent in Parochos, & Parochianos. Ergo præfata eiusdem Concilij Declaratio, non procedit in his Ecclesiis, sed in quibus dicti Superiores in Parochos, seu in Vicarios, & in alios Ecclesiarum Ministros tantùm exercent: ac per consequens in omnibus vnitis Iure pleno, seu ad mensam.

In eodem sensu intelligenda venit alia S. 24 Congregationis Declaratio, quam sic refert Barbosa, *vbi suprà, num. 47.* ex Armendariz, *in Additionibus Recopilationis legum Regni Nauarræ, lib. 1. tit. 6. de Visitationibus, L. 5. §. 2. num. 88.* Parochiales (inquit Declaratio) *Parochiales omnes suæ Diœcesis potest Episcopus visitare, in quibus sunt Sacerdotes Sæculares, siue Ecclesiæ sint Regularibus subiectæ, siue etiamsi sint Ecclesiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per Sacerdotes Sæculares.*

Quintò probatur ex S. Rota, in Nullius, siue 25 Pisciensi Iurisdictionis, *Nouemb. de Anno* 1593. coram Penia, *tomo 1. Decisionum illius, la 336. fol. mihi 243.* vbi sic *num. 1.* decidit. Vtraque parte informante, fuit conclusum, quod expediretur causa ad fauorem Præpositi Piscensis, cum declaratione expressa, quod iurisdictio quoad Capellam Sancti Ioannis Baptistæ, sitam in Ecclesia Beatæ Mariæ Castri Bugiani, cui cura imminet animarum, in his, quæ concernunt administrationem Sacramentorum & quod personam, seu personas exercentes prædictam curam, spectaret ad Præpositum cummulatiuè *cum ea Iurisdictione, quæ competit Abbati Monasterij, cui dicta Ecclesia reperiebatur vnita*: nam cum Concilium Tridentinum, *sess 25. de Regularibus, cap. 11.* concedat Ordinariis iurisdictionem visitandi personas exercentes curam animarum in Monasteriis virorum, aut mulierum, ea in dubio cumulatiuè, non priuatiuè censetur concessa, ita vt Superiores procedere possint, sicut poterant antequàm iurisdictio aliis iudicibus delegaretur. Bartholus, in *L. 1. Cod. de Officio Præfecti Vrbis, & in L. 1. §. Hoc autem edictum, num. 7. ff. de Noui operis nunciatione & in L. Sanctio Legum, ff. de Pœnis.* Baldus *in L. vnica, §. Vbi autem, num. 6. & 7. Cod. de Caducis tollendis.* Aretinus, *consil. 102.* incipit, *Spectabilis Domine, num 1.* Ancharranus, *consilio 164. num. 5.* Versic. *Nec ex eo quòd populus, de eius, consil. 3.* Iason, *in L. Quòd in rerum, §. Si quis post, num. 7. & seq. ff. de Legatis 1.* vbi latè Aretinus. Abbas, in *cap. Cæterùm, num. 9.* & Felinus, *num. 4.* & ibidem communiter Canonistæ *de Iudiciis.* Cardinalis, in *Clementina 1. §. 1. num 4. & 5. de Hæreticis.* Ancharranus, Geminianus, Francus, & cæteri communiter in *cap. Per hoc de Hæreticis, lib. 6.* Plenè Angelus, in *L. Testamenta*, quem solùm dicit Aretinus, benè fuisse loquutum de hac materia, & fuerat resolutum in hac, coram Illustrissimo Prælato, tunc Rotæ Auditore, 15. *Iunij*, 1590.

Hæc omnia Rota in allegata decisione, in 26 qua ponderanda veniunt verba illa: cum ea iurisdictione, quæ competit Abbati Monasterij, *cui dicta Ecclesia reperiebatur vnita.* In quibus apertè sentit, quòd Abbas, eo ipso quòd habeat Ecclesiam suo vnitam Monasterio, habeat iurisdictionem ordinariam in

illam, & in perſona inibi curam animarum exercentes: & priuatiuam quidem, quoad Ordinarium loci, qui illam ibi habet delegatam ſolum, & cumulatiuè cum eodemmet Abbate, in vim Concilij Tridentini, illam delegantis eo in capitulo, ex quo vti vidimus *num.* 20. probat Layman habere Abbates iuriſdictionem, & viſitationem in Vicarios Eccleſiarum ſuis Monaſteriis vnitarum. Quocirca S. Rota in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 14. *Nouembris*, 1598. coram Cardinali Seraphino, *la* 1304. ſic *num.* 2. ad fauorem Abbatis mei Hyrachenſis Cœnobij, cui Parochialis illa S. Ioannis eſt vnita, de cuius iuribus agebatur, Videlicet.

27 Secundò, hanc donationem ſortitam fuiſſe effectum, & ex obſeruantia comprobari arguunt teſtes examinati pro Abbate, qui probant Abbatem à quinquaginta annis, & citrà percipere medietatem decimarum, ac fructuum, & oblationum, item tertiam partem pedis Altaris, & prouidere de Beneficiis, *viſitare, excommunicare, prædicare*, & *computa exigere*. Qui quidem omnes actus comprobantur per teſtes Vicarij, & Beneficiatorum, vt benè deducitur in facto. Hæc omnia Rota.

28 Hîc occurrit difficultas, An in caſu contrarietatis ordinationum Epiſcopi Diœceſani, & Abbatis Monaſterij cui Parochialis Eccleſia reperitur vnita, prævalere debeat præceptum Epiſcopi, an verò Abbatis præceptum?

Reſpondeo ſubdiſtinctione, adhuc in caſu quòd Epiſcopus ordinare valeat, aut præcipere aliquid in Eccleſiis vnitis ad menſam Regularium præter neceſſaria ad decentem Sanctiſſimi Sacramenti conſeruationem, ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum, vaſa, & paramenta ſacra, & curam animarum: de quibus ſolum poſſe cognoſcere, & circa ea ordinare, & præcipere, ait P. Franciſcus Pelizzarius, *in Manuali Regularium tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 4. num.* 116. quatenùs ex Franciſco Leone, *in Theſauro, part. 2. cap.* 31. *num.* 3. docet non poſſe Epiſcopum præcipere, vt Eccleſia, aut Sacriſtia reficiatur, neque ad id partem fructuum ſequeſtrare. Quorum doctrinam allegaui *in quæſtionibus Paſtoralibus, de Iure Parochi vnitarum Eccleſiarum, part. 1. quæſt. 2. de Diuiſione Beneficiorum, diuiſ. 1. num.* 9. in caſu igitur quod Epiſcopus ordinare poſſit, & præcipere abſque limitatione iſta in præfatis Eccleſiis, diſtinctione vtor. Aut contrarietas Decretorum, ſeu ordinationum eſt in his, quæ ad iura Prælati Regularis, & Monaſteriis, cui Eccleſiæ ſunt vnitæ ſpectant; aut in aliis rebus. Si ſecundum, prævalere debet Epiſcopi ordinatio. Et in hoc caſu intelligo Pelizzarium, *verſic. Addo*, & S. Rotam in modo reddita Deciſione coram Penia, in qua ſic *num.* 2. lego Præterea, vt omnis ambiguitas tolleretur, placuit Dominis vlteriùs declarare in ſententia, quod ſi hac in materia (curæ ſcilicet animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum) contingeret Præpoſitum facere Conſtitutiones, ſeu Decreta diſcrepantia à Decretis Superiorum Regularium, tunc Præpoſiti Decreta prævalere, & obſeruari deberent. Hæc Rota.

29 Si autem primum, Decreta, & præcepta Superiorum Regularium, prævalere debere cenſeo. Ducor, *Primò* ob Canonem *Viſis, el* 1. 16. *quæſt.* 2. dicentem, Quomodò poſſeſſoris iura cognoſcentur, & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur, vbi quod ſuum eſt, per alterum datur, & cum voluerit aufertur. Hæc ibi. *Secundò* moueor, ob ea quæ docet Lambertinus, *de Iure patronatus, part. lib. quæſt.* 1. *principali, artic.* 6. *pag. mihi* 122. vbi inquirit, *Eccleſiæ patronatæ Rector, cui obedire debeat: Patrono, an Ordinario?* & reſpondet. Pro obſeruantia conſtitutorum à Fundatore, & pro honore exhibendo Patrono, & in conſiſtentibus in onere ipſius, & alimentis præſtandis, Patrono inopi, dicerem, Rectorem Eccleſiæ potiùs debere obedire ipſi Patrono, & exequi ea, quæ debet, & Patrono debentur de Iure, virtute Iuris patronatus, vel ratione modorum appoſitorum per Fundatorem in limine fundationis, quàm Epiſcopo mandanti oppoſitum fieri: cum illa non poſſint immutari per Epiſcopum: immò neque per Legatum à Latere: & quod fortius eſt, nec præſumitur Papa id agere velle, vt proximè diximus. In Patrono verò Eccleſiaſtico, dicerem idem quoad Epiſcopum, non autem quoad Legatum à Latere, vel quoad Papam, qui poſſunt, & Papa præſumitur velle derogare.

Omnia iſta Lambertinus, ex quibus conuincitur, quòd data contrarietate prædicta inter Epiſcopi, & Prælati Regularis Decreta in iis, quæ ad iſtum, & ſuum ſpectant Monaſterium, ſiue Vicarius Eccleſiæ vnitæ Regularis, ſiue Sæcularis Clericus ſit, teneatur potiùs Prælato obedire Regulari, quàm Epiſcopo: quia Prælatus Regularis cum ſuo Conuentu Patronus eſt Eccleſiæ vnitæ: & etiam, quia illius habet dominium.

Ex dictis bene colligitur, grauiter, & lethaliter quidem peccare, non ſolùm Epiſcopos, eorum Vicarios, Viſitatores, & alios miniſtros aliquid ordinantes, diſponentes, & mandantes contra iura, quæ Regulares habent in ſuis Eccleſiis, tam quoad ius, quod habent ad viſitationem illarum, ad Parochialia in illis exercenda, ad prouidendum de Vicariis, ſeu Capellanis amouibilibus, de Beneficiariis, ad percipiendas Decimas, Primitias, & alia quælibet emolumenta, quæ eis competunt ratione Eccleſiarum, eorum Monaſteriis annexarum, &c. Sed & ipſos Vicarios, Beneficiarios, & quaſcumque alias perſonas illorum mandata, & ordinationes exequentes, & contra iuſtitiam delinquere cum reſtitutionis onere, ita vt abſolui nequeant, niſi ſatisfactione conuenienti præſtita, & reſtitutis, non ſolùm iuribus, aut rebus ablatis, ſeu impeditis, ſed etiam expenſis factis in litibus, ſi quas ob huiuſmodi facinus, ſequuti fuerint Regulares. Neque excuſationem habebunt, qui talibus obediunt ordinationibus, in tremendo Dei iudicio, eo quòd de mandato id faciant Prælati, Epiſcopi ſcilicet, aut alterius illius Officialis, ſeu miniſtri, quia cum iſti nulliter, & iniuſtè id ordinauerint, & ſine iuriſdictione, illi debuerunt eis non obedire.

Sextò probatur Prælatos Regulares habere iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem in Eccleſiis vnitis ſuis Monaſteriis.

Quia

BIBLIOTECA PUBLICA

Quia huiusmodi gaudent iurisdictione in suis Monasteriis, & in locis aliis suis Regularibus, & priuatiuam quidem. Vndè Pasqualigus, *de Sacrific. Missæ, tom.* 1. 493. *numero* 5. loquens de facultate Episcopo concessa *sess.* 2. Trid. *in Decreto de seruand. & vitand. in celebrat. Miss.* Sic ait. Quanquam existimo, quòd nunquam Episcopi in hac materia habuerint iurisdictionem, quoad Regulares, quando celebrant in locis propriis exemptis, qualia sunt Monasteria, Grangiæ, Hospitia. Quia Concilium solùm dat facultatem supra Regulares quantumuis exemptos, *Sed non extendit ipsorum iurisdictionem, quoad locum, sed illam relinquit intra terminos Diœcesis, atque adeò non dat iurisdictionem exercendam in locis exemptis, & quæ licet sint in Diœcesi, non sunt tamen de Diœcesi.* Nam, cùm alia sit exemptio locorum eorundem Regularium, vtpotè speciali dispositione Apostolica stabilita, vt dixi *in qq. Canonic. q.* 176. *n.* 2. *Centuria* 2. Opus fuisset quod Concilium expressisset, quod non sinant Episcopi celebrare extra Ecclesiam, &c. etiam in locis exemptis. Verum hoc non dispossuit Concilium. Hæc Pasqualigus. Sed Ecclesiæ per vnionem dictam fiunt Regulares, & Monasteriis, quibus vniuntur, subiiciuntur. Huiusmodi enim vnio, dicitur vnio accessoria, & subiectionis, vt cum Rebuffo *in Praxi Beneficiorum parte* 1. *tit. de Vnionibus Beneficiorum, num.* 12. Garcia de Beneficiis, *part.* 12. *capite* 2. *numero* 6. & 7. Gonzalez, *super Regulam* 8. *Cancellariæ, Glossa* 5. *numero* 27. Viuiano, *in Praxi, de Iure patronatus, parte* 3. *lib.* 14. *capite* 5. *numero* 6. post Innocentium, *in capite Nouit, numero* 1. *Ne Sede vacante*, Hostiensem, *in Summa, lib.* 3. *tit. Ne sede vacante, numero* 5. dixi in *Quæstionibus Pastoralibus, parte* 2. *quæst.* 2. *numero* 6. Ergo iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem habent in his Ecclesiis vnitis Monasteriis, istorum Prælati. Minor, quoad primam probatur partem, cùm, ex vna, & altera Sacræ Rotæ Decisione, in Pampilonensi Vicariæ de Stella, ad fauorem Abbatis, & Conuentus Hyrachensis Cœnobij. In vtraque enim habetur, Ecclesiam Sancti Ioannis de Stella esse Regularem, ratione scilicet vnionis illius Abbati, & Conuentui factæ. Prima, edita fuit 14. *Decembris, de Anno* 1648 coram Otthobono. Secunda, 26. *Maij*, 1653. coram Meltio. Ex ex altera in Pampilonensi Iurium Parochialium, 29. *Ianuarij*, 1663. ad eorundem fauorem, contra Vicarium de Mendauia, coram R.P.D. Beuilaqua. In primis duabus declaratur Ecclesiam S. Ioannis de Stella esse Regularem, & in tertia idem decidituir de Ecclesia. S. Ioannis de Mendauia, ratione vnionis, quam vtraque habet Ecclesia ad Abbatem, & Monachos dicti Hyrachensis Cœnobij. Et benè quidem. Quia vti probaui vbi *proximè part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 8. cum Thoma Sanchez, *lib.* 7. *operum Moralium cap.* 29. *n.* 148. allegante Gregorium Lopez, *lege* 3. *tit.* 12. *partita* 1. cum Emmanuele Roderiq. *tom.* 1. *Quæstion. Regular. quæst.* 20. *artic.* 1. & Petro Perusio, *de Vnione Ecclesiarum, cap.* 2. ab eodem Emmanuele allegato, cum Azorio, *Institution. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 2. Ælgio Bassæo, *tomo* 1. verbo *Beneficium I. num.* 2. Hieronymo Roderiquez, *in Compendio Quæstion. Regular. resolut.* 15. *num.* 2. & Franc. Pelizzario *in Manuali Regularium tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *num.* 113. *versic. Addo*, hic, inter alios, est vnionis accessoriæ, subiectionis, & ad mensam effectus, vt Ecclesia Sæcularis, per vnionem eius Ecclesiæ Regulari factam, fiat Regularis. 31

Tum etiam probatur minor. Quia effectus vnionis etiam est, vt Ecclesia accessoriè alteri vnita, fiat exempta, & libera, si libera sit, & exempta Ecclesia, cui vnitur, vti *eadem quæst.* 6. *num.* 22. probaui authoritate P. Ioannis Azorij *vbi proximè*, & nostri Tamburini, *de Iure Abbatum, tomo* 3. *disput.* 15. *quæsito* 5. *n.* 5. & hac efficacissima ratione. Quia Ecclesia per vnionem accessoriam suiipsius alteri factam, amittit proprias prærogatiuas, qualitates, & priuilegia, immò & naturam sui Beneficij, & acquirit prærogatiuas, qualitates, priuilegia, & naturam Beneficij Ecclesiæ, cui vnitur, in quod quasi transformatur, vti expressè docet Glossa, in *capite Recolentes, §. Caterum, verbo Coaptent, el* 3. *de Statu Monachorum*, ibi. Et ita id, quod aggregatur alij, ipsius naturam imitari debet. *Et in cap. Nouit, verbo Vniendo, el* 1. *Ne Sede vacante*, ibi. Sed si vna vnitur alteri, secundùm hoc, illius naturam, & consuetudinem, & priuilegia assumit, cui vnitur. *Et in Can. Et temporis*, 16. *quæst.* 1. ibi. Si vna vnitur alteri, secundùm hoc illius naturam, & consuetudinem, & priuilegia assumit, cui vnitur, & peribunt iura illius Ecclesiæ, quæ vnitur. Et ità etiam docent Petrus Gregorius, *de Beneficiis, cap.* 20. *de Vnione, numero.* 15. *prope finem* Rebuffus, *in Praxi de Beneficiis. part.* 1. *tit. de Vnionibus, numero* 57. *fol.* 284. Nicolaus Garcia *de Beneficiis, parte* 12. *capite* 2. *numero* 14. 17 & 18. Gonzalez, *ad Regulam* 8. *Cancellar. glossa* 5. §. 7. *num.* 12. 15. 25 32. & 33. Lessius, *de Iustitia, & Iure, lib.* 2. *cap.* 34. *dubitat.* 27. *numero* 148. Barbosa, *de Potestate Episcopi, allegat.* 66. *num.* 34. Grana, *in Catena Iurium, tom.* 2. *tit.* 5. *de Prabendis, & dignitatibus*, ad textum in *cap. De multa, numero* 8. Bartholom. Gauantus, *verbo Beneficiorum vnio, num.* 25. Bauny, *in Praxi Beneficiorum, disputat.* 8. *quæst.* 4. *versic. Prima, & Tertia.* Layman, *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *numero* 2. *versic. Alter modus est*, ex Glossa, *in cap. Super eo, verbo Non obuiet, de Prabendis, lib.* 6 Castrus Palaus, *tomo* 2. *tract.* 13. *disputat.* 6. *punct. vlt.* §. 1. *num.* 7. Tamburinus, *de Iure Abbatum, loco citato num.* 4. Thomas Delbene, *de Parlamentis, dubitat.* 4. *sect.* 21 *subsect.* 8. *num.* 7. *pag. mihi* 195. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 25. *num.* 126. Ioannes Baptista Lezana, *tomo* 4. *consulto* 15. *numero* 24. Vndè Angelus relatus à Garcia, *Consilio* 247. Beneficium vnitum (ait) ita sequi naturam, & qualitatem Monasterij, cui vnitur, vt si aliqua Beneficia Sæcularia spectarent ad collationem Beneficij vniti, possint ratione vnionis, & naturæ, & qualitatis Beneficij, cui vnitum est, conferri Regularibus personis. Quæ Angeli doctrina, sequuta est à Cardinali Tuscho, *Volum.* 1. *litt. B. conclus.* 76. *num.* 3.

Dictis addo S. Rotam, in Seguntina dimidiæ annatæ, 7. *Maij*, 1607. coram Manzanedo, apud Farinacium, *tom.* 3. *Decisionum*

la 199. hoc argumentum, *numero* 5. conficientem. Vlteriùs, quia huiuſmodi Beneficia ſunt vnita, & annexa iſti Abbatiæ.... Sed ſic eſt, quòd Beneficium vnitum conuertitur in naturam eius, cui fit vnio, & amittit nomen antiquum, Rota *Deciſ.* 11. *numero* 3. *de Rebus Eccleſiæ*, in antiquis, Oldradus *vbi ſuprà* (ſcilicet *conſil.* 257. *num.* 15. & 19) Ancharranus, *in cap. Acceſſorium, num.* 2. *de Regulis Iuris, in* 6. Caſſad *deciſ.* 13. *num.* 1 *ſuper Reg.* Gomez, *in Regulam, de Infirm. quæſt.* 15. *num.* 1. Et ſic iſta Beneficia Abbatiæ vnita, fuerunt conuerſa in naturam ipſius Abbatiæ, &c. Hæc S. Rota. Ergo Eccleſiæ Regularibus vnitæ, Regulares ſunt, & eandem ſubiectionem recognoſcunt Superioribus Monaſteriorum, quam eiſdem recognoſcunt Eccleſiæ intra Monaſteriorum clauſtra exiſtentes, & eiſdem qualitatibus potiuntur, & gaudent.

32 Sextò probatur, ex Bulla Leonis Decimi, in Concilio Lateranenſi, *ſeſſ.* 11. edita. Pro nobis ibi eſt. Ad conſeruandam inter Epiſcopos, & eorum Superiores, ac Prælatos, & Fratres huiuſmodi mutuam charitatem, & beneuolentiam diuinique cultus augmentum, pacémque & tranquilitatem vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus, quòd ità demùm fieri cognoſcimus, ſi vnicuique quantum fieri poteſt, *ſua iuriſdictio conſeruetur.* Sacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, quòd Epiſcopi, & eorum Superiores, & alij Prælati præfati, Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres ratione locorum ſuorum legitimè ſpectantes, *quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, adminiſtrationémque pertinent*, ſine tamen Viſitatorum inſolito grauamine, vel impenſa, viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, ſi Religioſi fuerint, iuxta ipſius Ordinis regularia inſtituta intra ſepta regularis loci: Seculares verò Presbyteros, & Fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, liberè tanquàm ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire.

Hæc Leonina, & Conciliaris Conſtitutio, incipit, *Dum intra mentis Arcana reuoluimus*, in publica ſeſſione edita, 19. *Decembris, Anno Incarnationis Dominicæ* 1516. reddita à Seuerino Binio, *tomo* 4. *part.* 2. *Conciliorum, pagina mihi* 122. per quam apertè demonſtratur, Regulares Prælatos iuriſdictionem habere in Eccleſiis Parochialibus ad eos, & Monaſteria ſua ſpectantibus, & in Presbyteris Regularibus, & Secularibus eiſdem Eccleſiis deſeruientibus: & Epiſcopos, & alios Ordinarios locorum, habere etiam iuriſdictionem in dictis Presbyteris, ſolùm *quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſeruationem, & adminiſtrationem pertinent*, & non in aliis. Quod certè mihi in dubium, euidens eſt. Quia ibi intendebat Summus Pontifex, & cum eo Concilium illud Generale, declarare, quæ eſſent de iuriſdictione Regularium, & de eorum facultate, & quæ de Ordinariorum, & Diœceſanorum, iuriſdictione, vti per ſe patet ex illis proœmij verbis, *ſi vnicuique quantùm fieri poteſt, ſua iuriſdictio conſeruetur*: & perueniendo ad declarationem iuriſdictionis, quam habent Diœceſani reſpectu Eccleſiarum ad Regulares ſpectantium, ſolùm exprimit quam habeant in Presbyteris earum, *quoad Curam, & Sacramenta.* Ergo excludit Diœceſanos, à iuriſdictione, in omnibus aliis, tam reſpectu Presbyterorum, quàm Eccleſiarum: quia qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet *cap. Nonne, el.* 5. *de Præſumptionibus* & conſequenter illam ad Regulares pertinere declarat.

Quartò, pro Dubij reſolutione, ſuppono, 33
Abbates dictæ noſtræ Congregationis Benedictinæ, Hiſpanæ vſum habere Pontificalium. Alexander enim Papa Quartus, Anno 6. ſui Pontificatus, in Conſtitutione *Dilecto filio, la* 106. Bullarij. authentici dictæ Congregationis, *folio* 217. ſic Abbati Sancti Facundi conceſſit. Sanè petitio tua nobis exhibita continebat: quod tibi, & ſucceſſoribus tuis authoritate Apoſtolica eſt conceſſum, vt in Miſſarum ſolemniis, & conſuetis horis, poſitis in Monaſterio veſtro, & Eccleſiis ei ſubiectis, ſolemnem Benedictionem, more Pontificum elargiri. Nos itaquè tuis ſupplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere ampliorem, vt tu, & ijdem ſucceſſores vbiquè de licentia locorum Diœceſanorum, in huiuſmodi ſolemniis, & horis poſitis dare Benedictionem huiuſmodi, tibi, eiſdemque ſucceſſoribus authoritate præſentium indulgemus.

Innocentius Papa Octauus, *Anno* 1495. conceſſit Abbati Sanctæ Mariæ Nagerenſis, in Bulla *Inter Curas, la* 119. eiuſdem Bullarij, *pag.* 233. Mitra, Annulo aureo, Sandaliis, & Baculo Paſtorali vti, & in dicto Monaſterio Nagerenſis, ac in aliis ſibi ſubiectis Eccleſiis, & Capellis, infra Miſſarum & Veſperarum ſolemnia, benedictionem ſolemnem ſupra populum, dummodò in Benedictione huiuſmodi, aliquis Antiſtes, aut dictæ Sedis legatus præſens non fuerit, elargiri.

Similem conceſſionem fecit Iulius Papa Secundus Abbati Sancti Amiliani dela Cogolla, *Anno* 1505. Adeſt eius Bulla in dicto Bullario Congregationis, *fol.* 239.

Clemens Papa Septimus, Abbati monaſterij Hyrachenſis Cœnobij conceſſit, Anno ſui Pontificatus Octauo, in Bulla, *Expoſcit, la* 122. *fol.* 240. Mitra, Annulo, & aliis Pontificalibus inſigniis liberè vti poſſe, nec non, quòd in dicto Monaſterio Benedictionem ſolemnem ſuper populum, poſt Miſſarum, & Veſperarum ſolemnia, dummodò in Benedictione huiuſmodi aliquis Antiſtes, vel Sedis Apoſtolicæ Legatus præſens non fuerit, elargiri.

Clemens deniquè Octauus, *Anno* 1596. ad fauorem omnium, & ſingulorum Abbatum præfatæ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ Bullam expediuit, incipit, *Vt ea, quæ*, quam in Diſquiſitione, *numero* 11. recenſui, per cuius tenorem approbauit Decreta Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, per quæ declaratur poſſe Abbates, etiam non Benedictos omnia Pontificalia exercere in Eccleſiis Monaſteriorum, & in limitibus eorum.

Et licet præfata, & alia priuilegia, recenſitis ſint Abbatibus conceſſa, illis omnibus gaudent cœteri eiuſdem Congregationis Abbates, per multa Summorum Pontificum diplomata, 34

Eugenij

Eugenij scilicet Quarti, in Bulla, *Etsi ex debito, n. 21. la 7. præfati Bullarij, & in Bulla* 44. incipit, *Beatissime Pater, n. 14.* Alexandri Sexti, in Bulla, *inter cæteros, n. 3. la 21.* & Clementis Octaui, in Bulla *Romanus Pontifex, n. 2. la 123.* Quæ vtique omnes, quia concessa toti Cõmunitati Religiosæ, Congregationique in perpetuum, habentur pro insertis in corpore Iuris communis, & latè debent interpretari. Sanchez, *de Matr. to. 3. lib. 8. disp. 1. n. 13. pag. mihi* 6. cum Oldrado, *cons.* 300. *n. 4. vers. Considerandum*, & Henriquez alios allegante, *lib. 7. de Indulgentiis, c. 22. n. 3. & c. 24. n. 4. in fine.* Ægidius Coninck, *de Sacram. disp. 33. dub. 2. n. 16. pag.* 70. Ioan. Caramuel, *in Theologia Fundamentali, sub n. 945. vers. Priuilegia*, cum Bonacina, *to. 2 disp. 1. q. 6. pag. 7. n. 4.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, de Casibus reseruatis, Inquis. 1. n. 48. 97. & 127.* Thom. Delbene, *de Parlamentis, dub. 4. subsect. 33. n. 2. p.* 140. Ascanius Tambur. *de Iure Abbatũ, to. 1. disp. 16. quæs. 5. n. 14.* cum Salas, *disp. 20. sect. 10. n. 15.* & Azorio, *Instit. Moral p. 1. lib. 5. c. 23. q. 3.* Ioan. Bapt. Lezana, *in Summ. Q Q. Regul. to. 2. p. 4. verbo Priuil. n. 9. & to. 4. consulto* 40. *n.* 102. *& in Appanagio, dub. 7. n.* 138. ad calcem operis, cum Suarez, *de Leg. lib. 8. c. 27. n. 7.* Alexandro Calcanet, Ancharam, Menochio, *de Præsumpt. lib. 6. præsump. 84 n.* 18. Sylueſtro, *verbo Priuileg. q. 3.* Tiraquellium, *de Priuilegiis piæ causæ, priuleg.* 162. & Layman, *lib. 1. tr. 4. c. 23. n. 5.* Pellizzarius, *in Manuali Regul. tom. 2. tr. 8. c. 1. n.* 142. Castrus Palaus, *to. 1. tract. 3. disp. 4. q. 10. n. 5.* cum Salas, *de Legib. disp. 19. sect. 8. n. 52. & disp. 20. n. 99. vers. Sextò.* Bonacina, *eodem tr. disp. 2. q. 3. punct. 9. §. 1. n. 5.* & Bruno Chassaing *de Priuil. Regul. tr. 1. c. 5. propos. 5.* ex D. Th. *in Opusc. contra impugnãtes Religionem, c. 64. column. penult.* Compendio Priuilegiorum Minorum, *tit. Priuil. in fine.* Marcelino à S. Benedicto, *verbo Priuil. in Notabilibus* & ex Iasone, *in c. fin. n. 19. & 20. de Const.*

35 Immò & quodlibet priuilegium Principis, quoties in tertij non cedit præiudicium, debet amplè interpretari. Azorius, *p. 1. lib. 5. c. 23. q. 2.* Palaus, *p. 1. tr. 4. disp. 4. punct. 3. §. 4. n. 1.* Laurent. de Peyrinis, *de Priuil. to. 1. ad Constit. 10. Clem. VII. n. 10. & 14.* Caramuel, *dicto fund. 38. n. 944. in fine*, cum Filliucio, *tr. 8. c. 10 n. 261.* Chassaing, *de Priuil. p. 2. tr. 8. c. 1. prop. 1. v. Obseruatamen 1.*

36 Et quoties dubium adest circa intelligentiam priuilegiorum nostrorum, quantùm illorum patiuntur verba, ad fauorem nostrum interpretari debent. Ita Alexander Papa Sextus nostræ Vallisoletanæ Congregationi Hispanæ concessit Kalend. April. de *Ann.* 1501. cuius priuilegij meminerunt Emmanuel Roderiquez, *tom. 1. Q Q. Regul. q. 63. art. 7. ver. Secunda via.* Chassaing, *de Priuil. Reg. tr. 1. c. 4. prop. 2.* & penes eum Portel, *verbo Priuilegiorum Declaratio, n. 76.* & Compendium Societatis IESV. Ex quibus cõcludit Bruno Chassaing, quòd quando sunt duæ opiniones, seu sententiæ contrariæ, quòd valeat, aut non valeat priuilegiũ; quòd sit reuocatum, vel non censendum valere, & non esse reuocatum, & recensito Cardinali in Clementina *Archiepisc. la 2. de Priuil. §. Sitamen, n. 2. & 3.* asserente, quòd exemptis, & priuilegiatis nõ præiudicatur in suo priuilegio, nisi quatenùs exprimitur; sic infert. Ergo iuxta illum, cùm nullum dubium exprimat aliquid cõtrarium priuilegio, dubio aliquo interueniente, in fauorem priuilegij est interpretandum, & concludendum. Quæ quidẽ illatio, cõmunis omni probatur priuilegio.

Idem priuilegium concessit idem Alexander VI. Congregationi Casinensi, seu S. Iustinæ, cuius meminit Paulus Papa III. in Bulla *Benignitas, la* 15. Bullarij Cherubini, *to. 1. pag. mihi* 721. §. 7. dicens. Et demum Alexander prædecessor præfatus motu proprio, voluit, & declarauit, quicquid dubij in huiusmodi priuilegiis, seu aliquo eorum pro tempore emergeret, datâ verborum ambiguitate, & variâ peritorum interpretatione, in fauorem dictæ Congregationis, ac locorum particularium eius interpretari. Et §. 11. de nouo eidem Congregationi hoc priuilegium ipse Paulus concessit *Non. Nouemb. Ann. Incarn. Dom.* 1537. in reddita Bulla, quâ etiam nostra Hispana Cõgregatio gaudet, sicut & aliis omnibus concessis, & gaudebit concedendis præfatæ Casinensi Congregationi, & quodlibet Monasterium, locus, & persona illius, per communicationem amplissimam priuilegiorum.

§. II.

Quæsitui respondetur proposito.

BREVIARIVM.

Abbas.

Exercere potest Pontificalia in Monasterio suo, & in omnibus annexis, etiamsi per Clericos deseruiantur Sæculares. n 37. 38.

Abbates Benedicti, & quibus concessum est, vt ea omnia facere possint, quæ possunt facere Benedicti, Tonsuram, & minores Ordines subditis Regularibus possunt conferre, & alia exercere Pontificalia in Ecclesiis, & limitibus Monasteriorum suorum. n. 42.

Circa vsum Pontificalium procedunt à pari cum Episcopis, n. 37.

Cura.

Cura animarum Ecclesiæ ad mensam vnitæ non exercetur à Vicario nomine proprio, sed illius, cui vnita reperitur, & ad illius libitum, nomine. n. 45.

Per vnionem Ecclesiæ alicui factam, cura illius ad eum transfertur. n. 45.

Ecclesia.

S. Ioannis de Stella ædificata est ab Abbate, & Monachis Hyrachensibus. n 44.

Est illis vnita Iure pleno, quoad spiritualia, & temporalia. n. 45. & 46.

Abbas, & Præsidens Cœnobij, sunt illius veri Rectoris, & Parochi. n. 45.

Ecclesia istæ Regularis est. n. 48.

Potest Abbas Hyrachensis in illa omnia Pontificalia exercere propriâ ex authoritate. n. 49.

Vitio laborant Decretum Sacræ Congregationis, obtentum à Vicario, & Beneficiariis, ac Parochianis, anno 1617. & Breue Vrbani Octaui, pro illius confirmatione, & obseruantia, de anno 1631. à n. 41.

Ius patronatus.

In Ecclesiis ad Regulares pertinentibus, non acquiritur Ius patronatus, nisi de priuilegio Apostolico. n. 48.

Priuilegia.

Sæpè conceduntur ad ea, quæ iam obtinebantur. n. 49.

Priuilegia vni ex nostris concessa Monasteriis, reliquis communia sunt. n. 34.

Vicarius.

Ecclesiæ vnitæ Vicarius, ab eo deputari debet, cui illa vnita est. n. 46.

Data quasi possessione deputandi Vicarium amouibilem in vna Ecclesia Abbatiæ vnita, manutentio datur ad deputandum amouibilem in aliis eidem vnitis n. 50.

Visitatio.

Qui est in quasi possessione visitandi vnam Ecclesiam Abbatiæ vnitam, manutenetur in quasi possessione visitandi alias eidem Abbatiæ vnitas, esto illa non probetur. n. 50.

CONCLVSIO.

ABbates Congregationis Benedictinæ Hispanæ, 37 nulla obtentâ, nec petita quidem licentiâ Diœcesanorum, exercere licitè, & liberè possunt Pontificalia in suis Monasteriis, & in omnibus locis, & Ecclesiis dictis Monasteriis ad mensam vnitis, etiamsi illis per Clericos deseruiatur Sæculares.

Hanc conclusionem tenet Ascanius Tamburin. *to. 1. de Iure Abbatum* in epistola ad Lectorẽ, ibi: Verũ cum

in Eccleſiaſtica Hierarchia Abbates in Prælatorũ appellatione communicent cum Archiepiſcopis,& Epiſcopis,*c.Decernimus de Iudiciis*, & quoad Pontificalia, pari greſſu procedant,*c. Vt Apoſtol de Priuil. in 6.* & textus *in L.illud ff.Ad Leg.Aquiliam,& L. A Titio ff.de Verb.oblig.*Et quando aliquid committitur Ordinariis locorum, commiſſum etiam intelligatur Abbatibus, niſi ſubiecta materia aliud expoſcat. Gloſſa *in c. Ordinarius, verbo Locorum,de Officio Ordinarij, in 6.* vbi cõmuniter DD.& Abbates exempti Ordinarij appellantur à Nauarro,*conſ.9 tit.de Priu.*Decio,*conſ.*121. Panormit.*c.Vt fama, n.6. de ſent. excom.* & aliis apud Eraſm.Cochier,*de Iuriſd. Ordin.in exemptos,p.1.q.* 1. *n.9.& diſp* 21.*quæſ.2.à n.3.*in ſequentia prorumpens. Sed cum Abbas circa vſum Pontificalium procedat à pari cum Epiſcopis,& cum omnibus,quibus talis vſus permiſſus eſt, vt *in c. Apoſtol. de Priuil.in 6.* & ſicut Epiſcopis, & Archiepiſcopis de Iure conceditur talis vſus,non ſolũ in Eccleſia Metropolitani,& Cathedrali,ſed etiam in qualibet Eccleſia ſuæ Prouinciæ, vt in dicto *c.Cum ſis*:ita & Abbati etiam in Eccleſiis aliis,& Beneficiis vnitis eſt permiſſus talis vſus: cum etiam in ipſis locis habeat iuriſdictionẽ.Vnde cùm militet eadẽ ratio in Abbate, quæ militat in Epiſcopo, idem ius in eodem militare debet;iuxta *text. in L.Illud ff.ad Leg. Aquil.& L.à Titio ff.de verbor.obligat.*De qua re dubium non eſt:quia poteſtas exercendi Pontificalia,non ſolum in Eccleſia propria,ſed etiam in aliis ſibi pleno Iure ſubiectis, competere noſcitur Abbatibus per textum *in dicto c.vt Apoſt.*& per *c. Abbates eodem tit. & lib.*6.& per priuilegia ſpecialia ſuper eis cõceſſa à Sede Apoſtolica,&c. Hæc omnia Adamus & Abbas Tamburinus.Libuit reddere verba Alexandri Papæ Quarti, *in dicto c. Abbates*, pro Tamburino,& nobis prolata. Huiuſmodi illa ſunt, (quod quidem caput tertium eſt *in tit.de Priuil.in 6.*) Videlicet.

38 Abbates, quos Apoſtolica Sedes,in exhibitione benedictionis ſuper populum ſpeciali priuilegio inſignivit:in Eccleſiis,quæ ad eos pertinẽt pleno Iure,quando in eis diuina officia celebrant, poſſunt poſt Miſſarum ſolemnia, & veſpertinas, ac matutinas laudes, benedictionem ſolemnem ſuper populum elargiri. Hactenùs textus.Gloſſa autẽ verbo *Pleno Iure*,explicat quænam Eccleſiæ ad Abbates pleno pertineant Iure,dicens.Scilicet in ſpiritualibus,& tẽporalibus.Supra eodem,*Cum & plantare,§.in Eccleſiis*,& ſupra *c. Quoniam per confeſſionem.* Ioan.item Andreas, addit ibi pro maiori explicatione,ex Ancharrano,Alanũ ſcripſiſſe, quod tunc Eccleſiæ pleno Iure pertinent ad Monaſteria, quando in eis Sacerdotes inſtituunt;&omnes obuentiones percipiunt, præter ſtipendia miniſtrorum. *De Prabendis, Auaritiæ, c.De Monachis,el* 16. *q.2. in Summa.* Hæc Ioan.Andreas.Idem lego in Doctiſſimo Pace Iordano, ex eiſdem Iuribus & Doctoribus.Illum recenſui *ſuprà n.*1. huius *dub.*11.*verſ. Eccleſiæ autem.* Et quod eiuſmodi ſint Eccleſiæ ad Cœnobium Hyrachenſe pertinentes, *n.*13.*verſ. Vltimo caſu*, oſtendi.

39 Præter probationem efficaciſſimam,quæ pro noſtra concluſione ex Iuribus, Gloſſis, & Doctoribus allegatis reſultat,addere libuit,ex ratione, aliam non leuem. Huiuſmodi illa eſt. Ad exercenda Pontificalia licitè in aliquo loco, præcisè neceſſaria eſt in illa exercente, præter illorum vſum, & ſufficit iuriſdictio reſpectu illius loci,aut licentia ſaltem inibi illam habentis,& qui vtramque obtinet, benè illa, & licitè exercere poteſt. Vtrumque *n.*1.demonſtraui,ex Conc.Trident.*ſeſſ.6.de Refor.c.*5.& aliis Iuribus, Gloſſis,& Doctoribus.Sed Abbates prefatæ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ habent vſum Pontificalium,vti vidimus *n.*33.&habent etiam iuriſdictionem ordinariam,& quaſi Epiſcopalem,non ſolùm in ſuis Monaſteriis,&in Prioratibus, Grangiis,ac in aliis locis, & Eccleſiis ad eadem pertinentia Monaſteria, vti prolixè *à num.*8. oſtendi. Ergo exercere benè poſſunt, liberè,& licitè dicta Pontificalia,nulla obtenta, aut petita quidem Diœceſani licentia,non ſolùm in Eccleſiis intra Cœnobiorum clauſtra exiſtentibus, ſed etiam in omnibus locis prædictis, & in Eccleſiis Parochialibus eis vnitis,& eorũ Cõuentibus, etiamſi per Clericos illæ deſeruiantur Sæculares.

Sed obiicies. Vſus Pontificalium dictis Abbatibus 40
conceſſus,reſtrictus eſt ad Monaſteria ſua,ita declarante S.Rituum Congregatione,*die* 8.*Maij*, *de an.*1617. ad inſtantiam Vicarij, Beneficiatorum, & Parochianorum Eccleſiæ S. Ioannis de Stella, annexæ Cœnobio Hyrachenſi. Pro cuius Declarationis, & Decreti confirmatione, ad eorumdem inſtantiam, Breue ſuum expediuit Vrbanus Papa VIII.*die* 7. *Martij* 1631.inſerto Congregat. Decreto, huiuſmodi ſub tenore videlicet.

Cum de Anno milleſimo,quingenteſimo, nonageſimo ſexto, felicis recordationis Clem. Octauus conceſſerit priuilegium Abbatibus Congregationis Valliſoletanę Benedictis,vel quibus à Sede Apoſtolica conceſſum eſt priuilegium,&poſſint ſuis ſubditis Regularibus tantùm Tonſuram,minoréſque Ordines cõferre, aliáque Pontificalia in Monaſteriis,& Eccleſiis ſui Ordinis,& intra eius limites exiſtẽtibus conferre,& exercere,huius priuilegij vigore,Abbas Monaſterij B. Mariæ de Hyrache Ordinis S. Benedicti Pampilonenſis Diœceſis, Trienalis, non Benedictus, *nec habens aliquod priuilegium à Sede Apoſtolica*, ſed tantùm prætextu, quòd dictum Monaſterium de Hyrache fuerit aliàs vnitum dictæ Congregationi Valliſoletanæ, & vſurpare ſibi iuriſdictionem celebrandi Miſſam Pontificalem, non ſolùm in Monaſteriis,& Eccleſiis ſui Ordinis, *ad quæ eſt reſtrictum dictum priuilegium*, verùm etiam in Parochiali Eccleſia S.Ioa.Bapt. ciuitatis Stellæ, eiuſdem Pampilonenſis Diœceſis, *quæ non eſt ſui Ordinis, aut annexa, vel incorporata dictæ Congregationi*,ſed potiùs diſtincta,& ſeparata ab illa: ideò cùm animaduertiſſet, dictum priuilegium non extendi ad dictam Parochialem, *quam ad dictum effectum pleno Iure ad ipsũ Abbatẽ ſpectare opus eſſet.extorſit licentiam ab Epiſcopo Pampilonenſi*, qui cùm ſit eiuſdem Ordinis,& Congregationis, dicto Abbati conceſſit, & authoritate propria *gratiã à Sede Apoſtolica limitatã ampliauit*, vt ſcilicet dictus Abbas poſſit celebrare dictam Miſſam,& alia Pontificalia exercere in dicta Parochiali Eccleſia de Stella ſub cenſuris,& pœnis pecuniariis cõtra illum impediẽtes.Cum verò Vicarius,Beneficiati, & Parochiani dictæ Eccleſiæ ciuitatis Stellæ inſtarẽt declarari,dictum Epiſcopũ non potuiſſe talem licentiam concedere, & dicta priuilegia ampliare,ideò ad eorum inſtantiam propoſito huiuſmodi negotio in Cõgregatione Sacrorum Rituum,eadẽ Sacra Rituum Congregatio reſpondit.*Non licere,nec licuiſſe Epiſcopo Pampilonenſi dare,ſeu ampliare propria authoritate gratiam non conceſſam,ſeu limitatã à Sede Apoſtolico*, & à Summo Pontifice,ſed eſſe ſeruandam ſtrictè provt ſonat:*dictúmq; Abbatem Monaſterij B.Mariæ de Hyrache non poſſe,neque debere celebrare Miſſam,& alia Pontificalia exercere in dicta Parochiali Eccleſia de Stella*,neque vigore aſſerti priuilegij, *cùm illud ſit reſtrictum ad Abbates Benedictos tantùm*,& ad proprias Eccleſias ſui Ordinis: nec vigore prætenſæ licentiæ, *cum Epiſcopus illã dare,& ampliare cõcedere non poſſit*, maximè Vicario,Beneficiatis,& Parochianis illius cõtradicentibus.Et ita cẽſuit,& declarauit,& à dicto Abbate in ciuitate,& Diœceſi Pampilonenſi ſeruari mandauit, quibuſcumque non obſtantibus.

Hactenùs in dicto S. Congregationis Rituum De- 41
creto,& Declaratione.In quibus provt continent relationem Vicarij, Beneficiatorum,ac Parochianorũ,pro illis obtinendis, eidem factam Congregationi, plura adnoto, ex quibus conuincitur, tam illa, quàm Breue

Vrbani

Vrbani Octaui, pro illorum cõfirmatione, approbatione, & executione editum, subreptitia & obreptitia esse, ac per consequens, omnia illa nullius roboris, & momenti existere, tanquàm falsis innixa fundamentis. Sicut enim subreptio vitiat gratã ipso Iure; vti Pax Iordanus docet *to. 2. de Re Beneficiar. lib. 10. tit. 11. n. 322. ex c. Ad aures, c. Constitutus, de Rescript. c. Si motu proprio, de Præbendis in 6. Clement. 1. eodem tit.* Garcia de Beneficiis, *p. 8. c. 3. n. 2.* Menochio de Arbitrariis Iudicis, *casu* 201. & 202. Beltrã ad Papã *dec.* 150. & Sanch. de Matrimonio *lib. 8. disp.* 21. & sicut sententia lata ex errore intolerabili, nulla est, & sententiæ nomen non meretur, Paulinus Berti, *in Praxi criminali Regul. pro tom. 4. QQ. Regul.* Roderiq *tit. 24. c. 2. de sententia, n. 2.* cum Abbate, *in c. sententia n. 3. de sententia, & re iudicata*, & Ioanne Anania, *conf.* 83. & sicut sententia lata ex falsis testibus, vel ex falsis instrumentis, nulla etiam est. Iordanus, *to. 3 de Re iudiciaria, lib. 14 tit. 25. de sententia, n. 118. ex L. 3.* & per totum Codicem, *Si ex falsis instrumentis.* Alex. *in L. Si ab hostibus, col 3. ff. Soluto Matrim.* & Maranta alios recensente, *in Speculo, tit. de Sententia, n. 145.* Sicut nulla etiam est lata cõtra minorẽ, ex falsis allegationibus, nec trãsit in iudicatum: Idẽ Pax Iordanus *vbi proximè, n. 122. ex L. 1.* & ibi Bartolo, *Cod. Si ex falsis allegationibus.* Ita Declaratio, & Decretum Sacræ Congregationis, & Vrbani Breue, vitiãtur, & nulla redduntur, ex falsis allegationibus, per Vicarium, Beneficiarios, & Parochianos factis, quæ illa omnia subreptitia reddiderunt. Subreptio enim, vti ipse Pax dicit *dict. to. 2. tit. 11. n. 332.* cum Innocentio, *in c. Delecta, n. 3. de Rescriptis*, Abbate *ibidem, n. 7.* Felino, *n. 2.* & multis aliis Doctoribus, cõsistit in eo, quòd verum tacendo, vel falsum exprimendo, narretur aliquid necessariò exprimẽdum Principi, quãdo ipse plenè intellexit tenorem precũ: sicut obreptio, in eo quod per verborum inuolucrum, aut cautam locutionem, ironicã, seu callidam, effugiatur plena, & deliberata concedentis intelligentia, & conscientia. Vel vt alij malũt subreptio dicitur, quando veritas tacetur, vel per confusam & perplexam narrationẽ occultatur: & obreptio, quando falsum narratur. Et sicut sententia ipso Iure nulla, semper retractari potest. Iordanus, *dicto tit. 25. n. 123. ex L. Si expressim*, vbi Glossa, & Bart. *ff de Appellationibus*, ita & Decretum Sacræ Congregationis, & Breue pro illius confirmatione, & executione expeditum. Libuit nonnulla recensere, ex quibus subreptio præfata demonstretur.

42 In primis, Clemens Papa Octauus, & eius priuilegium falsò, vel saltẽ fallaciter refertur. In illo enim non concedit Abbatibus Benedictis Pontificalium exercitium, sed Decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini Interpretum, in quo declaratur licere Abbatibus Benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit priuilegium, vt possint ea omnia facere, quę possunt Abbates Benedicti, Tonsuram, & minores Ordines suis subditis Regularibus conferre, & alia Pontificalia, *in Ecclesiis, & limitibus Monasteriorum Ordinis* exercere, approbat, & inuiolabiliter ab omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis obseruari debere, statuit, & ordinat.

43 Secundò, falsò assertum fuit, Abbatem Hyrachensem, non habere priuilegium aliquod à Sede Apostolica, ad Pontificalia exercenda concessum. Habet vtiq;, & plura suprà à nobis fideliter reddita: & quidem non restricta, vti in contrarium, fuit allegatum, ad Monasteria Ordinis, & ad Ecclesias intra illa existentes; sed extensa ad Ecclesias illis subiectas, & ad eorũ limites.

44 Tertiò, non minùs falsò fuit assertum Ecclesiam S. Ioannis de Stella, non esse Ecclesiam Ordinis, annexam, vel incorporatam dictę Congregationi Vallisoletanæ, & Monasterio Hyrachensi. Contrarium namque S. Rota, pluries canonizauit ad fauorem Abbatis, & Conuentus Hyrachẽsis, contra aduersarios Vicarium, Beneficiatos, & Parochianos eiusdem Ecclesiæ: & non solùm post dictam siniſtram relationem, sed antea. Nonnulla irrefragabilia, pro hac demonstranda veritate, instrumenta producam. Pro vnione, annexione, & incorporatione, adsunt Donatio Regis Sancij, cognomento *Fortis*, Erâ 1225. facta cum authoritate Epi.sc. Pampilonensis, & Vrbani Papæ Secundi, in vim priuilegij ab eo concessi Petro Aragonum, & Nauarrę Regi, & eius successoribus. Cõcessit igitur Sanctius Rex Abbati, & Conuentui Hyrachensis Cœnobij Ecclesiã illam S. Ioannis, quam faciebat fieri ab illius Monachis in hæreditatibus propriis Regis donatoris, vt haberẽt, & possiderent illam in perpetuum cum decimis, & primitiis, oblationibus, & obuentionibus omnibus suorum Parochianorum integrè pacificè, & quietè sine subiectione, & contradictione alicuius Sæcularis, aut Clericalis personæ.

De qua quidem donatione, Rota Sacra, coram Car- 45
dinali Seraphino, 14. *Decemb* 1598. *dec.* 1304. Sic ait. *Ex qua colligitur Ecclesiam fuisse pleno Iure concessam Abbati, & Monasterio de Hyrache*, & coram Cardinali Pamphilio, 28. *Februarij*, 1600. inquit. Aliud fundamentum, quod per præfatam donationem, non censeatur translata cura animarum in Abbatem, similiter tollitur in decisione (Seraphini scilicet modo adducta) ex quo *Ecclesia fuit pleno Iure concessa Abbati*. Coram Coccino etiam, 8. *Nouemb.* 1602. Ita dixit. Nec facit quòd sententiæ condemnent etiam Vicariũ, & promotorem Fiscalem, quia quatenus attinet ad Vicarium, *cùm Ecclesia sit vnita Monasterio de Hyrache*, & Vicarius ipse sit amouibilis, non potest dare de nullitate, cùm cura penes Monasterij curam exerceat ad eius libitum. Et coram eodem 23. *Iun.* 1603. Quare nõ poterat dare de nullitate (scilicet Vicarius) cùm cura sit penes Abbatẽ *cuius Monasterio Ecclesia est vnita*. In sententia diffinitiua, quam idemmet R. P. D. Coccinus tulit, cõfirmata per alteram Lancellotti, *mense Aprilis* 1606. & per alteram Peniæ 2 *Martij.* 1607. qui illis insertis executoriales relaxauit, 18. *die Maij eiusdem Anni*, sic habetur. Nec non declaramus prædictum Abbatem, & » Præsidentem ac alios, qui pro tempore fuerint, & erũt » dicti Monasterij, fuisse, & esse veros, & legitimos Rec- » tores prædictæ Ecclesiæ Parochialis, & illam fuisse, & » esse vnitam dicto Monasterio, & ad dictum Monaste- » rium spectasse, & spectare. »

Omnia recensita instrumenta coniecit Sacra Rota 46
ante impetrationem Decreti S. Congregationis & Vrbani Breuis, & post illa, alia non pauca. Coram Cerro, 16. *Iunij*, 1642. in Decisione pro bono Iure, Abbatis, sic vt sequitur lego. Adminicula autem, & quidem efficacia desumuntur. Primò, ex vniformi, & continua obseruantia: & fortiùs, quia Abbas per tres sententias Rotales bonæ memoriæ Seraphini, Peniæ, & Coccini conformes, & in iudicatum transactas *obtinuit dictam vnionem canonizari. Ex quibus nedum resultat vehemens vnionis adminiculum, & præsumptio, sed illa redditur indubitata, notoria, & manifesta.* Et coram eodem, 3. *Iunij*, 1643. Rota (ait) Abbate tantùm informante, respondit, constare de eius bono iure: *Quia Ecclesia S. Ioannis reperitur vnita Monasterio B. Mariæ de Hyrache*, & in Ecclesiis vnitis clara est dispositio Cõstitutionis sanctæ memoriæ Pij Quinti, 47. *in Bullario nouo*, quod Ius nominandi Vicarium spectet ad eos, quorum Ecclesiis facta est vnio. Coram Orthob. 14. *Decemb.* 1648. Sic decidit S. Rota. Iustitia verò sententiæ deducitur *ex vnione Ecclesiæ Parochialis S. Ioann. de Stella Monasterio B. Mar. de Hyrache, de qua vnione amplius dubitare non potest cùm sit canonizata per tres sententias Rotales bonæ memoriæ Coccini Lancelloti, & Peniæ*: stante verò vnione, certum est, quòd nominatio Vicarij Ecclesiæ vnitæ, spectet ad Abbatem,

& Monachos, & coram Miltio, 26. *Maij*, 1653. provt sequitur. Commissa mihi appellationis causa in tertia instantia, dubitaui, an dictæ sententiæ Rotales essent confirmandæ, vel infirmandæ. Et Domini, causa pluries proposita, ac vltimo loco resoluta, illas confirmandas esse censuerunt. Omissa enim validitate dictarum sententiarum, quæ nec ab ipsis Parochianis fuit impugnata, illarum iustitia, satis clara ex eo visa fuit, *quia firmata vnione dictæ Ecclesiæ S. Ioannis facta ad fauorem Monasterij Sanctæ Mariæ de Hyrache, de qua dubitari hodie non potest, cùm illa fuerit iamper tres sententias, nempè bonæ memoriæ Coccini, Penæ, & Lancelloti canonizata*, venit in necessarium consequens, quòd ius nominandi Vicarium Ecclesiæ vnitæ, spectet ad Abbatem Ecclesiæ, cui vnio facta reperitur. Hactenùs S. Rota, in Decisionibus allegatis.

47 Ex quibus quidem omnibus, euidenter demõstratur, Ecclesiam prædictam, vnitam fuisse Hyrachensi Cœnobio, & illi esse subiectam pleno Iure, quoad spiritualia, & temporalia, & in perpetuum illi incorporatam, & non esse distinctam, & separatam, nisi quantùm distincta, & separata est filia, à matre. Hic est enim inseparabilis vnionis accessoriæ, & ad mensam effectus. Et cõsequenter, incorporata, vnita, & annexa est dicta Ecclesia, toti Congregationi Benedictinæ Vallisoletanæ, seu Hispanæ, cuius membrum fuit Cœnobium Hyrachense effectum, cum omnibus suis bonis, iuribus, & pertinentiis, per vnionem eidem Congregationi factam, per Clemen. Papam VII. Vnde illius Abbas, quamvis ab eodemmet Põtifice diploma non obtinuisset, quod recensui, circa vsum Pontificalium, frueretur aliis concessis Congregationi, tam in communi, quàm particularibus illius Cœnobiis, seu eorum Abbatibus.

48 Ex dictis, non minùs euidenter conuincitur, Ecclesiam præfatam, Ecclesiam esse Ordinis: & Regularem certè; non verò Sæcularem. Quia vnio accessoria subiectionis, & ad mensam, hunc producit inseparabilem effectum, vt Ecclesia alteri vnita, amittat qualitates, prærogatiuas, priuilegia, & naturam, quam ante vnionem habebat, & acquirat, quæ altera, cui vnitur, habet. Præterquàm quod, expressè id semel, & iterũ decisum inuenio à Sacra Rota in Decisionibus Otthoboni, & Meltij, modo redditis. In Decisione Otthoboni, sic lego minùs obstare potest prætẽsum Ius patronatus Parochianorum S. Ioan. de Stella, *quia, cum agatur de Ecclesia Regulari, Parochiani tenẽtur exhibere priuilegiũ Apostolicum, sine quo in Ecclesiis Regularium, Ius patronatus non acquiritur.* In Meltij autem Decisione, quę sequuntur. Atque ità, *cum hodie agatur de dicta Ecclesia pro Regulari habita*, præsentationes habitæ à Parochianis, remanent destitutæ omni titulo, cum prætensum Ius patronatus, non possit habere locum *in Ecclesia Regulari*, nisi quatenus doceatur de priuilegio Apostolico, sine quo illud non acquiritur, iuxta textum *in cap. Nobis. de Iure patronatus, &c.*

49 Vnde absque ampliatione vlla priuilegiorum, quibus Abbas fruitur Hyrachensis, potuit, & potest Missam Pontificalem celebrare, & alia pariter Põtificalia exercere in dicta S. Ioa. de Stella Ecclesia, & in aliis omnibus eidem vnitis Cœnobio: & quidem sine licẽtia vlla Ordinarij Diœcesani loci. Et si illam aliquando obtinuit, non vtique extortam, vti aduersarij temerè dixerũt; sed obtentam, non ob illius necessitatem, sed ad faciliùs, sine impedimento que indebito, prætextu præiudicij prædicti Ordinarij, munus suum exequendum, & ad liberiùs iure vtendum suo. Sæpè enim venia, & facultas petitur ad aliquid, quæ iam aliquando legitimè acquisita, adhuc validè obtinetur.

50 Quocircà Ioan. Azorius, *Instit. Mor. p. 1. lib. 5. c. 23. q. 3.* quæsito, *Quidnam operetur, & prosit Priuilegium, quod continet ius commune?* Respondet, aliquando id genus Priuilegia concedi, vt quis ad ius commune restituatur. Vt si Petro v.g. sit interdictum, ne appellaret, datur ei facultas appellandi. Aliquandò concedi Priuilegium ius tantum commune continens, quia conceditur gratia postulantis. Ita *in c. Quia in causis de Procuratoribus*, Vniuersitati Parisiensi postulanti facultatem agendi, & respondendi per Procuratorem in iudicio, sic Papa respondit: licet de iure communi hoc facere valeatis, instituẽdi tamen Procuratorem super his, auctoritate præsentium, vobis cõcedimus facultatẽ. Aliquãdo petitur priuilegiũ, inquit Azorius, ad id, quod nobis iure communi facere licet, ob scrupulos penitùs ex animo excutiendos, cum alioqui de iure dubitaretur cõmuni. Aliquando petitur Priuilegium, quia ius cõmune ignoratur. Aliquando, quia ius commune seruari non solet, vt in *c. inuouamur, de Pace, & Treug.* Aliquando conceditur Priuilegium ius cõmune continens, vt iuri communi aliquid addat. Vt si Episcopo licentia testandi concedatur, conceditur licentia testandi, non de bonis patrimonialibus, de quibus testari de iure poterat cõmuni, sed de acquisitis ratione Ecclesiæ, cui præest. Et si datur ei facultas nouam creandi, in Ecclesia sua dignitatem, ei conceditur creandi facultas sine consensu Capituli. Alia adducit Azorius exempla, quæ in ipso videri possunt.

Ægidius Coninck, de Sacramentis, *disput. 8. dub. 7.* 51
n. 55. pag. mihi 392. Sanch. de Matr. *to. 1. lib. 2. disp. 37. n. 15.* ad vltimum argumentum, Ægidius Trullenc. *in Bullam Cruciatam, lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 3. n. 10.* & Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Ieiunio, inquis. 1. n. 122.* docent sæpè priuilegia concedi, ad sedandos scrupulos. Et Bruno Cassaing, *in Priuil. Regul. p. 2. tr. 7. c. 3. prop. 1. ver. Obiicies*, sic ait, Obiicies, Clem. IV. Abbati S. Benedicti Monasterij S. Crucis Burdigalæ, & successoribus eius, concessit facultatem conferendi Tonsuram, quam in prooriginali in eodem Monasterio conseruatam vidi. Ergo Abbates illius Ordinis non habẽt illud priuilegium; alioquin in vanum illa cõcessio facta fuisset. Respondetur primò, plura Pontifices, quæ aliàs cõcessa sunt, ad tollendos scrupulos, *vel ad sedandas controuersias*, de nouo cõcedere. Hæc Bruno ex dictis omnibus satis benè, & clarè probatũ manet, obiectionem nobis factam contra conclusionem nostram, ex Decreto S. Congregationis, & Breuis Vrbani PP. nullius roboris, & momenti existere. Ex dictis in hoc dubio, opportunè inquiri potest, pro illius coronide, an existente Abbate in quasi possessione deputandi Vicarium amouibilem in vna Ecclesia, suo vnita Monasterio, dicatur esse in quasi possessione illum sic deputãdi in aliis Ecclesiis vnitis? Et an existente in quasi possessione visitandi vnam, censeatur esse in quasi possessione visitãdi alias? ita vt in vtroque casu manutenibilis illa sit?

Respondeo affirmatiuè cum Postio, *obser. 73. n. 153.* 52
pag. mihi 280. in sequentia prorumpente. Hinc etiam, ex quasi possessione visitandi vnam partem, seu membrum, Abbatiæ, acquiritur quasi possessio visitandi totam Abbatiam, ex quo magis attenditur causa actus, quàm exercitium, Rota, *dec. 501. n. 3. p. 2.* Et ex eadem ratione, ex quasi possessione deputandi Capellanos ad nutum amouibiles in vna Ecclesia, seu beneficio Abbatiæ subiecto, dicitur acquisita possessio, & datur manutentio etiam in quasi possessione deputandi similes Capellanos in aliis Ecclesiis, & beneficiis, quæ sint ex membris, & pertinentiis eiusdem Abbatiæ, etiam quod non probetur particularis possessio. Burat. *decis. 346. in princ. & n. 1. dec. 382. n. 1. & 2.* vbi *addit litt. A.* Hactenus Postius. Consonat Iordanus, *to. 3. l. 14. tit. 15. n. 21.*

DVBIVM II. INCIDENS.

An Abbates vsum Pontificalium habentes, illa exercere valeant extra Ecclesias eis subiectas,

in

in Monasteriis exemptis, & in Diœcesi qualibet, de licentia Diœcesani, & Prælati Monasterij respectiuè?

BREVIARIVM.

Abbas.

Qui Pontificalium habet vsum, illa exercere benè potest extra loca sua, de licentia habentis iurisdictionem in loco vbi exercenda sunt, siue sit ille Monasterium, siue Diœcesis altera. n.1.2.

Possunt etiam Tonsuram, & minores Ordines alienis conferre, cum litteris dimissoriis, & licentia Diœcesani, aut Prælati Monasterij in quo illos conferunt. n.13.

CONCLVSIO.

1 ABbates, qui vsum habent Pontificaliũ, illa exercere bene, & licitè queunt in qualibet Diœcesi, ex Diœcesani licentia, & in quolibet Monasterio, exempto ab Ordinario loci, seu à Diœcesano, de licentia Prælati eiusdem Monasterij, non obstante S. Concilij Tridentini Decreto, *sess. 6. cap. 5.*

Hanc tenent conclusionem Emmanuel Roderiq. *to.1. QQ. Regul. q.28. art.2.* qui id asserit de Abbate, Pontificalia exercente in aliena Diœcesi, de Diœcesani consensu: & Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, to.1 disp. 21. quæs. 3. n. 5.* vbi ait cum Philippo Franco, in *c. Vt Apostolica, n. 5. & 6. de Priuil. in 6.* posse Abbatem in Monasterio exempto Pontificaliter celebrare, si ab illius ad id inuitetur Superiore. Idem docet *quæs. 4. n. 1. & 3.* Vbi expressè ait quod inuitatus ab alio Abbate, vt in sua Ecclesia minores Ordines conferat, potest illos conferre, sicut Episcopus ab alio Antistite inuitatus, potest hoc facere. Quod etiam docet *tom. 2. disp. 2. quæs. 14. n. 2.* cum Glossa in *Can. Quoniam, 69. distinct.* verbo *Monasterio. Can final. 9. q. 2.* Lauren. Hostiensi, Ioanne Andrea, Dominico de Sancto Geminiano, in *c. Abbates*, vers. *Quid si Abbas, de Priuilegiis, in 6.* Maiolo, *de Irregularitate, lib. 3. c. 23. n. 12.* Gregorio Sayro, *in Thesauro seu de Censuris, lib. 4. c. 13. n. 15.* & Iacobo de Graffis, *p. 2. decis. aurearum, lib. 1. cap. 10. n. 2.*

2 Probatur primò conclusio, respectu Abbatum Cõgregationis nostræ Benedictinæ Hispanæ, ex priuilegio Alexandri Papæ Quarti, Abbati Sancti Facundi cõcesso, quod *dub. 1. n. 33.* recensui, in quo ita Pontifex. Nos itaq; tuis supplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere ampliorem, vt tu, & iisdem successores, *vbique, de licẽtia locorum Diœcesanorum*, in huiusmodi solemniis & horis positis dare Benedictionem huiusmodi (solemnem scilicet more Pontificum) tibi, eisdemque successoribus, authoritate præsentiũ indulgemus. Quo quidem priuilegio omnes alij Abbates dictæ Cõgregationis gaudere, nefas sit dubitare, cum omnia, & singula priuilegia cuicumque Abbati, & Monasterio concessa, omnibus, & singulis aliis dictæ Congregationis, extensa fuerint, & communicata per Papam Clem. Octauum, *An. 1592. priuil. 123.* Bullatij eiusdem Cõgregationis, *n. 2.* Quod autem Benedictio solẽnis more Pontificum facta: cum *Sit nomen Domini benedictum. Adiutorium nostrum in nomine Domini*, *&c.* sit vsus Pontificalium, docet Pax Iordanus, *Volumine 1. de Re sacra, lib. 5 tit. 15. n. 17. & 18.* dicens, quod reseruatur Episcopis, & eorum Superioribus. Et *n. 38.* docet Concil. Trid. *sess 6. c. 5.* prohibere Episcopis benedictionem solemnem extra Diœcesim propriam: & consequentet Episcopum sic benedicentem (verba dicti Doctoris sunt) incurrere pœnas, ibi statutas contra exercentes Pontificalia in aliena Diœcesi. Quod etiam colligitur (addit) ex eodem Barbosa, *dicta allegatione 28. (de Potestate Episcopi) num. 63.*

3 Secundò probatur conclusio, quia inter Pontificalia præcipuum est Ordines conferre. Sed hos conferre possunt Abbates non solum suis subditis, sed alienis, de Diœcesani licentia, & cum litteris dimissoriis, ita declarante Sacra Cõgregatione Conc. Trid. apud Petrum Vincent. Marcilla, *super Decretis eiusdem Concilij, lib. 2. tit. 13. c. 10.* Zerola, *in Praxi Episcopali, verbo Abbas*, Tambur. *loco citato.* Ergo à fortiori, accedente dicto consensu, poterunt alia Pontificalia ad potestatẽ iurisdictionis spectãtia in Ecclesiis alienis exercere de licentia habentium iurisdictionum in illis. Patet consequentia, quia quando in casu non expresso, eadem ac quæ in expresso militat ratio, tunc casus non expressus dicitur in Lege, Decreto, aut Declaratione venire, ex legislatoris, decernentis, aut declarantis mente Glossa in *c. Si postquam, verbo Ad Sedem, el 33. de Elect. lib. 6. & in c. 1. de Temp. ordinationum, verbo Italia, eod. lib.*

DVBIVM III. INCIDENS

An Abbates Benedictini, habentes vsum Mitræ, & Baculi, possint vbique sine Diœcesani, aut alterius licentia, Missam celebrare priuatam cum Cruce Pectorali, Annulo, Stola hinc inde demissa, assumendo Manipulum dicta Confessione, dicendo Pax vobis, & ter in fine benedicendo, cum versu, Sit nomen Domini benedictum, &c.

PRiuatam consultò, vt excluderem Missam Pontificalem, addidi. De hac enim non inquiro, quia iam suprà *dub. 1.* resolui neminem posse illam celebrare, nisi de licentia habentis iurisdictionẽ in loco celebrationis; non tamen excludere intendo Missam solemnem, quæ canendo celebratur, dummodò tamen benedictio in illius fine, non fiat canendo versus illos. *Sit nomen Domini benedictum. Adiutoriũ nostrũ in nomine Domini, &c.* Quia huiusmodi benedictio sic facta, Pontificalis est, & pro vsu Pontificalium reputatur. Vnde Pax Iordanus, *Volum. 1. de Re sacra, l. 5 tit. 15. de Benedictionibus, n. 33. & seq.* sic ait.

1 Nunc deueniendo ad ipsum Episcopum benedicentem, quamuis regulariter possit solemniter, & priuatim benedicere; attamen facultas hæc in quibusdam casibus restringitur. Primò quidem limitatur, quod ad solemnem benedictionem, *vt illa vti possit tantum intra propriam Diœcesim*, Archiepiscopus, & Legatus intra propriam prouinciam, nõ alibi: immò Archiepiscopus tantum dum visitat: Angelus, Tabiena, & alij Summistæ in verbo *Benedictio, in princ.* Vgol. *dict. c. 32.* (scilicet *de Offic. Episcopi*) *§. 2. n. 2.* Barbosa *alleg. 28. n. 63.*

Notanter dixi: *Missam solemnem, quæ canendo celebratur.* Quia quælibet Missa, etiamsi Parochialis, vel Cõuentualis non sit, sed votiua, aut Defunctorum quidem solemnis dicitur, si solemniter, seu canendo celebretur. Quocirca Pasqualigus *de Sacrificio Missæ, to. 1. q. 431 sic n. 5.* ait. Tertiò colligitur, nõ subsistere, quod habet Suarez *disp. 80. de Eucharist. sect. 4. in fine*, quod Missa solemnis non sit omnis, quę celebratur cum cantu, sed solùm Missa, cum cãtu, quę sit etiam Missa diei; cum vt obseruat etiã Quartus, *in Rubr. Miss. p. 1. tit. 15. dub. 8. ver. Colligitur*, omnis Missa, quæ celebratur cum cantu, sit Missa solemnis. Pro tali enim habetur apud Rubricas: nam *tit. 5. n. 3.* dicitur in die etiam depositionis defuncti, vel tertiò, septimò, trigesimò, aut anniuersario solemni. Et *n. 5.* Missæ votiuæ, si solemniter celebrentur. Distinguit ergo Missas votiuas solemnes, à non solemnibus. Cum autem ita loquantur Rubricæ, nos quoque debemus ipsis conformare, & habere easdem Missas pro solemnibus? Huc vsque Pasqualigus.

BREVIARIVM.

Abbas.

Abbates Benedictini habentes vsum Mitræ, & Baculi

Baculi vbique celebrare possunt Missas priuatas, & solemnes, seu cum cantu, cum Pectorali Cruce, &c. nullâ præhabitâ licentiâ Ordinarij, aut alterius, n.1. & seqq. Missa.

Missa solemnis, quænam sit? n 1.

Ritus pro Missis celebrandis alicui præfixus, ab eo vbique seruandus, n.6.

Nihil addendum, vel prætermittendum tam in verbis, quàm in actibus, propria ex authoritate, aliàs peccatum, admittitur mortale, nisi paruitas excuset materiæ, n.2. 4. & 6.

CONCLVSIO.

2 Liberè, & licitè possunt Abbates Benedictini, vsũ Mitræ, & Baculi habentes, vbiq; non solùm in suis annexis, sed extra illa, Missas solemniter, sicut & priuatè, cum Cruce Pectorali, & aliis in titulo Dubijexpressis, & mox *n.3* exprimẽdis, sine vlla Ordinarij loci, aut alterius licentia celebrare, dummodò in fine Missæ fine cantu dicat benedictionem, *Sit nomen Domini, &c.*

Probatur Conclusio. Liberè, & licitè vti potest quilibet Sacerdos ritibus præfixis in Missali, quo vtitur, authoritate edito Apostolica, immò & tenetur, ita vt Ordinarium Missæ seruari debeat tam in verbis, quã in actibus, vti colligit Pax Iordanus, *to.1. de Re sacra, lib 4. tit.1. n.330.* ex Bullis Pij V. & Clement. VIII. ad Missale, & aduertit ex Angelo, *verbo, Miss.* §.7. Gauanto, *in Manuali, verbo Missæ ritus, n.9.* concordatéque omnes testatur. Et addit. Nihilq; addendum, vel prætermittendum priuata authoritate: alioquin mortaliter peccatur: nisi leuitas materiæ excuset. Bonacina, de *Sacram. disp.4. q. vltim. punct.7. §.3.* Azor. *p.1. lib.10. c.29. q.vlt.* Tabiena, *verbo Missa, n.21.* Hæc ille. Sed in Missali Monastico authoritate Pauli Papæ Quinti edito pro omnibus militantibus sub Regula Sanctiss. P. N. Benedicti, præscribuntur Ritus celebrandi cum Cruce Pectorali &c. pro Abbatibus vsum Mitræ, & Baculi habentibus, æquè ac pro Dominis Episcopis. Ergo sicut liberè, & licitè possunt Domini Episcopi, vbiquè, Ritibus illis vti, ità & Domini Abbates vsũ Mitræ & Baculi habentes, illis vti possunt liberè, & licitè absq; vlla Diœcesani, aut alterius venia, non solùm in suis Monasteriis, & in eorum annexis, sed vbique terrarum.

Quòd possint Episcopi, in aliena Diœcesi, celebrare Missam cum insignibus omnibus Pontificalibus (Baculo excepto) præterquàm sic vsus obtinuit, & communis praxis, docent Gloss. *in Clem. fin. verbo Celebrare, de Priuil.* Zabarela, *ver. Septimò quæro.* Imola, *n.4. & 10.* Vital *n.13.* Vanshel. circa Hostiens. *in c. fin. de vsu Pallij.* Panor. *in c. ex tuarum, & in c. fin. de Auctor. & vsu Pallij, & in c. Antiqua, n.10. de Priuil.* Milit. *Repertor. verbo, seu §. Episcopus, v. Episcopus etiam.* Aret. *Cons.150. n.3.* Syluest. *verbo Archiep. n.6.* Graffis, *p.1. dec. lib.3. c.2. n.10.* Couar. *lib 3. var. c.20, n. 9.* Henriq. *lib.3. Sum. c.6. n.6.* Laym. *in Theol. Mor. lib.1. tr.4. c.5. n.5. & in qq. Can. c.17. n.274.* Bonac. *de Sacra. disp.3. q.vnica, punct.2. n.3.* Barbosa *de potest. Episc. alleg.81.* Alzed *de Præced. Episc. dign. p.1. c.13. n.88.* & Hurtad. *p.1. resol. Mor. tr.2. c.6. resol.22. n.239.* quos recenset, & sequitur Pasqualigus, *de Sacrific. Miss. to.2. q.1230.*

Et non solùm possunt Abbates seruare ritus Missalis Pauli V. sed tenentur ex Decreto S. Congregationis, de quo Barbosa *in Sum. Apostol. Decis., verbo Abbas, collect.3. n.1.* Vbi ita ait. Abbates omnes Monachi militantes sub Regula S. Benedicti seruare tenentur rubricas in Missali Monastico reformato positas, etiam sub pœna priuationis Officiorũ nec non vocis actiuæ, & passiuæ tam contra dictum Missale non recipiẽtes, quã contra illos receptioni, & obseruationi se opponentes, S. Congregatio Rituum, in Burgensi, 5. Ianuarij, 1626. teste Aldano, *in Compendio Canonicarum Resolution. lib.3. tit.25. n.17.* Huc vsque August. Barbosa.

3 Libuit ad amussim Ritus recensere Missalis Monastici, ad concludentem probationem minoris propositionis, in qua posset esse difficultas. In primis enim, in Ritu *de præparatione Sacerdotis celebraturi*, sic habetur. *Si celebrans sit Episcopus, vel Abbas vt suprà, non ducit Stolã ante pectus in modum Crucis, sed finit hinc indè vtrasque extremitates pendere: & antequam accipiat Stolam, accipit paruam Crucẽ pectoralem, quã osculatur, & collo impositã, finit ante pectus cordulis pendere. Manipulum quoque non accipit ante Stolam, nisi in Missis Defunctorum, sed accipit ad Altare, cum in Cõfessione dicit: Indulgentiam, illúmq; prius osculatur.* Huc vsque in dicto Ritu, *n.4.* & sub *n.5.* sic habetur: *Si sit Episcopus, vel Abbas, vt suprà, habens vsum Põtificalium, & solẽniter celebret, accipit paramenta, & alia, vt in Pontificali.* In Ritu 2. *de ingressu Sacerdotis ad Altare*, sic *n.6.* ordinatur. *In Missa Pontificali omnia seruentur, vt in Pontificali, & Cæremoniali Romano ordinatur: cuius Pontificalis ordinum, Episcop. siue Abbas, vt suprà nunquam prætermittat, quandocumque cum Diacono, & Subdiacono paratis celebrat.* In Ritu 5. *de Oratione*, *n.1.* Ita disponitur. *Dicto hymno Gloria in excelsis, vel si non sit dicendus eo omisso, Celebrans osculatur Altare in medio...dicit voce prædicta, Dominus vobiscum, vel si sit Episcopus, vel Abbas vt suprà. Pax vobis, (quod dicitur tantùm hoc loco, quando dictus est hymnus, Gloria in excelsis.) Et cum spiritu tuo.* In Ritu 12. *de Benedictione in fine Missæ*, provt sequitur, *n.7 & 8.* statuitur. *In Missa solemni Celebrans, eadem voce, & modo, quo in Missis priuatis semel tãtùm benedicit populo, nisi sit Episcop. vel Abbas, vt infrà, & dicto Euangelio secundùm Ioannem, vel alio, vt suprà, ministrante Subdiacono librũ. si opus est, discedit cum ministris ordine, quo venerat. Episcopus autem, & Abbas habẽs facultatem dandi solemnem benedictionem ex indulto S. Sedis Apost. ter benedicit Populo, etiã in Missis priuatis, vt in Pontific. & Cæremoniali habetur.* Hæc omnia Missale Monasteriũ, Pauli V. authoritate recognitũ, ex quibus satis benè, & cõcludẽter probata manet minor nostræ probationis, pro firmanda cõclusione adductæ.

Nec valet si quis obiiciat, Ritus præfatos, intelligi 4
debere seruandos ab Abbatibus vsum habentibus Pontificalium, in propriis Monasteriis, non autem extra illa: etsi extra, solùm ad summum in suis Monasteriis pleno Iure annexis.

Non inquam valet *Primò*. Quia in Ritibus redditis hæc distinctio, & limitatio non apponitur. Ergo à nemine apponi potest. Ritus enim, & Rubricæ Missalis, maximè accedente Bulla Vrbani Papæ Octaui, sub grauibus præcipientis pœnis illos seruari, vim habent legis. Vbi autem lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et quidem, si aliud præfati voluissent Pontifices, illud expressissent.

Secundò. Quia sicut in recensitis Ritibus de Abba- 5
tibus disponitur, disponitur de Episcopis. Sed Episcopi æqualiter illis possunt extra, ac intra propria territoria vti. Ergo & Abbates ita extra Monasteria, & illorum annexa eisdem Ritibus vti possunt, ac intra. Et quidem, ita Domin. Episcop. & Abbatum nostræ Hispanę Congregationis, vsus obtinuit. Sępè id practicari vidi.

Tertiò. Quia Ritus, aliquibus personarum generibus, 6
pro Missarũ celebratione præfixi, v.gr. pro Latinis, aut Græcis, vel pro Regularibus huius, aut illius Religionis, Cistercien sis scilicet, Carmelitanæ, vel Dominicanæ, loco non circumscribuntur, sed extra eum vbique ab illis seruantur, & seruari tenentur. Vnde Pasqualig. *de Sacrif. Missæ, to.1. q.272. n.5.* inquit. Qui est absens à propria Ecclesia, potest retinere ritum illius circa recitationem horarum canonicarum, & celebrationem Missæ quamvis sit diuersus à ritu Ecclesiæ, apud quam reperitur. Vnde Ambrosianus potest recitare Ambrosiano modo; & secundùm aliquos etiam tenetur. Græcus apud Latinos seruare potest proprium ritum Græcum.

cum. Hæc ille, qui *q.* 434. *n.* 7. ſibi conſonat. Conſonat & Pax Iordanus, *to.* 1 *de Re ſacra, lib.* 4. *ti.* 1. *n.* 331. qui ait non permittendum Latino Sacerdoti græcè, nec Græco Latinè celebrare, duplici ductus fundamento *Primum* eſt, quia nihil addendum, aut prætermittendum priuata authoritate, de iis, quæ in Miſſali præſcribuntur pro celebratione Miſſarum; etſi aliter fiat, peccatum admittetur mortale, niſi paruitas excuſet materiæ. *Secundum*, quia ita interdictũ inuenitur à Pio Papa Quinto in Bulla incipit *Prouidentia, la* 12. inter ſuas, ſub die 13. *Kalend. Sept.* 1566. de quo Aug. Barboſa, *in Sum. Bullar. verbo Miſſa n.* 2. Ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu, quod Abbates noſtri, vſum Pontificalium habentes, loco non habeant circumſcriptos Ritus pro celebratione, & quod illis poſſint, & debeant vbique vti.

Pro pleniori difficultatis propoſitæ intelligenti, & exactiori illius reſolutione; operæ pretium duxi, hîc reddere quæſtionem celebrem, perdoctè reſolutam à Doctiſſimo Zachariâ Paſqualigo, *in to.* 2. *de Sacr. nouæ Legis, la* 1230. *in ordine, pag. mihi* 451. quam ſic, vt ſequitur, propoſuit, & reſoluit. Videlicet.

An Epiſcopus poſſit in aliena Diœceſi celebrare Miſſam cum inſignibus Pontificalibus?

SVMMA.

1. *Inſignia Pontificalia, quanam ſint.*
2. *Inſignia Pontificalia, alia ad ornatũ, alia in ſignũ Iuriſdictionis.*
3. *Epiſcopus an poſſit vti inſignibus Pontificalibus celebrans extra Diœceſim.*
4. *Epiſcopus non poteſt in aliena Diœceſi exercere Pontificalia, etiam quoad vſum.*
5. *Epiſcopus poteſt in aliena Diœceſi vti inſignibus Pontificalibus.*
6. *Concilium Trid. non prohibet vſum inſignium Pontificalium, ſed exercitium actuum Pontificalium.*
7. *Vſus Pontificalium, & exercitium differunt, & in quo.*
8. *Vſus Pontificalium ineſt actioni celebrandi vt acceſſorius ſuo principali.*
9. *Epiſcopus in aliena Diœceſi, an poſſit celebrare cum Baculo.*
10. *Abbates Lateranenſes, ſolùm ex ſpeciali priuilegio vtuntur Baculo extra proprias Eccleſias.*
11. *Concil. Trid. prohibet exercitium Pontificalium in aliena Diœceſi inſinuatum informatum aliquo actu Iuriſdictionali. Delatio Baculi in forma Pontificali, eſt actus Iuriſdictionalis.*
12. *Aliud celebrare cum inſignibus Pontificalibus & aliud celebrare Pontificaliter.*
13. *Celebrare Pontificaliter, continet exercitium Pontificalium.*
14. *Inſignia Pontificalia, quomodò ſint ſigna iuriſdictionis. Benedicere cum Baculo, eſt benedicere iuriſdictionaliter.*
15. *Mithra, non eſt ſignum iuriſdictionis, ſed dignitatis.*

1 MOſconius, *de Maieſt. milit. Eccleſ. p.* 1. *l.* 1. *c.* 8. recenſet inſignia Epiſcopalia, quæ ſunt Mithra, Baculus Paſtoralis, Annulus, Sandalia, Chirotecæ, & Crux pectoralis, Tunicella, Dalmatica: & habent ſuas myſticas ſignificationes, de quibus latè Dur. *de D. Off. lib.* 3. *c.* 13. *& ſeq.* Et de his dubitatur, an poſſit vti in aliena Diœceſi, abſque licentia, quando celebrat Miſſam, abſque eo tamen, quod exerceat aliquem actum Ordinis Pontificalis; quia certum eſt, quod non poteſt aliquem huiuſmodi actum exercere, cum id ſit prohibitum per Conc. Trid. de quo infrà, dum prohibet exercitium Pontificalium.

2 Supponendum autem, quod inſignia Pontificalia, nõ omnia eodem modo ſe habent. Quædam enim ſolùm ad ornatum conferunt, etiã quoad myſticam ſignificationẽ: quia ſcilicet ordinantur ad ornandum omnem Põtificem, in ordine ad ſuas functiones, & myſticè ſignificant illas qualitates, quæ ordinãtur ad ſpiritualem ornatum, vt cõſtabit examinanti myſticas ſignificationes, quas recenſet Dur. *n. præc.* citatus. Alia verò, vltra ornatum, & ſignificationem myſticam, ſunt etiam in ſignum poteſtatis, & Iuriſdictionis, & talis eſt Baculus: nam eſt ſignum poteſtatis ſpiritualis quã habet ſupra ſuum populum. Et proinde in ordinatione Epiſcopi, quando ordinans tradit ipſi Baculum, dicit. *Accipe Baculum paſtoralis officij, vt ſit in corrigendis vitiis piè ſæuiens, in trãquillitate ſeueritatis cẽſuram non deſerẽs.*

Prima ſentẽtia aſſerit, non poſſe Epiſcopũ vti inſignibus Põtificalibus, dũ celebrat Miſſam in aliena Diœceſi. Ita Fœlicius Pacian. *de Prælat. lib* 2. *c.* 29. *n.* 46. *&* 54. Campanil. *in Diuerſ. Iur. Can. rubr.* 6. *c.* 1. *n.* 2. *reſol.* Gauan. *in Man. Epiſc. verb. Oration. Epiſc. n.* 11. Diana, *p.* 2. *tr.* 6. *reſ.* 36. *& p.* 4. *reſ.* 183. *ver. Notandum eſt.* Et quoad Mithrã, idem tenent Barb. *de Poteſt. Epiſ. alleg.* 80. *n.* 14. Kochier, *de Iuriſdict. Ordin. in Exemptos, p.* 2. *q.* 1. *n.* 8. Bellar. *ad c.* 5. *de Refor. litt. S. ſeſſ.* 6. *Conc. Tr.* 3

Probatur. Quia, Conc. Tr. *d. c.* 5. *de Refor. ſeſſ.* 6. prohibet Epiſc. in aliena Diœceſi vſum Pontificalium, & non intelligitur ſolùm, quatenus dicunt exercitium alicuius actus concernentis Ordinem Epiſcopalem, ſed etiam vt dicunt vſum inſignium Pontificalium: nam vſus, & praxis, ita interpretantur, cum non celebrent Epiſcopi in aliena Diœceſi cum Pontificalibus ſine licentia. Nec dici poteſt, quod id faciant ob reuerentiam, & decentiam: quia, ſi negaretur licentia, de facto celebrarent: quia non eſt credendum, quod vellent amittere iuriſdictionem, ſi illam haberent. 4

Confirmatur. Inſignia Pontificalia, continent ſigna Iuriſdictionis. Ergo cum non poſſit Epiſcopus in aliena Diœceſi exercere Iuriſdictionem, nec poteſt vti inſignibus Pontificalibus.

Secunda ſententia aſſerit poſſe Epiſcopum in aliena Diœceſi celebrare cum inſignibus Pontificalibus. Ita Gloſſa, *in Clem. fi. verb. Celebrare, de Priuil.* Zabarela, *verſ. Septimo quæro*, Imola, *n.* 4. *&* 10. Vital. *n.* 13. Vanshel, *circa Hoſtien. in c fin. de Vſu Palij.* Panorm. *in c Extuarum, & in c. fin. de auctor. & vſu Palij, & in c. Antiqua, n.* 10. *de Priuil.* Milit. *in Repert. §. Epiſc. ver. Epiſc.* Etiam Aret. *conſ.* 150. *n.* 3. Sylueſter, *verbo Archiepiſc. n.* 6. Et ex his, qui ſcripſerunt poſt Conc. Trid. Graffis. *p.* 1 *deciſ. lib* 3. *c.* 2. *n.* 10. Couar. *lib.* 3. *Var. c.* 120. *n.* 9. Henriq. *lib.* 3. *Sum. c.* 6. *n* 6. Laym. *lib.* 1. *Theol. Moral. tr.* 4. *c.* 5. *n.* 5. *& in QQ. Can. c.* 17. *n.* 274. Bona. *diſp.* 3. *de Sacr. q. vnic. punct.* 2. *n* 3. Barbo. *de Poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* 30. *& p.* 3. *alleg.* 81. *n.* 14. *& tom.* 3. *Collect. lib.* 5. *tit.* 7. *Clem.* 2. *n.* 7. Alzed. *de Præc. Epiſc. dignit. p.* 1. *c.* 13. *n.* 88. Tho. Hurtad. *p.* 1. *reſ. Moral. tr.* 2. *c.* 6. *reſ.* 22. *n.* 239. Vbi latè. Et idem habetur etiam in obſeruationibus Doctrinæ, *verbo Pontif. ad c.* 1. *de Refor. ſeſſ.* 6. *Conc. Trid.* 5

Dicendum I. Epiſcopum poſſe celebrare Miſſam cum inſignibus Pontificalibus præſcindendo à Baculo. De quo quid dicendum ſit infrà, explicabitur. Quod ante Conc. Trid. poſſet in aliena Diœceſi celebrare cum ornamentis Pontificalibus, non videtur reuocari poſſe in dubium: nam Innoc. *cit. n. præced.* & apud Gloſſam mox citand. teſtatur de vniuerſali conſuetudine, quod Epiſcopi celebrarent in aliena Diœceſi cum Pontificalibus. Idem etiam teſtatur Gloſſa, *in Clem. fin. verb. Etiã celebrare, circa fin. de Priuileg.* quo ſtante videtur concludi, quod etiam poſt Tridentinum idem poſſint. 6

Ratio eſt. Quia Concil. Trid. *in illo c.* 5. *de Reform. ſeſſ.* 6. non loquitur de vſu Põtificalium, ſed de exercitio Pontificalium: inquit enim. Nulli Epiſcopo liceat „ Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas; tantùm ex quibus patet, quod loquitur non de vſu inſignium Pontificalium, ſed de exercitio, atq; de illo exercitio, quod habet actum tranſeuntem in externas perſonas, vt proinde requirat duas cõditiones, vt poſſit exercere, nempè licentiam Diœceſani, & quod exerceat tamen in perſonas eidem Diœceſano ſubiectas. Immò videtur intelligere ſolùm de exercitio Pontificalium, quod conſiſtit in ordinatione; vt declarant verba immediatè ſequentia; *Si ſecus fuerit, Epiſcopus, ab exercitio Põtificalium, & ſic Ordinati, ab executione Ordinum ſint ipſo Iure ſuſpenſi.* Verba enim: *ſic Ordinati*: manifeſtant, quòd loquitur de exercitio Pontificalium in ordinatione. 7

Deinde,

8. Deinde, quòd vsus Pontificalium, & exercitium sint quid diuersum, tradit etiam Gloss. *in dict. Clem. fin. verbo, Etiam celebrare, de Priuil.* ibi: *Archiepiscopus non cõmittit Episcopo vsum Pontificaliũ extra suam Diœcesim, sed suo Iure Episcopus celebrans, vtitur illo, quod, vt dixi, approbat consuetudo. Sed si Iurisdictione, vel officio vti vellet, puta ordinando, degradando, chrismando, vel similia faciendo, tunc sine licentia Episcopi, id non poterit.* Ex quibus patet, quòd vsus Pontificalium est diuersus ab exercitio, cùm hoc dicat vsum Pontificalium informatum aliquo actu Iurisdictionis, Officij, seu ministerij Episcopalis. Et ita intelligunt etiam exercitium Pontificalium, de quo Conc. Trid. cit. Villal. *to. 2. Sum. tr. 18. dif. 9. n. 5.* Tamb. *de Iur. Abb. to. 1. disp. 15. n. 5.* Quaranta, *in Sum. Bull. verb. Archiep.* Coninch, *de Sacr. disp. 16. dub. 5. n. 35.* Vbi per exercitium Pontificalium, de quo Tridẽtinum, intelligit ordinationem. Vnde, cum per Tridentinum prohibeatur exercitium, non autem vsus Pontificalium, remanet. quod si ante Concil. non erat prohibitus, neque nunc sit prohibitus.

9. Præterea, in aliena Diœcesi celebrare potest absq; licentia. Ergo poterit etiam celebrare cum ornamentis Pontificalibus. Conseq. prob. Quia non celebrat tanquam simplex Sacerdos, ita vt in celebrando sustineat personam priuati Sacerdotis, alioquin non posset celebrare sine licentia, sicuti non possunt simplices Sacerdotes, sed celebrat tanquam Episcopus. Ergo ei debentur ornamenta Episcopalia, ex eo quod habet facultatem celebrandi vti Episcop. quia ornamenta connexa sunt cum persona. Quod præsertim verum est, quia ornamenta Pontificalia considerantur tanquam accessoria ad actionem celebrandi, cui insint tanquam suo principali, *iuxta L. ex diuers. ff. de Rei vendic.* Et ideò concessio celebrationis, vt Pontificalis, se extendit etiam ad ornamenta, vt ad accessorium, *iuxta L. Aurelius, §. Legat. & L. fin. §. fin. ff. de Libert. Legat. & L. Lectu, ff. si cert. pet.* vbi Doctores communiter, *L. Lucius, ff. Qui potiores in pignore habeantur*, & considerant Ancharan. *cons. 291. n. 1.* Merlin. *decis. 35. n. 5.*

10. Dicendum II. Probabile esse, quod Episc. in aliena Diœcesi celebrãs, non possit vti Baculo Pastorali, Ratio est, quia licet tunc vsus Pontificalium non sit informatus aliquo actu Iurisdictionis, aut Ordinis exercito, & proindè non sit exercitium Pontificalium in materia determinata, cõtinet tamen ostensionem exercitam Iurisdictionis: quia cum Baculus sit signum Iurisdictionis Pastoralis, dum adhibetur, erigitur signum talis Iurisdictionis: & proinde adest in actu exercito illius ostensio. Si quis assumeret signum institutum ad directè ostendendam aliquam scientiam ex publica auctoritate, censeretur in foro externo illam sectam profiteri. Vndè etiam vtens signo Iurisdictionis, censetur profiteri se habere Iurisdictionem, & Iurisdictionali modo facere, quod facit, quod non conuenit Episcopo existenti in aliena Diœcesi.

11. Confirmatur. Quia licet Abbates Canonicor. Lateranensium vti possent Baculo Pastorali in Ecclesiis sibi subiectis, non tamen poterant vti extra ipsas, etiam in actibus pertinentibus ad Monasteria, quales sunt Processiones: non alia ratione, nisi quia ostendit Iurisdictionem: Vnde vt possent vti, opus fuit priuilegio speciali, quod fuit concessum ab Vrbano III. Præposito Sanctæ Agathæ Cremonæ, eius Congregationis Canonicorum Lateranensium, vt refert Tambur. *to. 1. de Iur. Abbat. disp. 21. q. 3. n. 10.* cuius tenorem refert. Ergo neque Episcopi poterunt vti in aliena Diœcesi, cum ibi non habeant Iurisdictionem: & proinde non possint ostendere Iurisdictionem habere.

12. Dices Conc. Trid. prohibet tantum exercitium Pontificalium, quatenus dicit vsum Pontific. informatum aliquo actu Iurisdictionis, aut Ordinis vt dictum est. Ergo sub hac prohibitione, non cõtinetur vsus Baculi.

Resp. Prohibere vsum Pontificalium informatum quocumq; modo aliquo actu Iurisdictionali, aut Ordinis. Vsus autẽ Pontificalium cum Baculo, est informatus aliquo actu Iurisdictionis, non determinato, sed applicabile, cuicumque actui determinato, nempe ostensioni Iurisdictionis, & declaratione per signum, quod ibi habebat Iurisdictionem. Hæc autem declaratio, & ostensio, sicuti supponit Iurisdictionem, ita illam exercet, non circa aliquam materiam determinatam, sed in communi erga Populum, dum se exhibet illi, tanquam Superiorem, & populus tanquam talẽ illum veneratur.

13. Dices, *Clem fin. de Priu.* conceditur Archiepiscopo, quod in locis exemptis Prouinciæ possit in Pontificalibus celebrare diuina Officia, & quod idem possit Episcopus in locis exemptis Diœcesis. Ergo non poterunt extra Prouinciam, aut Diœcesim: quia concessio non se extendit extra Prouinciam, & Diœcesim. Quia concessio non extenditur extra ipsas, sed nominatim stat pro Diœcesi, aut Prouincia.

Quod etiã confirmari potest *ex c. Abb. de Priu. in 6.* Vbi Abbates, qui habent facultatẽ benedicẽdi solẽniter in propriis locis, non possunt extra ipsa benedicere.

Resp. aliud esse vti insignibus Põtificalibus in celebratione Missæ priuatæ; & aliud celebrare diuina Officia in Pontificalibus. Nam primum solum vsum dicit ornatus Episcopalis; at secundum, dicit illum specialem modum, quo Officia à Pontificibus, seu Episcopis celebrantur. Hic autem modus ita qualificat diuina Officia, vt ratione ipsius fiant propria Episcop. & ratione ritus eleuantur, vt pertineãt ad Ordinem Episcopalẽ. Vnde celebrare in Põtificalibus, dicit vsum ipsi informatum aliquo actu cõcernente Ordinem: atque adeò exercitiũ Pontific. quod non cõpetit Episcop. in aliena Diœcesi.

14. Ad fundamentum 1. sentent. patet responsio ex dictis, quatenus procedit ex auctoritate Conc. Trid.

Ad id quod additur de Praxi, resp. Quòd praxis procedit de celebratione in Pontificalibus Diuinorum officiorum, quæ vt dictum est, continet exercitium Pontificalium, cum sit cum actu concernẽte Ordinem; non autem de vsu Põtificalium simplici in Missis priuatis. Quia si in his, nõ iis vtuntur, inde fit, quia commodius est sine ipsis celebrare: & etiam, quia vt plurimùm illa non habent secum, dum sunt in aliena Diœcesi.

15. Ad confirmat. Insignia Pontificalia continere signa Iurisdictionis, si sint cum Baculo; secus autem sine Baculo. Deinde etiam cum Baculo non sunt signa Iurisdictionis, nisi in habitu; nõ autem in actu. Sicut autem Episc. in aliena Diœcesi retinet Iurisdictionem in habitu, ita etiam potest habere signa huius Iurisdictionis. Non potest autem vti Baculo, quia in fine Missæ deberet benedicere Populum cum Baculo. Benedicere autem cum Baculo, est iurisdictionali modo benedicere: quia impeditur benedictio cum ostensione Iurisdictionis: & ideò est vti Pontificalibus informatis actu aliquo Iurisdictionali. Nec est benedictio simplex Sacerdotalis sed eleuata ratione modi, & ritus ad Ordinem Episcopalem, sicut etiam est benedicere Populo: vt proinde *iuxta Clem. fin. de Priu.* non conueniat Archiep. nisi in Prouincia, neque Episcopo in Diœcesi.

16. Ex dictis colligitur. Quod Mithra nequaquã est signum Iurisdictionis, sed tantum dignitatis, & spectare ad decorem, & ornatum, vt obseruat Durand. *lib. 2. de Rit. Eccles. c. 9. n. 15.* Quod satis ex eo constat, quod Episc. ea vtantur coram Summo Pontifice, in cuius (supple, præsentia) deponuntur signa Iurisdictionis: vnde etiam Cardinales deferunt Rochetum coopertũ, quod detectum gestant Sede vacante. Et hoc desumitur etiam *ex c. Vt Apost. de Priu. in 6.* ibi: & ex maioritate, ac decore maiori ornatuum, majoritas appareret dignitatis: & postea subsequitur dispositio de qualitate Mithræ, ita vt dignioribus decernatur magis ornata; minus dignis, minus ornata: vt appareat discrimen dignitatis, quando simul conueniunt. Vnde constat ex hoc textu, quod Mythra est ad decorem, & in signum dignitatis.

DISQVI

DISQVISITIO IV.

Abbates Benedictini, & alij Pontificalium vſum habentes, poterúntne eâ, quâ Epiſcopi, ſolemnitate in Pontificali Romano, pro Cœmeterij ſolemni benedictione præſcriptâ, ſua Cœmeteria benedicere, & conſecrare?

BREVIARIVM.

Abbas.

Qui Pontificalium vſum habet, eadem poteſt, quâ Epiſcopi, ſolemnitate, Cœmeteria benedicere, & conſecrare. n.1.

S. Facundi, & Hyrachenſis Cœnobij Abbates, Pontificalium vſum habent, & alij etiam noſtræ Hiſpanæ Congregationis Benedictinæ. n.1.

Conſecrare poſſunt dicti Abbates Calices, Patenas, & Altaria Chriſmate ſacro. n.4.

Axioma.

Conceſſum cenſetur, quòd expreſsè non eſt prohibitum. n.2.

Cœmeterium.

Prælatus in Cœmeterij conſecratione Oleo ſacro, aut Chriſmatis Vnctione non vtitur. n.3.

Pro illius benedictione diuerſi Ritus à Pontificali pro Epiſcopis præſcribuntur, ac à Rituali Romano pro quolibet Sacerdote. n.3.

Benedictio Cœmeterij cum Pontificalis Romani Ritu, latè dicitur conſecratio. n.6.

Conſecratione non indiget Cœmeterium, indiget tamen illâ, aut benedictione. n.7.8.

Si ab Epiſcopo benedicatur provt à Rituali præſcribitur, benedici dicitur: ſi provt à Pontificali, conſecrari. n 6.

Eccleſia.

Conſecrari debet, aut benedici. n.8.

Pontificalia.

Recenſentur Pontificalia inſignia. n.1.

Priuilegia.

Interpretari debent iuxta conditionem & ſtatum perſonæ, cui ſunt conceſſa. n.5.

CONCLVSIO.

1 OMnes, & quicumque Prælati facultate vſus Pontificalium præditi, Cœmeteria ſua eâdem poſſunt ſolemnitate, quâ Domini Epiſcopi, in Pontificali Romano præſcriptâ, benedicere, conſecrare.

Hæc concluſio, quatenus aſſerit poſſe ſolemniter benedicere Cœmeteria eâ ſolemnitate, quæ in Pontificali continetur Romano, probatur. Quia vſus Pontificalium, abſolutè, & ſine hac limitatione, aut reſtrictione conceſſus exiſtit, vt ſuppono. Cœleſtinus ſaltem Papa Tertius Abbati Sancti Facundi, 2. *Idus Iulij, Anni quarti ſui Pontificatus*, qui fuit Domini *Annus* 1194. priuilegium conceſſit, quo omnes noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ potiuntur, & gaudent, in quo ſic decreuit: Statuentes, & authoritate Apoſtolica indulgentes, vt liceat tibi, & aliis Abbatibus, qui pro tempore fuerint, omni appellatione, & contradictione remota, vti liberè Tunica, Dalmatica, Chirotecis, Annulo, & Sandaliis, Mithractiam, Baculo, quorum vltimorum vtrumque hactenus habuiſti. Et Clemens Papa Septimus Hyrachenſis Cœnobij Abbati conceſſit vſum liberum Mithræ, Annuli, & aliorum inſignium Pontificalium. Alij etiam Summi Pontifices eadem in ſuis diplomatibus generalitate vtuntur. Ergo Abbates, & alij ſimilem Pontificalium vſum habentes, poſſunt eadem ſolemnitate, quâ Epiſcopi, Cœmeteria benedicere, conſecrare: ea ſcilicet, quæ in Pontificali continetur Romano.

Conſequentia patet. Quia conceſſum cenſetur 2
quod non eſt prohibitum. *Cap. Nuper, el. 29. de Sententia excommunicationis*, & ibi Gloſſa, *verbo Non retinuit*. Vbi allegat *legem Nec non*, §. *Quod eis, ff. ex quibus cauſis maiores, &c. & in Can. Conſuluiſti, el 20. 2. quæſt. 4. verbo Superſtitioſa*, vbi ita fatur. Omnia conceſſa intelliguntur de Iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniãtur, vt innuit *c. Lex Diuina*, & extra, *de ſentent. excommunicat. cap. Nuper. & ff. de legibus, L. Quæſitum, Cod. de Teſt. L. Sancimus*. Hæc Gloſſa. Verba autem Canonis *Lex Diuina* per Benedictum Papam conditi, ſequentia ſunt. *Nam cur prohibeatur, quod prohibendum nunquam Sancta Scriptura declarat?* Quæſtio erat, An poſſet Ioannes ſecundam ſuam filiam nuptiis copulare, cui primam decreuerat ſponſare? Et reſpondet, quod ſic. *Nam cur prohibeatur, &c.* Sed nec in Pontificali, dum de Cœmeterij ſolemni benedictione per Epiſcopum ſolemniter, & Pontificaliter facienda, nec alibi prohibitum inuenitur, ne in Cœmeterij benedictione Abbates Pontificalibus vtantur: Ergo illis benè, & licitè vti valent in dicta benedictione.

Et confirmatur: Quia nullus Ritus in Pontifi- 3
cali, pro ſolemni Pontificia benedictione Cœmeterij, præter vſum Pontificalium aſſignatur, qui per ſimplicem Sacerdotem exerceri ſine Papæ diſpenſatione non valeat. Non enim vtitur Epiſcopus in ſolemni benedictione Cœmeterij, Olei ſacri, aut Chriſmatis vnctione, ſed precibus tantum, & benedictionibus communibus, ac aliis ceremoniis, quibus vtitur Sacerdos ſimplex in noui Cœmeterij benedictione, ex Epiſcopi delegatione, & Ritualis Romani Pauli Quinti præſcripto. Et hæc tantùm eſt inter Pontificale, & Rituale differentia (excepto Pontificalium vſu) quòd Pontificale pro benedictione ab Epiſcopo facienda, quinque præſcribit Cruces, in Cœmeterio apponendas, & ceremonias, & preces augit; Rituale autem pro facienda à ſimplici Sacerdote, de Epiſcopi delegatione, vnam tantùm Crucem, & multò pauciores preces, ac ceremonias præfinit, vti vtrumque videnti euidenter patebit. Quocirca Pax Iordanus, *tomo 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 11. num. 16.* ita ait. Sic etiam de Cœmeterio cautum eſt, vt benedictione ſimplicis Sacerdotis ab Epiſcopo delegati dedicetur ad Chriſtianorum Sepulturam, vt locus fiat Religioſus, provt in Rituali Romano reformato, *tit. de Benedictione noui Cœmeterij, pag. mihi* 225. quo loci benedictio ipſa præſcribitur, quæ in ſubſtantia non differt à conſecratione per Epiſcopum faciendâ, niſi in eo quòd vnica tantùm Crux figitur in medio illius tempore benedictionis; cum in conſecratione Epiſcopali quinque opponantur, ex præſcriptis ibi ritibus, & benedicantur, vt in dicto Rituali. Hactenùs præfatus Doctor. Ergo ſi Abbates vti poſſunt Pontificalibus, & Cœmeterium ſolemniter benedicere, vtrumque coniungere benè quibunt:

benedicendo scilicet illud cum Pontificalibus.

4 Immò, etiamsi Pontificale, Chrismatis vnctionem pro solemni Cœmeterij benedictione Episcopo præscriberet, ea in tali benedictione possent Abbates nostræ Congregationis vti, sicut & Pontificalibus. Patet à maioritate rationis. Quia consecrare possunt, & de facto consecrant, Chrismate sacro, Calices, Patenas, & Altaria ex Innocentij Papæ Octaui concessione, Abbati facta Cistercienſi, 5. *Idus Aprilis de, Anno* 1489. incipit eius diploma. *Expoſcit, la* 5. *in Collectione Bullarum Emmanuelis Roderici, folio mihi* 233. & dictæ nostræ Congregationis Abbatibus, per multa communicationis priuilegia, maximè Clementis Papæ Octaui, sub *die* 30. *Septembris* 1592. incipit *Romanus Pontifex*, extensa: ac ex Declaratione S. Congregationis Cardinalium, ad instantiam Procuratoris Generalis Congregationis Cassinensis, aliàs Sanctæ Iustinæ, *die* 10. *Nouembris* 1614. facta: quam referunt Antonius Naldus, *in Summa, verbo Abbas, num.* 4. *pag. mihi* 3. Antoninus Diana, *part.* 3. *tract.* 2. *resolut.* 15. & Ausonius Noctinot *in Compendio, eodem verbo, n.* 1.

5 Probatur vlteriùs conclusio. Quia priuilegia interpretari debent iuxta conditionem personæ, cui concessa reperiuntur, & iuxta illius statum. Istam regulam, pro legitima priuilegiorum interpretatione, tradunt grauissimi Doctores, quorum aliquos, & illorum doctrinas operæ pretium recensere duxi. In primis occurrit P. Ioannes Azorius, *part.* 1. *Institutionis Moralis, lib.* 5. *cap.* 23. *quæst.* 2. *in fine*, vbi ita ait. Item vt ait Bartholus *in L. ex Militari*, priuilegia sunt interpretanda iuxta conditionem, & statum personæ, cui conceduntur. Hæc ille. Ascanius Tamburinus, *de iure Abbatum, tom.* 1. *disput.* 16. *quæsito* 5. *num.* 12. in similia prorumpit dicens. Notandum est etiam, quòd vt ait Bartholus in *L. ex militari, ff. de militari*, priuilegia interpretanda sunt iuxta conditionem, & statum personæ, cui conceduntur. Iacobus etiam Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.* 2. *quæst.* 10. *cap.* 14. *in fine*, sic vt sequitur fatur. Postremò (inquit) solent vt plurimùm priuilegia recipere interpretationem iuxta rationem personæ, cui fit concessio. Exempli gratia. Si detur Episcopo priuilegium celebrandi interdicti tempore, intelligi debet, in Pontificali ritu, vt personam decet. Hactenùs Gordonus, qui suam, & aliorum, quos recensui, Doctorum doctrinam, satis benè, & opportunè pro nobis exemplificat. Ergo cum detur Abbatibus, Pontificalibus condecoratis facultas, Oratoria, Capellas, Ecclesias, & Cœmeteria benedicendi, intelligi debet concedi, cum Pontificali ritu, vt eorum personas decet.

6 Quoad vltimum, quod de Cœmeterij consecratione in conclusione dixi, etiam probatur. Quia solemnis Cœmeterij benedictio, provt in præfato Clementis Octaui Pontificali præscribitur, consecratio dicitur, non propriè, & strictè, sed lato modo, & impropriè sumpta, vti benè aduertit Pax Iordanus, *dicto volum.* 1. *lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 1. & 6. Immò multò minùs solemnis Cœmeterij benedictio, quàm ibi præscribitur, cum solo cantu septem psalmorum pœnitentialium, illuminatione quatuor tantùm candelarum in Cœmeterij circuitu, aspersione istius cum aqua benedicta, & trium recitatione orationum, consecratio dicitur Cœmeterij ab Ordinario Romano *folio mihi* 93. sicut ibidem etiam dicitur consecratio loculi, vel sepulchri, sola trium orationum super illud recitatio; latè tamen, & impropriè in his, & similibus vox *consecratio* vsurpatur.

In quo quidem sensu intelligi debet P. Azorius, 7
dum *part.* 2. *Institution. Moral. lib.* 9. *cap.* 6. *quæst.* 1. docet debere Cœmeterium ab Episcopo consecrari Diœcesano: & sufficere aliquando ab illo benedici: sicut sufficit, quòd Ecclesia aliquandò non consecretur, sed quòd benedicatur. In casu tamen benedictionis, de quo Doctor iste, Episcopus Pontificali non vtitur, in quo vnica forma, & ritus benedicendi, seu consecrandi Cœmeterium per Episcopum præscribitur, sed Rituali Romano Pauli Quinti vteretur, vt forma, & ritibus, pro benedictione à Sacerdote, de Episcopi commissione facienda, vti benè Pax adnotat Iordanus, *vbi proximè, n.* 17. Nulla enim alia in Rituali habetur, nisi quæ sub hoc titulo: *Ritus benedicendi nouum Cœmeterium, per Sacerdotem ab Episcopo delegatam.*

Ex quo certè titulo, & ex dictis manifestè se- 8
quitur, non esse necessarium Cœmeterium esse consecratum, sed esse benedictum, illius minori solemnitate sufficere. Quod & docent Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstionum Regularium, tomo* 2. *part.* 4. *verbo Sepultura, n.* 3. cum Syluestro, *in Summa, verbo eodem, quæst.* 1. contra Angelum, & Innocentium, & Augustinus Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part.* 2. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 5.

DISQVISITIO V.

An Abbates aquâ ab Episcopo benedictâ, pro Ecclesiarum, Capellarum, Oratoriorum, Cœmeteriorúmque consecratione, aut benedictione, seu reconciliatione indigeant.

BREVIARIVM.

Aqua Benedicta.

Prælati Regulares non indigent aquâ ab Episcopo benedictâ, ad benedicendas Ecclesias, Capellas, Oratoria, & Cœmeteria, & ad illâ reconcilianda, sed possunt vti à se ipsis benedicta, n. 1. & seqq.

Axioma.

Qui vnum exprimit, & aliud tacet, censetur excludere quod tacet, n. 4.

Dictio.

Implicatiua est dictio etiam, *& inuoluit, ac ampliat dispositionem, ità vt idem sit in casu non expresso, quamuis contrario, ac in expresso*, n. 7.

Dictio Præsertim, *etiam est implicatiua, seu inuolutiua eiusdem Iuris, & dispositionis in casu non expresso, etiam contrario, ac est in expresso*, n. 7.

Priuilegia.

Principum Priuilegia, maximè si in Religionis fauorem concessa sint, latè interpretari debent. n. 4.

Regula.

Fauores conuenit ampliari. n. 4.

Cui licet, quod est plus, licet vtique quod est minus. n. 5.

Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere. n. 5.

CONCLV

CONCLVSIO.

1 AD benedictionem Ecclesiarum, Capellarum, Oratoriorum, Cœmeteriorum, & aliorum locorum suorum, aut eorum respectiuè consecrationem, & ad eorum reconciliationem non indigent Abbates, Priores, & alij Regularium Prælati, aquâ ab Episcopo ad id benedictâ, sed aquam, quâ vti possint ad prædicta, possunt ipsi benedicere, siue benedictio solemniter, iuxta Pontificalis ritum ab Abbatibus fiat, siue iuxta Rituale Romanum Pauli Papæ Quinti, minus solemniter ab eisdem Abbatibus, aut ab aliis fiat Prælatis.

2 Conclusionem, quoad priorem eius partem, de benedictione probo, Quia priuilegia dictis concessa Prælatis, hanc conditionem vtendi aquâ per Episcopum benedicta in benedictionibus solemnibus, aut minus solemnibus, vti ex illorum patet inspectione, non exprimunt. Ergo Prælati præfati non indigent aqua ab Episcopo benedicta, sed vti possunt à seipsis benedicta, pro benedictione Ecclesiarum, Cœmeteriorum, &c.

3 Sed dices. Priuilegia Regularibus concessa fuerunt ad benedictiones, cum conditione, vt in eis vtantur aquâ ab Episcopo benedictâ. Expresè habetur in concessione Iulij Papæ Secundi, pro Ordine Minimorum S. Francisci de Paula facta, & *suprà resolut. 3. n. 20.* recensita. Ergo falsa est conclusio, & falsa probatio adducta.

4 Sed contra. Quia Iulij Secundi priuilegium, duo continet, vt ex illius inspectione dignoscitur. *Primum* est, facultas ad benedicendas Ecclesias, &c. *Secundum* est, facultas ad eas reconciliandas. In secunda concessione conditionem apposuit illam præfatus Pontifex; prima autem minimè illam expressit. Ergo illam non intendit in prima apponere concessione. Consequentiam probo. *Primo*, quia si aliud Iulius voluisset, expressisset. *Secundò*, quia qui vnum exprimit, & aliud tacet, censetur excludere, quod tacet. *Cap. Nonne benedicimus, el 5. de Præsumptionibus. Tertiò*, quia Priuilegium Principis latè est interpretandum, maximè si in fauorem concessum sit Religionis, verbi gratia, Priuilegium exemptionis Clericorum à Iurisdictione Principum temporalium, vel Religiosorum ab Ordinariorum potestate, & iurisdictione amplè interpretandum est in Religionis fauorem, Suarez, *de Legibus, lib. 8. cap. 27. num. 2.* quem recenset, & sequitur Ioann. Baptista Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo 2. part. 4. verbo Priuilegium, num. 9.* Summa enim ratio est, quæ pro Religione facit, vti dicti dicunt Doctores *ex L. Sunt personæ, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum*, & Pasqualigus, *de Sacrific. Missæ, tomo 1. quæst. 481. num. 5.* vbi addit *L. final. Cod. de His, qui veniam ætatis impetrauerunt*, & *doctrinam* Bart. *in L. Omnes populi, num. 60. ff. de Iustitia, & Iure, & L. si constante, ff. soluto matrimonio.* Sed Iulij Secundi priuilegium nobis obiectum, & aliàs Regularibus per Summos concessa Pontifices, sunt vt plurimum, priuilegia exemptionis Religiosorum ab Ordinariorum iurisdictione, & in Religionis fauorem, vti ex se patet. Ergo amplè interpretari debent in Prælatorum Regularium, & Religionum fauorem. Regula consonat Iuris, *Fauores conuenit ampliari la 15. de Regulis Iuris, in 6.*

5 Quartò probatur consequentia. Quia *cui licet, quod est plus, licet vtique, quod est minus.* Regula Iuris est, *la 53. in 6.* & quia. *Non debet, cui plus licet, quod minus est non licere, L. 188. ff. eod tit.* Sed plus est benedicere Ecclesias, Capellas, Oratoria, Cœmeteria, &c. quàm aquam. Ergo Prælatis Regularibus ex proprio munere, & officio, licet aquam pro benedictione Ecclesiarum, &c. benedicere, sicut illa benedicere licet.

6 Quoad alteram conclusionis partem, de eo, quod Abbates, & alij Prælati non indigeant aqua ab Episcopo benedicta, ad reconciliandas Ecclesias, Cœmeteria, & alia sua Regularia loca, sed posse vti aqua à semetipsis benedicta, illam probo ex Constitutione Leonis Papæ Decimi, *resolut. 3. numero 22.* reddita, ibi: ac etiam per Vicarios, seu Guardianos, aut alios, ad hoc à vobis, in vestris Capitulis Generalibus prouidè deputandos, benedicere, ac illos, seu illa, & eorum quodlibet, sanguinis, seminis effusione, seu aliàs quomodolibet polluta, quoties opus fuerit, *aquâ per vos*; præsertim in locis remotis, vbi Episcopum, aquam benedicentem per duas dictas adire non poteritis, *benedictâ*, reconciliare liberè, licitè valeatis authoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

7 Adnotanda venit dictio illa, *præsertim* quæ in Constitutione Leonis Decimi additur. Ratione enim illius Prælati Ordinis Minorum, & aliorum Ordinum, istius priuilegiis gaudentium, benè vti possunt aqua à seipsis benedicta, in prima Ecclesiarum, Cœmeteriorum, & aliorum locorum benedictione, ac in eorumdem reconciliatione: non solum si Episcopus per duas distet dictas, sed etiam si ille in loco sit proximo. Et ratio, quia præfata dictio, est comparatiua, & idem quod *maximè*, seu *præcipuè* significat, vti benè Augustinus docet Barbosa in *Extrauagante Rem nouam, num. 5. vnica de Dolo, & contumacia, & in tractatu de Dictionibus vsu frequentioribus, dictione 277.* cum Cardinali Tuscho, *Litt. D. conclus. 338. num. 1.* Gutierrez, *Canonicarum quæstionum lib. 1. cap. 20. num. 5.* Cenedo, *singular. 83. num. 1.* & alij Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo 1. lib. 2. disput. 39. conclus. 2.* Ioannes Baptista Lezana, *in Summa QQ Regularium, tomo 2. part. 3. verbo Dictio, num. 20.* & ego ipse, *in Disquisitione Pastorali, de Iure Prioris annexi, numero 109.* Tantámque vim, & talem habere dictionem istam dicunt Doctores recensiti, & dixi, vt importet idem esse in casu contrario, quamuis ratio expressa deficiat, aut licet in illo, fortior militet ratio. Est enim præfata dictio implicatiua, seu inuolutiua eiusdem iuris in vno, & in altero casu, etsi contrario. Exprimítque casum minus dubitabilem: & implicat, seu inuoluit magis dubitabilem. Vnum exprimit, & alium includit. Talis namque est eius virtus, vt implicet, inuoluat, & ampliet dispositionem, sicuti dictio, *etiam* istam habet virtutem. Lezana, *vbi proximè*, ex *L. etiam, ff. de Minoribus, Clementina Religiosus, 3. de Procuratoribus*, & Cardinali ibi, *num 1. Clement. 1. de Testamentis*, & Cardinali ibi, *num. 1.* Laurentius de Peyrinis, *tomo 1. Priuilegiorum Minimorum, ad Constitutionem 14. Leonis Decimi, num. 4. pag. mihi 168.* ex iisdem iuribus, & ex *Clement. 1. §. In quibus, de Supplenda negligentia Prælatorum*, & Cardinali ibi. Atque ita denotat (dictio scilicet *etiam*, ait Peyrinus) aliam esse facultatem à iam concessa, vt Nauarrus, in *cap. Si quando, de Rescriptis, excepto 2. num. 2. tomo 4.* Panormitanus, in *cap. vnico, de Commodato, num. 3.*

8 Vnde, quod ad summum, ex Iulij Papæ Secundi priuilegio sequitur, est non posse Prælatos

tos Regulares in vim illius, Eccleſias, & alia ſua loca reconciliare, aquâ à ſe ipſis, ſed ab Epiſcopo benedictâ, non autem quod id efficere nequeant vigore conceſſionis factæ Minoribus per Leonem decimum

DISQVISITIO VI.

An Prælati Regulares Pontificalium vſum non habentes, poſſint benedicere Eccleſias, Cœmeteria, &c. Pontificalis Romani ſolemnitate, & ritu?

BREVIARIVM.

Benedictio.

Prælati Regulares, vſum Pontificalium non habentes, benedicere non poſſunt Eccleſias, Cœmeteria, &c. Pontificalis ritu, n.1.

Priuilegia.

In his, quæ clarè non exprimunt, interpretari debent eorum conceſſiones, iuxta conditionem perſonarum quibus fuerunt conceſſæ, n.2.

CONCLVSIO.

1 NOn licet Prælatis Regularibus vſum Pontificalium non habentibus, in Benedictione Eccleſiæ, Cœmeterij, aut alterius loci, illâ vti ſolemnitate, & ritu, ac ceremoniis in Pontificali Romano, à Clemente Papa Octauo præſcriptis, ſed præfixis in Rituali Romano Pauli Papæ Quinti, vti debent.

2 Ratio Concluſionis eſt. Quia priuilegia, in his, quæ clarè non exprimuntur, & eorum conceſſiones, interpretari debent, iuxta conditionem, & ſtatum perſonæ, cui conceſſa ſunt, Azorius, *Inſtitution. Moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 23. *quæſt.* 2. *in fine.* Iacobus Gordanus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib* 2. *quæſtione* 10. *cap.* 14. *in fine.* Noſter Tamburinus, *de iure Abbatum, tomo* 1. *diſputat.* 16. *quæſito* 5. *num.* 12. Sed conditio perſonarum Prælatorum Regularium, vſum non habentium Pontificalium, non fert, vt benedicant Eccleſias, Oratoria, Cœmeteria, aut alia loca cum ritu, ſolemnitate, & ceremoniis in Pontificali, ſed ſolùm in Rituali præſcriptis. Ergo facultas eis per Pontifices Summos facta, ad illa benedicenda, per ſua priuilegia, intelligi debet conceſſa iuxta Rituale Romanum, & eius ritus, ſolemnitates, ac ceremonias, non autem iuxta Pontificale, & eius præſcriptum. Minor probatur. Quia Clemens Octauus in Pontificali, præfixit ad huiuſmodi benedictionem ceremonias, & ſolemnitates iis, qui vſum Pontificalium non habent incompetentes: immò & repugnantes, contradictorias; Rituale autem Pauli Quinti præcipit benedictiones fieri, ritu omni Sacerdoti competenti. Ergo conditio Prælatorum non habentium vſum Pontificalium, non fert vt vtantur in benedictione Eccleſiæ, Cœmeterij, &c. ritu, & ſolemnitatibus Pontificalis, ſed in Rituali præſcriptis.

DISQVIS. VII. INCIDENS.

An Cœmeteria, & loca pro Sepulturis deſignata, Fidelium immunitate gaudeant Eccleſiæ.

BREVIARIVM.

Cœmeteria.

Cœmeterium, & loca pro Sepulturis Fidelium deſignata ab Epiſcopo, aut ab alio ad id poteſtatem habente, immunitate gaudent Eccleſiarum, n.1. *& ſeqq.*

Cœmeteria vt plurimùm, iuxta Eccleſiam maiorem, intra 40. *paſſus exiſtunt; iuxta minorem verò intra* 30. n.3 *& 6.*

Dictio..

Verificatur Dictio, ſæpiſſimè, *in tribus actionibus, aut vicibus*, n.8.

Dictio Plures, *aut* Plurimi, *in tribus, immò in duobus verificatur*, n.8.

Eccleſia.

Qui cauſas ſanguinis, aut pœnarum in Eccleſiæ agitat, aut Cœmeterio, anathemati ſubiacet. n.3.

Immunitas Eccleſiæ.

Gregorij XIV. Conſtitutio circa Eccleſiæ immunitatem recenſetur. n.7.

Paſſus.

Menſura quinque pedum eſt. n.6.

Pes.

Menſura quindecim digitorum. n.6.

Sacrilegium.

Qui Eccleſiam infringit, aut Cœmeterium, perſonam, aut quid aliud inde aufert, vel diripit, ſacrilegium committit, n.3.4.5

CONCLVSIO.

IMmunitate gaudent Eccleſiaſticâ Cœmeteria, & 1
alia loca pro Sepulturis, authoritate Epiſcopi, aut alterius habentis ad id facultatem, deputatâ.

Hanc tenent concluſionem. Gloſſ. in *Can. Sicut antiquitùs, in caſus figuratione.* Ioannes Baptiſta Scortia, *in Selectas Summorum Pontificum Conſtitutiones, Epitome* 152. *pag. mihi* 575. cum Suarez, *tomo* 1. *de Religione lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. & Cardina. Tuſcho, *tomo* 3. *litt. concluſ.* 10. *num.* 3. Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 1. *controuerſ.* 1. *concluſ.* 3. & *controuer.* 3. *concluſ.* 2. & Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib...cap.* 3. *num.* 63. *pag.* 23. ex Gloſſa in *cap. conſuluiſti, verbo Cœmeteria, el.* 7. *de Conſecratione Eccleſiæ*, ibi: *Eadem gaudent immunitate Eccleſia, & Cœmeterium*: cum Deciano, Anaſt. Germon. Franciſco Leon. Alexandro, Ambroſin. Gambacurta, Valaſco, Ægidio Trullench, Antonino Diana, Farinacio, & aliis.

Probatur concluſio primò ex *cap. Ad hæc, & 4. de Religioſis Domibus*, in quo ſic Vrbanus Papa Tertius diffinit. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi locus ad hoſpitalitatis vſum, & pauperum prouiſionem fuerit (ſicut moris eſt) authoritate Pontificis deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet mundanis vſibus deputari, Vbi Gloſſa, *verbo Authoritate*, ita fatur. Hoc ideò dicit, quia priuatus, locum non facit ſacrum. *ff. de Rerum diuiſione, in tantum*, §.

Si

Si quis in Sepulchro. Hæc ibi. Ex quo quidē textu, & Gloſſa, fit manifeſtum, locum per Epiſcopū aliúmve ad id poteſtatem habentem, pro Sepulturis Fidelium deſtinatum, religioſum fieri, & ſacrum. Sed locus religioſus, & ſacer immunitate gaudet Eccleſiaſtica, ſeu Eccleſiæ, vti manifeſtè patet ex *capite* 1. *& toto titulo. De Immunitate Eccleſiarum.* Ergo Cœmeteria, & alia loca, pro Sepulturis deputata Fidelium, Epiſcopi, aut alterius ad id facultatem habentis authoritate, eadem gaudent immunitate.

Probatur ſecundò concluſio ex *cap. 5. de Immunitate Eccleſiarum.* Expreſsè illam definit Lucius Papa Tertius, dicens. Cum Eccleſia Dei, ſecundùm Euangelicam veritatem, Domus Orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forum: Sæculares Iudices cauſas, vbi de ſanguinis effuſione, & corporali pœna agitur, in Eccleſiis, vel *Cœmeteriis* agitari ſub interminatione anathematis prohibemus. Hæc in Decretali illa vbi Gloſſa *verbo Cœmeteriis* ait. Quæ eodem priuilegio gaudent cum Eccleſiis. Quod apertè definiuit Ioannes Papa Octauus, *in Canone Quiſquis Inuentus, el* 21. 17. *quæſt.* 4. ibi. Sacrilegium committitur, ſi quis infregit Eccleſiam, vel triginta Eccleſiaſticos paſſus, ſi qui in circuitu Eccleſiæ ſunt.... aliquid indè diripendo, vel auferendo. Quem etiam Canonum, pro tertia noſtræ concluſionis adduco efficaci probatione. Cœmeteria enim, vt plurimùm, intra triginta Eccleſiaſticos deſignata paſſus exiſtunt.

Quartò probatur ex *Canone. Id conſtituimus, el* 36. *eiuſdem cauſæ, & quæſtionis.* Ex Concilio deſumpto Aurelianenſi. Id conſtituimus (inquit) obſeruandum, quod Eccleſiaſtici Canones decreuerunt, & Lex Romana conſtituit, vt ab Eccleſiæ atriis, vel domo Epiſcopi, eos (ſcilicet fugitiuos) abſtrahere omninò non liceat.

Quintò probatur ex Concilio Triburenſi, relato *in Canone. Si quis, el* 20. 17. *quæſt.* 4. Vbi ſic decernitur. Si quis contumax, vel ſuper rebus timorem Dei, vel reuerentiam Sanctarum Eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus Eccleſiæ quomolibet adhærentibus, per vim abſtraxerit, pro emunitate nongentos ſolidos Epiſcopo componat, & ipſe publica pœnitentia iuſto iudicio Epiſcopi mulctetur.

Sextò ex *Canone. Sicut, dicta cauſa, & quæſt. el* 7. in quo ita Nicolaus Papa omnibus Epiſcopis ſcribens ſtatuit. Sicut antiquitùs à Sanctis Patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior Eccleſia per circuitum quadraginta paſſus habeat, Capella verò, vel minores Eccleſiæ, triginta. Qui autem confinia earum confringere tentauerit, aut per ſententiam hominis, vel bona eius indè ſubtraxerit, niſi publicus latro erit, quò vſque emendet, & niſi, quod rapuerit reddat, excommunicetur. Vbi Gloſſa, *verbo Paſſus*, ex D. noſtro Iſidoro ait, quod *paſſus*, menſura ſit quinque pedum; *pes* autem, menſura quindecim digitorum.

Septimò, & concludenter quidem, probatur concluſio, ex Conſtitutione Gregorij Papæ XIV. incipit, *Cùm alias*, in qua ſic lego. Hac itaque noſtra perpetuò volitura Conſtitutione, omnia, & quæcumque priuilegia, indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoſcumque noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos, Sedem Apoſtolicamque ciuſve Legatos ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, Domibus regularibus, & ſecularibus, lociſve ſacris, aut religioſis, aliiſque in caſibus à iure permiſſis, hominibus certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publicâ, & cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſariis, & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuò, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, aut aliàs quomodolibet conceſſa, etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata, & innouata, ac vſu recepta, litteraſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Breuis, ſeu alias quomodocumque deſuper confectas, quarum tenorem hîc habere volumus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis, ſublata penitùs omni differentia: ita ad vnam tantùm formam reducimus, & moderamus. Vt Laïcis ad Eccleſias, locáque ſacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint, publici latrones, viarúmque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earumve *Cœmeteriis*, committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur. Sed vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam Secularibus, quàm cuiuſuis Ordinis Regularibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt Laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, Domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliquod iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, miniſtris, & officiabus Curiæ ſecularis, abſque irregularitatis nota, aut alicuius cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu tradi, & conſignari curet, & faciat. Ne autem Curia Secularis prædicta Miniſtri facultate illos per ſe, & propria authoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur attributa, & per præſentes reuocata abutantur, volumus, dictáque authoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſæcularis, eiúſque Iudices, & Officiales ab Eccleſiis, Monaſteriis, lociſque ſacris prædictis, Laicum aliquem, vt præfertur delinquentem, in nullo ex caſibus ſupradictis, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo authoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios Epiſcopo inferiores, etiamſi aliàs Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſeruatores ab hac Sede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ, illos in delictis ſuperiùs expreſſis culpabiles, tradere, aut capturæ, carcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint: tuncque reuerētiæ Eccleſię, & locis ſacris debitę memores, prędictos delinquētes, minori, quo id fieri poterit cum ſcándalo, & tumultu

§. 2. *Reuocat facultates omnes conceſſas, & immunitatem Eccleſiarum, obſeruari præcipit.*

§. 3. *Declarat caſus, in quibus Laici delinquentes, Curia ſeculari ſint remittendi: à quibus & quomodo.*

§. 4. *Curia Secularis ſine licentia Iudicis Eccleſiaſtici, nullo pacto reos accipiat de loco ſacro.*

extrahere curent. Quódque delinquentes Laici prędicti, postquàm vt præfertur ab Ecclesiis, locisque sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam Sæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque prædictæ Sæculari consignari, nec tradi possint, nisi cognito priùs per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina superiùs expressa commiserint: túncque demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ Sæculari, quacumque appellatione postpositâ, consignentur. De crimine verò Hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea Curiæ Sæculares se quoquomodò intromittant. Sicut etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas personas Seculares, aut cuiusvis Ordinis, vel Militię, etiam S. Ioannis Hierosolymitani Regulares, quoquomodò, etiam vigore prędictorum priuilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos Iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant, illáve ab Ecclesiis, Monasteriis, Domibus, locisque sacris, aut Religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expressis extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus, aliàs quam de Iure, & per priuilegia eisdem Ordinibus, aut Militiis concessa permittitur, quomodolibet præsumant. Quòd si quis quacumque dignitate, & authoritate præditus, prælatorum, aut alio quouis prætextu, quisquam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem, attentare præsumpserit, declaramus eum, ipso facto, censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & Conciliorum Generalium, nostrorumque prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ. Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet quamuis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quamuis causa, & instantia, iudicari, & diffiniri debere: nec non irritum, & inane decernimus, si secùs super his, per quoscumque, quauis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus &c.

§. 5. Priùs cognoscat Iudex Ecclesiasticus anne crimina excepta admiserint.

§. 6. 7. Prohibet ne Iudices Laici, de crimine Hæresis, & de personis Ecclesiasticis Sæcularibus, vel Regularibus quoquomodò cognoscant.

§. 8. Contrauenientes, pœnas hic enarratas ipso Iure incurrant.

§. 9. Clausula Sublata, &

Decretum irritans.

§. 10. Clausula Derogatoria.

Huc vsque Gregorius Papa in præfata Constitutione, *la* 7. apud Angelum Cherubinum, *tom.* 2. *pag mihi* 707. in qua licet semel tantum expressam mentionem de *Cœmeterio* faciat, dum de locis immunitate Ecclesiastica gaudentibus agit, sæpissimè decernit, eadem illud gaudere. Si enim dictio *sæpissimè* verificatur, si actus ter actus fuerit, aut gestus, vti docet Antonius Naldus, *in Summa, verbo Dictio, num.* 10. *pag.* 228. cum Claro, §. *Furtum, num.* 29. addens idem esse de dictione *Plurimi*, & de similibus, quæ ad minus debent in tribus verificari, iuxta Glossam notabilem *in* §. *Et quòd sæpe, Authentica de Triente, & Semisse, collat.* 9. & verificari possunt in duobus tantum, vt egomet ad facietatem probaui *in Disquisit. de Iure Prioris annexi, num.* 67. *&* 10. *ex Regula Pluralis locutio, la* 40. *de Regul. Iur. in* 6. iuncta Gloss. & *cap. Is, cui, §. si verò el* 19. *de Prębendis, eod. lib. ex cap. Nullus, 1. de Electione, & Gloss. ibi, verbo Duo.* Rota, in Mediolanensi Iuris patronatus, 5. Iulij, 1619. coram Pirouano. Viuianus, *de Iure patron. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 2. Bassæus, *tom.* 1. *verbo Electio, num.* 7. Layman, *in QQ. Canonicis, de Prælatis Ecclesiasticis, q.* 18. & penes eum Ioann. Andreas, *Regula* 80. *in* 6. Glossa *in L.* Neratius, *la* 85. *de Verbor. significat.* & Gloss. *in L. detestatio, la* 4. *de Verbor. & rerum significat.* Diana, *p.* 10. *tr.* 13. *resol.* 33. Si igitur plura sunt duo, & sæpissimè fiat, quod ter agitur, quare Gregorius sæpissimè non decernat *Cœmeterium* immunitate gaudere, cum id semel sub proprio decernat vocabulo, & sex vicibus, sub dictione *loci sacri*, vel *religiosi?*

TRACTATVS SECVNDVS.

DE COEMETERII, ET LOCI SACRI Exsacratione, & pollutione, de reconciliatione, & reconsecratione eorumdem.

PRÆLVDIVM.

§. PRIMVS.

Nonnulla notabilia, & scitu digna recensentur.

BREVIARIVM.

Consuetudo.

Parem vim habet cum lege consuetudo, n. 14.

Exsacratio.

Ecclesiæ, & loci sacri Exsacratio, & violatio, sicut & Altaris, contingit quando eius forma amittitur, aut tollitur, n. 11.

Ità per violationem rei consecratio tollitur, vt noua indigeat, n. 12.

Immunitas.

Immunitate gaudent Oratoria, & loca sacra, etiamsi benedicta non sint, n. 1. & 3.

Si tamen Regularia illa sint; non ita si Sæcularia, n. 25.

Loca sacra.

Quoad effectus pollutionis, & reconciliationis loca sacra non censentur, quæ consecrata, aut benedicta non sint ab Episcopo, aut ab alio ad id potestatem

*teſtatem habente, etiamſi ad celebranda diuina ſint deputata.*n.2.3.& 4.

*Recenſentur ſigna ad dignoſcendum, an locus ſacer authoritate fuerit Epiſcopi fundatus.*n.6. & 26.

*Quoad pollutionem locus ſacer non intelligitur, qui non exiſtit intra ipſius loci corpus.*n.7.

Amittunt loca ſacra conſecrationem, & benedictionem, & omnia alia priuilegia, ſi diruta ſunt, ſine reparationis ſpe. n.17.

Miſſa.

*Satisfaciunt præcepto de audienda Miſſa, intereſſentes Miſſæ Oratorij Regularium; non verò intereſſentes Miſſæ Oratorij priuati Sacularium.*n.25.

Monaſterium.

Venit nomine Eccleſiæ Monaſterium, & qualibet eius pars; in fauorabilibus tamen, non in odioſis. n. 5.

Odia.

*Reſtringi debent. Non irrogantur, niſi expreſsè infligantur in Iure.*n.13.

Oratoria.

Priuata Oratoria campanas habere non poſſunt, niſi priuatas ad ſolos incolas Domus conuocandos. n.6. & 26.

Oratoria exiſtentia in Eremitoriis, Hoſpitalibus, & in Domibus priuatis abſque authoritate Epiſcopi, aut alterius poteſtatem habentis conſtructa, per nullam actionem polluuntur, etiamſi de legitima licentia in eis poſſint Miſſæ celebrari, & celebrentur. Vndè poſt actionem in eis celebrari poteſt. n.18.

Oratoria abſque tali conſtructa licentia, ad nutum fundatoris, ad vſum poſſunt profanos conuerti. n.18.

*Ex quibus ſignis inferantur legitima ex authoritate erecta, oſtenditur.*n.6. & 26.

Poſſunt hodie Regulares Prælati Oratoria erigere, abſque Diœceſani conſenſu, in omnibus ſuis locis, & Hoſpitiis, vt in eis Miſſæ celebrentur, Tridentino, & aliis non obſtantibus, à n.20.ad 23.

*In Oratoriis Regularium, omnes etiam Sæculares celebrare poſſunt.*n.23.

*Quæ debeant obſeruari in his Oratoriis, vt in eis Miſſæ, & alia diuina celebrentur.*n.23.& 24.

In Oratoriis Regularium plures Miſſæ eodem die celebrari poſſunt, ſecus in Sæcularium Oratoriis. n.25.

*Regularium Oratoria localia ſunt; perſonalia verò, quæ Sæcularium ſunt.*n.25.

Benedictione non indigent Oratoria. n.25.

Pœnæ.

Non irrogantur, niſi expreſsè contineantur in Iure. n.13.

Pollutio loci ſacri.

Pollutio reconciliationem exigens, non contrahitur per actionem illius inductiuam in Claustro factam ſuperiori, in Dormitorio, aut in Officina Regularium, etiam benedicta, ſi non ad Diuina deſtinata. n.5.

*Loci ſacri pollutio ſe habet inſtar cenſuræ interdicti.*n.8.

Eſt introducta iure Eccleſiaſtico, vt Sacrum, aut Diuina Officia in loco ſacro non celebrentur, nec cadauera tumulentur, quando actio in eo facta, in grauem cedit illius irreuerentiam. Et in hac conſiſtit prohibitione n.8.

*Locus ſacer, per nullam actionem verè polluitur, ſed ad fidelium terrorem tanquam pollutus habetur.*n.9.& 10.

*Differt Pollutio ab exſacratione, & violatione.*n.11. & 12.

Incurritur quando materiali forma, & figura manente, tale ſcelus in loco ſacro patratur, quod veluti à loci ſanctitate alienum, fidelibus horrorem ingerit, & ſcandalum. n.12.

*Pollutio non tollit conſecrationem, aut benedictionem loci: ideò noua non eget, ſed reconciliatione.*n.12.

*Per nullam actionem, quæ in Iure expreſſa non ſit inducitur pollutio, aut ſaltem conſuetudine non introducta.*n.13.14.& 15.

*Pollutio tanquam odioſa reſtringi debet.*n.13.

Inducitur tam loco conſecrato, quàm benedicto. n.16.

Locus ſacer dirutus, ſine reparationis ſpe, per nullam polluitur actionem. n.17.

*Non inducitur pollutio per actionem aliquam, quæ notoria, voluntaria, iniurioſa, & intra locum ſacrum facta non ſit.*n.27.28.29.& 30.

PRo huius tractatus exactâ dilucidatione præ- 1
mittere aliqua operæ pretium duxi. *Primum* eſt, pro loco ſacro, in præſenti, illum ſolùm venire, qui conſecratus, vel benedictus fuerit ab Epiſcopo, vel ab alio ad id facultatem habente, vel ſaltem iuxta Doctores aliquos, qui ad Diuina celebranda, vel fidelium cadauera tumulanda, præfata fuerit facultate deputatus. Quia hæc authoritatiua deputatio, benedictioni æquiualet, vt docent Gloſſa, *in cap. Si Eccleſia, verbo Non conſecrata, el* 10. *& final. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.* Vbi » ita fatur. Et ita Eccleſia non conſecrata, gaudet » eodem priuilegio, quo & conſecrata.... Et ità ſi ali- » quis illuc confugerit, debet ab Eccleſia defendi. » Et hoc ideò, quia locus ille authoritate Epiſcopi » dedicatus eſt diuino cultui. Et quod ſemel dedica- » tum eſt, ad profanos vſus redire non debet. Hæc » Gloſſa. Azorius, *Inſtitution. Moralium, part.3.lib 3. cap.31. quæſt.4. columna mihi* 183. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dubitat.2. ſect.7. num.*8. & Ferdinand. Caſtrus Palaus, *part.2. Operum Moral. tract.11. diſputat.1. punct.1. num.2.* cum Baſilio Poncio, *de Matrimonio, lib.10. c.10.n.5.*

Non reticeam tamen Pacem Iordanum *volum.1.* 2
de Re ſacra, lib.5. tract.11. à num.22. aſſerentem, ad pollutionem non cenſeri locum ſacrum, qui ſaltem benedictus non fuerit, etiamſi deputatus ſit ad Diuina publicè celebranda. Cui conſonat Thomas Sanchez, *tomo 3. de Matrimonio, lib.9. diſput. 15. num.*24. Cuius verba lubens hîc exſcribere duxi, quia malè pro contraria adducitur ſententia. Primo ergo (inquit magnus ille Doctor) nomine Eccleſiæ, quoad hunc effectum, intelligitur ſola Eccleſia conſecrata, aut benedicta. Quia ante hanc conſecrationem, aut benedictionem, non eſt locus ſacer. Sic Sotus, *4. diſtinct.12. quæſt. vnica, artic. 3. concluſ.3.* Nauarrus, *Summa, cap.16. num.*32. Angles, *Floribus 1. parte de Matrimonio, quæſt.6. de ſoluendo debito, in fine.* Henriquez, *lib 9. de Miſſa, cap.27. num.5. & lib.5. de Pœnitentia, cap.6. n.9. in Comment. litt. H.* vbi benè addit, deſiderari vltra hoc, vt locus ille deputatus ſit ad Diuina Officia, aut ad fidelium ſepulturas. Huc vſque Sanchez. Eandem ſequuntur ſententiam Ægidius Coninck, *de Sacramentis, quæſt 83. artic.3. dub.1. num.236.* dicens. Nota tertiò, Oratoria, quæ nec conſecrata, nec benedicta ſunt, per eiuſmodi actus non pollui. Quia hoc locis ſacris conuenit, quorum ſanctitas,

per

per tales actus violatur. Et Ludouicus Caſponſis, *in Curſu Theologico, tomo 2. tract. 23. diſputatio. 3. ſect. 3. num. 73.* Vbi ita fatur. Sunt tamen duo obſeruanda. Primum eſt, in hac materia, nomine Eccleſiæ non intelligi Oratoria, nec Eccleſias nec conſecratas, nec benedictas.

3 Cenſeri tamen locum ſacrum, quoad effectum immunitatis Eccleſiæ, in quo Diuina cœpta fuerint, celebrari, quamuis conſecratus, aut benedictus ille non ſit, docet ipſe Pax Iordanus. Et diſparitatem reddit. Quia quoad pollutionem, cum res ſit odioſa, & pœnalis, ſtrictè eſt interpretanda, & ad locum rigorosè, & propriè ſacrum coarctanda. Cùm autem ſolùm locus conſecratus, aut benedictus ſit rigorosè ſacer, hinc eſt, quòd ſolùm ille polluatur; è contra verò, quoad immunitatem dicendum eſt. Quia immunitas priuilegium eſt: ac per conſequens, extendendum venit ad locum, qui conſecratus, aut benedictus non ſit, ſed tantùm authoritatiuè, ad Diuina celebranda, deputatus.

4 Ob cuius quidem rationem, ac diſparitatem, & authoritatem Doctorum, quos pro ſe Iordanus allegat, videlicet D. Antoninij, Turrecrematæ, Caietani, Nauarri, *in Manuali, cap. 16. num 32.* Iacobi de Graffis, & Emmanuelis Sa, & ob authoritatem Thomæ Sanchez, Henriquez, & Emmanuelis Roderiquez, penes ipſum, ac Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 4. verſic. Addo I.* Valdè ſecunda mihi ſententia placet, illámque grato amplector animo, & in praxi ſequendam cenſeo.

5 Vndè infertur, locum ſacrum non cenſeri, quoad Sacrilegium, & pollutionem, reconciliationem poſtulantem, Dormitorium Regularium, neque Clauſtrum ſuperius, neque denique Cellas, Cameras, aut alias Officinas, licet benedictæ illæ ſint. Quia licet nomine Eccleſiæ Monaſterium veniat, & quælibet eius pars, in fauorabilibus tamen, vt benè Thomas Delbene, *vbi ſuprà, num. 26*; non verò in odioſis, qualia ſunt de quibus in præſenti. Vndè Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, n. 1.* ſic ait: Eccleſiæ nomine non venit Monaſterium niſi in materia fauorabili. Et prefatus Delbene *dictâ ſect. 7. num. 26.* id intelligit, ſecundùm extenſionem priuilegiorum tantùm. Id tamen, quod de Sacrilegio dixi, non de qualicumque intelligas, ſed de eo, quod cum loci ſacri pollutione coniunctum eſt, ratione ſcilicet homicidij, aut ſanguinis, vel ſeminis effuſione.

6 In dubio autem, an Eccleſia, Capella, Oratorium, vel Hoſpitale, &c. publicâ Epiſcopi authoritate ſint fundata, ſigna optima à Delbene à *num. 38.* aſſignantur. Videlicet, ſi ibi Diuina celebrentur, omnibus indifferenter ad ea admiſſis audienda. Ita Maſcardus, *de Probationibus, concluſ. 869. num. 1. & 2.* Sanchez, *de Matrimonio, lib. 9. diſputat. 15. n. 39.* Vbi idem dicit, ſi decennio ibi publicè celebrentur: cui conſentit Menochius, *de Præſumptionibus, lib. 3. præſumpt. 132. n. 52.* Item, ſi ibi campana ſit publica, ſeu in loco poſita eminenti, gratia populum conuocandi ad Diuina Officia audienda. In Oratorio enim priuato, haberi non poteſt campana, niſi priuata, ad ſolos domus incolas conuocandos. cap. Patentibus, de Priuilegiis. Item, ſi ibi ſit Cœmeterium, aut Sepultura. Si ibi Baptiſmus adminiſtretur. Et ſi decimas recipiat. Denique ſi ſit immunis à collectarum ſolutione. Ita docent (ait) Abbas, *in cap. Patentibus, citat. num. 1. & 2.* Maſcardus *Concluſione 869. num. 3.* Quaranta, *verbo Alienatio, à num. 28.* Riccius *in Praxi, §. Alienatio, deciſ. 40.* Rota, *deciſ. 725. diuerſorum, part. 1.* Filliucius *tract. 44. cap. 4. quæſt. 18.* Decianus, *tract. Crimin. lib. 6. cap. 25. num. 16.* Farinacius, *de Carceribus, quæſt. 28. num. 71. & in Appendice, de Immunitate, cap. 18. num. 267.* Sanchez *loco citato*, & Bonacina, *de Alienatione bonorum Eccleſ. quæſt. vnicâ, puncto 2. num. 12.* Hæc omnia Delbene.

Nec cenſetur locus ſacer quoad pollutionem, & 7
reconciliationem, quod non eſt intra illius corpus, v. gr. reſpectu Eccleſiæ, quod à tecto interiori, vſque ad pauimentum, & à ſumma Ara, vſque ad oppoſitum parietem non exiſtit, ſacrum non eſt. Ita Gloſſa *in cap. Si Eccleſiam, verbo Sanguinis, vnico de Conſecratione, lib. 6.* dicens. Si autem ſupra tectum pone cum ſagitta homo interficitur, dixit tibi Hug. quòd non eſt facienda reconciliatio: quia extra Eccleſiam videtur factum. Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo 3. lib. 9. diſputat. 15. à num. 25.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra lib. 5. tit. 12. num. 72.* Machadus, *en el perfecto Confeſſor, y Cura de Almas, tomo 2. lib. 2. part. 3. tract. 4. documento 4. num. 9.* Ibi. *A cerca de eſtas acciones, conque queda la Yglesia polluta, aduierten comunmente los Doctores, que es neceſſario, que ſe hagan dentro del diſtrito que contienen las paredes de la Yglesia, &c.* Pro quo allegat Canonem *Eccleſiam, L. 1. & 2. de Conſecratione, diſtinct. 1.* Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. de Euchariſtia, dub. 4. verſic. Dixi ſecundò, non violata*, ibi. Quia in Eccleſia interiùs violata. Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularum tomo 2. parte 1. tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Noto 5.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia, num. 29.* Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 7. num. 1. & ſeq.* Emman. Sa, *verbo Eccleſia, verſic. Primò effuſione.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tomo. 2. part. 3. verbo eodem, à num. 12.* Et ratio eſt. Quia vti benè Pax Iordanus ait, materia iſta pœnalis eſt, ac magis ſtrictè interpretanda, quàm fauorabilis de Immunitate: & ideò ad partes Eccleſiæ extrinſecas extendi non debet.

Secundum, quod prænotatur eſt, pollutionem 8
Eccleſiæ, locive alterius ſacri, nihil aliud eſſe, quàm cenſuram quandam, ſeu potiùs prohibitionem, iure introductam Eccleſiaſtico, vt nec Sacrum, nec Diuina Officia in eo celebrentur, aut fidelium cadauera tumulentur, quando in illo eſt aliquid factum in grauem ipſius loci irreuerentiam. Ita Lezana, *vbi proximè num. 11.* Quocirca Paludanus, *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 8. artic. 4.* & Syluester, *in Summa, verbo Conſecratio, quæſt. 9. in fine. & verbo Interdictum 4. quæſt. 3.* penes Dianam *part. 6. tract. 6. reſolut. 27.* dicunt quòd pœna iniuncta ob Eccleſiæ pollutionem, ſit inſtar cenſuræ, ſeu pœnæ Interdicti Eccleſiæ. Et noſter Gregorius Sayrus, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 1.* ait pollutionem, ſeu violationem Eccleſiæ, eſſe interdicto locali ſimilem. Et Auila, *de Cenſuris, par. 5. diſputat. 6. dub. 6. concluſ. 3. in fine*, aſſerit, Interdictum locale, reduci quodammodo ad Eccleſiæ violationem.

Dicitur pollutus locus ſacer, non quia verè Ec- 9
cleſia; Altare, Cœmeterium, aut quilibet alius locus ſacer polluatur, cum Sanctus ſit, & peccare nequeat, ſed quia ad terrorem, tanquam pollutus habeatur, præſertim quia quoad ſe, delinquens vt illum polluret, quantum potuit, fecit, vti benè adnotant Gloſſa *in cap. Si Eccleſiam, verbo Pollui, vnico*

vnico de Conſecratione lib.6. dicens: Pollui quoad opinionem hominum, qui eam polluunt, quantum in eis eſt. Quæ enim ſunt Sancta, coinquinari non poſſunt. Noſter Petrus Creſpetius *in Summa Eccleſiaſticæ Diſciplinæ, verbo Eccleſia, in fine, pag. mihi* 293. Pax Iordanus *loco allegato, tit. 11. numero* 3. & Auguſtinus Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.28. n.20.* in ſequentia prorumpens.

10 Ille autem in rei veritate non fœdatur, aut polluitur: cum enim ſancta ſit, coinquinari non poteſt, *cap. Veſtra, de Cohabitatione Clericorum, cum mulieribus*, cum ſimilibus citatis à Gambarupta, *dicto caſu 6. num. 1.* ſed tanquam polluta reconciliatur, propter ſcandalum, & ad fidelium exemplum, & terrorem, vt ſcilicet videntes Eccleſiam, quæ in nullo peccauit, propter alterius culpam lauari, & purificari, reminiſcantur quantùm de propriis peccatis, eorum expiatione ſit laborandum. Ita Durandus, *in Rationali Diuinorum, lib. 1. cap. 14. num.10.* Huc vſque Barboſa. Pro dictis facit etiam *Canon, Quod quidam dicunt, 1.quæſt.1 in fine*, vbi de Sacramentis ab Hæreticis miniſtratis, & receptis.

11 Tertiò præmitto, pollutionem loci ſacri, longe ab eius exſacratione, & violatione differre. Exſacratio enim, & violatio contingit in Eccleſia, aut Altari, quando tollitur, aut amittitur forma illius: & iuxta aliquorum ſententiam, quando frangitur, aut tollitur ſigillum Reliquiarum, & cœtera huiuſmodi, quæ materialiter contingunt circa ipſam Eccleſiam, vel Altare. Quocirca Herman. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. cap. 3. de Euchariſtia, dub. 4. verſic. Quares*, ita fatur. Reſpond. Exſacratio dicitur, cum res ſacra perdit ſuam conſecrationem, ita vt de nouo conſecrari debeat: quod fit, quando ita deſtruitur, vt formam, & vſum perdat.

12 Pollutio autem incurritur quando materiali forma, & figura manente, tale ſcelus in loco patrato ſacro, quod veluti ab illius ſanctitate maximè alienum, fidelium mentibus horrorem ingerit, & ſcandalum, polluique cenſetur. Ex qua fit differentia, quod exſacratio cauſet amiſſionem conſecrationis in loco exſacrato, aut violato; ſecùs pollutio. Vndè noſter Nicolaus Tudeſchus, Panormitanus Abbas, *in cap. Propoſuiſti, notabili vltimo, num.4. el 4. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, dixit. Nota, quod Eccleſia, quandoque polluitur, & non indiget reconſecratione, ſed reconciliatione; quando exſacratur, nec ſufficit reconciliatio. De quibus videatur Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 11. n. 1. & 2.*

Cum dictis tamen ſtat, quod non ſemel Violatio, pro Pollutione vſurpetur: vt videre licet apud dictum Iordanum, *in recenſito titulo, num. 117. iuncto eius ſummario*: apud Ioann. Baptiſtam Lezanam, *in Summa QQ. Regularium tomo 2. parte 3. verbo Eccleſia, num. 11.* & apud alios paſſim. Et apertè patet ex *Canone ſi motum fuerit*, iuncta Gloſſa, *verbo Conſecretur, el 19. diſt. 1.*

Conſultò dixi iuxta aliquorum ſententiam exſacrari Altare, quando tollitur ſigillum Reliquiarum. Quia in contrarium adeſt multorum aliorum placitum. De quo infrà latiùs differam.

13 Quartò præmitto, non cenſeri pollutum locum ſacrum per vllam actionem, aut crimen, quod non ſit in Iure expreſſum, niſi in locis, vbi viget conſuetudo, vt pollutus ille cenſeatur per hoc, aut illud facinus in illo admiſſum. Quia huiuſmodi conſuetudo ſeruari debet, quamuis talia crimina, non reperiantur expreſsè in Iure prohibita fieri in loco ſacro.

Prima pars, patet. Quia quòd locus ſacer pollutus cenſeatur, odioſum eſt, & pœnale fidelibus. Odioſa autem, & pœnalia non irrogantur niſi expreſsè caueantur in Iure. Auguſt. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Odium, numero 1. ex L. Cum quidam, ff. de liberis, & Poſthumis can. Renouantes, 22. diſtinct. cap. Odia, de Regulis Iuris, lib. 6.* Ægidio, *conſilio 9. num.20. & 21.* Robles, *de Repræſentat. lib.2. cap.14. num.10.* Federico de Senis, *conſil. 25. numero 4. in fine verſic. Inſuper.* Idem Barboſa, *eodem tract. verbo Pœna, num. 7. ex Authent. de non eligendo ſecundo nubentes*, §. *Sin autem* Mario Antonino, *Variar. Reſolutionum, lib.3. reſolut.39. num. 11. & 32.* Garcia Gironda, *de Priuilegiorum, ſeu exemptionum explicatione, num. 563.* Menochio, *conſil.272. numero 83. conſil.275. numero 21. conſil.431. num.2. conſil.526. num.11. conſil 1032. num.19. conſ.1128. num.2. & conſ.1192. num.3.* Cardinali Tuſcho, *litt. P. concluſ.816. num.4.* & Hectore Felicio, *allegat.66. n.6. verſic. Et eſt regula communis, p.2.*

Secunda etiam pars, de conſuetudine, patet. 14
Quia conſuetudo, parem vim habet cum lege. Præfatus Barboſa *in allegato tractatu verbo Conſuetudo, num.5. ex L. De quibus, ff. de Legibus*, §. *Ex non ſcripto. Inſtitut. de Iure naturali Gentium, cap. fin. de conſuetudine cap. conſuetudo, 1. diſtinct. L.2. Cod. Quæſit longa conſuetudo.* Thoma de Thomaſſet, *in Floribus Legum, reg.78.* Belleto, *Diſquiſition. Cleric. part.1. tit. De Fauore Clericorum perſonar. num.10.§.3.* Stephano Gratiano, *Diſceptationum forenſ. cap. 801. num. 11. & 12. & cap.892. num.17.* & aliis, quos pro more cumulat ſuo.

Quod quartò præmittimus, docent Pax Iordanus, *dicto tit.11. num. 5.* cum Cardinali Hoſtienſi, *in Summa, de Conſecratione Eccleſiæ, num. 9.* ac Piaſccio, *in Praxi Epiſcopali, parte 1. cap.5. numero 5.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dub.2. ſect.13. numero 1.* Paſqualigus, *de Sacrific. Miſſæ, tom.1. quæſt. 565. num.9.* Et ſic, & non aliter intelligo Auguſt. Barboſam, *de Poteſt. Epiſcopi, part.2. allegat.28. numero 21. pag. mihi* 272. abſolutè docentem, cum Salua, *de Beneficiis, part. 1. quæſt.5. numero 102.* Azorio, *Inſtitutionum Moralium part. 3. lib.2. cap.5. quæſt. 3. verſic. Si roges*, Thoma Sanchez, *de Matrimonio, diſp.15. à num.4.* cum Gregorio à Valentia, & Gabriele Vazquez, non pollui Eccleſiam, niſi in caſibus in Iure expreſſis. Quia hanc tradit generalem doctrinam contra P. Franciſcum Suarez aſſerentem, *tom.3. in 3.p.D.Thomæ, diſp.81. ſect.4. verſic. Tertiò violatur*, rationem quare Eccleſia polluitur, non conſiſtere, in eo, quod prohibeatur in ea fieri percuſſionem illicitam, & ſacrilegam; ſed ex eo potius, quod actio turpis eſt, & ſacrilega, veluti in pœnam, delictique deteſtationem, ſtatutum eſſe ab Eccleſia, vt pollutus cenſeatur locus ſacer, & ibi non celebretur, donec reconcilietur.

Et in eodem intelligo ſenſu, Alterij ſententiam, 15
diſput.3. de Interdicto, cap.2. colum.3. quam Leander à ſanctiſſimo Sacramento recenſet, *p.5. tract.5. diſp.1.§.5.q.49.* Vbi ſic inquirit, & reſoluit. Videlicet: An Eccleſia polluatur propter furtum, vel rapinam in ea commiſſam? Affirmatiuam partem eſſe probabilem innuit Alterius, *loco citato, verſic. Tertiò quæritur*, eo quod Speculator, *tit. de Conſecrat. Ec-*

cleſia, §.1. & Ioannes Selua, *de Beneficiis, parte 1. quæſt.5. num.101.* dicant, *alicubi eſſe receptum*, vt pro polluta habeatur. Sed vt mihi certum reſpondeo, minimè Eccleſiam per dicta crimina pollui. Quia nullus eſt textus in Iure, qui id velit. Hactenus P. Leander, cuius placitum, minùs mihi arridet, ſi conſuetudinem receptam excludat à facultate indicendi pollutionem loco ſacro, & illam ſolùm textui attribuat Iuris.

16 Quintò præmitto, per actiones in Iure prohibitas locum ſacrum pollui, ſiue ille ſit conſecratus, ſiue non. De conſecrato enim ſtatuitur *in cap. Propoſuiſti, el 4. de Conſecratione Eccleſiæ*, & de non conſecrato, *in cap. Si Eccleſia, el final eodem tit.* & cum Gloſſa, & Doctoribus *vtrobique*, ac cum Nauarro, *in Manuali, cap.27. num.256.* & Toleto, docet Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit. 12. de reconciliatione Eccleſiæ, & Cœmeterij, numero 20. pag.403.* Ægidius etiam Coninck, *de Sacramentis, quæſt.83. artic.3. dub.1. num.234. verſic. Et hi*, & Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *vbi proximè, quæſt.43.*

17 Sextò præmitto, per nullam actionem prohibitam pollui Eccleſiam, aut alium locum directum, ſiue de authoritate Superioris, ſiue ſine illa dirutus fuerit, dummodò non ſubſit reparationis ſpes. Quia quomodocumque ſit ille dirutus ſine ſpe reparationis, conſecrationem, aut benedictionem, & omnia alia amittit priuilegia. Ita Thom. Sanchez, *de Matrimonio, tomo 3. lib.9. diſput.15. num.37. pag.mihi 213.* ex Can. *Hoc diximus, 16. quæſt.7.* deſumpto ex Origine, *homilia 15. ad cap. 21. Matthæi ex cap. Abbate, ad finem, el 25. de Verborum obligatione, & cap. Cum ex iniuncto, el 2. de Noui operis nuntiatione, & vtrobique* Gloſſa, *ad ſecundum cap. verbo Principale.* Ita & Pax Iordanus *dicto tit.12. num.25.* Qui poſt Sanchez allegat Innocentium, & alios *in citatum cap. Cum ex iniuncto.* Felinum, *in cap. Cum dilecta, num.21. el 22. de Reſcriptis.* Baldum *in Proœmio, ff. veteri, num.5.* Remigium, *de Immunitate Eccleſiæ, ampliatione 20.* Iulium Clarum, *Pra.crimin.lib.5.recep. §.fin. quæſt.30. numero 6. verſic. Maius eſt dubium*, Pazem, *Practic. 1. tomo, part.5. cap.3.§.3.num.38.* Angelum Theologum, *in Summa, verbo Ciuitas, num.1.* Sylueſtrum, *eodem verbo q.2.* Tabienam, *quæſt.vlt.* Armillam, *n.3.* & alios.

18 Septimò præmitto, per nullam actionem à Iure fieri prohibitam in loco ſacro, pollui Oratoria, in Hoſpitalibus, Heremitoriis, aut in priuatis Domibus, abſque authoritate Epiſcopi, aut alterius ad id facultatem habentis, conſtructa, iuxta à nobis dicta, *ſuprà diſquiſit. 2.* primi Tractatus, eſto ibi de legitima licentia Miſſæ celebrentur. Ita Gloſſa, *in Clementinam Quia contingit, la 2. de Religioſis Domibus*, Syluester, *in Summa, verbo Loca ſacra, quæſt. 2. & 5. & verbo Immunitas I. quæſt. 1.* Tabiena, *verbo eodem, quæſt.14. & 15.* Angelus, *numero 26.* Armilla, *num.19.* Iulius Clarus, *lib.5. Recept. in Pract. crimin. § fin. num.6. verſic. Sed quid dicendum*, quos, & alios recenſent, ac ſequuntur Thomas Sanchez, *vbi proximè, num. 39.* & Pax Iordanus, *volum.de Re ſacra, lib.5. tit.12. num.26.* Idem tenent Azugna *in commentario ad cap. Oratorium*, & Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, lib.2. cap.8. à num. 12.* à Ioanne Baptiſta Lezana relati, & ſequuti, *in Summa QQ. Regularium, tomo 2. part.4. verbo Oratorium, num.4.* Gauantus, *in Praxi Epiſcoporum, verbo Eccleſia reconciliatio numero 16.* cum Franc. Suarez, *tomo 3. in 3. part. D.Th. diſp.8. ſect.4. col.8.* Quem etiam *in tom.1. de Religione, tract.2. lib.3. de reuerentia debita locis ſacris, cap.9. n.10.* Abbatem, *in cap. vlt. n.4. de Cenſibus*, & Clarum, *lib.5. ſentent. §. fin. q.3. n.3.* allegat, & ſequitur Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſ. tomo 1. c.2. dub.2. ſect.7. à n.15.*

Ratio autem eſt. Quia huiuſmodi Oratoria, non 19
cenſentur loca religioſa, aut ſacra, nec nomine veniunt Eccleſiæ, ſi abſque præfata ſint authoritate conſtructa: & poſſunt ad fundatoris nutum, in vſus conuerti profanos. Quare, non attento actu inductiuo pollutionis, in eis licitè celebrari poterit, vti benè Pax Iordanus aduertit.

Conſultò addidi, aut alterius ad id facultatem 20
habentis: propter Prælatos Regulares, qui in vim plurium Apoſtolicarum Conſtitutionum, facultate gaudent requiſita, ad authorizandam conſtructionem, non Oratoriorum tantùm, ſed & Eccleſiarum, & aliorum ſacrorum locorum, in Monaſteriis, & annexis ſuis, aç in locis eorumdem, vti probatum relinquo, *tract.1. Diſquiſ.3.* Immò, & illa potiuntur hodie ad conſtruenda Oratoria pro Miſſis, & aliis Diuinis Officiis celebrandis, in Hoſpitiis, ſeu in Domibus, in quibus aliqui morantur, & degunt Religioſi pro litibus, aliiſve negotiis, illúcque accedentes hoſpitantur. Et ad id, nullo indigent Diœceſani conſenſu.

Nec iſta Regularium facultas ſublata eſt per 21
Concilium Tridentinum, vti docent Anton. Diana, *part.4. tract.4. reſolut.106.* cum Ioanne Præpoſito, *in 3. part. D. Thomæ, quæſt.83. artic.3. dub.4. numero 151.* & Clarius *part.9. tract.1. reſol.34.* cum Portell. *in Dubiis Regularium, verbo Altare, num.1.* Villalobos, *in Summa, tomo 1. tract.8. difficult.33. num.7.* Ludouico de San Ioan. *de Sacramento Euchariſtiæ, quæſt.12. artic.3. dub.2. Append.1.* Cardinali de Lugo, *eodem tract. diſput.20. ſect.2. numero 52* Marchino, *de Sacramento Ordinis, tract.3. part.3. c.9. num.12.* Serra, *in 3. part. D. Th. quæſt.83. art.3.* & aliis penes Garciam, *in Summa, tract.3. difficult.8. dub.2. punct.3. num.29.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part.1. tract. 8. cap.2. ſect.2. à num.88. ad 92.* Caſtrus Palaüs, *part. 4. tract.22. diſp. vnicâ, punct.8. num.9. pag.142.* Ioan. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.1. cap.18. n.14. tom.2. part.3. verbo Altare, n.14.* ibi: immò addendo, &c. *& part.4. verbo Oratoria, n.6.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.1. ad Conſtitutionem Pyrrhi, n.29. & 31. & tom.3. ad Conſtitutionem 131 Vrbani Octaui, n.3.* non obſcurè inſinuat. Et Didacus Antonius Frances, de Vrrutigoyti, *in foro conſcientiæ, & Paſtorali interno, part.3. voto 7. n.23. &* 24. Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ, tom.1. q.484.*

Et certè facultas olim facta fuit, *in cap. in his, el* 30 *de Priuilegiis*, Dominicanis, & Minoribus ad celebrandum vbicumque fuiſſent, in Altari portatili, ſeu viatico. Cui conceſſioni minimè derogari per Concilium Tridentinum *ſeſſ.22. cap.1. in Decreto de Obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſarum*, licet aliis priuilegiis ante ipſum Concilium conceſſis derogetur per illud, docent Emmanuel Roderiquez, *tom.1. QQ. Regularium, quæſt.43. artic.5. pag. mihi 248.* Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum quæſtionum, reſolut.9. num.4. & 5.* Antonin. Diana, *part.9. tract.1. reſolut.34.* cum Portel, Villalobos, Ludouico de San Ioan, Lugo, & Marchino, *locis modò ex eo allegatis.* Idem Diana, *part.4. tract.4. reſol.106.* cum Præpoſito *in 3. part. quæſt 83. art.3. dub.4. num.151.* & Bruno Chaſſaing, *de Priuilegiis Regularium, part.2. tract.8. cap.1.*

cum

cum Flauio Cherubino, *in Bullam 4. Clementis Papæ Quarti, quæ habetur tomo 1. Bullarij Magni.*

22 Sed quicquid de hoc, & de aliis priuilegiis Regularibus conceſſis, ante Tridentinum, ſit, certum eſt, per illud minimè derogari priuilegio Societati IESV conceſſo per Gregorium Papam XIII. anno
„ 1575. incipit *decet Romanum Pontificem*, in quo
„ habetur: Volumus, vt in Oratoriis, & aliis locis,
„ vbi aliqui Societatis reſidebunt, approbauerint, &
„ ad diuinum duntaxat cultum deputauerint, Miſſæ,
„ & alia diuina Officia, alterius licentia deſuper mi-
„ nimè requiſita, celebrari poſſint. Quo quidem priuilegio, gaudere alias Religiones, quæ communicant in priuilegiis cum Societate, aſſerunt Emmanuel Roderiquez, *quæſt.43. citata, artic.4.* Hieronymus Roderiquez, *dicto num.5.* Franc. Suarez, *tom.3. in 3. part. diſput.81. ſect.3. excep.4.* Valerius Reginaldus, *in Praxi, lib.9. num.178.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Miſſa, num.32. pag. mihi* 498. Lezana, *tomo 1. QQ. Regular. part.1. cap.18. num.14.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tomo 1. ad Conſtitutionem Pyrrhi, num.29.* & Caſtr. Palaus *part. 4. tract.22. diſputat. vnica, punct.8. num.9.* Paſqualigus, *dicta q.484.* cum Peregrino *in Compend. priuileg. Clericor. Regul. tit. Miſſa, §.1.* Suarez, *de Euchar. diſp.81. ſect.3. verſic. Quarta receptio.* Azorio, *tom.1. lib.10. cap. 26. quæſt.9.* Henriq. *lib.9. cap.27. num.1.* Villalob. *p.1. tract.8. diffic.23. in fine* Fagundez *in præcept.1. Eccleſ. lib.3. cap.13. num.17.* Portel. *in dub. Regular. verbo Altare, num.3.* Marchino, *de Sacramento Ordinis, tract.3. p.3. cap.9. num.13.* Garzia, *in Summa, tract. 3. difficult.8. dub 2. punct.3. num.31.* Quintanaduen. *tomo 1. ſing. tract.7. ſingular.34. numero 6.* Quartò, *in Rubric. Miſſal. p.3. tit.10. num.1. ſect.2. dub.9.* Caſpenſe, *tom. tract.23. diſp.3. ſect.3. num.68.* & aliis.

23 Circa quod priuilegium, aliqua aduertunt Doctores. *Primum*, in vim illius, præter Prouinciales, poſſe Generales, & Viſitatores, & non alios Oratoria approbare in Domibus vbi aliqui Religioſi reſidebunt per modum Hoſpitij, propriis tamen Religionis, non autem Sæcularium. *Secundum*, huiuſmodi approbationem debere dictos Prælatos per ſeipſos facere. *Tertium*, non poſſe deputationem hanc Oratorij facere in Domibus, aut locis, qui Ordinis proprij non ſint. *Quartum*, ad iſtam deputationem, nulla Epiſcopi Diœceſani indigere authoritate. *Quintum*, reſpectu iſtorum Oratoriorum, locum non habere conſtitutiones Clementis Papæ Octaui, *la 99.* apud Angeli Cherubini Bullarium, incipit *Quoniam ad inſtitutam*, & Vrbani Octaui, incipit *Romanus Pontifex*, ſub die 28. Auguſti, de Anno 1624. nec Decretum Sacræ Congregationis, ſub Gregorio Papa XV. edito circa facultatem nouos Conuentus admittendi. *Sextum*, non ſolùm Religioſos Ordinis, ſed extraneos, & Clericos Sæculares, poſſe in huiuſmodi celebrare Oratoriis. *Septimum*, in eiſdem non poſſe publicè celebrari Diuina, aut modulatim, & more communitatis, ſtatutis horis, nec Sanctiſſimum reſeruari Sacramentum, nec publicas campanas pulſari, ad conuocandos non domeſticos, nec quæſtiones fieri eleemoſynarum.

24 *Primum* aſſerit Franc. Pellizzarius, *num.91.* eo ductus, quia Generales, & Viſitatores concurrunt cum Prouincialibus ratione officij: immò (addit) ſunt maiores illis: *Secundum* tenent idem Pellizzarius *ibidem*, & Diana, *parte 9. tract.1. reſolut. 34. verſic. Sed hic*, conceſſioni præfatæ Gregorij Papæ XIII. innixi, ibi: per ſe. *Tertium*, affirmat eo in loco Pellizzarius, ex eius eiuſdem conſtitutionis verbis. Cum propriè loquendo (ait ille) non dicantur reſidere Religioſi in loco, qui ipſorum non ſit. Sic ille, cum aliis Viris doctis à ſe conſultis. *Quartum*, docent idem Pellizzarius, *num.88. verſic. Monet.* Palaus, *dicto num.9. verſic. ex quibus*, Laurentius de Peyrinis, *num.29. allegato*, & Naldus, *numero 32. Quintum* aſſerit Peyrinus, *tomo 3. de Priuilegiis, ad conſtitutionem 13. Vrbani Papæ Octaui, num.3.* cum Riccio, *in Praxi, parte 1. deciſ.652.* & Vrritigoyti *in Paſtorali interno, part.3. voto 7. num.26.* cum pluribus, quos recenſet. Et ratio eſt, quia appellatione Monaſterij, non venit Hoſpitium. *Sextum* tenent Lezana, *verbo Oratoria, numero 6.* cum Paſqualigo, *in Deciſionibus Moralibus, deciſ.180.* Pellizzarius, *loco ſæpe citato, num.92.* Caſtrus Palaus, *num.9. verſic. ex quibus*, & Naldus *num. 32.* cum Suarez *diſp.83. ſect.3. in fine. Septimum*, aſſerunt Laurent. de Peyrinis, *dicto n.3.* & Vrrutigoyti, *num.24.*

De his Oratoriis addit Diana, *parte 9. tract.1.* 25
reſolut. 34. verſic. ex his ſequitur, eſſe localia. Quod & tenent Palaus, *num. 9.* allegato, *verſic. ex quibus*, ac Pellizzarius, *vbi ſupra, numero 92.* Oratoria autem Sæcularium, eſſe perſonalia, ait ipſe Diana. Qui præter hoc diſcrimen, quod reperitur inter Regularium, & Sæcularium Oratoria, alia aſſignat. *Primum* eſt, quod in Regularium Oratorio, plura (eodem ſcilicet die) celebrari poſſunt Sacra; in Sæcularium verò, vnum tantum. *Secundum*, quod intereſſentes Miſſæ, in Regularium Oratorio celebratæ, præcepto Eccleſiaſtico ſatisfaciant; ſecùs intereſſentes Miſſæ Oratorij Sæcularis, niſi de familia ſint Domini Oratorij. *Tertium*, eſt immunitate Eccleſiæ gaudere Oratorium Regularium; non verò Sæcularium Oratorium.

Concordare tamen vtrumque Oratorium Regulare, & Sæculare, in duobus, docet præfatus Diana. *Primum*, in eo, quòd benedictione non indigeant: ei conſonat Paſqualigus, *vbi ſuprà, quæſt.494.* cum Bordono, *tomo 3. Conſil. Regular. reſolut.90. num.3.* & Paſſerin. *de Pollut. Eccleſ. diſput.2. cap.11. num.4. Secundum*, in eo, quòd nec indigeant reconciliatione, ſi in eis actio pollutionis inductiua exerceatur. Limitat Paſqualigus, *ſi non ſint benedicta.* Sic ille *quæſt. 495.* cum eodem Paſſerino *ibidem*, Bordono, *num.4.* Barboſa, *de Iure Eccleſ. lib.2. cap.8. num.16.* Anila, *de Cenſur. p.5. tract.5. diſput.7. dub.2. concluſ.1. in fine.* Reginald. *lib.29. cap.9. ſect.5. numero 187. verſ. cæterum*, Caſpenſi, *p.1. tract.23. diſput.3. ſect.3. num.73.* Leandro, *de Sacrament. tract.5. diſput.8. §.4. quæſt.25.* Laym. *lib.5. tract.5. cap.5. num.1.* Megala, *p.1. Inſtitutio. peregrin. lib.5. cap 13. numero 5.* Henriq. *lib.5. cap.6. num.5. in Comment. litt. H. & libro 9. cap. 27. num.5.* & aliis. Sed de hoc ſecundo, aliter dicendum credo, quoties locus Oratorij deputatus exiſtit ad officia diuina celebranda, vel ad fidelium ſepulturam, Epiſcopi, aut Prælati Regularis authoritate, iuxta iam dicta, & vt tenet Pellizzarius, *part.1. tract.5. cap.3. num.44.* & ratio eſt. Quia in hoc caſu, locus ſacer eſt, & non profanus. Vnde ſacrilegia ei irrogatur iniuria, de neceſſitate in confeſſione Sacramentali explicanda, ſi ſanguinis, aut ſeminis fiat in eo iniuſta profuſio ad Eccleſiæ pollutionem ſufficiens.

26 Sed inquires. Poteritne, aliquandò præſumi, quod ad conſtructionem loci ſacri authoritas Epiſcopi, aut alterius ſimilem facultatem habentis interuenerit. Reſpondeo quòd ſic, quoties plura aut aliquod ex ſequentibus interuenire repereris. *Primum eſt*, quòd per decennium ibi fuerint Diuina celebrata, aditu cuique patente, omnibúſque indifferenter ad ea audienda admiſſis. Ità abbas, *in cap. Patentibus, num. 1. & 2. el 10. de Priuilegijs*, Pax Iordanus, *volum. 1. de Reſacra, lib. 5. tract. 12. num. 28.* Thomas Sanchez *tom. 3. de Matrimonio, diſput. 15. num. 39. ad finem.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tomo 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 7*

Secundum, quòd ibi ſit Campana publica, ſeu in loco poſita eminenti, ad conuocandum populum ad audienda Diuina. Delbene vbi proximè. Et probatur ex præallegato *cap. Patentibus, de Priuilegijs*, in quo Cœleſtinus Papa Tertius Abulenſ. Epiſcopo
» reſcribens, ſic decernit. Patentibus litteris certifi-
» cari deſideras, vtrum Templariis, Hoſpitalariis, &
» aliis Oratoria in Domibus ſuis habentibus, liceat
» Campanas in eis ponere, publicéque pulſare. Reſ-
» pondemus autem conſultationi tuæ, quòd non li-
» cet eis hoc agere: quin potius per te per cenſuram
» Eccleſiaſticam, appellatione remota, coërcendi
» ſunt, vt ità ſint ſuo iure contenti, quòd iuſtitiam
» non impediant aliorum. Hæc in dicta decretali.

Tertium, quòd ibi ſit Sepultura, aut Cœmeterium. Thom. Delbene, *dictâ ſect. 7.*

Quartum, quòd ibi Sacramentum adminiſtretur Baptiſmi. Sic præfatus Delbene.

Quintum, quòd locus ille Decimas recipiat. Idem Delbene.

Sextum, tandem, quòd à ſolutione collectarum, ſit ille locus immunis. Ita Delbene.

27 Octauò præmitto, non pollui locum ſacrum per vllam actionem in eo à Iure fieri prohibitam, niſi notoria illa ſit, vel per ſententiam; vel per confeſſionem rei in iudicio; vel per probationem iuridicam plenè per idoneos teſtes factam; aut per facti ipſius euidentiam. Ità docent Emmanuel Sa, *Verbo Eccleſia, num. 19.* Zerola, *in Praxi Epiſcop. verbo Pollutio Eccleſiæ, verſic. Secundò*, licet ſub hoc termino. *Publica.* Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom. 2. part. 3. verbo Eccleſia, ſeu Templum, num. 13. ſub voce Manifeſta:* ibi: Requiritur ergo quòd ſit manifeſta, vel per facti euidentiam, aut iuridicam confeſſionem, aut probationem. Pax Iordanus, *volum. 1. de Reſacra, lib. 5. tit. 12. numero. 101. 102. & 111.* Petrus Creſpetius, *in Summa Eccleſiaſtica diſciplinæ, verbo Eccleſia, in fine.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part. 1. cap. 2. dub. 2. ſect. 3. num. 22.* Caſtrus Palaus, *parte 2. tract. 11. diſputat. 1. puncto 1. num. 2. ex cap. Significaſti, el 5. de Adulterijs*, Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 251.* Franciſco Suarez, *tom. 3. in 3. part. D. Th. diſput. 81. ſect. 4. §. Secundò dubitari ſolet.* Baſilio Poncio, *de Matrimonio, lib. 10. cap. 20. in fine.* Et cum Fagundez, *in Præcepta Decalogi, part. 2. lib. 4. cap. 4. num. 24.* Machadus, *en el Perfecto Confeſſor. tomo 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. documento 4. num. 10.* cum eodem Fagundez, *parte 1. lib. 3. cap. 14. à num. 35.* & cum Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 4. num. 29.*

28 In eadem fuit ſententia Aſcanius Tamburinus, de Iure Abbatum, *tom. 1. diſputat. 23. quæſito 11. num. 8.* dum dixit, quod Eccleſia, aut Cœmeterium occultè pollutum, quandiu pollutio latet, non indiget reconciliatione; at quando incipit publicari, & manifeſtari violatio, tunc neceſſe eſt, vt Eccleſia reconcilietur. Quocirca Pax Iordanus, *dicto tit. 12. num. 61.* dixit, quod ſi homicidium, aut effuſio ſanguinis omninò occulta ſit, vel duobus, tribus, aut quatuor tantum nota, qui ſecretò apud ſe retineant, vel non diuulgent, non attendatur pollutio durante ſecreto. Quia tunc hominum opinio minimè offenditur, ex quo ignoratur; at ſi confeſſione delinquentis (addit) aut eorum, qui prius relauerant, publicetur, ab eo tempore intrabit violatio, ſeu potius pollutio, & opus erit reconciliatione.

Hæc Iordanus, qui pro ſe allegat *caput Significaſti, de Adulterijs*, Gloſſam, *in cap. Si Eccleſiam, vnicum de Conſecratione Eccleſiæ lib. 6.* Nauarrum *in Manuali, cap. 27. num. 256. in fine.* Gregorium Sayrum, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. à num. 10.* Vgolinum, *de Officio Epiſcopi, cap. 29. §. 1. in fine.* Aloys. Riccium, *in Praxi reſolut. 257. num. 4. & reſolut. 260. per totam.* Piaſcum, *in Praxi Epiſcopali, part. 1. cap. 5. num. 5. verſic. Sacrilegio*, & Ludouicum de Miranda *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæſt. 39. art. 5. concluſ. 2.* Iacobum de Graffis, *in deciſionibus aureis, part. 1. lib. 2. cap. 48. num. 11.* Leonardum Leſſium, *de Iuſt. & Iure, lib. 4. cap. 3. de Speciebus Luxuriæ, dubitat. 12. num. 86. verſic. Sed contraria ſententia, pag. mihi 634.* & Auguſt. Barboſam, *de Poteſtate Epiſcopi allegatione 28. num. 37.* Quibus addo Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. de Euchariſtia, dub. 4. verſic. Porro Eccleſia*, cum Paulo Layman, *lib. 5. tract. 5. cap. 5.*

Quod autem ea fuerit Pacis Iordani mens, *in dicto num. 61.* euidens mihi eſt, tam ex fine numeri præcedentis, ibi: *Nunc quartam capiamus circunſtantiam, ſeu qualitatem notorietatis*: quam ex *num. 111.* Vbi ſic fatur. Quarto ex particula, *notoria*, colligitur, ex occulta emiſſione, pollutionem quidem induci ex parte rei, ſiue materialiter; attamen donec effuſio publicetur, haberi pro non inducta, & à ſolo tempore publicationis, vim haberi prohibitionis, de non vtendo Eccleſia, vel Cœmeterio polluto, prius quàm reconcilietur. Hactenus Doctor ille. Hîc multa occurrunt, neceſſariò dicenda, pro exacta explicatione huius prænotati, & vocis *Notorium*; ſed ne illud, & digreſſio nimis protrahatur, libuit de hoc diſſerere in §. ſequenti. 29 30

Nonò, & vltimò præmitto, nonnullas neceſſariò requiri conditiones, ſeu qualitates, ad pollutionem loco ſacro, per actiones Iure prohibitas inducendam, præter notorietatem, quæ quidem tranſcendentalis eſt, & communis omnibus actionibus loco ſacro pollutionem inducentibus. Alia eſt, quod actio voluntaria ſit: alia, quòd intra locum ſacrum fiat. Et vtraque etiam communis eſt, & tranſcendentalis omni actioni pollutionem inducenti. Alia eſt, quoad pollutionem ex ſanguine, aut ex ſemine cauſatam, quòd iſta humana ſint, non alterius animalis. Alia, quòd iſtorum reſpectu, non quælibet ſanguinis, aut ſeminis ſufficiat, ad loci pollutionem, quantitas; ſed neceſſaria ſit, quæ ad fluitionem ſufficiat. Et alia tandem reſpectu homicidij, & ſanguinis effuſionis eſt, vt actio homicidij, aut effuſionis ſanguinis, iniurioſa ſit.

§. II.

Exponuntur voces Famosum, Manifestum, Notorium, Occultum, ac Publicum.

BREVIARIVM.

Absoluere.

Possunt Prælati Regulares subditos suos absoluere ab occultis per accidens, provt probabilibus opponuntur. n.54.

Blasphemia.

Illa est publica Blasphemia, quæ prolata est coram maiori parte alicuius communitatis. n.63.

Si tamen illam percipiant. Quia præsentia sine intelligentia non sufficit. n.64.

Certa regula dari nequit ad dignoscendam notoriam Blasphemiam; sed relinquentis prudentis arbitrio. n.65.

Delictum.

Attendi non debet ad factum materialiter sumptum solum, sed etiam ad ipsum formaliter in ratione delicti, quando de delicto agitur. n.49.

Dispensare.

Prælati Regulares dispensare possunt cum subditis suis suprà occultis per accidens, provt probabilibus opponuntur, etiamsi à duobus sciantur. n.54.

Dispensare possunt Episcopi, & dicti Prælati Regulares, si crimen notorium non sit. n.50.60.61.

Limita dummodò rei dispensandi inquisiti non sint, etiamsi crimen probari nequiuerit. n.58.60.

Fama.

Est illæsa dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminuatus. n.32.

Procedit Fama aliquandò ex scientia; aliquandò ex suspicione; aliquandò ex certo authore; & aliquandò ex incerto. n.32.

Famosum.

Idem est, quod Publicum. Et vtrumque, quod est fama publica proclamatum. n.32.

Quando ex scientia procedit, idem est, quod Notorium. Quia non potest tergiuersatione vlla celari. Quando verò ex suspicione, impropriè notorium dicitur. n.32.

Interpretatio.

Iura strictè interpretari debent; priuilegia autem, latè. n.61.

Manifestum.

Illud manifestum dicitur, quod facilè probari potest, saltem per multos, licèt non euidenter. n.33.

Notorium.

Illud est notorium, quod adeò clarè, & euidenter patet, vt negari non possit. n.34.45.

Confunditur aliquandò Notorium cum Famoso, aut Publico, & cum Manifesto. n.31.

Notorium, aliud simpliciter; aliud secundùm quid, respectu determinati loci. n.36.

Ad Notorium simpliciter requiritur, vt sciatur à pluribus communitatibus, etsi non omnibus. n.36.

Ad Notorium secundùm quid requiritur, vt factum sciatur certè à maiori parte incolarum particularis communitatis, ita vt nulla tergiuersatione celari possit. n.36.

Notorium, *aliud* Facti; *aliud* Iuris; *& aliud* Præsumptionis. n.37.

Notorium Facti, *est, quod ità se exhibet conspectui hominum, vt nulla possit tergiuersatione celari.* n.35.38.

Notorium Facti, *sex requirit conditiones. I. Vt scientia facti, multorum sit. Maioris scilicet, aut magnæ partis incolarum. II. Vt factum, in loco publico fiat. III. Vt die, & non de nocte fiat. IV. Qualitas attenditur personarum præsentium: an prudentis arbitrio rem gestam manifestaturi, vel non. V. Numerus attenditur incolarum: nam in parua communitate, minor numerus sufficit ad faciendum Notorium, quàm in magna VI. Quod adstantes factum intelligant dum fit.* n.39.63.64.

Ad Notorium Facti, *communitas secundùm aliquos, habere debet saltem decem incolas.* n.36. 63.64.

Secundùm alios, sufficit habere tres. n.39.

In dubio, an aliquid sit Notorium Facti, prudentis arbitrio relinquitur. n.40.

Notorium Facti, *per duos testes deponentes de visu facti, & de eo, quod ibi aderat maior pars incolarum, quæ idem, quod ipsi videre potuit; aut vidisse populum præsentem facto, etsi ipsi non viderint, probatur.* n.41.

Vt Iudex procedat per modum Notorij, debet declarare in processu, delictum esse notorium: & per hoc, quod intendit procedere per viam Notorij. Et ad hanc declarationem duorum testium examen, qui de Notorio deponant, præcedere debet. n.42.

An hæc requiratur declaratio in Notorio Facti permanentis, & in Notorio Facti coram ipso Iudice, controuersum est. n.43.

Reus in Notorio, non dubitatiuè, sed assertiuè examinatur. n.44.

Quando de delicto notorio agitur, non attenditur ad factum materialiter sumptum; sed ad ipsum formaliter in ratione delicti. Explicatur exemplo. n.49.

Notorium Iuris *est, quod clarè constat, vel per Iudicis sententiam diffinitiuam, vel per confessionem rei in iudicio, vel per idoneorum testium plenam probationem in iudicio factam, quæ neque coloratè impugnari nequeat.* n.45.

Confessio rei extraiudicialis, Notorium Iuris non facit. n.46.

Notorium Præsumptionis est, quod publicè habetur pro tali; sed verè probari nequit, vt quod vnus sit alterius filius, Frater, aut consanguineus. n.47.

Quod semel fuit Notorium Facti, aut Iuris, fieri potest Occultum, si moriantur omnes, qui illud nouerunt: & si sententiam Iudicis, rei confessio, & probatio deperdantur. n.48.

Occultum.

Quod non est Notorium cognitum, publicè, aut manifestè, occultum est. n.50 61.

Occultum, aliud per se; *aliud* per accidens. *Occultum* per se, *est, quod nihil habet ex natura sua, vndè ab hominibus cognosci possit. Occultum* per accidens *est, quod ex natura sua ab hominibus cognosci potest; de facto tamen non cognoscitur, quia defuit, qui illud agnosceret.* n.51.

Occultum per accidens, *aliud est quod opponitur* Probabili. *Et est, quod licèt externè fuit factum, testibus idoneis probari non potest, etiamsi ab aliquibus sciatur. Aliud opponitur* Famoso, *seu* Publico. *Estque illud, quod etsi probari possit, infamia tamen non laborat. Aliud est quod* Notorio *opponitur. Et est*

& eſt illud, quod etſi laboret infantia, & probari poſſit, non tamen eſt ita clarum, quod tergiuerſatione excuſari nequeat. n.52.61.

Occultum per ſe, non cadit ſub Eccleſiæ iuriſdictione, nec in odioſis, nec in fauorabilibus. n.53.

Limita in actibus internis, qui exteriores perficiunt. n.53.

Occultum per accidens, prout opponitur Famoſo, & Publico, ſub fauorabili cadit conceſſione, quoad forum conſcientiæ, in litteris Pœnitentiariæ habentibus clauſulam : Dummodò impedimentum occultum ſit ; *ſecus quoad facultatem diſpenſandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario.* n.57.

Occultum per accidens prout Probabili opponitur, ſub fauorabili venit conceſſione. n.54.58.

A Pollutione loci ſacri excuſat. n.56.

Pollutio loci ſacri.

Occulta eſt Pollutio, non ſolum quando probari non poteſt, quia nulli interfuerunt, ſed etiam quando interfuerunt, ſed non publicarunt ; dummodò tamen tot non ſint, qui multitudinem conſtituant. n.62.

Publicum.

Propriè ſumitur Publicum, pro Notorio, quando publicitas orta eſt ex euidentia ; impropriè, verò quando ex ſuſpicione. n.32.35.

Publicum vt ſit, in plurimum non ſufficit, vt à duobus, vel tribus ſciatur. n.66.

Nec ſufficit, vt coram multitudine adſtantium fiat actio, ſi illam non intelligant. n.64.

Sententia.

Ad ſui valorem, & effectum, ſemper in Iudice illam pronunciante, competentiam petit. n.48.

Teſtes.

Duo, vt plurimum, plenè probant. n.54.58.

Plures recenſentur cauſæ, in quibus plures, quàm duo requiruntur teſtes. n.55.

Tridentinum Concilium.

Caput ſextum ſeſſionis 24. à S. Congregat. declaratur. n.58.

31 INter qualitates, vel conditiones, ad pollutionem loci ſacri requiſitas, notorietatem recenſuimus, ita vt nulla actio formaliter, vt ita loquar pollutionem inducat, quæ notoria non ſit. Sed quia vox *Notorium*, non ſemel à Doctoribus, cum vocibus *Famoſum*, *Publicum*, & *Manifeſtum* confunditur, operæ pretium duxi ſingulas earum exponere, vt melius percipiatur, in quibus caſibus, notorietatis ratione, locus ſacer pollutus cenſeatur : & incidenter nonnullos caſus, memoria dignos, reſoluere lubens decreui : ac vocem *Occultum* pariter explicare. Quæ quidem, & aliæ præfatæ, multis accipiuntur modis, prout Iuris Canonici profeſſores, apud Pacem Iordanum, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. de Reconciliatione Eccleſiæ, & Cœmeterij*, exponunt *in cap. Veſtra, el 7. de Cohabitatione Clericorum, & mulierum* Menochius, *de Arbitrariis, caſu 166.* Maſcardus, *de Probationibus, concluſ. 1107. à numero 13.* Gabriel, *commun. concluſ. tit. de Reſtitutione ſpoliatorum, concluſ. 1. num. 117.* Farinacius, *in Praxi, quæſt. 21. num. 1.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom. 2. verbo Notorium*, & Emmanuel Sa, *verbo Manifeſtum.*

32 *Famoſum* igitur, ſeu *Publicum*, quod idem eſt, teſte Lezana, *vbi proximè, num. 3.* illud dicitur, quod eſt fama publica proclamatum. Ita idem Lezana, cum Thoma Sanchez, *tomo 2. Conſiliorum, lib. 6. cap. 3. dub. 3. num. 1.* & Soto, *de ſecreto membro 2.* Quibus conſonat Sa, *verbo Manifeſtum, num. 4. verſic. Publicum* : quatenùs dicit : Publicum crimen eſt publica infamia proditum. Pro quo ſcire oportet, Famam deſcribi à Gloſſa, *in dict. cap. Veſtra, verbo Notorium*, in hunc modum. *Fama, eſt illæſæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus ex L. cognitionum, §. exiſtimatio, ff. de Variis, & extraordinariis cognitionibus.* Fama autem, vti ipſa adnotat Gloſſa, & probat ex *Canone Sanctum eſt, el 26. de Conſecratione, diſtinct. 4.* quandoque ex ſcientia ; quandoque ex ſuſpicione procedit ; quandoque ex certo authore ; quandoque ex incerto. Et quidem hoc ipſum docet Gloſſa *in cap. Manifeſta, verbo eodem, el 15. 2. quæſt. 1.* Vbi adnotare libuit, idem eſſe *Famoſum*, quod *Notorium*, quando *Fama* ex ſcientia procedit, vti ex dicendis de *Notorio*, patebit. Quia quod ex ſcientia procedit, euidenter patet, & nulla poteſt tergiuerſatione celari. Quando verò ex ſuſpicione *Fama* procedit, *Famoſum* impropriiſſimè *Notorium* dicitur. Impropriè etiam ſumitur aliquando *Publicum* pro *Notorio*, quando publicitas orta eſt ex ſuſpicione ; propriè autem, & rigoroſè, quando ex euidentia, vti omne conſtabit *num. 35.*

Manifeſtum dicitur illud, quod facilè probari 33
poteſt. Sic Gloſſa, *in cap. Veſtra, verbo Notorium, el 7. de Cohabitatione Clericorum, & mulierum, & in cap. Manifeſta, verbo eodem, el 15. 2. quæſt. 1.* Emmanuel Sa, *verbo Manifeſtum, num. 1.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom. 2. part. 4. verbo Notorium num. 3.* cum Angelo Theologo, *verbo Manifeſtum, num. 1.* Syluestro, *ibidem*, & cum Thoma Sanchez, *tomo 2. Conſiliorum, lib. 6. cap. 3. dub. 3. num 16.* Addit tamen Lezana, requiri ad Manifeſtum, vt poſſit probari per multos. Quod & Sa innuit ibi : ſed non ſit notorium. Sed benè verum eſt, quod non ſemel *Manifeſtum*, pro *Notorio* ſumatur, vt videre eſt in Leonardo Leſſio, *de Iuſtit. & Iure, lib. 2. cap. 20. dubit. at. 22. numero 185.* impropriè tamen, vti aduertit Gloſſa tam *in Can. Manifeſta*, quam *in cap. Veſtra modo allegatis*, ex qua adæquatam *Manifeſti* habemus deſcriptionem. Illam, ſub hac tradit verborum forma. Manifeſtum eſt, quod ſemper ex ſcientia, & ex certo authore procedit, & quod poteſt probari. Quam probat *ex L. Hæredes palam, ff. de Teſtamentis, & qui teſtamentum facere poſſunt.* Illud tamen, quod ait, *ex ſcientia*, intelligi non debet de plena rei notitia, quæ tergiuerſatione nulla celari poſſit, quia tunc non manifeſtum, ſed notorium eſſet, vti modo videbimus ; ſed de notitia, quæ diſcuſſione egeat, & tergiuerſationem aliquam admittere queat.

Notorium eſt illud, quod adeo clarè, & euiden- 34
ter patet, & conſtat, vt negari non poſſit. Sic Lezana *verbo Notorium*, Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 39. num. 22.* dicens. Notorium eſt plena rei notitia inducens indubitatam, & finitam probationem, diſcuſſione non egentem. Allegat Iulium Clarum, *lib. 5. §. fin. quæſt. 9.* Maſcardum, *de Probationibus, concluſ. 1101.* Paulum Comitolum, *Reſponſionum Moralium, lib. 1. quæſt. 57.* Menochium, *Illuſt. cap. 2. num. 11. & cap. 20. numero 23.* Farinacium, *in Praxi criminal. quæſt. 21. num. 8.* Aldrete, *de Religioſa diſciplina tuenda, libro 1. cap. 5. §. 2. num. 6.* & Menochium, *de Arbitrariis, caſu 166. num. 4.* Sic & Marcus Vidal. *in Arca Vitali, tit. de Blaſphemia, inquiſitione vnica, num. 38. in fine*, ibi. Aduertendum verò, non poſſe

dari

dari certam, & infallibilem regulam ad cognoſcendam Blaſphemiam publicam, ſiue *notoriam* facti, quæ tunc contingit, quando quis poſt Blaſphemiam prolatam, nequit illam vlla tergiuerſatione celare, & excuſare. Hæc ille. *Notorium* itaque eſt, plena rei notitia, indubitatam, & finitam probationem, diſcuſſione non egentem, inducens.

Quæ certè doctrina, veriſſima eſt, & compro- 35
batur ex Gloſſa, *in Can. Manifeſta, el 15. 2. quæſt. 1.* dum ait. Notorium facti, eſt, quod exhibet, & offert ſe oculis omnium: id eſt, quod ita habet facti euidentiam, quod non poteſt negari: ſupple probabiliter. Hæc ibi Et *in cap. Veſtra, verbo Notorium, el 7. de Cohabitatione Clericorum, & mulierum*, vbi in ſequentia prorumpit. Notorium facti eſt, quod ita exhibet ſe cõſpectui hominum, quòd nulla poteſt tergiuerſatione celari. Et fortius comprobatur ex textu in *cap. Tuanos, el 8. dict. tit. de Cohabitat.* in quo Innocentius Papa Tertius, ſic de-
» cernens ait. Nos igitur conſultationi tuæ taliter
» reſpondemus, quod ſi crimen eorum, ita publicum
» eſt, vt meritò debeat appellari notorium: in eo ca-
» ſu, nec teſtis, nec accuſator eſt neceſſarius, cum hu-
» iuſmodi crimen, nulla poſſit tergiuerſatione celari.
» Si verò publicum eſt, non ex euidentia, ſed ex fa-
» ma: in eo caſu, ad condemnationem eorum, ſola
» teſtimonia non ſufficiunt: cum non ſit teſtimoniis,
» ſed teſtibus iudicandum. Hactenùs Innocentius, in illa Decretali.

36 Hîc aduertere duxi cum Leonardo Leſſio, *de Iuſt. & Iure, lib. 2. cap. 11. dubitat. 13. num. 74.* *Notorium* dici dupliciter: ſimpliciter ſcilicet, ac abſolutè: & ſecundùm quid, ſeu reſpectu loci determinati. Ad Notorium in hac ſecunda acceptione, ſufficit quod maior pars incolarum illius loci, Collegij, aut Congregationis factum ita certè ſciat, vt nulla queat tergiuerſatione celari, dummodò communitas illa, qualiſcumque illa ſit, decem ſaltem incolis conſtet. Ad Notorium autem abſolutè, & ſimpliciter ſumptum, hæc non ſufficit ſcientia, ſed requiritur, vt ſit aliis communitatibus communis, etſi non omnibus, pluribus ſaltem & vt plurimum. Sed tanti huius Doctoris audiamus verba.

Addit Nauarrus, *cap. 25. Enchirid. num. 73.* etiam dici Notorium, quod euidenter notum eſt maiori parti alicuius Congregationis, ſeu Collegij, vbi non ſunt pauciores, quàm decem. Itaquè ſi ſex, aut ſeptem in Congregatione, vbi decem, vel vndecim ſint, factum ſciant, dicitur eſſe Notorium: quod verum eſt reſpectu illius Congregationis, non autem abſolutè. Quidquid enim notum eſt maiori parti alicuius Collegij, vel Congregationis, eſt Notorium in illa Congregatione, non autem abſolutè reſpectu totius Vrbis, aut Parœciæ. Huc vſque Leſſius, cui accinit Emmanuel Sa, *verbo Manifeſtum, num. 2.*

37 *Notorium*, in triplici eſt differentia. Aliud enim eſt Notorium *Facti*; aliud Notorium *Iuris*; & aliud Notorium *Præſumptionis*. Ita diſtinguit Gloſſa, *in Can. Manifeſta, verbo eodem, el 15. 2. quæſt. 1.* dicens. Notorium triplex eſt. Eſt enim Notorium Facti, Notorium Iuris; & Notorium Præſumptionis. Gloſſa etiam *in cap. Veſtra, verbo Notorium, el 7. de Cohabitat. Clericor. & mulier.* Sic fatur. Circa Notorium diſtingue: Aliud eſt Notorium Facti; aliud Iuris; aliud Præſumptionis.

38 Notorium Facti, vt hæc Gloſſa ait, eſt, quod ita exhibet ſe conſpectui hominum, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari. Et vti illa. Notorium Facti eſt, quod exhibet, & offert ſe oculis omnium: id eſt, quod ita habet Facti euidentiam, quod non poteſt negari: ſupple probabiliter. Conſonat Leſſius, *loco recedito, num. 73.* dicens. Notorium Facti dicitur, quod in præſentia multorum eſt perpetratum, vel quod maiori parti viciniæ, paſſim ob oculos verſatur. Pro vtroque exemplum adfert, dicens. Vt ſi quis in platea publica pugnet, vel iurgia cum clamore miſceat: Si quis publicè concubineam habeat, & domi filios alat.

Accinit Lezana *tomo 2. part. 4. verbo Notorium,* 39
num. 5. vbi nonnulla pro Notorio adnotat Facti. *Primum* eſt, pro illo non ſufficere notitiam (certam ſcilicet) paucorum hominum, ſed requiri vt illa ſit maioris, vel magnæ ſaltem partis loci, viciniæ, Conuentus, &c. Quod & tenet Laurentius de Peyrinis *in Formulario Prælatorum Regularium, litt. P. cap. 17. pagina mihi 674. num. 3. & 4. Secundum*, conſiderari debere locum, in quo res contingit, vt ſcilicet publicus ſit, in quem ſoleat conuenire communitas. Conſonat etiam in hoc P. Peyrinus. *Tertium* eſt, conſiderari etiam debere tempus in quo res contingit, nempè Dies. Quia quod nocte fit, ſecretum cenſetur, iuxta doctrinam traditam ab Abbate *in cap. Veſtra, ſæpe citato de Cohabitatione Clericor. & mulierum*, à Sylueſtro, *in Summa, Verbo Notorium, quæſt. 1.* & à Maſcardo, *de Probationibus, concluſ. 1106. num. 18.* quam etiam Laurentius de Peyrinis citatus ſequitur cum Speculat. *lib. 3. de Nœcr. crimin. §. 8. à num. 5.* *Quartum* eſt, ad qualitatem perſonarum coram quibus res contingit attendi debere. An ſcilicet, prudentis arbitrio, iudicari poſſit rem geſtam manifeſtaturos, vel non. Suarez, *tomo 5. in 3. partem D. Th. diſputat. 9. ſect. 2. num. 11.* & Theſaurus, *in Praxi, parte 1. cap. 21.* *Quintum* eſt, attendi etiam debere ad Numerum perſonarum in communitate, in qua res contingit, exiſtentium: vti cum Farinacio, *part. 1. Praxis, quæſt. 21. num. 45.* docet Laurentius de Peyrinis, *vbi proximè.* Quia minor numerus ſufficit ad faciendum Notorium in parua, quàm in magna communitate. Quot autem perſonæ debeant in communitate exiſtere, vt res, quæ in ea contingit, ſi à maiori, aut à magna illius parte ſciatur, notoria dicatur, non eſt eadem omnium Doctorum ſententia. Exiſtere enim debere ſaltem decem, docent Nauarrus, & Leſſius *num. 36.* allegati; alij verò, quos ſupreſſis nominibus recenſet, & ſequitur præfatus Peyrinus, tres ſaltem ſufficere, vt exiſtant in parua communitate, vti in paruo Conuentu, in quo non eſt magnus Religioſorum numerus, è contra tenent.

Quando denique aliquid dicatur Notorium Fa- 40
cti, cum non ſit expreſſum in Iure, relinquendum eſſe Iudicis arbitrio, qui attento ipſo facto, & inſpectis circunſtantiis loci, temporis, & perſonarum interuenientium, quoad quantitatem, numerum, & qualitatem earum, iudicet an ſit notorium, necne, docet idem Laurentius de Peyrinis *loco citato*, cum Speculat. *Vbi proximè, num. 6.* Farinacio, *dicta quæſt. 21. num. 48.* Maſcardo, *de Probationibus, concluſ. 1106. num. 18.* & cum aliis penes ipſos.

Quod ſi petas, ad probandum Notorium, quot 41
ſufficiant teſtes? Reſpondet Peyrinus, *in loco ſæpe allegato, num. 4.* ex Iulio Claro, *in Praxi criminali, lib. 5 §. fin. quæſt. 9. num. 6.* Speculatore, *lib. 3. Rubrica de Notor. crim. §. 8. nu. 17. & 20.* & ex Farinacio, *part. 1. Praxis, quæſt. 21. num. 109.* duo ſufficere deponentes de viſu: ſcilicet, quod erant præſentes, & viderunt crimen de quo teſtificantur,

cantur, & quod ibi erat maior pars Communitatis, quæ idem, quod ipſi videre potuit. Alij tamen, quos recenſent Farinacius, *num.* 107. & Maſcardus, *num.* 21. dicunt; non eſſe neceſſe, quod deponant, ſe vidiſſe factum; ſed ſufficere, quod deponant, ſe vidiſſe populum præſentem facto.

42 Præfatus Laurentius de Peyrinis adnotat num. 5. quod antequàm Iudex procedat per modum Notorij, debet declarare in proceſſu, delictum eſſe notorium, & per hoc, quod intendit in eo procedere per viam Notorij. Ad quam declarationem præcedere debet duorum teſtium examen, qui de Notorio deponant. Ita ille, ex Iulio Claro, *vbi proximè*, *num.* 8. Quæ certè doctrina bene mihi arridet, ſolum in caſu, quo ipſi Iudici non conſtet de ipſo Notorio, ſed illud ignoret, aut de eo dubitet: ſi enim ipſi de Notorio conſtet, examen illud præmittere neutiquam debet. Non ad illud tenetur.

Hæc mea limitatio probatur quia quæ manifeſta ſunt, iudiciarium ordinem non requirunt. *Can. Prohibentur*, 2. *q.* 1. & manifeſta accuſatione non indigent. *Can. Manifeſta, ead. cauſa, & q.* Ergo neque probatione indigent, vti interpretatur Tamburinus, *de Iure Abbat. to.* 3. *diſp.* 4. *q.* 11. *in fine.* Et illuſtratur exemplo Iudicis Conſeruatoris, qui per modum Notorij ſemper procedere debet, ſiquidem cognoſcere nequit, niſi de manifeſtis, & notoriis iniuriis, & violentiis, vti conſtat ex textu in *cap.* 1. *de Officio Iudicis delegati, in* 6. Et ibi Gloſſa *verbo Conſeruatores*, ibi. De manifeſtis ergo, ſolummodò habent cognoſcere. Et intellige manifeſta illa, quæ notoria ſunt, & ita patentia, quod nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt. Hæc Gloſſa. Barboſa, *de Poteſtate Epiſ. part.* 3. *allegat.* 106. *pag. mihi* 373. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.* 1. *parte* 2. *cap.* 10. *num.* 52. & alij communiter Doctores. Conſeruator autem ad ea, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam non valet extendere poteſtatem, ita decernente Innocentio Papa Quarto *in dicto cap.* 1. *Statuimus.* Id eſt, vt inquit Gloſſa, *verbo Indaginem*, non poteſt ſe intromittere in cauſæ cognitione, ſeu in ipſius examinatione. Qua tamen prohibitione non obſtante, poteſt Iudex Conſeruator & tenetur, vt munus ſuum valeat exercere, ſummariam informationem de notorietate iniuriæ, & violentiæ præmittere, ſi de illa dubitet qualitate Notorij, vel clarè de illa non appareat. Quæ vtique probatio recipere poteſt, & debet ad ſuam iuriſdictionem fundandam, ita vtſi inueniat iniuriam, & violentiam notoriam, procedat; aliàs ſe incompetentem pronunciat. Ita Gloſſa, *verbo Conſeruatores, à medio*, Barboſa, *num.* 20. cum communi Doctorum, & Lezana, *dicto num.* 62.

Et ratio eſt, quia cum alicui iuriſdictio committitur, committitur quoque id ſine quo illa exerceri non poteſt. Lezana, cum Moneta *de Conſeruatoribus, cap.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 90. & 93. & Molina, *tom.* 6. *diſputat.* 29. *numero* 2. Et quilibet Iudex conſtitutus, ad videndum an ſit ſua iuriſdictio, poterit indagare, an ſua illa ſit, & illud inquirere, etiam in forma iudicij, vti docet Barboſa, *ex regula in L.* 2. *ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum, & cap. Præterea, de Officio Iudicis delegati.* Ioanne Andrea *colum.* 3. Dominico, *num.* 6. & 7. Anchar. *num.* 5. *in dictum cap.* 1. *dicti tituli in* 6. Emman. Roderiq. *tomo* 1. *QQ Regularium, quæſt.* 65. *art.* 12. *verſic. Sed contraria*, Azorio, *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *quæſt.* 7. & Molina *vbi proximè*, id in terminis reſoluentibus. Et meritò quidem, quia vbicumquè iuriſdictio alicui competit reſpectu certæ qualitatis, debet ante omnia eidem, de illa conſtare qualitate. Barboſa, *num.* 19. per Bartolum, *in L. Multum intereſt, num.* 2. & 5. *ff. de Condic. & demonſt. Siculum, num.* 50. *cum ſeqq. in cap.* 1. *de Officio Delegati.* Vantium, *de Nullitate tit. ex defectu Iuriſdictionis Ordin. num.* 167. & Petrum Barboſa *in L. Siquis ex aliena, num.* 148. *ff. de Iudiciis.* Etſi de illa qualitate non poſſet per informationem illi conſtare, illam aliàs ignoranti, talis Iudicis officium eſſet inutile, vti bene Gloſſa *in dict. cap.* 1. *de Officio Iudic. Delegati in* 6. *verbo Conſeruatores.* Sicut igitur Iudex Conſeruator poteſt, ſine præuia probatione Notorij, in cauſa procedere, quoties illi aliàs de tali conſtat qualitate, ſic & quilib. & Iudex per modum Notorij volens in qualibet cauſa procedere, bene valet, abſq; vllo teſtium præuio examine, ad præfatam procedere declarationem, ſi de eadem qualitate non dubitet.

43 An autem hæc requiratur Declaratio, etiam in Notorio Facti permanentis, & in Notorio coram ipſo Iudice facto, non eſt concors Doctorum Sententia. Nàm Bajard. *ad dictum Iulij Clari locum, num.* 8. tenet apud Laurent. de Peyrinis, quod non; Farinacius autem, ſemper illam eſſe neceſſariam, ſiue factum negetur per reum, ſiue non, maximè ſi neget. Docet *in Praxi criminali, part.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 116.

44 Tandem aduertit P. Peyrinus, *in Formulario Prælatorum Regular. Litt. P. cap.* 17. *num.* 6. quòd quando reus in delicto notorio examinatur, non debet dubitatiuè examinari: An ſcilicet tale patrauerit facinus; ſed aſſertiuè: ſcilicet. Notum eſt, quod tale commiſiſti delictum, cur illud commiſiſti? Allegat plura ſacræ Scripturæ teſtimonia, ex *Geneſi cap.* 6. Perſpicuum eſt, quod vxor tua ſit, cur mentitus es eam ſororem tuam eſſe? *Exodi cap.* 32. Quid tibi fuit populus hic, quia induxiſti ſuper eos peccatum magnum? *I. Regum, cap.* 13. Quid feciſti? & *ex cap.* 2. *eiuſdem libri.* Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio res peſſimas ab omni populo? Allegat & Lucam de Penna, *in L. Quoties, colum.* 8. *Cod. de Dignitatibus, lib.* 12. & Follerium *in Practica criminali, rubrica. Item, qui captus eſt in flagranti, num.* 12.

45 Notorium *Iuris eſt*, quoad clarè conſtat, vel per Iudicis ſententiam diffinitiuam vel per confeſſionem rei in iudicio, vel tandem per probationem plenè in iudicio, per idoneos factam teſtes. Ita quoad duas priores partes Gloſſa in *cap. Veſtra, verbo Notorium*, & *verbo Non diffitetur, el* 7. *de Cohabitatione Clericorum, & mulierum.* Et quoad ſecundã, & tertiam, Gloſſa, *in Can. Manifeſta, verbo eodem*, 2. *quæſt.* 1. Ioannes Bapt. Lezana, quoad omnes, *in Summa QQ. Regular. tom.* 2. *part.* 4. *verbo Notorium num.* 4. in caſu, quo probationes tam claræ ſint, & manifeſtæ, vt neque coloratè impugnari poſſint. Sic ille ex Maſcardo, *de Probationibus, concluſ.* 1106. *nu.* 26. & 29. & ex Theſauro, *in Praxi, part.* 1. *cap.* 21. §. *Notorium Iuris.* Et huic ſolido innititur fundamento. Quia illud eſt Notorium, quod adeo euidens eſt, & clarum, vt negari non poſſit.

Et in hoc ſenſu, admittit Lezana ſententiam aſſerentem eſſe Notorium Iuris, quod in iudicio plenè eſt probatum, etiamſi reus crimen non confiteatur, nec Iudex de illo ſententiam proferat, quam colligit ex Toleto, *in Summa, lib.* 5. *cap.* 36. §. *Ille dicitur*, & ex Leſſio, *de Iuſtitia, & Iure lib.* 2. *cap.* 11. *dubit.* 13. *num.* 73. & ex aliis, quibus addo

ipſum

ipſum Leonardum Leſſ. *eod. lib. cap.* 20. *dubitat.* 22. *num.* 185. cum Couarruuia, *lib.* 3. *variarum, cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. Emmanuelem Sa, *verbo Manifeſtum n.* 3. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 25. & Sylueſtro, *verbo Notorium, num.* 3. & Auguſtinum Barboſa *de Poteſtate Epiſc. parte* 2. *allegat.* 39. *num.* 24. vbi poſtquam *n* 23. dixerat, ex Maſcardo *concluſ.* 1326. *num* 4. Farinacio *in Praxi q* 21. *num.* 31. Stephano Gratiano *diſceptat. forenſ. cap.* 142. *num.* 9. *&* 10. Aldrete, *de Diſciplina Religioſa tuenda, lib.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 11 Afflicto Menochio, & aliis, dici Notorium delictum, quod committitur, aut confitetur, in iudicio, addit: *item omne illud quod ex actis iudicij conſtat.* Pro quo allegat. Menochium, *Remed.* 1. *Recuper. num.* 232. *& de Arbitrariis, caſu* 166. *n* 61. *in conſilio* 100. *num.* 6. Tiraquellum, *de Retract. lignag.* §. 36. *gloſſa* 2. *n.* 44. Maſcardum, *concluſ.* 1101. *num.* 13. *& ſeqq.* Farinacium *dicta quæſt.* 21. *num.* 14. *& quæſt.* 9 *num.* 20. Mendez à Caſtro, *in Praxi Luſitana lib.* 3. *cap.* 15. *num.* & Aldrete, §. 2. *num.* 10. & concludit cum Maſcardo, *concluſ.* 1296. *num.* 15. & Farinacio *num.* 31. eſſe Notorium, quod deducitur ex ſententia in iudicio prolata. Quare dictum Gloſſæ *in cap. Veſtra citat.* Peyrini, *in Formulario Prælator, litt. P. cap.* 17. *num.* 1. & aliorum recenſentium inter Notoria Iuris; ſolum ea, quæ per confeſſionem in iudicio factam, & quæ per diffinitiuam conſtant ſententiam, excludere non debet à Notorio Iuris, quæ plenè probatum fuerit in iudicio, ita vt probabiliter impugnari nequeat.

46 Conſultò dixi: *per confeſſionem in iudicio factam.* Quia confeſſio extrà iudicialis, etiamſi coram Paroco fiat, & teſtibus, Notorium Iuris non inducit, vti benè Leonard. Leſſius docet *dicto cap.* 20. *dubitat.* 22. *num.* 185. cum P. Molina, *diſutat.* 333.

47 Notorium denique *Præſumptionis* eſt, vt ſi aliquis publicè habitus pro alicuius filio: ibi enim non requiritur aliquis Iuris ordo. Hoc enim, quod aliquis ſit alterius filius, verè probari non poteſt, ſed potius per præſumptiones. Ita Gloſſa, *in Can. Manifeſta, verbo eodem, in fine, el* 15. 2. *quæſt.* 1. & Gloſſa, *in cap. Veſtra, verbo Notorium, in fine el* 7. *de Cohabitatione Clericorum, & Mulierum, & in cap. Michaël, verbo Conſtiterit, el* 13. *de Filiis Presbyterorũ.* Vndè Conſanguinitas dicitur notoria præſumpta, quia verè probari non poteſt, quod vnius alterius ſit filius. Vti dicta Gloſſa *in Can. Manifeſta, ex L. Lucius, ff. de Condi. & demon.*

48 Duo rursùs, pro *Notorio* adnotare duxi. *Primum*, quod id, quòd aliquandò eſt notorium, poteſt occultum effici: vt ſi omnes, qui id nouerunt, moriantur: Sic Lezana, *verbo Notorium, num.* 6. cum Thoma Sanchez, *tomo* 2. *Conſilior. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 3. *num.* 14. & Corduba. Et idem eſt quoad Notorium Iuris, ſi acta ſententiæ diffinitiuæ Iudicis competentis, (hæc enim qualitas ſemper ſupponitur ad ſententiæ valorem, & effectum,) aut confeſſionis rei, in iudicio factæ, vel legitimæ, & plenæ probationis, per idoneos factæ teſtes, deperdita ſunt. Et ratio in promptu eſt. Quia deeſt radix, & origo, vnde Notorium Iuris naſcebatur: de cuius conſeruatione, hoc, dubio procul, dependebat, ſicut de ea, ad fieri, dependere, omnes fateri tenentur. Iudicialia enim, præcipuè in conſeruari, maximè actis publicis, in iudicio factis dependere, nefas ſit dubitare.

49 *Secundum*, quod quando de delicto agitur Notorio, attendi non debet ad factum materialiter ſumptum, ſed ad ipſum formaliter, in ratione delicti conſideratum. Vndè etiamſi Notorium ſit Sacerdotem celebraſſe, ſi notorium non ſit illum celebraſſe cenſura irretitum, irregularitas ex celebratione ſequuta, notoria minimè cenſebitur. Et ſi notorium aliquem ingreſſum fuiſſe in Monialium clauſuram, non tamen eſt notorium ingreſſum fuiſſe ſine licentia, huiuſmodi ingreſſus, notorius in ratione non cenſebitur delicti. Sic illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo* 12. *num.* 32. *reſponſ.* 98. *num.* 213. Lezana, *vbi proximè, num* 7. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 255. *in fine*, & Theſauro, *in Praxi, part.* 1. *cap.* 21. §. *Aduertendum ſecundò.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 39. *num.* 26. vbi ita fatur. Vndè etiam optimè, aliqui Doctores exigunt, vt delictum non ſit occultum, ſed publicum (aut Notorium) quod non tantùm actus, qui eſt delictum, ſit publicus, ſed etiam vt ſit publicum eum fuiſſe delictum: hinc reſoluentes, poſſe Epiſcopum diſpenſare, etiamſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantùm delictum, adhuc enim occultum dicitur delictum. Hæc Barboſa, qui allegat Emmanuelem Sa, *verbo Epiſcopus, num.* 35. Emman. Roderiquez, *in Summa, part.* 1. *cap.* 176. *num.* 3. Henriquez, *in Summa, lib.* 14. *cap.* 20. *num.* 4. Sayrum, *in Theſauro, lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 13. Bonacinam, *de Cenſuris diſputat.* 7. *quæſt* 5. *punct.* 1. *num.* 4. *verſic. Dixi in prouenientibus.* Sigiſmundum à Bononia, *de Election. dub.* 71. Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, parte* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 25. *&* 29. Aloyſium Riccium, *in Praxi Fori Eccleſiaſtici, reſolut.* 450. *num.* 5. *in* 2. *editione.* Vgolinum, *de Cenſuris, Tabula* 1. *cap.* 131. §. 7. *ſub num.* 4. & alios.

In eadem fuit ſententia Sanchez, *tomo* 3. *de Matrimonio, lib.* 8. *diſputat.* 34. *numero* 56. dicens. Tradunt optimè aliqui Doctores exigi vt delictum non ſit occultum, ſed publicum; non tantùm vt actus, qui eſt delictum, ſit publicus, ſed etiam ſit publicum eum feciſſe delictum. Quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi iuxta verbi qualitatem. *L. In delictis, §* 1. *ff. de Noxalibus.* Neque enim verè dicitur delictum publicum, quamuis materialiter ſit actus ille publicus, niſi formaliter publicus, nempe in quantùm delictum. Hactenus Th. Sanchez, qui addit ſic fuiſſe deffinitum in Sacra Pœnitentiaria. Hæc de Notorio ſufficiant.

Occultum omne illud eſt, quod Famoſo, vel Publico, Manifeſto, & Notorio opponitur: ſeu quod notum non eſt aliquo ex prædictis modis. Ita Emmanuel Sa, *verbo Manifeſtum, num.* 4. *verſic. Publicum crimen.* Lezana, *tomo* 2. *part.* 4. *verbo Occultum, num* 4. *&* 5. Barboſa *dicta allegat.* 39. *num.* 21. cum Panormitano *in cap. fin. de Tempore Ordinat.* vbi occultum crimen ad hoc, vt quis poſſit promoueri, appellat illud, quod Notorio opponitur, *& in c. Quæſitum de Pœnitentiis, & Remiſſionibus.* 50

Diuiditur Occultum, in Occultum per ſe, & Occultum per accidens, vti benè Ioannes Caramuel, *in Theologia Fundamentali, Fund.* 24. *num.* 701. Lezana, *vbi proximè, num.* 2. Occultum per ſe, eſt illud, quod mihi habet, ex natura ſua, vnde ab hominibus cognoſci queat. Huiuſmodi eſt actus internus intellectus, & voluntatis, nullo ſigno manifeſtatus externo. Occultum per accidens, eſt illud, quod ex natura ſua ab hominibus valet cognoſci; de facto tamen minimè cognoſcitur: quia qui illud cognoſceret, deſuit. Huiuſmodi eſt actus externè factus, quem nemo vidit, quia nullus in loco, quo factus eſt, erat. Ita cum Caietano, & Aragon, 2. 2. *quæſt.* 11. *artic.* 3. Lezana *dicto num.* 2. 51

Occultum per accidens adhuc eſt in triplici differentia. *Primum* eſt, vt diſtinguitur contra Probabile: & eſt illud, quod ſi extrinſecè fuerit factum, 52

idoneis tamen teſtibus probari non poteſt, etiamſi ab aliquibus ſciatur, de quo Iacobus de Graffis, *in Deciſionibus aureis, part.1. lib.1.cap.13. num.43.* cum Gloſſa, *in can. Manifeſta 2. quæſt.1.* illuminatus Moronus, *in centum Reſponſis, reſponſ.98. num.203.* cum Abbate *in cap.ex litteris, de tempore Ordinationum*, Ioannes Bapt. Lezana, *verbo Occultum, num.2.* Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.3. in Praxi Criminali quæſito 3.num.3.* de illo agit.

Secundum eſt, provt opponitur Famoſo, ſeu Publico, & eſt illud, quod licet probari valeat, non tamen laborat infamia. Sic Graffius, qui de illo ait. Eſt, quod ab Eccleſia toleratur. Sic Moronus etiam, & Lezana, *locis proximè* redditis. *Tertium* tandem Occultum per accidens eſt, provt condiſtinguitur contra Notorium. Et eſt illud, quod etſi infamia laboret, & probari poſſit, non tamen tam manifeſtum eſt, & clarum quod tergiuerſatione celari, aut excuſari nequeat. Ita Graffius cum Soto, *de ratione tegendi ſecretum, memb.2.* Moronus, *dicto num.203.* cum Angelo, & Sylueſtro, *verbo Occultum*, & Ioannes Bapt. Lezana *dicto num.2.*

53 Quæ diuiſio, ac ſubdiuiſio Occulti valdè adnotanda venit, pro multorum reſolutione dubiorum, tam in materia præceptiua, & odioſa, quàm in fauorabili, & priuilegiata. Occultum enim per ſe, ſub Eccleſiæ non cadit iuriſdictione (ſaltem directè,) vti benè Marcus Vidal, *in Arca Vitali, de Sacramento Pœnitentiæ, inquiſitione 1. num.43.* Vndè actus merè internus, reſeruari non valet, nec puniri: neque ſub facultate abſoluendi, aut diſpenſandi venit. Ità D. Thomas, *2.2. quæſt.104. artic. 5. in corpore*, ibi. Et ideò in his, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, ſed ſolùm Deo. Vbi Caietanus, *verſic. Ad primum*, ſic ait. Ad primum horum dicitur, quod actus interiores dupliciter inueniuntur, ſcilicet ſecundùm ſe tantùm, & ſic non ſubiiciuntur iudicio humano, » iuxta illud Apoſtoli, *1. ad Corinthios 4.* Nolite ante » tempus iudicare, donec Dominus manifeſtet conſilia » cordium. Alio modo vt ſunt rationes actuum exteriorum, & ſic computantur cum actibus exterioribus iudicio humano ſubditis, & hoc modo cadunt ſub inhibitionibus Eccleſiæ. Hactenus Cardinalis Caietanus, cui conſonat Moronus, *reſponſo 3.n.121.* dicens. Intellige tamen, niſi actus internus ita externo ſit copulatus, vt externus non poſſit perfici ſine interno: vt v. gr. Superior iubet Sacrificium pro aliquo offerri. Subditus tenetur habere intentionem illud applicandi iuxta præceptum Superioris, quia aliàs non eſſet Sacrum fieri pro tali, quod eſt imperatum. Hæc ille.

54 Occultum autem per accidens, in prima acceptione ſumptum, provt ſcilicet diſtinguitur contra probabile, ſub fauorabili cadit conceſſione: quia reuerà, & ſimpliciter occultum eſt, cum nec Famoſum, ſeu Publicum, nec Manifeſtum, nec denique Notorium ſit. Vndè Epiſcopus virtute Concilij Tridentini, *ſeſſ. 24 de Reformatione cap.6.* diſpenſare poteſt quando delictum non eſt publicum, vel notorium, quamuis ſit notum tribus, vel quatuor, nec de illo ſit fama in maiori parte viciniæ, vel Collegij, vti docet Auguſt. Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi, part. 2. allegat. 39 num.25.* Et Prælati Regulares in vim dicti Conciliaris Decreti, & Priuilegij Pij Papæ Quinti, Dominicanis conceſſi, poſſunt cum ſubditis ſuis in caſibus ſuis occultis diſpenſare, & eos abſoluere. Ita Lezana, *tomo 2. parte 4. verbo Occultum, n.3.* qui addit, quod Barboſa, videlicet, hoc verum eſſe, etiamſi actus illi externi ſint, & ab vno, vel duobus ſciantur. Tales enim caſus (inquit) dicuntur improbabiles. Quod certè vltimum, in ſano ſenſu intelligi debet. Duo enim teſtes, vt plurimùm; idonei ſunt ad probandum, iuxta illud *Matthæi 18.* vt in ore duorum, vel trium teſtium, ſtat omne verbum. Et tenet doctrina tradita, etiamſi tutus, ſuper quibus erit diſpenſandum, publici ſint, dummodò in ratione delictorum non ſint publici: id eſt, poſſe diſpenſari in actu, quem publicè conſtat fuiſſe factum, ſi non eſt publicum fuiſſe dictum. Sequitur ex dictis *num.49.* & in terminis docet Barboſa, *num.26.* cum Sa, & aliis, quos ex ipſo *dict. num. 49.* recenſui.

Conſultò *vt plurimùm* dixi. Quia vti conſtat *ex* 55 *cap. licèt vniuerſis, el 23. de teſtibus, & atteſtationibus*, quædam ſunt cauſæ, quæ plures, quàm duos exigunt teſtes. Quæ autem illæ ſint, exprimit Gloſſa, *verbo Quædam.* Pro teſtamento enim, de Iure Cæſareo, ſeptem requiruntur teſtes. *L. Hæc conſultiſſima, Cod. de Teſtibus.* Et pro donatione cauſa mortis, quinque exiguntur. *L. fin. Cod. de Donationibus cauſa mortis.* Et in Codicilliis alij quinque, *L. vlt. Cod. de Codicilliis*, Baſſæus, *tomo 1. verbo Codicillus, num.1.* cum Leſſio, *de Iuſt. lib.2. cap.19. num.2.* Bonacina, *de Contractibus, diſputat. 3. quæſt.17. n.2.* Quandóque requiruntur plures. Sylueſter Papa in Concilio Romano, *cap.3.* ex quo deſumptus eſt, *Canon Præſul, el 2.2. quæſt.4.* ſic ſtatuit. Præſul non damnabitur, niſi cum ſeptuaginta duobus teſtibus.. » Presbyter autem Cardinalis, niſi cum quadraginta » quatuor teſtibus non damnabitur. Diaconus verò » Cardinalis Vrbis Romæ, niſi triginta ſeptem teſti- » bus non condamnabitur. Subdiaconus, Acolitus, » Exorciſta, Lector, Oſtiarius, non niſi ſeptem teſti- » bus condemnabitur. Hæc omnia ibi. *Et in Can. Nullam el 3. ead. quæſt.4.* contra Epiſcopum, eundem numerum ſeptuaginta duorum teſtium Leo Papa Quartus aſſignat.

In caſu pariter noſtro, de loci ſacri pollutione, 56 certum eſt non attendendas actiones occultas per accidens, in dicta acceptione prima. Si enim Eccleſia polluta non cenſetur, quando homicidium in ea factum, à tribus, vel quatuor, qui ſecreto apud ſe illud retineant ſcitur, iuxta dicta *ſupra num.28.* ſecreto tamen illo durante, à fortiori; polluta non cenſebitur, quoties idoneis teſtibus, ob iſtorum defectum, illud probari nequit.

Occultum per accidens in ſecunda acceptione, 57 provt ſcilicet non eſt Famoſum, & Publicum ſub conceſſione fauorabili, in foro conſcientiæ venire quoad Breuiaria S. Pœnitentiariæ, in quibus adeſt clauſula: *Dummodò impedimentum occultum ſit.* Tenet Nicolaus Garcia, *de Beneficiis, part.7.cap.11. num 46. pag mihi 89.* Secus tamen docet cum Iacobo de Graffis, *lib.1. Deciſionum aurearum, c.13. n.45* quoad facultatem diſpenſandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario. Quod probat ex Declarationibus S. Congregationis Concilij, *ſuper ſeſſ.24. c.6.* ibi. Occulto. Quas ſic refert.

Intelligendum eſt Occultum, ſecundùm terminos 58 Iuris.

Abſolutus, vel diſpenſatus à proprio Epiſcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus teſtibus, quod tamen non fuit notorium, non eſt tutus in conſcientia. Quia Concilium vtitur termino Occulto, quod propriè loquendo dicitur, quod probari non poteſt. *Cap. Veſtra, de Cohabitatione Clericorum*; at per duos teſtes probari poteſt, & verba Concilij intelligi debent ſecundùm proprietatem. Idem reſpondet de illis, qui occaſione delictorum occultorum fuérunt inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, rei ipſi non fuerunt quidem

dem abſoluti, nec diffinitiuè, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi, recepta promiſſione, de ſe præſentando, non poſſe iſtos vti huius Canonis beneficio: quia deducta ad forum contentioſum: ſicque ſufficit ſola deductio, quidquid inde ſequatur. Hactenus S. Congregatio.

59 Contrariam nihilominus ſententiam, quam probabilem ipſe pronunciat Garcia, tenent apud eum *num.* 45. Nauarrus, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 250. aliàs 255. Maiolus, *de Irregularitate, lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 4. Antonius Rochus, *de Viſitatione, verbo Occultis*, Zerola *in praxi Epiſcoporum, part.* 2. *verbo Irregularitas*, §. Marcus Antonius Genuenſis, *in Praxi Archiepiſcopalis Curiæ Neapolitanæ, cap.* 66. *num.* 2. Candelabrum aureum, *de Irregularitate, num.* 315. Cechus, *de Caſibus reſeruatis, caſu vltimo, num.* 1. *& de Irregularitate, circa finem.* Gregorius Sayrus, *in Theſauro, lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 21. Vgolinus, *de Officio Epiſcopi, cap.* 57. §. 2. *num.* 3. *&* 5. Piaſecius, *in Praxi Epiſcoporum, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. Ludouicus Lopez, *tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 8. Henriquez, *in Summa, lib.* 14. *cap...* §. 4. Vega, *in Summa, part.* 1. *cap.* 49. *caſu* 16. Sorbus, *in Compendio Priuilegiorum Mendicantium, in reſolutionibus materiæ abſolutionum, pag.* 48. Toletus, *in Summa, lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 5. & Victorellus ibi in Annotationibus. Compendium priuilegiorum Ciſtercienſium Hiſpaniæ, *verbo Abſolutio, quoad Monachos, ſub* §. 11. Auila, *de Cenſuris, part.* 2. *cap.* 7. *diſputat.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 2. *& part.* 7. *diſputat.* 10 *dub.* 2. Franciſcus Suarez, *tomo* 4. *in* 3. *part. D. Th. diſputat.* 30. *ſect.* 2. *nu.* 2. *& tom.* 5. *diſputat.* 41. *ſect.* 2. *num.* 6. & Molina, *de Iuſtitia, tract.* 3. *diſputat.* 79. *num.* 8. *verſic.* 2.

Quibus addo Ioannem Baptiſtam Lezana, *in*
60 *Summa QQ. Regularium, tom.* 2. *part.* 4. *verbo Occultum, num.* 5. aſſerentem, quod in prædicta facultate, caſus occulti nomine, intelligatur id, quod etſi probari poſſit per teſtes idoneos, de facto tamen non eſt probatum, publicatum, aut diffamatum. Quod & probat ex ipſo Tridentino. Cum enim Sancta Synodus dixiſſet: *liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, diſpenſare*: id limitat dicens: *exceptis deductis ad forum contentioſum.* Ergo ſub prædicta cadunt facultate ea, quæ non ſunt deducta ad forum contentioſum, etiamſi probari benè poſſint. Quia exceptio firmat regulam in contrarium, in non exceptis.

61 Eandem tenet ſententiam Auguſtinus Barboſa cum pluribus, quos recenſet, *in Collectanea ad Concilium præfatum, dicta ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *num.* 29. *pag. mihi* 402. *& de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 39. *à num.* 21. quam ex præcedenti probat ratione. Tum etiam, quia occultum plerumque accipitur, non provt eſt improbabile; ſed provt contradinſtinguitur à Notorio Publico, vel Famoſo, ſecundùm Abbatem, *in cap. Quæſitum, el* 7. *de Pœnitentiis, & Remiſſionibus, & in cap. Quæſitum eſt, el* 17. *& fin. de Temporibus Ordinationum.* Vbi occultum crimen, ad hoc vt quis poſſit promoueri appellat illud, quod Notorio opponitur, licet probari poſſit. Notorium autem eſt plena notitia rei, indubitatam, & finitam probationem, diſcuſſione non egentem, inducens. Ergo vt aliquid ſit occultum, ſufficit, etiam ſi facilè probari, queat, vt notorium non ſit, ad effectum, vt quis ad Ordines poſſit promoueri, ab occultiſque abſolui, & diſpenſari contra id, quod tenet Lezana, *vbi ſuprà num.* 4. ea ductus ratione, quia tale occultum, cum aliàs non ſolum ſit probabile, ſed etiam publicum, & famoſum, non poteſt dici ſimpliciter occultum, ſed ſecundùm quid, & largo modo, quatenus opponitur Notorio, ſeu quatenus Notorium non eſt. Ac per conſequens, nomine occulti non venit in prædictis priuilegiis. Ita ille. Sed tanti Magiſtri venia, non ita bene. Quia ſi in his quæ Iuris ſunt, Occultum latè, vti modo ex Abbate vidimus, & Barboſa, ſumitur provt Notorio opponitur, quare non ita, in his, quæ priuilegij ſunt non ſumetur, cum Iura ſtrictè, priuilegia verò, amplè debeant interpretari?

62 In terminis autem noſtris, de loci ſacri pollutione, Occultum dicitur, non ſolùm quando probari non poſſit, quia nulli interfuerunt, ſed etiam quando etiamſi interfuiſſent, ſed non publicaſſent, vt non ſolum ſententia, ſed & verbis vtar doctiſſimi Pacis Iordani, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 63. ex Gloſſa, *in can. Quis aliquando,* §. *Hæc ergo, verbo Secreta, de Pœnitentia, diſtinct.* 1. ibi. Argum. eſſe ſecreta, quæ fiunt ſub præſentia quinque hominum. Vnde ſe idem Iordanus explicat, dicens. Quod ſubintelligas, niſi plurimi fuiſſent præſentes, vt numerus eorum conſtitueret multitudinem: quia, etſi ipſi tacerent, quoad alios, ſufficerent tamen inter ſe, vt non poſſit dici factum Occultum. Quæ quidem Pacis doctrina, doctrinæ Leſſij, ſuprà à nobis traditæ, maximè conſonat.

63 Accinit, & Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Blaſphemia, inquiſit. vnica, num.* 38. vbi ſic ait: Reſpondeo Blaſphemiam publicam ſimpliciter loquendo in ordine ad forum conſcientię, eam cenſeri, quando fuerit prolata coram maiori parte alicuius Collegij, vel Communitatis, quæ non poteſt eſſe minor, quàm decem perſonarum, ex Nauarro, *cap.* 25. *num.* 73. Vnde iuxta numerum perſonarum loci, in quo blaſphematur, eſt accipienda notitia multorum audientium blaſphemiam. Nam reſpectu magnæ Ciuitatis, videtur maior numerus requiri, quàm reſpectu alicuius oppidi, vel Collegij.

Verùm quidem eſt, quod ad minus coram ſex 64
perſonis audientibus pronuntiari debet blaſphemia, ad hoc vt publica dicatur, quouis in loco pronuntietur. Quia penè occultum dicitur, quod fit coram quinque. *Cap. Quis aliquando,* §. *Hæc ergo ſecreta, de Pœnitentia, diſt.* 1. & Gloſſa, *in cap. Manifeſta,* 2. *quæſt.* 1. Vbi habetur, occultum dici, quod quinque ſciunt. Publica autem dicitur certè, quando quis in publica platea blaſphemat coram pluribus adſtantibus, qui non tam longè diſtant, vt audire non poſſint: cum ad blaſphemiam publicam denominandam, non ſolùm requiratur præſentia multorum, ſed etiam intelligentia, & notitia illorum; aliàs non eſſe dicenda publica, ſi plures adſtantes, quando quis blaſphemat, non audirent. Facit Gloſſa *in cap. Teſtes,* 3. *quæſt.* 9. vbi non ſufficit præſentia, niſi ſit intelligentia. Quare blaſphemia prolata coram dormientibus, vel ſurdis, vel ebriis, vel amentibus, & huiuſmodi, non eſſet publica. Quia non ſolùm ceſſat cauſa reſeruationis, nempè ſcandalum adſtantium, vel occaſio mali; verùm etiam; quia huiuſmodi adſtantes non audiunt, & non aduertunt ad blaſphemiæ verba.

Aduertendum verò, non poſſe dari certam, & in- 65
fallibilem regulam ad dignoſcendam blaſphemiam publicam, ſiue notoriam facti, quæ tunc contingit, quando quis poſt prolatam blaſphemiam, nequit illam vlla tergiuerſatione celare, & excuſare. Ideò communiter Doctores hoc relinquunt arbitrio, atque iudicio diſcreti, & prudẽtis viri, qui conſideratis omnibus circũſtantiis, meliùs poteſt iudicare an hęc

vel illa blaſphemia, ſit publica, necne. Ita Diana. *part.2. tract.2. Miſcelaneo, reſolut.24.*

66 Hæc omnia ad amuſſim præfatus Vitalis, quæ lubens hîc exſcribere duxi, tam pro doctrina ſuprà adducta firmanda, quàm pro vlteriori intelligentia terminorum, Publicum videlicet, & Notorium: qui confunduntur aliquando, vti hîc à præfato Authore, & à Zerola, *in Praxi Epiſcopali, verbo Pollutio Eccleſiæ, verſic. Secundò.* Vbi inter alia, quæ recenſet neceſſaria ad hoc vt Eccleſia dicatur polluta, primum eſt, vt homicidium, ſanguinis, vel ſeminis effuſio, ſit publica. Vbi etiam addit, non ſufficere ad hoc vt ſit publica, vt ſciatur à duobus, vel tribus. Abbas, *in cap. ſignificaſti, num.2. de Adulteriis, & ſtupro.* Confunduntur igitur non ſemel præfati termini, ſi latè, & impropriè ſumantur, vti *ſuprà num.31.* adnotauimus, ſi tamen in ſtricta, propria, & rigoroſa conſiderentur acceptione, confundi à nemine queunt, quia valdè in illa differunt. Et tandem ea omnia libens recenſui, pro potiori cautela in iudicando, quid ſit Manifeſtum, Publicum, & Notorium in praxi, ſeu hic, & nunc; aut quid tale non ſit, omnino neceſſaria. Huiuſmodi enim iudicium, vt rectum, & prudentiæ conſonum, ex circnnſtantiis maturè diſcuſſis pendere, nemini fas eſt dubitare.

67 Et in terminis de loci ſacri pollutione, Lezana, *tom.2. part.3. verbo Eccleſia, num.13.* Ita fatur. Requiritur ergo, quod res manifeſta ſit, (id eſt Notoria, iuxta dicta *num.37. & 45.* vel præfati euidentiam, aut iuridicam confeſſionem, vel probationem. Verbum *Manifeſta*, ideò de Notoria hoc in loco Lezanæ intelligo; quia pro illius explicatione vtitur Doctor iſte, extremis diuiſionis Notorij: Iuris ſcilicet, & Facti. Huius quidem, ibi. Per facti euidentiam. Et illius, ibi. Aut iuridicam confeſſionem, vel probationem. In quo, vti *num.45.* vidimus, Notorium iuris ſaluatur.

68 Quibus prænotatis in præſenti tractatu, quoad primam eius partem de Exſacratione, decem præcipua diſcutienda ſunt. *Primum* eſt, An per homicidium locus polluatur ſacer? *Secundum*, An per ſanguinis effuſionem? *Tertium*, An per effuſionem ſeminis? *Quartum*, An per profani cadaueris humanationem? *Quintum*, An per conſecrationem, aut benedictionem ipſius loci per Epiſcopum, aut alium Miniſtrum excommunicatum non toleratum factam? *Sextum*, An per loci commotionem, aut euerſionem? *Septimum*, An polluta Eccleſia, pollutæ cenſeantur illius Capellæ, Altaria, Ambones, Propyleæ, Menianæ, Chori, Confeſſionarij, Sedes, Campanile, Cryptæ, Sacriſtia, &c.? *Octauum*, An polluta Eccleſia, pollutum cenſeatur Cœmeterium, & è conuerſo? *Nonum*, Quomodò Altaria, & Aræ exſacrentur? *Decimum*, Quomodò Calix, & Patena exſacrentur? Et denique de Reconſecratione, & Reconciliatione loci ſacri, plura vtilia dilucidabuntur.

* * *

DISQVISITIO PRIMA.
De Homicidio.

An per Homicidium, in loco ſacro perpetratum, cenſeatur ille pollutus.

BREVIARIVM.

Eccleſia.

Reconſecrari debet amoto Altari, aut parietibus directis. n.2.

Polluta per Homicidium, aut adulterium, reconſecrari non debet, ſed reconciliari per aquam cum vino benedictam, & cinere. n.2.

Pollutio loci ſacri.

Per Homicidium polluitur locus ſacer. n.1. & ſeqq.

Si tamen ſit iniurioſum. n.4.

Si voluntarium. n.5.

Si Notorium. n.6.

Si per ſententiam Iudex factum declarauerit. n.7.

CONCLVSIO.

COmmunis Doctorum ſententia tenet pollui locum ſacrum per Homicidium in illo factum. Ita D. Antoninus, *in Summa part.3. tit.12. de Conſecratione Eccleſiarum, cap.6. §.4.* Zerola, *in Praxi Epiſcopali, verbo Pollutio Eccleſiæ, verſic. Primo.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.1. diſputat.23. quæſito 11. num.1.* Antonius de Eſcobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.6. examine 4. cap.4.num.32. pag.mihi 727.* Ludouic. Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tom. 2. tract. 8. cap.5. ſect.2. num.72.* Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſt. tom.1. cap.2.dubit.2. ſect.1.nu.2.* Lezana, *in Summa QQ. Regular. tomo 2.part.3. verbo Eccleſia, num.12.* Ferdinand. Caſtr.Palaus, *tom.2.tract.11, diſputat.1. punct.1.num.1.* Machadus *enel. perfecto Confeſſor. tom.1. lib. 2. part.3. tract. 4. document.4.num. 3.* Hieronymus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6.tract.3.dub.4. verſic. Per factum.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re Sacra, lib. 5. tit.12. num.4.* Auguſt. Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi, part.2.allegat.28.num.2.* Æligius Baſſæus, *tomo 1. verbo Sacrilegium I. num.6.* cum Syluio, *in 3. part. quæſt.83. artic. 3. quæſt. 1.* & Azor *part.2.lib.9. cap.5. quæſt.1.* Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5. tract.5. diſputat.1. quæſt.2.*

Probatur primò Concluſio, ex Canone *Si motum, el. 19. de Conſecratione, diſtinctione 1.* vbi ſic Iginius Papa decernit. Si motum fuerit Altare, denuò conſecretur Eccleſia: ſi parieres mutantur, & non Altare, ſalibus tantum exorcizetur. Si Homicidio, vel adulterio Eccleſia violata fuerit, diligentiſſimè expurgetur, & denuò conſecretur. Hactenus Iginius. 2

Probatur ſecundò ex *cap. Propoſuiſti, el.4. de Conſecratione Eccleſiæ*, in quo ita Innocentius Papa Tertius, decernens reſcripſit. Propoſuiſti, quod venientibus ad Eccleſiam Sancti Iacobi, ex diuerſis regionibus peregrinis, & volentibus aliis, ab aliis per contentionem, & rixas Altaris de nocte cuſtodiam vendicare, Homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur. Et infrà. 3

Fraterni

„ Fraternitati tuæ taliter respondimus, quod manente
„ Ecclesia, & Altari, poterit & ipsa reconciliari per
„ aquam cum vino, & cinere benedictam.

4 Conclusio, nulla alia indiget probatione, benè tamen explicatione. Pro qua quatuor occurrunt adnotanda. *Primum* est, Homicidium vt pollutionem loco sacro inducere valeat, iniuriosum esse debere; aliàs ille minimè pollutus censebitur. Ita Glossa, *in cap. Si Ecclesiam pollui verbo Sanguinis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris, lib. 6.* ibi: Et iniuriosi. Vbi Geminianus, *num.* 8. Ioann. Andreas, *num. 2. in fine.* Et *in cap. Proposuisti citatum*, Abbas, *num. 2.* Vgolinus, *de Officio Episcopi, cap. 29. §. 1. num. 1. versic. 3.* quos recenset, & sequitur Pax Iordanus, *vbi proximè, num. 6. & 7.* Ita & Zerola, *in Praxi Episcopali, verbo Pollutio Ecclesiæ versic. Secundo.* Azorius, *Institutionum Moral. part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1. iuncto versic. Secundo in fine.* Delbene, *de Immunitate Eccles. part. 1. cap. 2. dub. 2. sect. 2. num. 2.* Barbosa, Bassæus, Caspensis, Leander, Lezana, & Tamburinus, *locis suprà, num. 1. allegatis.*

5 *Secundò* adnotatur, Homicidium vt locum polluat sacrum, debere esse voluntarium. Sic Zerola, *dicto versic. Secundo*, ibi. Quinto vt sit voluntaria. Barbosa, Bassæus, Caspensis, Leander, Lezana, Pax Iordanus, *locis iam redditis.* Et sic omnes alij dicere Doctores debent. Quia nulla omnino actio iniuriosa est, quæ voluntaria non sit.

6 *Tertiò.* Actio homicidium causans debet fieri in loco sacro, vt illum polluat: id est intra ipsum, v.gr. respectu Ecclesiæ: à tecto interiori vsque ad pauimentum, & à Summa Ara, vsque ad parietem oppositum. Ita Zerola Tamburinus, Barbosa, Delbene, Lezana, Bassæus, & Caspensis, *vbi suprà.* Pax Iordanus, *num. 72.* Leander, *quæst. 10.* & alij, quos in Præludio huius tractatus, §. 1. *num. 7.* retuli.

7 *Quartò* denique necessarium esse ad inducendam pollutionem ex homicidio, vt istud sit notorium. Docent Zerola, *dicto versic. Secundo*, ibi. Primò vt homicidium, sanguinis, vel seminis effusio sit publica. Petrus Crespetius, Cœlestinus Monachus, *in Summa Ecclesiasticæ disciplinæ, verbo Ecclesia, pag. 293. colum. 1. sub litt. B.* Thom. Delbene, *vbi suprà, sect. 1. n. 2. & sect. 2. n. 2.*

Immò Antoninus Diana, *part. 6. tract. 6. resol. 27.* cum Suarez, *tomo 3. in 3. partem D. Thom. disp. 81. sect. 4. cas. 3. dub. 2.* & Fagundez, *part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 34.* ait. Aliqui satis probabiliter asserunt non sufficere quamcumque notitiam delicti, nec Ecclesiam censendam esse pollutam, donec Iudicis sententia declaratum sit Ecclesiam illam esse pollutam. Ratio est; quia illa pœna pollutionis Ecclesiæ, est veluti quædam censura: & instar censuræ requirit sententiam Iudicis. Nullus enim excommunicatus vitari debet, donec per sententiam Iudicis declaretur, ac denuncietur censuram incurrisse. Hæc Diana, quem sequitur Ausonius Noctinot, *in illius Compendio, verbo Pollutio Ecclesiæ, num. 1.*

Sed de hoc infrà, *Disquisit. 2.* redibit sermo.

In præsenti autem aliquæ difficultates occurrunt dilucidandæ, quarum resolutio, maximè conuenit quotidianæ praxi.

***

DVBIVM PRIMVM.

An locus sacer, per Homicidium in eo, ineffuso sanguine patratum, pollutus censeatur?

BREVIARIVM.

Axioma.

Quod Ius non distinguit, nos distinguere non debemus. n. 1.

Pollutio loci sacri.

Per Homicidium, ineffuso sanguine factum in loco sacro, pollutus censetur. n. 1.

CONCLVSIO.

CErtum est censeri pollutum locum sacrum per homicidium in eo perpetratum, quamuis sanguis non effundatur. 1

Hanc conclusionem tenet Glossa, *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib. 6.* ibi. Etsi sine sanguinis effusione occidatur ibi homo, puta cum torsorio ad collum. Vbi benè obseruat, quod *in cap. Proposuisti, el 4. eod. tit.* non dicitur, an *in eis fuerit sanguinis effusio, necne.* (Quasi diceret: Ius non distinguit. Ergo nec nos distinguere debemus.) Tenent *in dict. cap. si Ecclesiam*, Geminianus, *verbo Sanguinis, num. 8.* Ioannes Andreas, *num. 2. & in cap. Proposuisti, numero 2.* Abbas *ibidem, num. 2.* Vgolinus, *de Officio Episcopi, cap. 29. §. 1. num. 1. versic. 3.* quos, & alios, suppressis nominibus allegat, & sequitur Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. numero 7.* Thom. Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, tom. 1. c. 2. dub. 2. sect. 1. n. 2. & sect. 2. n. 2.* Azorius, *Institutionum Moral. part. 2. lib. 2. cap. 5. q. 1. versic. Primò quæritur, in fine*, Francisc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 5. sect. 2. num. 72. versic. Noto secundò.* Pasqualigus, *de Sacrific. Missæ, tom. 1. quæst. 539. num. 8.* cum Passerin. *de Pollut. Ecclesiæ, disputat. 5. cap. 7. num. 7.* Bassæus, *tomo 1. verbo Sacrilegium I. numero 6.* Leander à Sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disputat. 1. quæst. 11.* cum Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 256.* Viualdo, *de Interdicto, num. 66.* Gregorio Sayro, *de Censuris, lib. 5. cap. 16. numero 12.* ex Paludano, Syluestro, Tabiena, Philiarcho, Iacobo de Graffis, & aliis, & cum Alterio, *disput 3. de Interdicto, cap. 1. colum. 2.* Henriquez, *in Summa, lib. 9. cap. 27. num. 5.* & Auila, *de Censuris, part. 5. disp. 7. dub. 1. concl. 1.*

Ratio autem conclusionis est. Quia verè Homicidium perpetratur, quamuis sanguis non effundatur. Et sic verificatur causa prohibitionis per Ecclesiam factæ, *in Canone si motum, el 19. de Consecratione, distinct. 1. & in cap. Proposuisti, el 4. de Consecratione Ecclesiæ, quorum tenorem in Disquisitione, num. 2. & 3.* recensui. 2

***

DVBIVM SECVNDVM.

An polluatur locus ſacer per Homicidium Sancti, & Martyris in eo factum?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

*Inducitur pollutio per martyrium in loco ſacro perpetratum.*n.1.& ſeqq.

Non polluitur locus ſacer ex paſſione Sancti, ſed ex actione mortem inferentis: illa enim eſt grata, & meritoria; iſta verò ſacrilegè peccaminoſa. n.2. 3.

CONCLVSIO.

1 PEr mortem Sancto, in loco ſacro violenter illatam, qualiter illam noſter Cantuarienſis Archipræſul Thomas ſubiuit, locus ipſe ſacer polluitur.

Ita docet Gloſſa, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis, circa finem, vnico de Conſecratione Eccleſiæ, lib.6.* vbi in ſequentia prorumpit. Sed quid ſi Sanctus Vir, ibi occidatur, nunquid reconciliaretur Eccleſia? Videtur, quod ſic. Quia iura indiſtinctè loquuntur. Et ſceleratius eſt, Iuſtum, & Sanctum occidere, quàm iniuſtum, *23. quæſt. 5. ſi non licet.*

2 In contrarium videtur (obiicit ſibi Gloſſa) cum Eccleſia ſanctificata, non ſit polluta.

Sic autem facit ſatis obiectioni. Sed hoc verum eſt, ex ſanguinis effuſi paſſione, ſed ex ipſius effuſi actione, benè polluitur iuxta illud (Senecæ ſcilicet, *lib. 3. declama.*) Actio diſplicuit, paſſio grata fuit.

3 Gloſſam ſequuntur D. Antoninus, *in Summa parte 3. tit.12. cap.6. §.4.* Azorius, *Inſtitution. Moralium, part.2. lib.9. cap.5. quæſt.1. verſic. Rurſus, ſi roges, colum. mihi* 1017. Auguſt. Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi, part.2. allegat.28. num.29.* cum Gregor. Sayro. *in Theſauro, lib.5. cap.16. num.14. verſic. item.* Iacobo de Graffis, *in deciſionibus aureis, part. 1. lib.2. cap.48. num.24.* & Vgolino, *de Poteſt. Epiſcopi, cap.29.§. In princip. verſic. id, quod locum habet.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra lib.5. tit.12. num.8. ex Canone ſi non licet, el 29. 23. quæſt.5.* Turrecremata, *in Can. ſi motum num. 2. de Conſecratione diſtinct.1.* Nauarro, *in Manuali, cap.27. num.256. poſt medium* Vgolino, *vbi proximè, §.1. num.1. verſic.3.* Machadus, *en el perfecto Confeſſor, tomo 1. lib.2. part. 3. tract. 4. documento 4. num.3.* Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.6. tract.3. dub.4. verſic. I. Per factum* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.2. tract.8. cap.5. ſect.2. num.72. verſic. Noto ſecundò*, cum Fagundez, *in Præcepta Eccleſiæ, præcept.2. lib.4. cap.4. num.17.* Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5. tract.5. diſput.1. quæſt. 4.* cum Archidiacono, *in cap. ſi Eccleſiam pollui citatum.* Armilla, *verbo Conſecrationum 5.* Sylueſtro, *verbo eodem, quæſt.2. num.5.* Viualdo, *in Candelabro, de Interdicto, num.65.* Auila, *part.5. diſput.7 dub.1. concluſ.2. in fine.* Philiberto, *tract.3. de Sacrificio Miſſæ, part.3. cap.10. num.7.* Alterio, *diſput.3. de Interdicto, cap.1. colum.2.* & Bonacina, *quæſt.4. de Matrimonio, punct.vlt. num.20.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tomo 1. cap.2. ſect.3. num.7.* cum P. Franciſco Suarez, *tomo 3. in 3. partem D. Thomæ, diſput.81. ſect.4. caſu 1.* ex hac ratione. Quia licet interfectio vt paſſio ſit meritoria, tamen vt actio, eſt peccaminoſa: quin & ſacrilega. Nobiſcum ſentit Paſqualigus, *de Sacrificio tomo 1. quæſt.549.* qui multos allegat Doctores, & concludit dicens. Eſt tamen hoc diſcrimen in hac pollutione, quod quando reconciliatur Eccleſia, non eſt lauandus locus, in quo ſanguis Martyris effuſus eſt, ſicut fit, quando aliàs per ſanguinis effuſionem polluta eſt, vt aduertunt Gloſſa, Tabiena, Sylueſter, Angelus, Sayrus, Graffis, & alij excitatis Doctoribus, ſed colligendus eſt ſanguis, & conſeruandus. Nam illa lotio fit ad purgandum locum: Sanguis autem Martyris non reddit locum immundum, ſed venerabilem. Et ideo nec maior quantitas aquæ benedictæ eſt ibi effundenda. Hæc ille.

DVBIVM TERTIVM.

An Homicidium in loco ſacro, ex ſententia Iudicis, aliàs iuſta, factum, illum polluat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

*Per mortem in loco ſacro illatam ex ſententia iuſta, ille polluitur.*n.12.

Fallit quando Reipublicæ perturbator, aliter capi non poteſt. n.3.

CONCLVSIO.

1 POllui locum ſacrum, per Homicidium in loco ſacro, ex ſententia Iudicis factum, quamuis aliàs iuſta communis ſententia docet.

Illam tenent Azorius, *part.2. Inſtitution. Moralium, lib.9. cap.5. quæſt.1. verſic. Primò quæritur, in fine.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.2. tract.8. cap.5. num.72. verſic. Noto 3. in fine.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.2. lib.6. quæſt.9. cap.4. num.13. verſic. Ad has.* Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tom.2. tract.23. diſput.3. ſect.3. num.69* Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.12. num.10* Baſſæus, *tom.1. verbo Sacrilegium I. num.6.* Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.6. tract.3. dub.4.* Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, tom.2. allegat.28. num.25.* cuius verba modò referam. Leander à ſanctiſſimo *part.5. tract.5. diſput.1. quæſt.9.* cum Alterio, *de Interdicto, diſput.3. cap.1. colum.2. in fine,* & Philiberto Marchino, *de Ordin. tract.3. part.3. cap.10.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tomo 1. cap.2. ſect.3. num.6.* cum Paludano, *in 4. diſtinct.18. q.8. artic.1.* Nauarro, *in Manuali, cap.25. num.85. & cap.27. num.250.* Franciſco Suarez, *tom.3. in 3. partem D. Thom. diſput.81. ſect.4. caſu 1.* Fagundez, *in Præcepta Eccleſiæ, lib.4. cap.4. num.17.* & Cardinali de Lugo, *de Sacramento Euchariſtiæ, diſput.10. ſect. 2. num.54.* & Paſqualigus, *tom.1. de Sacrif. q.54. n.2.*

2 Rationem concluſionis reddit Barboſa in ſequentia prorumpens. Hinc etiam ſi Iudex reum ſuſpenderet intra Eccleſiam, per hoc ſimiliter ipſa Eccleſia violata cenſeretur. Quia licet huiuſmodi homicidium

micidium fieri licitè poſſit, & taliter ſuſpenſus ſupplicio dignus ſit, Ius tamen habet, vt in tali loco talem vim non patiatur. Et deindè fit etiam iniuria loco ſacro, & ipſi Deo, in cuius honorem Eccleſia ſpecialiter dicata, & conſecrata eſt. Hæc omnia præfatus Doctor.

3 Limitat tamen iſtam Doctrinam, & communem concluſionem Hermmanus Buſembaum, *loco allegato*, vt non procedat in caſu, quo aliquis Reipublicæ perturbator, in locum confugeret ſacrum, & aliter capi non poſſet. Tunc enim inquit, non induceretur illi pollutio, ex morte illata huiuſmodi perturbatori in eodem loco.

DVBIVM QVARTVM.

An quando quis vſu rationis præditus, & ſanæ mentis, irato animo, ſe quouis modo occidit in loco ſacro, iſte pollutus cenſeatur?

BREVIARIVM.

Axioma.

Vbi Ius non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. n. 2.

Exſacratio.

Locus ſacer non exſacratur per Homicidium in eo perpetratum. n. 1.

Irregularitas.

Qui volens partem proprij digiti abſcindit, irregularis efficitur. n. 4.

Martyr.

Qui ſe ob deteſtationem proprij peccati interimit, Martyr non eſt. n. 4.

Mors.

Mortem propriâ arripere manu, in vllo licet caſu; benè tamen in perſecutione illam libenter accipere. n. 4.

Occidere.

Innocentem priuatâ occidere poteſtate, nulla lex concedit. n. 4.

Pollutio loci ſacri.

Locus ſacer per ſuicidium, & per effuſionem proprij ſanguinis polluitur. n. 1. & ſeqq.

A Iure inducta eſt pollutio loci ſacri in deteſtationem actionis in illo, contra reuerentiam illi debitam facta. n 3.

Suicidium.

Grauius delictum eſt ſuicidium, quàm homicidium alterius. n. 3. 4.

Vita.

Propria vitæ, & membrorum dominium non habet homo. n. 4.

CONCLVSIO.

QVi ſanæ mentis compos, irato animo, ſe in loco occidit ſacro, hunc per ſuicidium polluit.

1 Hanc tenet Gloſſa concluſionem, *in cap. Propoſuiſti, verbo Reconciliari, in fine el 4. de Conſecratione Eccleſia.* Vbi ita fatur. Sed pone, quod vir ſeipſum, vel aliquis alius aliquem in Eccleſia ſuſpendat: quid dices? Non videtur reconſecranda, vt hîc, ſed eſt reconcilianda. Ioannes etiam Andreas, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, vnico eod. tit. in 6. in Additione ad Gloſſam, verbo Sanguinis*, ſic ait. Si vir ſanæ mentis, ſeipſum occidat in Eccleſia, vel vulneraret irato animo ad Sanguinis effuſionem: ex quo publicum eſt, reconciliabitur Eccleſia.

Tenent ſimiliter Azorius, *Moralium Inſtitutionum, part. 2. lib. 9. cap. 5. quæſt. 1.* cum Geminiano, *in dictum cap. ſi Eccleſiam pollui*, Auila, *de Cenſuris, part. 5. diſput. 7. dubitat. 1. concluſ. 2. verſic. Præterea*, quem Henriquez, *lib. 9. cap. 27. num. 6.* Marchinum, *tract. 3. de Sacrificio Miſſæ, part. 3 cap. 10. num. 7.* & Alterium, *de Interdicto, diſput. 3. colum. 3. verſic. Quæritur tertiò*, recenſet, & ſequitur Leander, *part. 5 tract. 5. diſput. 1. quæſt. 5. & 13.* Tenent & Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 28. num. 31.* cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 4.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part. 1. cap. 2. ſect. 3. num. 5.* ac Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 13.* Nouiſſimè Paſqualigus, de Sacrificio, *tom. 1. quæſt. 545. num. 5.* cum Gloſſa, *in cap. vnico de Conſecratione Eccleſ. in 6.* Geminiano, *ibi.* Ioanne Andrea, *num. 3.* Sylueſtro, *verbo Conſecratio, 2. quæſt. 5. caſu 1.* Tabiena, *num. 7.* Angelo, *numero 7.* Palud. *in 4. diſt. 18. quæſt. 8. art. 4. concluſ. 1. in fine* Suarez, *diſp. 81. de Euchariſtia, ſect. 4. caſu 2. in fine.* Fagundez, *in Præcept. 1. Eccleſ. lib. 3. c. 14. n. 9.*

Probatur concluſio primò. Quia Iura loquentia 2
de pollutione Eccleſiæ per Homicidium, ſine vlla loquuntur diſtinctione. Ergo nec nos diſtinguere debemus. *L. de Pretio, ff. de Publiciana in rem actione.*

Secundò. Quia pollutio loci ſacri à Iure eſt in- 3
ducta in deteſtationem actionis in Eccleſia factæ contra honorem, & reuerentiam illi debitam. Quæ quidem non minus læditur per ſuicidium, ſed potiùs magis, quàm per homicidium alterius perpetratum. Ergo per ſui ipſius occiſionem in ſanâ mente factam, polluitur locus ſacer.

Tertiò probatur. Quia Homicidium iniurioſum 4
in loco ſacro factum, ipſum locum polluit. Sed ſuicidium, ſeu homicidium, quod quis in ſeipſum committit, iniurioſum ſibi ipſi illud patranti eſt, cum nemo ſit Dominus vitæ, aut membrorum ſuorum, vti benè Pax Iordanus loco proximè allegato, *ex L. liber homo, ff. Ad legem Aquiliam, & ex Can. Tu dixiſti, el 11. 23. quæſt. 5.* ex D. Auguſt. deſumpto, *lib. 1. de Ciuitate Dei*, vbi ſic contra Petilianum, aſſerentem Iudam, & alios, qui ſe pro peccato interimunt, Martyres reputari.

Tu dixiſti: laqueo traditor periit: laqueum talibus dereliquit. Hoc ad nos omninò non pertinet: neque enim veneramur nomine Martyrum, eos, qui ſibi collum ligauerunt. Et *ex Can. Non eſt, el 12. eadem cauſa, & quæſt.* ex D. Hieronymo, *in Ionam Prophetam* deſumpto. Vbi dicitur. Non eſt noſtrum mortem arripere, ſed illam ab aliis libenter accipere. Vnde & in perſecutionibus non licet mihi propriâ perire manu, abſque eo vbi caſtitas periclitatur: (id eſt vt ibi Gloſſa, etiamſi hæc periclitetur:) ſed percutienti colla ſubmittere.

Addo dictum D. Auguſtinum, *in Can. ſi non licet, eadem cauſa, el quæſtione, ex allegato lib. 1. de Ciuitate*, in ſequentia prorumpentem. Si non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere innocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit: profectò etiam, qui ſeipſum occidit, homicida eſt, & tantò ſit nocentior cum ſe occiderit, quantò innocentior in ea cauſa fuit, quâ ſe occidendum putauit.

tauit. Hæc D. Auguſtinus, qui rurſus *tract. 51. in Ioannem, ſub medium*, & ex ipſo, Eccleſia in feſto Sancti Laurentij; ſic ait. Petro autem dixit, ſignificans, quâ morte clarificaturus erat Deum: Cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas, quò volebas: cùm autem ſenueris, alter te cinget, & feret, quò tu non vis. Vbi ſatis expreſſit, non à ſeipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſequitur Chriſti. Hactenus Hipponenſis Præſul.

Faciunt etiam *Lex omne delictum, §. Qui ſe vulnerauerit, ff. ad Legem Aquiliam, & Canon. Qui partem, el 6. diſtinct.* 55. vbi ſic Innocentius. „Qui „ partem cuiuſlibet digiti ſibiipſi volens abſcidit, „ hunc ad Clerum Canones non admittunt. Pœna enim irregularitatis, hic ſe mutilanti inflicta, grauis eſt, & grauem ſupponit culpam. Quia res, quæ culpâ caret, ad damnum vocari non conuenit. *Cap. Cognoſcentes, el 2. de Conſtitutionibus.* Ergo homicidium, quod in ſeipſum committit, animo irato, vſu rationis præditus, & ſana mente pollens, locum ſacrum polluit.

DVBIVM QVINTVM.

An locus polluatur ſacer, quando quis per furorem, inſaniam, ebrietatem, aliamve cauſam, rationem, præuenientem, ſeipſum, aut alium occidat?

BREVIARIVM.

Iniuria.

Irrogari nequit iniuria per actionem, quæ culpa caret: quæ vſum rationis præueniat. n.3.

Iniuſtitia.

Vbi culpa deeſt, iniuſtitia non committitur. n.3.

Peccatum:

Nullum datur peccatum, quod non ſit voluntarium, & liberum. n.3.

Actiones aliarum facultatum à voluntate, non ſunt peccata, nec malitiam habent moralem, niſi pro eo tempore, quo imperio ſubſunt voluntatis, & quo ab iſta reuocari poſſunt. n.3.

Si à voluntate exordium habuerint, & reuocari non poſſunt, erunt effectus peccati non peccata, quia non continuatur libertas ad peccatum neceſſaria. n.3.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur per homicidium, aut ſuicidium vſum rationis præueniens. n.1.

Non induci dicitur per homicidium, quod iniurioſum non ſit, & iniuſtum. n.2.

CONCLVSIO.

1 PEr nullum Homicidium factum in loco ſacro, ab aliquo ex his, qui in Dubij titulo adnumerantur, locus ille violatur, aut polluitur.

Ita docent D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 12. cap. 6 § 4.* Azorius, *part. 2. Inſtitutionum Moral. lib. 9. cap. 5. quæſt. 1.* cum Hoſtienſi, & Hugone, *in cap. Propoſuiſti, el 4. de Conſecratione Eccleſiæ.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part 2. allegat 28. à num. 4.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom. 2. part. 3. verbo Eccleſia, ſeu Templum, num. 12.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Noto 3. in fine.* Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. documen. 4. num. 3. &* 4. Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo 2. tract. 23. diſp. 3. ſect. 3. num. 69.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib 5. tit. 12. de Eccleſiæ, & Cœmeterij reconciliatione, num. 14. &* 33. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub 4 de Euchariſtiâ, verſic. 1. Per factum,* & Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſputat. 1. quæſt. 5.* cum Collectario, *in cap. fin. de Delictis puerorum.* Nauarro, *in Manuali, cap. 27. numero 256. verſic. Dixi iniuriosè.* Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 13.* Viualdo, *tract. de Interdicto, num. 61.* Philiberto, *tract. 3. de Sacrificio Miſſæ, parte 3. cap. 10. num. 7.* Auila, *part. 5. diſput. 7. dub. 1. concluſ. 2.* Alterio, *de Interdicto, diſput. 3. cap. 1. colum. 2.* Bonacina, *de Matrimonio, quæſt. 4. punct. vltim. num. 20.* Henriquez, *lib. 9. cap. 27. num. 6.* Couarruuia, Sylueſtro, Armilla, & communi Doctorum, Paſqualigus, de Sacrificio, *tom. 1. q. 540. num. 4. &* 5. cum Squillan. *de obilgat. Cleric. part. 5. num. 88.* Mazuchel *L. de Caſibus reſeruatis, diſput. 2. cap. 6. quæſt. 1. diffic. 2. num. 11.* Franciſc. de Lugo, *lib. 5. de Sacrament. cap. 6. quæſt. 7. num. 44.* Caſſina, *tit. 7. num. 9.* Caſtilent. *in Theologia Morali, verbo Conſecratio Eccleſiæ, cap. 37.* Paſſerino, *de Pollut. Eccleſ. diſput. 5. cap. 15. num. 4.* & aliis quàm plurimis, quos recenſet.

Ratio concluſionis eſt. Quia homicidium, vt ex 2
eo pollutio loco ſequatur ſacro, iniurioſum & iniuſtum debet eſſe. Sed nequit eſſe iniuſtum, & iniurioſum homicidium perpetratum per furorem, inſaniam, ebrietatem, aut ſimilem aliam cauſam, vſum præuenientem rationis. Ergo per huiuſmodi homicidium, locus oon polluitur ſacer. Conſequentia ex præmiſſis legitimè infertur. Maior, ex dictis, maximè in præludio huius tractatus *num.* 30. conſtat. Minor autem, patet. Cum *ex Canone illud, el 2. 15. quæſt. 1.* ibi. Illud relatum per æquè eſt eos, qui in- „
iuriam pati poſſunt, & facere poſſe: Sanè ſunt qui- „
dam, qui facere non poſſunt, vt puta furioſus, & im- „
pubes, qui doli capax non eſt. Namque hi iniuriam „
pati ſolent, non facere. Tum *ex Clementina vnica,* „
de Homicidio, in qua ſic habetur. Si furioſus, aut „
infans, ſeu dormiens hominem mutilet, vel occi- „
dat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. „

Tum etiam, quia iniuſtum, & iniurioſum non 3
eſt, quod culpa caret, & peccato. Peccare autem nequit vſu carens rationis: cum ratione carens, careat, & voluntate, quæ omninò neceſſaria eſt ad peccatum, cùm hoc in tantùm ſit, in quantùm fuerit voluntarium. Vnde Gabriel Vazquez, *tom. 1. in 1. 2. D Thom. diſput. 73. cap. 9. num 46.* ſic ait. Notandum eſt eas ſolùm actiones aliarum facultatum præter voluntatem poſſe eſſe, & dici peccata, & habere malitiam moralem, quæ ſubſunt imperio voluntatis, & pro eo tantum tempore eſſe malas, & peccata, quo reuocari poſſunt ab eadem voluntate: quia eo vſque earum continuatio ex voluntate pendet; cùm verò ſunt extra poteſtatem voluntatis, iam non eſſe propriè mala, nec peccata moraliter, etiamſi exordium à voluntate habuerint, ſed tantùm eſſe effectus peccatorum: & ita latiori quadam ſignificatione peccata vocari, quatenùs effectus etiam peccati, peccatum dici ſolet. Ratio verò eſt, quia cum fundamentum neceſſarium generis moralis, in quo fundatur bonitas, & malitia morum, ſit voluntarium, & liberum, ſicut requiritur libertas in principio, vt actus in principio ſit peccatum,

eadem

eadem ratione requiritur continua quædam libertas, vt peccatum perſeueret. Hucvſque magnus ille Doctor.

Ex dictis colligo, per homicidium caſuale merè, in loco contingens ſacro, iſtum pollutum non cenſeri. Quia illud peccaminoſum non eſt, iniuſtum, & iniurioſum. Vt ſi quis v. gr. ſubito cadendo intereat, aut aliquid è tecto, vel pariete cadendo. Et quidem Corollarium tenent noſtrum Gloſſa, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis,* in terminis de effuſione ſanguinis, ibi. Vndè ſi ibi occidatur canis, vel humanus ſanguis caſu effundatur: vel ſi quis ibi minutionem faciat, Eccleſia non eſt reconcilianda. Et in terminis de homicidio caſuali, Baſſæus, *tomo 1. verbo Sacrilegium 1. num.6.* Barboſa, Buſembaum, Leander, Machadus, *locis ſuprà redditis*, Pax Iordanus iam citatus, cum Abbate, *in cap. Propoſuiſti, num.2. el 4. de Conſecratione Eccleſiæ*, & Geminiano, *in dict. cap. ſi Eccleſiam, num.21.*

DVBIVM SEXTVM.

An per homicidium Pagani, Hæretici, Iudæi, aut Excommunicati, in loco factum ſacro, iſte pollutus cenſeatur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Inducta eſt à Iure, non tam in perſonarum gratiam, quàm in deteſtationem actionis factæ in loco ſacro, contra honorem, & reuerentiam illi debitam. n.2.

Ita pollutus cenſetur locus ſacer, per homicidium Pagani, &c. in eo factum, ac per Fidelis homicidium. n.1.

CONCLVSIO.

1 PEr cuiuſcumque hominis mortem violenter, & iniuriosè in loco ſacro illatam, pollutus ille cenſetur, ſiue Paganus fuerit mortuus, ſiue Hæreticus, ſiue Iudæus, ſiue Excommunicatus.

Hanc concluſionem tenet Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib.5.tit.12. de Eccleſiæ, & Cœmeterij reconciliatione, num.12.* & Paſqualigus, *de Sacrific. tom.1. q.545. num.6.* cum Paſſerino, *diſput.5. de Immunitate Eccleſ. cap 44. num.4.*

Et probatur *primò.* Quia Iura, ex quibus habemus, locum pollui ſacrum, per homicidium in eo perpetratum, indiſtinctè de homicidio loquuntur, & non de Fidele tantùm, occiſo. Ergo de occiſione hominis cuiuſlibet intelligenda ſunt, ſiue ille fuerit Paganus, ſiue Hæreticus, &c. Quod enim Ius non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus, *L. de Pretio, ff. de Publiciana in rem actione*, vbi Bartolus, *L. de Præſ. ff. de Officio Præſid.* Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo 2. part.4. verbo Leges Regularium, num.35.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 1. tract 6. cap.3. num.13.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Caſibus reſeruatis, num.79.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.1. dub.7. num.2. & cap.2. dub.7. ſect.1. num.11. dub.12. num.12.* Quod certè Iuri etiam Canonico maximè conſonat, *in cap. Ad audientiam, el 12. de Decimis*, vbi Summus Pontifex ità ait. Nam ſi intelligeremus tantummodò de noualibus: vbi ponimus de laboribus, de noualibus poneremus. Vbi Gloſſa, *verbo intelligeremus*, ſic dicit. Argumentum, quod à forma verborum, ſine certa ſcientia, non eſt recedendum, 31. *diſtinct. Omnino, ff. de Legatis, 3. Non aliter, & 31. quæſt.1. §. Quomodo Virginibus. Cod. de Caducitate tollenda, L. vnicâ, §. Si verò, & de Conſecratione, diſtinct.4. ſi quis Presbyter. & ſuprà de Tranſlatione inter corporalia, & Cod. de Peculio eius, qui libertatem meruit. L. vnicâ 28.q.1. Sic enim.*

Secundò probatur. Quia pollutio loci ſacri à Iure 2
inducta eſt, non tam in perſonarum gratiam, quàm in deteſtationem actionis factæ in loco ſacro, contra honorem, & reuerentiam illi debitam. Sed actio homicidij Pagani, aut alterius ex adnumeratis in titulo Dubij, facta in loco ſacro, iſtius honorem, & reuerentiam læſit, ſicut homicidium Fidelis. Ergo ſicut ex iſto cenſetur pollutus locus ſacer, in quo fuerit perpetratum, ita & ex illo ſimiliter pollutus cenſeri debet.

DVBIVM SEPTIMVM.

An Homicidium non volitum in ſe, ſed in cauſa, dando ſcilicet operam rei illicitæ factum, locum ſacrum polluat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per homicidium in loco ſacro factum, dando operam rei illicitæ, etiamſi in ſe illud volitum non ſit, locus ipſe pollutus cenſetur. Et declaratur exemplis. n.1.

Fallit in caſu, quo homicidium ſit omninò caſuale. n.2.

Voluntarium.

Moraliter voluntarium, & peccaminoſum eſt homicidium, quando actio ſit periculoſa, non adhibita conuenienti circumſpectione, ne illud ſequeretur. n.1.

CONCLVSIO.

QVi in loco ſacro rem facit illicitam, ex qua 1
mors ſequatur, illum per homicidium polluit, eſto illud directè, & in ſe minimè intendat, ſed illud velit in cauſa.

Procedit concluſio in caſu, v. gr. quo Magiſter Scholarum in loco ſacro, modo excedendo correctionis, diſcipulum percuſſit, qui ex illo interiit vulnere: & in caſu, quo Clericus Chirurgiam exercens in dicto loco, tumorem ſecat, vel quid aliud ſimile facit, ex quo mors ſequatur: & in ſimilibus etiam aliis caſibus.

Concluſionem tenet Doctor Nauarr. *in Manuali, cap.27. num.251.* quem recenſet, & ſequitur Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.28. num.15.* quatenùs idem affirmat dicendum in homicidio ſequuto ex ludo illicito intra Eccleſiam habito. Verba Barboſæ ſunt, ſub quibus Azpilcuetam refert. Illis conſonat Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib.6. quæſt.9. cap.4. num.12.* Vbi ſic Dubium proponit, & reſoluit, in

terminis ſimilibus, de ſanguinis effuſione. *At quid, ſi effuſio ſequatur magna ex actione iocoſa?* Expendendum, an effectus ſequutus, cenſeatur moraliter voluntarius, vt verè eſt quando actio illa iocoſa fuit periculoſa, & non eſt adhibita conueniens circumſpectio, ne ſequatur talis effectus. Tenent etiam Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.12. num.32.* & Ioannes Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, tomo 1. lib.2. part.3. tract.4. document.4. num.3.* dicens. *La primera es el homicidio culpable, oſea voluntario, o caſual.* Quibus addit Paſqualigus, *de Sacrific. q.540. num.7.* Sayrum, *de Cenſur. lib.5. cap.16. num.13.* Roderiquez, *in Summ. p.1. cap.154. num.8.* & Azorium, *p.1. lib.10. cap.26. quæſt.13.* Ipſe tamen contrarium tenet cum Suar. *diſput.81. de Euchar. ſect.4. caſu 2.* Fagundez, *in præcept. 1. Eccleſ. lib.3. cap.14. num.15.* Mazuchel *de Caſib. reſeruat. diſput.2. cap.6. difficult.2. numero 15.* Lugum Cardin. *de Euchar. diſput.20. ſect.2. num.54.* Delbene, *de Immunit. p.1. cap.2. dub.2. ſect.2. num.4.* Franc. de Lugo, *lib.5. de Sacrament. cap.6. q.7. num44.* & Paſſerinum, *de Pollut. Eccleſ. diſp.5. cap.14. num.5.* Nam quamuis ludus ſit illicitus; non per hoc tamen fit, quod in ipſo præuideatur homicidium ſequuturum. Dum ergo non præuidetur, nec etiam eſt voluntarium, ſiue ludus ſit licitus, ſiue illicitus: quia quod ſit illicitus, non facit præuideri homicidium: dum autem non præuidetur, nec etiam eſt voluntarium, atque adeò nec iniurioſum. Hæc Paſqualigus. Cuius ratione attentâ, ni fallor, nobis contrarius non eſt, cum nemo velit in cauſa, quod non præuidet.

2 Ex quibus ſit, per homicidium merè caſuale, quando ſcilicet, conueniens fuit adhibita circumſpectio, vt illud non ſequeretur, quâ tamen non obſtante contigit, locum ſacrum, in quo accidit minimè pollui. Ratio concluſionis eſt. Quia illæ actiones, ex quibus mors ſequitur, & homicidium peccaminoſæ ſunt, iniuſtæ, & iniurioſæ, tam perſonæ occiſæ, quàm loco ſacro, in quo fuit ei mors illata. Ac per conſequens, ex Iuris diſpoſitione, ille pollutus cenſebitur, ſicut irregularis ille, qui talem dedit operam, mortis illatiuam. Ratio verò illationis, & corollarij, in contrarium eſt. Quia ſuppoſita debita circumſpectione, ſeu illa adhibita, actiones ex quibus caſu mors contigit, non fuerunt iniuſtæ, & iniurioſæ.

DVBIVM OCTAVVM.

An locus ſacer pollutus cenſeatur per homicidium in eo factum ab eo, qui extra illum exiſtit?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per homicidium in loco ſacro factum, ab eo, qui intra illum exiſtit, illi pollutio inducitur. n.1.

CONCLVSIO.

POllutus cenſetur locus ſacer in quo perpetratur homicidium ab eo, qui extra illum exiſtit.

Ita docent Auguſtinus Barboſa, *de Offic. & Poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.28. num.26.* cum Stephano Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.1. lib.3. cap.14. num.11.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.12. num.15.* cum Nauarro, *in Manuali, cap.27. num.256.* Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.29. §.1. num.1. verſic. Tertio.* Leander à ſanctiſſimo Sacramento., *part.5. tract.5. diſput.1. quæſt.8.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tomo 1. cap.2. ſect.3. numero 3.* ibi. Solùm requiritur (ſcilicet ad pollutionem inducendam,) vt quis, non ſine iniuria mortali in Eccleſia percuſſionem recipiat, ex qua poſtea, quamuis poſt multos menſes moriatur, etiam ſine vlla ſanguinis effuſione. Docet & Paſqualigus, *q.552.* cum Tabiena, *verbo Conſecratio, numero 7.* Viualdo, *in Candelabro, tit. de Interdict. cap.3. num.15.* Auila, *de Cenſuris, part.5. diſput.7. dub.1. concluſ.2. caſu 1.* Ledeſma, *2. part.4. quæſt. 26. artic.2. tract. de Irregularitate, in fine,* Suarez, *diſput.81. de Euchariſtia, ſectione 4. caſ.1.* Sayro, *lib.5. de Cenſur. cap.16. num.15.* Reginaldo, *in Praxi, lib.29. cap.9. ſect.5. num.181. in fine.* Amico, *tomo 7. diſput.33. ſect.12. num.335.* Franciſc. Lugo, *lib.5. de Sacramentis, cap.6. quæſt.7. numero 45.* & Paſſerino, *de Pollut. Eccleſiæ, diſp.5. cap.5. n.5.*

Ratio concluſionis eſt. Quia in caſu noſtro, concurrunt omnes qualitates homicidij iniuſti, & iniurioſi in loco ſacro patrati, & totalis ratio à Iure, & à Doctoribus, ad inducendam eidem loco pollutionem, conſiderata. Ergo cenſeri debet pollutus, per homicidium in illo perpetratum, ab exiſtente extra illum.

DVBIVM NONVM.

An pollutus cenſeatur locus ſacer, quando in eo exiſtens extra illum exiſtentem occidit?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non polluitur locus ſacer, ſi quis in eo exiſtens, extra illum exiſtentem occidat. n.1.

CONCLVSIO.

POllutus non cenſetur locus ſacer, quando intra illum exiſtens, extra illum exiſtentem occidit, nec etiam ſi ſic vulneratus, ad eundem confugeret locum, & in eo morereretur. 1

Hanc tenent Pax Iordanus, *tomo 1. lib.5. tit.12. num.16.* cum Archidiacono, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, num.2. vnico de Conſecratione Eccleſiæ, in 6.* & Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.19. §.1. verſic.4.* Ioannes Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, tomo 1. lib.2. part.3. tract.4. documento 4.* Paſqualigus, *de Sacrificio tom.1. quæſt.552.* cum Amico, *in Curſu Theolog. tom.7. diſput.33. ſect.12. num.335.* Suarez, *de Euchariſt. diſput.81. ſect.4. caſu 1.* Fagundez, *præcept.1. Eccleſ. lib.3. cap.14. num.11.* Reginald. *in Praxi, lib.29. cap.9. ſect.5. num.181. in fine.* Delbene, *de Immunit. part.1. cap.2. dub.2. ſect.2. num.5.* Bonacina, *diſput.3. de Legib. quæſt. 7. §.4. num.8.* Franciſc. de Lugo, *lib.5. de Sacrament. cap.6. quæſt.7. num.45.* Paſſerino, *de Pollutione*

tione Eccles. disput. 5. cap. 5. numero 5. Tabiena, *verbo Consecratio 2. num 7.* Barbosa, *de Potestate Episcopi, part. 2. allegat. 28. num. 26.* Leander à sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disput. 1. quæst. 7.* cum Viualdo, *tract. de Interdicto, num. 67.* Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 256.* Philiberto Marchino, *tract. 3. de Sacrificio Missæ, part. 3. cap. 10. num. 7.* Auila, *de Censuris, part. 5. disput. 7. dubitat. 1. conclus. 2.* & cum Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib. 5. cap. 16. num. 16.* Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub 4. de Eucharistia, versic. I. Per factum*, vbi inter homicidia non inducentia loci sacri pollutionem, tertio recensetloco homicidium, cuius causa data est extra Ecclesiam: (illius recenseo verba,) quia requiritur vt vulnus, siue causa Physica fiat intra Ecclesiam. Cardinalis Lugo, *de Eucharistia, disput. 20. sect. 2.* Hæc Hermannus. Machadus verò, quæ sequuntur. *Loqual se ha de entender quando se comete el homicidio dentro de la Yglesia. Por loqual si vno que fue ahorcado, o herido fuera, acabasse de morir en la Yglesia, no queda poluta, ni tampoco, si el que estaua dentro de la Yglesia, matò al que estaua fuera; porque aunque el homicidio tubo en la Yglesia su causa, y principio, con todo no se cometiò dentro della.* Est igitur ratio conclusionis, quia cum actio homicidium immediatè causans, in loco sacro facta non fuerit, quia licet incipiat in Ecclesia, consumatur tamen, & ponitur in termino extra Ecclesiam, atque adeo prout est occisiua, completur extra Ecclesiam. Ergo cum homicidium consistat in occisione passiuè accepta, & non committatur intra Ecclesiam, sed extra, cum extra ipsam consummetur: atque adeò iniuriosa illi non censetur: & per consequens illi pollutionem non inducet.

DVBIVM DECIMVM incidens.

An immunitate gaudeat Ecclesiæ, qui in ea existens extra illam existentem occidit?

BREVIARIVM.

Immunitas Ecclesiæ.

Gaudere immunitate vnicè dependet ab Ecclesiasticis Constitutionibus, non ab animo, aut fiducia, qua quis delinquit, vt ab Ecclesia defendatur. n. 8.

Illa gaudent habitacula intrinseca, & extrinseca Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac Xenodochiorum Episcopi authoritate erectorum. n. 5.

Illa gaudet, qui in Ecclesia existens, extra eam existentem occidit. n. 1. & seqq.

Non incurritur priuatio immunitatis, nisi in casibus in Iure expressis. n. 3. *& in expresè recensitis à Greg. XIV.* n. 8.

Pollutio loci sacri.

Pœnâ pollutionis, quia odiosa, non extenditur ad partes loci extrinsecas. n. 5.

CONCLVSIO.

IMmunitate Ecclesiæ, & loci sacri, qui in eo exi- 1
stens, occidit extra illum existentem.

Hanc tenent conclusionem Martinus Bonacina, *de Legibus, disput. 3. quæst. 7. paragr. 4. numero 8.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccles. part. 1. cap. 2. dub. 2. sect. 3. num. 12.* Antoninus Diana, *part. 1. tract. 1. resolut. 9.* Ausonius Noctinot, *in illius Compendio, verbo Immunitas Ecclesiarum quoad delicta, num. 26.* & illam approbat Pax Iordanus, *volum. 2. de Re Beneficiaria, lib. 11. tit. 3. numero 327. & seq.* & in facti contingentia practicandam credit. Eius verba lubens hîc exscribere duxi, pro nostra firmanda sententia, & pro contraria infirmanda.

Maior difficultas est è contra (inquit:) Num stans in Ecclesia, & occidens, aut mutilans existentem extra, perdat simili modo immunitatem? Et quidem partem affirmatiuam docuerunt Abbas, *in cap. fin. de Immunitate num. 11.* Couarruuias, *loco suprà citato*, Decianus, & Farinacius *iisdem locis*, & alij apud eos.

Bonacina verò loco prædicto, *num. 8.* sustinet 2
contrarium, his rationibus. *Primò*, quia veriùs dici potest homicidium committi extra Ecclesiam.

Secundò. Quia priuatio immunitatis non incur- 3
ritur, nisi in casibus à Iure expressis; in Iure autem, sicut narratum est superius, cauetur solùm de homicidio intra Ecclesiam.

Tertiò tandem, quia cum versemur in materia 4
pœnali, & odiosa, vtpotè libertatis delinquentis, & immunitati Ecclesiasticæ contraria, non videtur facienda extensio ad actum homicidij, vel mutilationis inchoatum in Ecclesia; alioquin, etiam dicendum esset, illum immunitate priuari, qui suborta in Ecclesia contentione, & euaginato gladio in ea, insecutus aduersarium, extra Ecclesiam interficeret.

Ita Bonacina, cuius opinio probabilis mihi videtur. Tantò magis, quia longè maior iniuria censetur irrogata Ecclesiæ in casu ipso, vnde nec polluitur per homicidium taliter patratum Archidiaconus, *in cap. Vnico, de Consecratione Ecclesiæ, numero 2.* Barbosa, *de Potestate Episcopi, allegat. 28. num. 26. & 27.* cum concordantibus, vt noto suprà, de Reconciliatione Ecclesiæ, *sub ampliatione 6.* de Pollutione per effusionem Sanguinis. Quare in contingentia facti, sic practicandum crediderim: quoniam etsi Doctorum contrarium asserentium summa sit authoritas, nullum tamen adducunt solidum fundamentum.

Hæc omnia Pax Iordanus, quæ ad amussim con- 5
sultò recensere duxi, quia *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 17.* contrariam secutus fuerant sententiam. Sic enim ait, postquam numero præcedenti dixerat, non pollui Ecclesiam, quando quis existens in Ecclesia extra illam existentem feriret, aut occideret. Respectu tamen immunitatis (inquit) aliud resoluitur. Nam qui sic delinqueret ex Ecclesia percutiendo extra illam, non frueretur immunitate. Abbas, *in cap. fin. de Immunitate Eccles.* Barbosa *dicta allegat. 28. num. 27. & 28.* Vbi de ratione diuersitatis, de qua *infrà eadem, num. 23.*

Ita Iordanus *num. 17.* dicto autem *num. 23.* diuersitatem reddit dicens: quod in materia immunitatis, tanquàm in priuilegiata, lata fit interpretatio, & omnia Monasteriorum, Ecclesiarum, Xenodochiorum

chiorum habitacula intrinſeca, ex extrinſeca comprehenduntur, etiamſi in eis diuina celebrata nondum fuerint, dummodo ſint Epiſcopi erecta authoritate; in materia verò pollutionis, tanquam in pœnali ſtrictiùs (inquit) proceditur. Vndè cum Iura pollutionem indicentia, de ſolis diſponant Eccleſiis, nulla fit extenſio ad alia loca, neque ad partes extrinſecas Eccleſiarum.

6 Hæc tamen diuerſitas, ſeu diſparitas rationis, meum non vrget intellectum ad ſentiendum, non gaudere immunitate Eccleſiæ, illum, qui ex eadem, extra illam exiſtentem occideret; immò potius gaudere, ex eadem ſentire cogor. Quia ſi materia hæc immunitatis, fauorabilis eſt, & extendenda, quare immunitate non gaudeat, qui ex Eccleſia extra eam exiſtentem occidit, cum illa gaudeat, qui extra exiſtens, intra illam exiſtentem occidit, quod probabile, ſeu verum pronunciet Barboſa, *num.* 28. licet contrariam ſententiam veriorem dicat, capere non valeo.

7 Ratio differentiæ, ſecundùm Barboſam, eſt in eo ſita, quod in caſu pollutionis, vt Eccleſia polluta dicatur, ſolùm attenditur homicidium ſi voluntarium ſit, & iniurioſum in Eccleſia patratum: quod propriè verificatur in homine occiſo exiſtente intra Eccleſiam; non verò quando exiſtit extra, licet occidens ſit intra illam; quoad priuilegium verò immunitatis, attenditur ſpes, animus, & fiducia, qua quis delinquit, vt ab Eccleſia defendatur, & ſic euadat pœnam crimini condignam. Quod propriè verificatur in illo, qui cum ſit in Eccleſia, occidit alium extra eam exiſtentem; non autem è conuerſo, ſi quis extra Eccleſiam exiſtens, occidat intra eam exiſtentem, niſi ſtatim (addit) ad Eccleſiam confugiat. Quia tunc præſumitur ſpe veniæ feciſſe homicidium. Et ideò, iuxta veriorum ſententiam immunitate carebit, vt cum Couarruuia, *Variarum lib. 2. cap. 20. num. 15. verſic. 27.* Gutierrez, *Practicarum lib. 3. quæſt. 1. num. 29.* Suarez de Paz, *in Practic. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 99.* Bobabilla, *in Politica, lib. 2. cap. 14. num. 29.*

8 Hæc Auguſt. Barboſa, cuius quidem doctrina, ſaluâ tanti Doctoris veniâ, mihi non ſatis probatur. Quia quòd quis immunitate Eccleſiæ gaudeat, aut non, neutiquam pendet ex ſpe, animo, aut fiducia, qua ipſe delinquit, vt ab Eccleſia defendatur, & ſic pœnam euadat, ſuis dignam facinoribus, ſed vnicè dependet ex Eccleſiæ Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis. Gregorij autem Papæ XIV. Conſtitutio, *Cum alias, la 7. apud Cherubini Bullarium*, diſponit, & exponit omnes caſus, in quibus delinquentes immunitate gaudere debeant, aut non ſic §. 3. dicens.

„ Vt Laicis, ad Eccleſias, locaque ſacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici „ latrones, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earúmve Cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur. Hæc omnia in præfata Gregoriana Conſtitutione, in qua nihil de animo, ſpe, aut fiducia rei; totum, de eius facto.

DVBIVM VNDECIMVM.

An ex Homicidio ad ſui defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ facto in loco ſacro, iſte pollutus cenſeatur?

BREVIARIVM.

Iniuria.

Nulla ab eo fit, qui iure vtitur ſuo. n. 4. 5.

Irregularitas.

Non incurritur per mutilationem, aut homicidium factum à furioſo, infante, dormiente, aut ſe defendente cum moderamine inculpatæ tutelæ; ſecus ab alium, etiam proprium patrem defendente. n. 3.

Pollutio loci ſacri.

Non polluitur locus ſacer per homicidium factum ad ſui defenſionem, aut proximi, cum moderamine inculpatæ tutelæ. n. 1. & ſeqq. Secus ſi moderamen excedatur. n. 7.

Polluitur tamen, ſi priùs occiſus effuſionem ſanguinis, per vulnus occiſori illatum, cauſauit. n. 8.

Vis.

Vim vi repellere licet ſi maiori violentia, quàm oporteat, aggreſſus non vtatur. n. 4.

CONCLVSIO.

NOn polluitur locus ſacer, aut pollutus cenſe- 1
tur per homicidium in eo factum, cum quis ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ.

Ita docent Auguſt. Barboſa, *part. 2. de Poteſtate Epiſcopi, allegat. 28. num. 16.* Pax Iordanus, *vol. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 37.* Ludouic. Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo 2. tract. 23. diſput. 3. ſect. 3. num. 39.* Buſembaum, *in Medulla Theolog. lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 4. de Euchariſtia, verſic. I. Per factum.* Machadus, *enel Perfecto Confeſſor, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. document. 4. num. 3.* & Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſputat. 1. quæſt. 3.* cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 14.* Angelo, Tabiena, Sylueſtro, Victoria, Viualdo, Auila, *de Cenſuris, parte 5. diſputat. 7. dub. 1. concluſ. 2.* Bonacina *de Matrimonio, punct. vlt. num. 20.* & aliis Paſqualigus *De Sacrificio, to. 1. q. 546.* cum Gloſſ. *in c. vnic. de Conſecrat. Eccleſ. in 6.* Panormit. *in c. Propoſuiſti, n. 2. eod. tit.* Nauarr. *in Manu. c. 27. nu. 256.* Henriq. *in Sum. lib. 9. c. 27. n. 5. in Com. Lit. I.* Azorio, *part. 1. lib. 16. c. 16. q. 13.* Graffis, *p. 1. deciſ. lib. 20. c. 48. n. 9.* Suarez, *de Euchar. diſp. 81. ſect. 4. caſu 1. & 2.* Riccio *in Praxi, reſolut. 479. p. 1.* Reginaldo *in ſua Praxi, lib. 29. cap. 9. ſect. 5. n. 180.* Cardin. Lugo, *diſp. 20. de Euchariſt. ſect. 2. n. 54.* Franc. Lugo, *lib. 5. de Sacramentis, cap. 6. q. 8. n. 50.* & pluribus aliis.

Triplex pro concluſione aſſignatur ratio. *Prima.* 2
Quia huiuſmodi homicidium non eſt propriè voluntarium. Primò enim, & per ſe non intenditur, ſed propria defenſio naturalis, ſecundariò tamen intenditur, & per accidens, tanquam medium neceſſarium, & ordinatum ad ſui defenſionem. Vnde per accidens illud contingit.

Secunda, à ſimili ſumetur. Sacerdos enim, qui 3
Templum ſpirituale eſt, pollutus non cenſetur, ſeu

irregularis

irregularis ex homicidio à ſe facto cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad neceſſariam ſui defenſionem. Ergo nec Templum materiale in quo idem patratur homicidium, pollutum cenſebitur. Antecedens expreſsè eſt diffinitum, *in Clementina vnica de Homicidio*, vbi ſic Papa Clemens Quintus. Si furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cenſemus, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem. Vbi Gloſſa, *verbo Suum*, tenet irregularem effici Clericum inuaſorem patris, matris, alteriuſve coniunctæ perſonæ occidentem, quam aliter iuuare non poterat. Quod vtique ex ipſo colligit præcedenti textu. Secus autem dicendum eſſe, quoad loci ſacri pollutionem, docet Barboſa, *dicto num.* 16. Non enim polluitur ex homicidio ſecuto ex defenſione proximi cum moderamine inculpatæ tutelæ, ait Doctor iſte.

4 *Tertia* denique. Quia tale homicidium iniurioſum dici nequit. Qui enim ſe defendendo, cum præfato moderamine alium occidit, ſuo iure vtitur, vti ex nuper citata *Clementina* patet, *ex cap. Dilecto, el 6. de Sententia excommunicationis in* 6. ibi. Præterea cum omnes leges, omniaque Iura, vim vi repellere, cunctiſque ſe defenſare permittant. Et *cap. Significaſti nobis, el* 18. *de Homicidio*, ibi. Quamuis vim vi repellere omnes leges, & omnia Iura permittant; quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, &c. & *L. Vt vim vi, ff. de Iuſtitia, & Iure*, vbi Bartolus, Paulus, & cœteri Doctores, quos ſuppreſſis nominibus recenſet Barboſa, *in dicta allegat.* 28. *num.* 16.

Quocirca D. Thomas, 2. 2. *quæſt.* 64. *artic.* 7. *in corpore*, ita fatur. Si aliquis ad defendendam propriam vitam vtatur maiori violentia, quàm oporteat, erit illicitum; ſi verò moderatè violentiam repellat, erit licita defenſio. Nam ſecundùm Iura, vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. Hæc Angelicus Doctor.

5 Si igitur, qui ſic ſe defendit ſuo iure vtitur, nemini facit iniuriam: quod vtiquè docent Pax Iordanus, & Barboſa *vbi ſupra*, & *de Axiomatib. Iuris, axioma.* 135. *n.* 8. ex *L. Iniuriarum*, §. *de Iniur.* 1. *ff. L.* 3. §. *is tamen, ff. de libero homine exhib. L. Qui iniuriarum*, §. *is qui, de iureiur. L. iureiurando. L. Quod Reip. L. Iniuriam. ff. de Iniur. L. Fluminum*, §. *vltimo, & etiam* argum. in *L. Proculus. ff. de damno infecto & in cap. Cum Eccleſia, el* 31. *de Electione*, vbi ſic ait Summus Eccleſiæ Præſul: *quia non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure ſuo.* Ergo ex homicidio ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ facto, locus ſacer minimè pollutus cenſetur.

6 Alia de hac re, apud Maſcardum, *de Probationibus, concluſ.* 1051. *num.* 31. apud Surdum, *conſil.* 374. *num.* 17. Flaminium Pariſium, *de Reſignatione Beneficiorum, tom.* 2. *lib.* 13. *q.* 1. *num.* 164. à Barboſa recenſitos, & apud Panormitanum, *in cap. Propoſuiſti, n.* 2. *el* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ*, Geminianum, *in cap. Si Eccleſiam pollui, num.* 8. *el vnico eod. tit. in* 6. Farinacium, *de Homicidio, quæſt.* 125. *num.* 22. Sylueſtrum, *in Summa, verbo Loca ſacra, quæſt.* 2. & Azorium, à Pace Iordano citatos, inuenire valebis.

7 Conſultò addidi in concluſione: *cum moderamine inculpatæ tutelæ.* Quia ſi ſe defendens, excedit dictum moderamen, & vltra propriam defenſionem, vim dictam exerceat, locus ſacer, citra omne dubium, pollutus cenſebitur, ita vt reconciliatione indigeat, vti bene Paſqualigus *n.* 4. cum Sylueſtro, *verbo Conſecratio Eccleſ.* 2. *n.* 5. Paſſerino, *de Pollut. Eccleſ. diſp.* 5. *c.* 36. *n.* 4. Pax Iordanus, *num.* 38 cum Innocentio, & Sylueſtro, *vbi proximè, quæſt.* 5. Barboſa, *num.* 18. rationem hanc reddens. Quia iam tunc voluntarium, & iniurioſum erit homicidium dicendum. Ita ille, ex communi Doctorum.

Aduertit tamen Paſqualigus, quòd quamuis exceſſus reddat homicidium peccaminoſum mortaliter, & iniurioſum, non ſtatim debeat pollutiuum Eccleſiæ pronuntiari, niſi in hominum æſtimatione exceſſus ille lædat reuerentiam Eccleſiæ debitam, quæ tunc læditur, quando conſtat clarè eſſe extra lineam defenſionis, & tranſire ad terminos vindictæ.

Deinde, exceſſus, non prouenit ex animo inferendi iniuriam, ſed propulſandi. Ergo non reddit homicidium iniurioſum, quia adhuc iſte exceſſus eſt effectus animi ſe defendendi. Et proindè, quod exceſſus in defenſione, ſi non ſit ex dolo, non debeat puniri, tradunt Abbas, *in c. Significaſti in fine, de Homicidio* Felino, *n.* 14. Ancharr. *in Clem.* 1. *Notab.* 3. *de Homicid.* Florian. de S. Petro, *in L. Si ex plagis*, §. *Tabernarius, ff. ad L. Aquil.* Alexan. *in Addit. ad Bart. L.* 1. *C. Vnde vi.* Si autem non debet puniri, neque etiam debet reddere homicidium pollutiuum Eccleſiæ, cùm non polluatur niſi per homicidium punibile.

Denique. Exceſſus in defenſione, non trahit excommunicationem contra inijcientes manus violentas in Clericum, *c. Olim, de Reſtit. ſpol.* vbi Gloſſ. *verbo Exceſſiſtis, in fin. c. Perpendimus, de Sent. Excom.* Gloſſ. *in C. Significaſti*, 2. *verbo Moderamine, de Homicid.* Graffis, 1. *p. dec. lib.* 2. *c.* 65. *n.* 14. Farinac. *in Praxi, p.* 5. *q.* 125. *n.* 418. Ergo cum talis exceſſus non puniatur à Iure, neque etiam debet reddere homicidium pollutiuum Eccleſiæ: quia ſicuti non reddit illud iniurioſum reſpectu perſonæ, ita nec etiam reſpectu Eccleſiæ.

Sentit tanden, & bene Barboſa, *numero* 19. quod etiamſi verum ſit, quòd homicidium ſequutum in propriam defenſionem, ſeruato præfato inculpatæ tutelæ moderamine, non ſit voluntarium, & culpabile ex parte aggreſſi occiſoris, ſeu homicidæ, ac per conſequens propter illud Eccleſia non cenſeatur polluta; ſecus tamen dicendum, ſi aggreſſor occiſus prius aggreſſum percuſſerit, ea percuſſione, quæ ad Eccleſiæ pollutionem ſufficiat. Tunc enim actio illa percuſſionis voluntaria, & peccaminoſa ex parte aggreſſoris erit: ac per conſequens Eccleſiam polluet. Quam quidem Auguſtini Barboſæ doctrinam, Pax Iordanus, ſine vlla formidine, aut dubitatione, *num.* amplectitur 39. Quibus Doctoribus lubens ſubſcribo. 8

DVBIVM DVODECIMVM Incidens.

Quæritur, in quo moderamen inculpatæ tutelæ conſiſtat?

BREVIARIVM.

Moderamen inculp. tut.

Quinque ad moderamen inculpatæ tutelæ requiruntur. n. 2.

CONCLVSIO.

1 MOderamen inculpatæ tutelæ, in modo, tempore, & cauſa conſiſtit.

Ita Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, allegatione* 28. *num.* 18. cum Chirchouio, *tomo* 2. *communium opinionum, lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 13. *verſic. Sed primò*, Gregorio Sayro, *in Theſauro lib.* 6. *cap.* 17. *à num.* 7. Farinacio, *in Praxi criminali, part.* 5. *quæſt.* 125. *num.* 349. *& ſeqq.* Chriſtophoro de Pace, *in Scholiis ad LL. Stili, L.* 58. *num.* 5. Rebello, *de Obligation. iuſtitiæ, part.* 1. *lib.* 3. *quæſt.* 12. *nu.* 7. Bernardo Greuœo, *ad Practicam Cameræ Imperialis, lib.* 2. *concluſ.* 110. *conſid.* 1. *à num.* 9. Petro Caballo, *de omni genere homicidij, num.* 94.

2 Quæ tria diffusè expendit Ioannes Azorius, *Inſtitutionum Moralium, part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 2. cuius explicationem, tanto dignam Doctore, hîc lubens exſcribere duxi. Sic ille diſertè fatur. Ad moderamen autem inculpatæ tutelæ, requiritur. *Primò*, vt inuaſor ſit iniuſtus: hoc eſt inuadat contra iuſtitiam. *Secundò*, vt inuaſus non prius offendat, quàm inuadatur. *Tertiò*, vt inuaſus tueatur ſe, & offendat inuaſorem in ipſo congreſſu, non autem poſt factum interuallum: hoc eſt, non poſt congreſſum finitum, & perfectum. *Quartò*, vt quandiu poteſt inuaſus ſe tueri, non occidendo, non occidat. Vndè non debet inuaſus maiori vi iniuriam repellere, quàm ſit vis inuaſoris. Verbi gratia ſi pugnis cæditur, non debet ſe armis defendere, niſi pugni ſint tam magni, vt mortem poſſint inferre. Si inuaditur ab inermi, non ſe defendat armis. Item ſi poteſt ſe tueri ſolum percutiendo, non occidat. Si baculo inuaditur, non ſe defendat enſe, niſi timeat ſe baculo interimendum, aut grauiter vulnerandum. *Quintò*, debet inuaſus probabiliter exiſtimare ſe grauiter lædendum, vel occidendum, ſi vim non pellat. Huc vſque Pater Azorius, qui allegat Nauarrum, *in Manuali, cap.* 15. Sylueſtrum, *in Summa, verbo Bellum, quæſt.* 2. *num.* 1. Couarruiam, *de Homicidio, in cap. Si furioſus, vnico, Clementin. de Homicidio*, & Cordubam, *lib..... ſui quæſtionarij, quæſt.* 38.

Libuit tamen aduertere cum Paſqualigo, *de Sacrific. to.* 1. *q.* 546. *n.* 7. quòd feruor defenſionis, non permittit quod defenſio ita ponderetur vt ſit, omninò iuxta menſuram neceſſariam: & ideò non poteſt præſcribi defenſori, quod vſque ad talem terminum, & non vltra extendat defenſionem, vt notant Baldus, *in L.* 1. *n.* 10. *Cod. Vnde vi.* Hyppolit. *in L. is qui, num.* 6. *Cod. Ad L. Cornel. de Sicariis.* Obred. *de neceſſ. defenſ. cap.* 12. *n.* 25. Et ideò exceſſus, niſi ſit cum dolo, habendus eſt pro defenſione neceſſaria.

***

DVBIVM DEC. TERTIVM.

An pollutus cenſeatur locus ſacer, ex qualibet percuſſione in eo facta, ex qua extra illum mors ſequatur.

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non polluitur locus ſacer per Homicidium in eo cauſatum, ſi extra illum mors ſequatur. n. 1. 2. 3.

Nec polluitur, ſi in eo membra iniuriosè conterantur, mors autem, aut effuſio ſanguinis ibi non ſequatur. n. 2.

CONCLVSIO.

NOn cenſetur pollutus locus ſacer per Homici- 1
dium in eo cauſatum, ſi extra illum mors ſequatur, & contingat.

Hanc concluſionem tenent Abbas Panormitanus, *in cap. Propoſuiſti, num.* 14. *el* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ*, & penes Paſqualigum, *de Sacrificio, to.* 1. *q.* 550. Amicus, *in Curſu Theolog. tom.* 7. *diſput.* 33. *ſect.* 12. *num.* 335. Mazuchell. *de Caſibus reſeruat. diſputat* 2. *cap.* 6. *difficult. prim. num.* 6. & Stephanus à S. Gregorio, *de Sacramentis, lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 14. Suarez, *in* 3. *partem D. Th. tomo* 3. *diſputat.* 81. *ſect.* 4. *caſu* 1. Azorius, Fagundez, & Præpoſitus, *locis proximè citandis*, Reginaldus *in Praxi, tomo* 1. *lib.* 29. *cap.* 9. *ſect.* 5. *num.* 18. Marchinus, *de Sacramento Ordinis, tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. & Alterius, *de Interdicto, diſputat.* 3. *cap.* 1. *colum.* 2. *verſic. Sex autem*, penes Leandrum à Sanctiſſimo Sacramento, *par.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. *quæſt.* 12. & Antoninus Diana, *part.* 6. *tract.* 6. *reſolut.* 26. vbi ſequentia prorumpit.

Sed negatiuam ſententiam, quam ipſe Marchi- 2
nus, & Fagundez probabilem vocat, tuetur etiam Præpoſitus, *in* 3. *partem, quæſt.* 83. *artic.* 3. *dub.* 2. *num.* 152. & Suarez *tom.* 3. *in* 3. *part. diſputat.* 81. *ſect.* 4. *caſu* 1. vbi ait. Exiſtimo neceſſarium eſſe, vt mors ipſa in Eccleſia contingat: quia aliàs reuera non fit homicidium in Eccleſia. Ita ille. Vndè Azorius, *parte* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *quæſt.* 13. docuit, quod ſi ſanguis minimè fundatur, licet oſſa, vel membra conterantur, aut frangantur, non ideirco polluitur Eccleſia. Et hæc anteà docuerat Panormitanus, *in cap. Propoſuiſti, num.* 14. *de Conſecrat. Eccleſiæ.*

Et ratio huius ſententiæ eſt, quia diximus ſuprà: pollutio Eccleſiæ eſt pœna. Ergo reſtringenda erit. Cum igitur in caſu noſtro, in Eccleſia non fuerit ſanguinis effuſio, neque mors in ea contigerit, reuera Homicidium non committitur in Eccleſia. Ergo quod non remanet polluta, dicendum eſt. Et in his caſibus fauere Eccleſiis debemus, vt potiùs non ſint pollutæ, quàm pollutæ.

Vndè ex his aliqui approbant opinionem Pa- 3
tris Reginaldi, *in Praxi, tom.* 2. *lib.* 29. *cap.* 9. *ſect.* 5. *num.* 18. Vbi docet, Eccleſiam non violari, ſi quis vino conſecrando immiſcuiſſet aliquid veneni, vt illius ſumptione Sacerdos moreretur, qui eo ſumpto Domum rediens, mortuus eſt: quia in hoc caſu, non adeſt effuſio ſanguinis, & Homicidium non poteſt

potest simpliciter dici fuisse in Ecclesia commissum. Ergo &c. Hucusque Diana. Reginaldo consonat Pasqualigus, *de Sacrificio, q.*544. *n.*3.

DVBIVM DEC. QVARTVM.

An per Homicidium factum super tectum loci sacri, supter locum ipsum in Specu, aut in pariete illius exteriori, pollutus ille censeatur.

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Non polluitur locus sacer per mortem factam supra tectum, infra pauimentum, aut ad parietem exteriorem. n.1.

CONCLVSIO.

1 EX morte iniuriosè illata, in aliqua ex adnumeratis in quæsito partibus, non censetur pollutus locus sacer.

Ita docent Ægigius Bassæus, *part.*1. *verbo Sacrilegium I. num.*6. Leander à Sanctissimo Sacramento, *part.*5. *tract.*5. *disputat* 1. *quæst.* 10. cum Nauarro, *in Manuali, cap.*27. *num.*256. *versic. Dixi intra*, Archidiaconum referente, Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib.* 5. *cap.*16. *num.* 14. ex Summa Astiensi, Angelo, Syluestro, Tabiena, & aliis. Et cum Marchino, *de Sacrificio Missæ, tract.* 3. *disputat.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Alterio, *de Interdicto, disputat.* 3. *cap.* 1. *colum.* 2. Auila, *de Censuris, part.* 5. *disputat.* 7. *dubit.* 1. *concluf.* 2. Villalobos, *tract.* 8. *de Missa, difficult.* 24. *num.* 1. & aliis. Pax Iordanus, *volumine* 1. *de Re sacra, lib.* 5. *tit.*12. *de Ecclesiæ & Cœmeterij reconciliatione, num* 10. cum Vgolino, *de Officio Episcopi; cap.*29. §. 1. *num.*1. *versic.* 2. Mario Alterio, *de Censuris, tomo* 2. *disputat.* 3. *cap.* 1. *versic. Sed quid.* Augustinus Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.*28. *num.*25. cum Franc. Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *partem D. Thomæ, disputat.* 81 *sect.* 4. *in principio.* & Stephano Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, part.*1. *lib.*3. *cap.*14. *num.* 10. *& part.* 2. *lib.*4. *cap.* 4. *num.*17.

2 Ratio autem conclusionis est, quia in casibus contentis in Dubij titulo, homicidium in loco sacro non fit. Quod certè ex sacrorum Canonum dispositione, omninò requiritur ad inducendam loco sacro pollutionem: seu potius ad hoc, vt ille pollutus censendus sit.

DVBIVM XV.

An pollutus censeatur locus sacer, si quis extra eum percussus, intra ipsum moriatur?

BREVIARIVM.

Odia.

Odiosa, & pœnalia, vltra id quod verba patiuntur, extendi non debent, sed restringi. n.2.

Pollutio loci sacri.

Iura pollutionem indicentia, odiosa sunt, & restringenda. n.2.

Si quis moriatur in loco sacro ex vulnere extra eum accepto, ille pollutus non censetur. n.1.

Regula.

Odia restringi, & fauores conuenit ampliari. n.2.

CONCLVSIO.

POllutus minimè censetur locus sacer, si in eo 1
quis moriatur, ex vulnere extra eum accepto.

Hanc tenent conclusionem D. Antoninus, *in Summa, part.*3. *tit* 12. *cap.*6. §.4. Pasqualigus, *de Sacrificio, q.*531. cum Glossa, *in cap. vnic. de Consecrat. Eccles. in* 6. *verbo Sanguinis*, & 32. Doctoribus, Durand. Palud. Syluest. Tabiena, Armilla, Angelo, Roderiq. Viualdo, Graffis, Piaseco, Azor. Sa, Auilia, Suarez, Fagundez, Reginaldo, Barbosa, Delbene, Mazuchell. Stephano à S. Greg. Ludouico à S. Ioan. Dicastillo, Amico, Tannero, Gasp. Hurtado, Franc. Lugo, Pace Iordano, Passirino, & aliis. Ludouicus Caspensis, *in cursu Theologico, tom.*2. *tract.*23. *disputat.*3. *sect.*3. Leander à Sanctissimo Sacramento, *part.*5. *tract.*5. *disputat.* 1. *quæst.*14. cum Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib.*5. *cap.* 16. *num.*15. Nauarri *in Manuali, cap.* 27. *num.*256. *versic. Aut datur causa*, & Alterio, *de Interdicto, disputat.*3. *cap.*1. *colum.* 3. *versic.* Secundò polluitur. Et Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.*6. *tract.*3. *cap.*3. *versic.*1. *Per factum*, vbi id asserit, & probat, dicens. Non est autem tale.... 3. cuius causa data est extra Ecclesiam. Quia requiritur vt vulnus, siue causa physica fiat intra Ecclesiam. Ad hoc scilicet, vt illa polluatur.

Et ratio quidem in promptu est. Quia cum Iura 2
pollutionem indicentia loco sacro, pœnalia sint, & odiosa, extendi non debent vltra id, quod illorum patiuntur verba, sed restringi. Ioannes Baptista Lezana, *in Summa Quæstionum Regularium, tomo* 2. *part.* 4. *verbo Leges Regularium, num.* 33. Castrus Palaus, *parte* 1. *tract.*3. *disputat.*5. *punct.*3. §.3. *num.*7. *&* 8. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Monialibus, num.* 106. Textus expressus nobis adest, *in cap.* 15. *de Regulis Iuris, lib.*6. vbi „
sic decernitur. *Odia restringi, fauores conuenit ampliari.* Vndè odiosa, & pœnalia non irrogantur, nisi expresè caueatur in Iure. Barbosa, *de Axiomatibus Iuris, verbo Odium, num.*1. *& verbo Pœna, num.*7. vtrobique cumulat quàm plures Doctores, & vtriusque Iuris textus, videlicet *L. Cum quidam, ff. de Liberis, & Posthumis, Authent. de non eligendo secundo nubentes*, §. *Sin autem. Can. Renouantes*, 22. *distinct. & cap. Odia*, modò redditum. Ægidium *consil.*9. *num.* 21. *&* 21. Robles, *de Repræsentationib. lib.*2. *cap.* 14. *num.* 10. Federicum de Senis, *consil.*25. *num.*4. Mari. Antonin. *Variarum resolution. lib.* 3. *resolut.*39. *num.*11. *&* 32. Gironda, *de Priuilegiorum explicatione, numero* 563. Menochium *consilio* 272. *num.*83. *& consiliis* 275. 431. 526. 1032. 1128. *&* 1192. quorum numeros non recenseo, vt prolixitatem euitem. Allegat etiam Barbosa, Cardinalem Tuschum, *in litt. P. concluf.* 816. *numero* 4. & Hectorem Felicium *allegat.* 66. *numero.* 6.

***

DVBIVM XVI.

An polluatur locus ſacer per mortem illatam in vim ſententiæ, in eo per Iudicem latæ?

BREVIARIVM.

Acta.

Omnia acta ciuilia, & criminalia per Iudices Seculares, & eorum miniſtros, in locis facta ſacris, ipſo iure ſunt nulla. n. 3.

Negotiatio.

Negotiationes, maximè nundinarum in loco fieri ſacro, in Iure prohibentur. n. 3.

Pollutio loci ſacri.

Per homicidium extra locum ſacrum factum in executionem ſententiæ in eo latæ, pollutus ille non cenſetur. n. 1.

CONCLVSIO.

1 MInimè pollutus cenſetur locus ſacer, per homicidium extra eum factum, in executionem ſententiæ in eodem pronuntiatæ loco.

Hanc tenent concluſionem Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *parte 5. tract. 5. diſput. §. 2. quæſt. 24.* cum Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 256. verſic. Dixi naturalis,* & Alterio, *de Interdicto, diſput. 3. cap. 1. colum. 3. quæſito 2.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. de Eccleſiæ, & Cœmeterij reconciliatione, num. 10.* cum Sayro, *in Theſauro, lib. 5, cap. 16. num.* Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap. 29. §. 1. num. 1. verſic. 2.* & Mario Alterio, *de Cenſuris, tomo 2. diſput. 3. cap. 1. verſic. Sed quid.* Et ex iiſdem addit Doctoribus, id verum eſſe, etiamſi huiuſmodi executio in turri, ſupra tectum, aut in parietibus externis ipſius Eccleſiæ fieret. Quod etiam docet Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 28. num. 25.* cum Sylueſtro, Suarez, *tom. 3. in 3. partem D. Thom. diſput. 81. ſect. 4. in princ.* & Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 10. & part. 2. lib. 4. c. 4. n. 17.*

2 Ratio concluſionis eſt. Quia ſi vulnus ex Eccleſia extra illam exiſtenti illatum, ex quo mors ſequatur, Eccleſiam non polluit, nec polluere cenſetur, vti reſoluimus *dubio 13.* neque ſententia in eo lata, & extra eam exequuta, mortem inferendo, illum polluere cenſebitur.

Huiuſmodi autem ſententia, proceſſus, eſt acta omnia in Eccleſia, aut Cœmeterio facta, & prolata, ipſo iure ſunt nulla, vti benè Gloſſa, *in cap. Decet, §. 1. el 2. de Immunitate Eccleſiarum, lib. 6. in verbo Proceſſus,* ibi. Nam cum tantum proceſſus, & ſententiam Iudicum irritet. Et Pax Iordanus, *vbi proximè, num. 11.* ex eodem Iure, deſumpto ex Concilio Generali Lugdunenſi, in quo ſic Gregorius Papa Decimus decernit. Ceſſent in Eccleſiis, eorúmque Cœmeteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiuſcúmque tumultus, omnis in eis ſæcularium Iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per Laicos, criminalis maximè agitetur: ſint loca eadem à Laicorum cognitionibus aliena. Hactenus conciliare Decretum, *in dicto cap. licet, el 2. dicti tituli.*

Ad quem textum Auguſtinus Barboſa, ſequentia adnotat, & benè *num. 5.* ita fatur. Notatur ad hoc, quod ſæculare iudicium, & iam Ciuile non poteſt in Eccleſia fieri, vt per Rebuffum, *in Commentario ad Tit. ff. de Verborum ſignificatione, ad L. Appellatione, 72. verſic. Item ſicut pag. 350.* Azorius *Inſtitutionum Moralium, part. 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 1.*

Numero 6. ſic ait Barboſa. Notatur etiam ad hoc, quod citatio non poteſt fieri in Eccleſia, vt per Tiraquell. *de Retractu lig. ad finem tit. num. 82.* Valaſcum, *conſilio 81. num. 1. cum ſeqq.* Azeuedo, *ad Curiam Piſan. lib. 1. cap. 5. num. 4. litt. E.* Ludouicum Correa, *in Repetitione cap. Inter alia, de Immunitate Eccleſia, part. 2. num. 27.* Metipſum *de Parochis, c. 13. n. 15.*

Et denique ad illa textus verba. *Omni careant roboris firmitate.* Sic proſequitur. Ergo ipſo iure, iuxta ea, quæ de his verbis tradunt Tiraquellus, *in L. ſi vnquam, verbo Reuertatur, num. 86. Cod. de Reuocand. donation.* Sayrus, *in Clani Regia, lib. 3. c. 8. num. 26.* Farinacius *Fragment. crimin. part. 2. litt. L. num. 129.*

DVBIVM XVII.

An per mortem alteri animali, quàm homini, in loco ſacro illatam, pollutus ille ſit?

BREVIARIVM.

Iniuria.

Omne animal irrationale iniuria incapax eſt. n. 2.

Pollutio loci ſacri.

Ideo ex homicidio pollutio ſequitur loco ſacro, quia homicida actionem iniurioſam in illo exercuit. n. 2.

Per nullius animalis irrationalis mortem, in loco ſacro factam, ille pollutus cenſetur. n. 1.

CONCLVSIO.

PEr nullius animalis mortem, in loco ſacro fa- 1
ctam, ſi irrationale illud ſit, pollutus cenſetur ipſe occiſionis locus.

Ita docet Gloſſa, *in cap. ſi Eccleſiam poltui, verbo Sanguinis, vnico de Conſecratione Eccleſiæ, lib. 6.* ibi. Vnde ſi ibi occidatur canis.... Eccleſia non eſt reconcilianda. Vbi Barboſa, *num. 7.* in ſimili de ſanguinis effuſione, pollutionis inductiua cum eadem Gloſſa ait. Notatur ad hoc; quod vt Eccleſia per ſanguinis effuſionem polluatur, ſeu violetur, requiritur, quod ſanguis hominis viuentis effundatur, & non ſufficit, quod ſanguis ſit brutorum animalium, vt per Sayrum, *dicto cap. 16. num. 6.* (*libri ſcilicet 5. Theſauri,*) Raguſium, *de Miſſa in Eccleſia, quæſt. 60. num. 2.* & plures, quos refero, *dicta allegat. 28. num. 31.* Hæc ibi. *Et de officio, & poteſtate Epiſcopi, in dicta allegatione, & numero,* pro ſe recenſet Cenedum, *ad Decretum, part. 3. collect. 11. in principio.* Vgolinum, *de Poteſtate Epiſcopi, cap. 29. §. 2. verſic. Excipitur ergo.* Nauarrum, Ledeſmam, & Viualdum.

Ratio

Ratio autem conclusionis est. Quia Iura de homicidio semper, nunquam verò de alterius animalis morte, in loco sacro patrata loquuntur, dum de istius reconciliatione, ob mortem in illo illatam. Et meritò quidem, quia Ecclesia ideo ex homicidio polluta censetur, quia homicida actionem exercet iniuriosam in illa. Nullum autem irrationale animal, capax est iniuriæ, vti benè Barbosa, *dicta allegatione* 28. *num.* 31. & Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re sacra lib.* 5. *tit.* 12. *num.*... adnotant. Ergo per nullius occisionem btuti, in loco sacro factam, iste polluitur.

DISQVISITIO II.

De humani sanguinis effusione.

An humani sanguinis effusio in loco sacro facta illum polluat?

BREVIARIVM.

Censura.

Ecclesiastica censura, Iudicis requirit sententiam, vt aliquem vitare teneamur. n. 20.

Cœmeterium.

Polluta Ecclesia, pollutum censetur Cœmeterium Ecclesiæ contiguum. n. 5.

Communio.

Cui non communicauimus viuo, mortuo communicare non possumus. n. 18.

Consecratio.

Ecclesiæ consecratio iterari non debet, nisi sit illa exusta. n. 2.

Diuina.

Fieri nequeunt Diuina in Ecclesia, aut loco polluto, ante illius reconciliationem. n. 18.

Ecclesia.

Reconsecrari debet Ecclesia anteà consecrata, si exusta fuerit. n. 2.

Ecclesia consecrata, sanguinis effusione polluta, reconciliatur per aquam cum vino, & cinere benedictam. n. 3.

Ecclesia non consecrata sanguinis, aut seminis effusione polluta, aqua benedicta protinùs reconcilietur. n. 4.

Excommunicatio.

Excommunicatus non denunciatus, vitari non debet. n. 20.

Hæreticus.

Neque viuus, neque mortuus Hæreticus, etiam notorius, vitari debet, si denunciatus non sit excommunicatus. n. 18.

Iniuria.

Nullum animal irrationale iniuriæ capax est actiuè, aut passiuè. n. 10.

Minima.

De minimis non curat Prætor. n. 11.

Modica.

Non veniunt in consideratione. n. 11.

Pœna.

Non obligat ante Iudicis sententiam declaratoriam remissiuè. n. 17.

Pollutio loci sacri.

Per iniuriosam sanguinis effusionem, locus polluitur sacer. n. 1. & seqq.

Polluta Ecclesia, pollutum censetur Cœmeterium illi contiguum. n. 5.

Non polluitur locus sacer per effusionem sanguinis non iniuriosam. n. 8.

Neque per effusionem sanguinis per alterius, quàm hominis. n. 9.

Non quælibet sanguinis emissio, esto illa iniuriosa sit, sufficit ad inducendam loco sacro pollutionem, sed requiritur, quod effusio sit, quæ largitatem ostendit, non modicam fusionem. n. 11. 12.

Quanta autem debeat esse hæc largitas, seu quantitas, arbitrio relinquitur viri prudentis. n. 15.

Actio per quam causatur sanguinis effusio, vt pollutionem inducat, debet esse voluntaria, iniuriosa, & notoria: & non solùm quoad effusionem debet esse notoria, sed de eo quod voluntaria, & iniuriosa fuerit. n. 16.

Nec sufficit qualibet notorietas, sed quæ habetur ex Iudicis sententia, declarantis pollutionem processisse ex hoc, vel illo delicto. n. 17. 18. 20.

Pollutio loci sacri impedit, ne in eo Diuina celebrentur, aut cadauera sepeliantur, antequam reconcilietur. n. 5. 18.

Non inducitur pollutio Ecclesiæ per sepulturam Hæretici notorij, qui denunciatus non sit excommunicatus. n. 18. 19.

Neque per sepulturam Fidelis excommunicati notorij, si tamen non sit denunciatus, aut notorius Clerici percussor. n. 19.

Pollutionis pœna est instar censuræ interdicti, & veluti censura requirit Iudicis sententiam. n. 20.

Reconciliatio.

Ecclesia consecrata polluta sanguinis, vel seminis effusione, reconciliatur per aquam cum vino, & cinere benedictam. n. 3.

Non consecrata verò, per aquam benedictam. n. 4.

Ad reconciliationem Ecclesiæ conuocatus Clerus ciuitatis, & processio adhibetur. n. 7.

CONCLVSIO.

INiuriosa humani sanguinis effusio in loco sacro facta, illum polluere censetur. 1

Ita docet Glossa *in cap. Proposuisti, el* 4. *de Consecratione Ecclesiæ*, & in *cap. si Ecclesia* el final, *eodem tit. vtrobique in casus figuratione*, & *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, vnico eod. tit. in* 6. D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 6. §. 4. Emmanuel Sa, *verbo Ecclesia, num.* 13. Antonius Naldus, *in Summa eodem verbo, num.* 28. Azorius, *Institutionum Moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 5. *quæst.* 1. *versic. Secundò polluitur.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 9. *cap.* 4. *num.* 12. Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *disput.* 23. *quæsito* 11. *num.* 1. Petrus Crespetius, *in Summa Ecclellasticæ disciplinæ, verbo Dedicatio Ecclesiæ, an iteranda pag. mihi* 232. *colum.* 1. & *verbo Ecclesia sanguine, aut semine polluta, pag.* 292. *colum.* 2. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *sect.* 2. *num.* 72. Thom. Delbene, *de Immunitate Ecclesiast. tom.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2 *sect.* 2. *num.* 1. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Ecclesia, num.* 12. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re sacra, lib.* 5. *tit.* 12. *à n.* 4 Antonius de Escobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.* 6. *examine* 4. *cap.* 4. *n.* 32. *pag. mihi* 727. Ludouic. Caspensis, *in Cursu Theologico, tom.* 2.

tract. 23. *diſputat.* 3. *ſect.* 3. *num.* 70. Caſtrus Palaus, *tom.* 2. *tract.* 11. *diſputat.* 1. *punct.* 1. *num.* 1. Bartholom. Gauantus, *verbo Eccleſiæ reconciliatio, num.* 1. Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 4. *document.* 4. *num.* 3. cum Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcepto* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num* 14. *&* 16. Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Sacrilegium I. num.* 6. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 6. *tract.* 3. *cap.* 3. *dub.* 4. *verſic. Per mortalem.* Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 28. *num.* 2. *& ſeqq. & in cap. Si Eccleſiam pollui, num.* 2. 7. *&* 8.

2 Probatur concluſio ex pluribus Apoſtolicis Conſtitutionibus. Et primo, ex *Canone Eccleſiis, el* 20. *diſtinct.* 1. quem refert Creſpecius, *dicta columna* 1. in quo Concilium Generale Nicænum, ſub S. Sylueſtro Papa, ſic decernit. Et Eccleſiis ſemel Deo conſecratis, non debet iterùm conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſcumque ſemine pollutæ fuerint.

3 Probatur ſecundò *ex dicto cap. Propoſuiſti* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ*, in quo Alexander Papa Tertius, ſic reſcripſit. Propoſuiſti, quod venientibus ad Eccleſiam Sancti Iacobi ex diuerſis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab aliis per contentionem, & rixas Altaris de nocte cuſtodiam vendicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur. Et infrà. Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod manente Eccleſia, & Altari, & ipſa reconciliari poterit per aquam cum vino, & cinere benedictam.

4 Tertiò, *ex cap. ſi Eccleſia non conſecrata, el* 10. *eod. tit.* Vbi ita Gregorius Papa Nonus. Si Eccleſia non conſecrata, cuiuſcumque ſemine fuerit, aut ſanguinis effuſione polluta, aqua protinùs exorcizata lauetur, ne diuinæ laudis organa ſuſpendantur.

5 Quartò probatur *ex cap. Si Eccleſiam pollui vnico eod. tit. lib.* 6. in quo Bonifacius Papa Octauus, ſic decernit. Si Eccleſiam pollui ſanguinis, aut ſeminis effuſione contingat, ipſius Cœmeterium ſi contiguum ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum. Vndè antequam reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri.

6 Quintò, *ex cap. Tuarum, el* 11. *de Priuilegiis*, vbi Innocentius Papa Tertius, ita ait. Cùm in quadam Eccleſia baptiſmali, eis à prædeceſſore tuo collata, quidam eorum percutiens Vicarium Sacerdotem, ipſam Eccleſiam ſanguinis effuſione fœdaſſet, vſque ad reconciliationem Diuina ibidem interdixiſti officia celebrari, &c.

7 Sextò probatur concluſio, ex Clemente Papa Tertio, allegato *parte* 50. Concilij Generalis Lateranenſis, *cap.* 67. in ſequentia prorumpit. Eccleſias, quæ ſanguinis, vel ſeminis ſunt effuſione pollutæ, Ciuitatis Clericis conuocatis, cum proceſſione, & aquæ benedictæ aſperſione, provt in Ordinario habetur aſcriptum, poteris emundare.

Circa quæ Iura, duo adnoto. *Primum*, quod in vim Canonis Concilij Nicæni, ſub Sancto Sylueſtro, Eccleſia ſanguinis, aut ſeminis effuſione polluta, non poteſt reconciliari aliter, quàm ſi denuò conſecretur. Patet ex illius diſpoſitione. Idem enim decernit in caſu exuſtionis, ac in caſu effuſionis ſanguinis, vel ſeminis. Hic enim dictio *Aut*, non eſt diſiunctiua, ita vt diſiungat ſenſum, & verba, vti frequenter ſolet, & docet Barboſa, *tract. de dictionibus vſu frequentioribus, dict.* 46. *num.* 1. ex Pariſio, *conſil.* 91. *num.* 29. *lib.* 2. Natta, *conſil.* 675. *num.* 26. *vol.* 4. Hondedeo, *conſil.* 35. *num.* 17. *vol.* 2. ſed eſt alternatiua, quæ importat idem, quod *Seu*, aut *Siue*, vti cum Baldo, *conſil.* 45. *&* 450. *lib.* 5. Romano, *conſil.* 176. *num.* 7. *in fine.* Cardinali Thuſcho, *tomo* 2. *litt.* 2. *concl.* 244. *num.* 8. & Flaminio Pariſio, *de Confidentia benefic. quæſt.* 32. *num.* 40. Et vt verificetur iſta alternatiua, ſufficit alteram partem eſſe veram. Ipſe Barboſa *ex L. ſi hæredi plures, ff. de Cond. Inſtit. L. Plerumque*, §. *fin. ff. de Iure dotium, L. Si quis ita ſtipulatus fuerit, in fine, ff. de verborum obligation.* & ex Rebuffo, Portoles, Mandoſio, Euerardo, Pichardo, Cenedo, Galganet, & Azorio, *Inſtitut. Moralium, part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 27. *quæſt.* 1. Vndè iſta alternatiua attribuit actum reconciliationis, cuilibet in ſolidum, exuſtioni ſcilicet, & effuſionis ſanguinis, vel ſeminis, iuxta doctrinam Gloſſæ *in cap. Cùm plures, verbo Forma, el* 8. *de Officio, & Poteſtate Iudicis Delegati, lib.* 6. dicentis, quod quando pluribus ſub hac forma mandatum committitur, vt omnes, aut duo, vel vnus eorum illud exequatur, quilibet eſt Iudex in ſolidum, vigore alternationis, *ex cap. In alternatiuis, de Regulis Iuris, eod. lib.* quam ſequuntur Archidiaconus, Ioannes Andreas, Dominicus, & Franchus, provt referuntur à Cenedo *poſt Canonicas quæſtiones, ſingular.* 6. *num.* 3. *in fine*, & à Barboſa, *vbi proximè, num.* 2. illos omnes allegante, pro hoc, quod iſta alternatiua attribuit actum cuilibet in ſolidum. Decretum igitur eſt à Conc. Nicæno, in *Canone Eccleſiis* citato, quod Eccleſia polluta ſanguinis, aut ſeminis effuſione, iterùm conſecretur. Dictio enim *Niſi*, in illo appoſita, exceptiua eſt, & in effectu aduerſatur præcedentibus. Barboſa, *dictione Niſi, la* 217. *num.* 2. *ex. L. Actione, Cod. de Tranſaction.* & Doctoribus ibi. Et neceſſariò ſignificat oppoſitum antecedentis cui immediatè aduerſatur: Idem Barboſa, *num.* 3. ex Dec. *in L. Bonorum. in* 2. *lect. num.* 27. *Cod. Qui admitti, & in L. Si quis in aliquo, num.* 2. *Cod. de Edendo.* Alexandro, *conſ.* 83. *num.* 3. *vol.* 1. Surdo, *de Alimentis, tit.* 1. *quæſt.* 104. *num.* 7. & aliis. Ita vt ſi oratio affirmatiua præcedit, neget; ſi verò oratio negatiua præcedit (vti in noſtro Canone *Eccleſiis* contingit: ait enim: *non debet iterùm conſecratio adhiberi, niſi, &c.*) affirmet, & includat: quia de ſui natura eſt ſemper contradicere præcedentibus. Barboſa, *n.* 5. cum Bart. Saliuto, Iaſone, & aliis pluribus quos ibi recenſet.

Dictio aut, alternatiua eſt, & attribuit actum cuilibet in ſolidũ.

Dictio Niſi exceptiua eſt, & præcedentibus aduerſatur.

Conſultò dixi, *in vim Canonis Concilij Nicæni*: quia ex Iuribus aliis poſterioribus, ſuprà redditis, aliter dicendum erit. Ad reconciliandam enim Eccleſiam pollutam ob effuſionem ſanguinis, aut ſeminis, immò ob homicidium in illa perpetratum, non indicitur reconſecratio, ſed aſperſio, aut lotio per aquam benedictam fienda. Expende verba Alexandri PP. *manente Eccleſia, &c.*

Secundum, quod adnoto eſt, diuerſam aquam aſſignari pro reconciliatione Eccleſiæ conſecratæ, ac pro Baſilicæ, ſeu Eccleſiæ non conſecratæ. Pro huius enim reconciliatione, aqua ſolùm exorcizata, & benedicta per ſimplicem Sacerdotem indicitur, vti contra Toletum *in Summa, lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 15. ſentientem, per Epiſcopum benedici debere: docet, Barboſa *in dictum caput Si Eccleſia, num.* 2. *in fine, el* 10. *de Conſecratione Eccleſiæ, & de Officio, & Poteſtate Epiſcopi, allegat.* 28. *num.* 57. *pag. mihi* 277. cum Auila, *de Cenſuris, part.* 5. *diſputat.* 7. *dubit.* 4. & bene colligit ex ipſo textu *dicti capitis Si Eccleſia*, ibi: *aqua protinus exorcizata lauetur.* & prius collegerat Panormitanus, *n.* 3. quòd protinus, vt præcipitur, fieri non poſſet, ſi Epiſcopi licentia

Dictio aut, aliquando diſiunctiua non eſt, ſed alternatiua

licentia, authoritas, aut benedictio expectanda esset. Pro reconcilianda autem Ecclesia iam consecrata, aqua benedicta cum vino, & cinere assignatur ab Alexandro Tertio *in cap. Proposuisti el 4. de Consecratione*, quæ fieri debet reconciliatio, secundùm formam contentam in Pontificali, vt aduertit Panormitanus *in dictum cap. Proposuisti, num.4.* ac per consequens à Pontificalia exercente: Pontificale enim & illius Ritus, pro solis sunt instituti, qui Pontificalia exercent. Vnde in *cap. Aqua, el 9. de Consecrat.* Sic lego Aqua per Episcopum benedicta, Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus: per Sacerdotis simplices hoc fieri de cætero prohibemus. Vbi Barbosa, *num.2.* colligit: *si sit consecrata.* Reconciliatio autem Basilicæ, seu Ecclesiæ non consecratæ, per quemcumque fiat simplicem Sacerdotem. *Vbi proximè*, Barbosa *ex cap. si Ecclesia, citato*, & ibi Glossa, *verbo Lauetur.* Mario, Alterio, Henriquez, Sayro, Toleto, Ludouico de Miranda, Homobono, Fagundez, Vgolino, & Auila.

8 Notanter dixi in conclusione: *iniuriosa.* Quia effusio sanguinis, quæ iniuriosa non est, locum non polluit sacrum. Docent Glossa *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib.6.* Azorius, *part.2. lib.9. cap.5. quæst.1.* ibi. Non polluitur Ecclesia alia quauis iniuria corporali, citra sanguinis effusionem. Barbosa, *de Potest. Episc. allegat.28. n.30.* Tamburinus Abbas, *vbi suprà, versic. Vtrum.* Bassæus, *num 6.* cum Reginaldo, *lib.29. num.180.* Francisco Suarez, *tom.3. in 3. part. disput.81. sect.4. de Eucharistia.* Iacobo de Graffis, *lib.2. cap.48. num.24. & 25.* & cum Ægidio Coninck, *quæst.83. artic.3. dub.1.* Pax Iordanus, *loco citato, num.6.* Thom. Delbene, *sect.1. num.1. & sect.2. num.1.* Leander, *part.5. tract.5. disput.1.§.2. quæst.15.* cum Sayro, *de Censuris, lib.5. cap.16. num.2.* Nauarro, *in Manuali, cap.27. num.256.* Syluestro, *verbo Consecratio 2. quæst. 5. versic. Secundus casus & verbo Interdictum 4. §.3.* Henriquez, *libro 9. cap.27. num.5.* Viualdo, *de Interdicto, num.54.* Auila, *part.5. disput.7. dubitat.1. conclus.2.* Alterio, *de Interdicto, disput.3. cap.1. colum.3. versic. Secundò polluitur,* cum Philiberto Marchino, *tract.3. de Ordine, part. 3. cap.10. n.8.* & aliis. Iacobus Gordonus, *vbi suprà*, & alij passim Doctores.

9 Notanter addidi: *humani sanguinis*: Quia cuiuscumque alterius animalis sanguis in loco sacro effundatur illum neutiqnam pollutum reddet. Glossa, *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, citat.* ibi. Vnde, si ibi occidatur canis. Barbosa, *ibidem, num.7. & de Potestate Episcopi dicta allegat.28. num.31.* cum Sayro, *vbi proximè, num.6.* Ragucio, *de Missa in Ecclesia, quæst.60. num.2.* Nauarro, Ledesma, Viualdo, Cenedo & Vgolino. Tamburinus, *vbi proximè*, Pax Iordanus, *num.52.* cum Ioanne Andrea Butrio, & cæteris Doctoribus, *in cap. si Ecclesia, el 10. & fin. de Consecratione Ecclesia.* Leander, *quæst.19.* & aduertit Barbosa, *dicto num.7.* quod sanguis effusus, vt locum polluat sacrum, debet esse hominis viui.

10 De eo quod humanus debeat esse sanguis, duplex est ratio. *Prima*, quia Iura de pollutione loci sacri loquentia ob sanguinis effusionem, non de quocumque sanguine, de humano tantùm illam decernunt. *Secunda*, quia actio pollutionem inducens, iniuriosa esse debet. Sed nullum irrationale animal iniuriæ est capax, neque actiuè, neque passiuè, vti benè Barbosa, *dicto num.31.* & Pax Iordanus, *in dicto titulo 12. num.52.* obseruant. Ergo per effusionem sanguinis illius, pollutio loco sacro non inducitur. Ac per consequens, sola humani sanguinis effusio illam inducere quibit.

Nec sine aduertentia dixi: *effusio*: Quia non quæ- 11
cumque sanguinis emissio, ad pollutionem, loco sacro inducendam, sufficere potest; sed ad hunc effectum, effusio requiritur. Effusio autem largitatem ostendit, & non paruam sanguinis quantitatem. Ita Panormitanus Abbas, *in cap. Proposuisti, num.3. el 4. de Consecratione Ecclesiæ*, ex textu, & Glossa, *in cap. Cum illorum, in §. Quod si Claustrales, in verbo effusionem sanguinis, el 32. de sententia excommunicationis.* Abbas Tamburinus, *dict. disput. 23. quæsito 11. num.1. versic. Nec præterea*, & ante Glossam, & vtrumque Abbatem D. Hieronymus, *super Malachiam Prophetam*, relatus *in Canone Reuertimini ad me, 16. quæst.1.* Verba tanti Ecclesiæ Doctoris ista sunt. *Verbum effusionis, nomen largitatis ostendit.* Vnde non polluitur locus sacer per modicam sanguinis fusionem: vtpotè si gutta sanguinis, etiam iniuriosè in Ecclesia ceciderit, sed per notabilem, seu considerabilem sanguinis fluxum. Barbosa *allegat.28. num.34.* cum Tiraquello, *in tract. de Iudicio in rebus exiguis, versic.11. pag.55.* Et ideo statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum in vulnere ex quo modicum sanguinis effunditur. Idem Barbosa, *num.35.* cum Hipp. *consil.80. num.260.* & Marco Antonio Genuensi, *in Practica Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, cap.80. n.2.* Pax Iordanus, *volum.1. lib.5. tit.12. num.46.* cum eodem Genuensi, Glossa, *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Consecratione Ecclesiæ in 6.* Franco *in dictam Glossam, eodem verbo.* Angelo, *verbo Consecratio Ecclesiæ, §.4.* Syluestro, ibi, *quæst.5. versic.2.* Nauarro, *cap.27. num.256. versic. Dixi effundere*, Azorio, *part.3. lib.2. cap.5. quæst.1. versic.2.* Vgolino *de Potestate Episcopi, cap. 29. §.2. versic.2.* Toleto, *in Summa, lib.5. cap.8.* & cum pluribus aliis penes istos Doctores. Et ratio huius est, quia de Minimis, non curat Prætor. Iordanus, *ex L. Prætor ait, ff de Iudic.* Et quia modica non veniunt in consideratione. Idem Pax Iordanus cum Tiraquello, *vbi proximè, n.11.*

Præfatam Doctrinam, quod ad pollutionem Ec- 12
clesiæ requiratur, non quælibet sanguinis emissio, sed effusio cum largitate, tenent dictus Barbosa, *de Vniuerso Iure Ecclesiastico, part.... lib.... cap.4. numero 16.* Azorius, *Institutionum Moral. part.2. lib.2. cap.5. quæst.1.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.2. lib.6. quæst 9. cap.4. num.12.* Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.6. tract.3. cap.3. dub.4. de Eucharistia, versic.11. Per mortaliter.* Castrus Palaus, *part.2. tract.11. disputat.1. punct.1. num.1.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccles. part.1. cap.2. dubitat.2. sect.2. num.42.* Machadus, *en el Perfecto Confessor, tom.1. lib.2. part.3. tract.4. documento 4. num.4.* cum Fagundez, *in quinque Præcepta Ecclesiæ, præcepto 2. lib.4. cap.4. num.14. & 16.* Bassæus, *tom.1. verbo Sacrilegium. 1. n.6.*

Tenuerunt & Glossa *in Clementinam, ne Roma-* 13
ni, §. Verum, verbo Effundendis, la 2. de electione, & electi potestate. Ludouic. Caspensis, *in Cursu Theologico, tom.2. tract.23. disput.3. sect.3. num.70.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part.1. tract.8. cap.5. sect.2. num.72. versic. Noto 2. in fine* Diana *part.6. tract.6. resolut.25.* & Leander, *part. 5. tract.5. disput.1.§.2. quæst.16.* cum Suarez, *tom.3.*

in 3.partem, diſput.81. ſect.4. num. 2. Reginaldo, *tom.2. lib.29. cap.29. num.181.* Auila, *de Cenſuris, part.5. diſputat.7. dubitat.1. concluſ.2.* Sayro, *in Theſauro, lib.5. cap.16. num.2.* Mario Alterio, *de Interdicto, diſputat.3. cap.1. col.4. verſic. Quæritur quintò*, & Philiberto Marchino, *tract.3. de Ordine, part.3. cap. 10. num.8.* ac Viualdo, *de Interdicto, num.59.* Paſqualigus de *Sacrific. q.555.*

14 Dubitari autem poteſt, quænam quantitas ſufficiat ad effuſionem ſanguinis, loco ſacro pollutionem inducere valentem: & quæ modica ſit, vt dici nequeat effuſio? Aloïſius Riccius, *in Praxi, reſolut.261.* prout Pax Iordanus, *volum.1.lib.5.tit.12. num.47. verſic. Riccius refert*, reſoluit ſufficere ad inducendam pollutionem, quod vnam, & alteram excedat guttam. Quia ſimpliciter, & abſque diſtinctione Iura de ſanguinis loquuntur effuſione. Ergo nos diſtinguere nō debemus: ſed ſufficiet, quod pauca in quantitate, ex vulnere guttæ ſanguinis exeant.

15 Pax tamen ipſe, *dicto num.47.* ait cum Franco, & aliis, *in cap. Si Eccleſiam pollui, vnico de Conſecratione, in 6.* cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap. 29. §.2. verſic.2.* Argum. *capitis de cauſis, §. final. de Officio Iudicis Delegati, & L. 1. ff. de Iure deliberandi*, cum communi Doctorum, relinqui Iudicantis arbitrio, iudicium de quantitate ſufficienti ad loci ſacri pollutionem, & de inſufficienti. Idem dicit Paſqualigus cum pluribus.

Et *verſic. Nec obſtat.* Riccij probationi reſpondet Pax Iordanus, quod licet Iura indiſtinctè loqui videātur, vtuntur tamen verbo *Effuſionis*. Ac proinde, omnes actus excludere, tali non comprehenſos verbo. Et ſic reuera diſtinctè loquuntur. Quocircà Paſqualigus *num.5.* colligit cum Facundez *præcept.1. Eccleſ. lib.3. c.14.n.14. & 19.* ad polluendam Eccleſiam non ſufficere, quod ſanguis guttatim fluat è vulnere. Nam dum guttatim fluit, non poteſt eſſe in illa copia, quæ requiritur ad effuſionem; præſertim, quia effuſio, ex proprietate ſuæ ſignificationis, importat continuum, & copioſum fluxum ſanguinis per aliquod tempus, quod non contingit, ſi guttatim fluat. Ibi Paſqualigus docet, Regulares, quibus conceſſum eſt, poſſe Eccleſias ſuas reconciliare, poſſe ſicut Epiſcopum declarare, an quantitas ſanguinis effuſi pro pollutione ſufficiat, necne. Quia facultas reconciliandi, trahit ſecum facultatem arbitrandi, an ſequuta ſit pollutio. Alioquin priuilegium haberet obicem pro exequutione ſi dependeret ab Epiſcopi arbitrio.

16 Pro præſenti Diſquiſitione, lectoris commendo memoriæ, ea, quæ pro præcedente adnotaui *num.4. & ſeqq.* Vnum eſt, quod ad hoc vt ſanguinis effuſio locum ſacrum polluere cenſeatur, debet eſſe voluntariè cauſata. Aliud, quod actio illa iniurioſa ſit, per quam ſanguinis cauſetur effuſio. Et aliud tandem, quod huiuſmodi actio voluntaria, & iniurioſa notoria ſit. Si enim notoria non eſt, non ſolùm quoad effuſionem ſanguinis, ſed quoad voluntariè, & iniuriosè cauſatam, locus ſacer per illam pollutus non cenſebitur.

17 Immò addo, non ſufficere ad hoc vt pollutus ille cenſeatur, aliam notitiam, quamuis notoriam, quàm illam quæ habetur ex Iudicis ſententia, declaratoria quidem pollutionis ex hoc, vel illo procedentis delicto, v.gr. ex homicidio, ſanguinis effuſione, &c. ita docent Nauarrus, *tomo 2. Conſiliorum, 2. editionis Romanæ, tit. de Hæreticis, conſil.10. num.4. pag. mihi 377.* Antonius Naldus, *in Summa verbo Eccleſia, num.29.* Baſſæus, *tom.1. verbo Sacrilegium I. num.8. verſic. Obſeruandum*, Diana, *parte 6. tract.6. reſol.27.* cum Suarez, & Fagundez mox citandis. Quod tenere debent omnes aſſerentes, pœnas non obligare, ante ſententiam Iudicis, declaratoriam criminis. Pro quo, plures allego *tomo 2. Diſquiſit.1. dub.13.* Et non loquimur de pœna, quæ eſt cenſura.

Libuit Nauarrum, & Dianam recenſere addita- 18
mentum fulcientes noſtrum. Sic Doctor Aſpilcueta fatur. Tertiò, quod maioris difficultatis eſt illa pars eiuſdem quæſtionis, quæ habet. An profanetur, vel exſecretur Eccleſia per ſepulturam Hæretici, qui eſt excommunicatus, ſicut per ſepulturam Chriſtiani excommunicati? Ad quam tamen videtur negatiuè reſpondendum, tenendo, quod ſupra dictum eſt: ſcilicet Hæreticum notorium non eſſe vitandum, donec denuncietur excommunicatus. Ratio enim quare per excommunicati ſepulturam Eccleſia exſecretur, & Miſſa, ac alia diuina Officia publica ibi non debeant fieri, eſt illa, quod, cui non communicauimus viuo, non debemus communicare mortuo, vt habet *prædictum caput Sacris, & dictum caput ad hæc.* Quæ ratio, cum non habeat locum hodie *per Extranagantem Ad euitanda* Martini Quinti, niſi in excōmunicatis denunciatis, vel notorio percuſſore Clerici, vt tradimus *in prædicto Manuali c.27.n.35.* non habebit etiam locum in ſepultura Hæretici non denunciati pro excommunicato.

Hucuſque ad amuſſim magnus Doctor Nauar- 19
rus, ex quo manifeſtè habemus, Eccleſiam minimè pollui ex Sepultura Hæretici, aut Fidelis excommunicati, eſto notoriè excommunicatus, aut Hæreticus ſit, dummodò non ſit denunciatus excommunicatus. Cuius quidem doctrina, & ratio eandem exigit denunciationem in pollutione Eccleſiæ, ex Homicidio, effuſione humani ſanguinis, & ex cæteris aliis cauſis proueniente cum omnium illarum, eadem ſit ratio.

Diana etiam, hac propoſita quæſtione, An Eccle- 20
ſia non cenſeatur polluta per quamcumque delicti notitiam: niſi hoc fuerit per ſententiam Iudicis declaratum? Sic illam reſoluit. Negatiuam ſententiam docet Suarez, *tomo 3. in 3.partem, diſputat.81. ſect.4. caſu 3. dubio 2.* & Fagundez, *parte 1. lib.3. cap.14. num.34.* Qui tamen etiam cum Suarez affirmatiuam ſententiam probabilem putat. Sic enim aſſerit. Aliqui ſatis probabiliter aſſerunt non ſufficere quamcumque notitiam delicti, nec Eccleſiam cenſendam eſſe pollutam, donec Iudicis ſententia declaratum ſit Eccleſiam illam eſſe pollutam. Ratio eſt, quia illa pœna pollutionis Eccleſiæ eſt veluti quædam cenſura: & inſtar cenſuræ requirit ſententiam Iudicis. Nullus enim excommunicatus vitari debet, donec per ſententiam Iudicis declaretur, aut denuncietur cenſuram incurriſſe.

Quod verò huiuſmodi pœna ſit inſtar cenſuræ, ſeu pœnæ interdicti ingreſſus Eccleſiæ? ac proinde inſtar pœnæ, cenſuræ, docet Paludanus, *in 4. diſtinct. 18. quæſt.8. artic.4.* Sylueſter, *verbo Conſecratio, quæſt.9. in fine, & verbo Interdictum 4. quæſt. 3.* Hucuſque Fagundez, & Sayrus etiam *de Cenſuris lib.5. cap.16. num.1.* ait, pollutionem, ſiue violationem Eccleſiæ, eſſe ſimilem interdicto locali. Et Auila, *de Cenſuris, parte 5. diſputat.6. dubitat.6. concluſ.3. in fine* aſſerit, ad interdictum locale reduci quodammodo Eccleſiæ violationem. Sed poſt Concilium Conſtantienſe, nemo tenetur interdictum ſeruare, donec per Iudicis ſententiam interdicti cenſura publicè denunciata fuerit. Ergo &c. Hactenus Antoninus Diana.

Pro maiori huius Diſquiſitionis dilucidatione, operæ pretium duxi, nonnulla Dubia diſcutere.

DVBIVM

DVBIVM I.

An locus polluatur sacer per effusionem naturalem sanguinis ab ore, vel naribus exeuntis?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Non inducitur pollutio loco sacro per effusionem copiosam sanguinis naturaliter ab ore, vel naribus. n. 1.

Actio pollutionem inducens, ita iniuriosa esse debet, vt mortalis sit eius iniuria, in ratione peccati. n. 2.

CONCLVSIO.

1 QVoties naturaliter sanguis ab ore, vel naribus exiit, in quacumque exeat quantitate, locus sacer, in quo effunditur, pollutus non censetur.

Ita docent D. Antoninus, *in Summa, parte 3. tit. 12. cap. 6. §. 4.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 40.* cum Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 256. versic. Dixi iniuriosa.* Ioannes Machadus, *en el Perfecto Confessor, tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. documento 4. n. 3.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tomo 2. part. 3. verbo Ecclesia, num. 12.* Leander à sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disput. 1. §. 2. quæst. 15.* August. Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, part. 2. allegat. 28. num. 36. & in cap. si Ecclesiam pollui, num. 8. vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib. 6.* vbi pro se, & nobis allegat Gregorium Sayrum, *in Thesauro lib. 5. cap. 16. numero 14.* Fratrem Ludouicum Lopez, *in Instructorio conscientiæ, part. 1. cap. 33. versic. Sed certè secundùm.* Ioannem Azorium, *Institutionum Moralium, part. 1. lib. 6. c. 26. q. 13.* & Farinacium, *in praxi criminali,*
2 *p. 3. q. 125. n. 22.*

Ratio autem conclusionis est: Quia effusio sanguinis in loco sacro, vt ei pollutionem valeat inducere, iniuriosa esse debet: & ita iniuriosa, vt iniuria ad mortale pertingat peccatum, vti benè docent Iacobus Gordonus, *tomo 2. Theologiæ Moralis, lib. 6. quæst. 9. de Sacrilegio 10. cap. 4. n. 12.* Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, tomo 1. cap. 2. dubitat. 2. sect. 2. num. 32.* Barbosa, *dicto num. 36.* Vbi ita fatur. Si enim percussio lethalis non est, quæ ad mortalem culpam sufficiat, neque ad pollutionem Ecclesiæ sufficiens censeri debet (loquitur de rixa puerorum, in qua alter alterum percutit, & ex naribus multus effluit sanguis) & ita resoluit Suarez, *dicta sess. 4. §. secundo violatur, in fine.* (*Tomo scilicet 3. in 3. part, disput. 81.*) Si tamen sanguis exiret de naso ex percussione violenta inter maiores quatuordecim annorum pollui Ecclesiam resoluit, iudicatumque refert Marius Antoninus, *Variarum lib. 1. resolut. 112. casu 6.* quem citat Gambarupta (*de casibus reseruatis, cap. 15.*) *dicto casu 6. num. 9.* Hactenus Barbosa. Sed quoties naturaliter sanguis exiit ab ore, vel naribus in qualibet quantitate effusio non est iniuriosa. Ergo per illam non inducitur pollutio loco sacro, in quo contingit.

DVBIVM II.

An emissio sanguinis in loco sacro sanitatis causa illum polluat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Pollutio non causatur loco sacro per emissionem sanguinis gratia sanitatis. n. 1.

CONCLVSIO.

MInimè pollutus censetur locus sacer per emis- 1
sionem sanguinis, in eo remedij, & sanitatis gratia factam.

Hanc tenent conclusionem Glossa, *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib. 6.* ibi. Vel si quis ibi minutionem faciat. Barbosa, *de Potestate Episcopi, part. 2. allegat. 28. num. 30.* ibi: aut medicinali effusione. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. numero 44.* cum Vgolino, *de officio Episcopi, cap. 29. §. 2. in principio.* Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. dub. 4. de Eucharistia, versic. 11. Per mortaliter.* Thomas Delbene, *de Immunit. Ecclesiast. part. 1. cap. 2. dubitat. 2. sect. 2. num. 35.* Leander à sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disput. 1. §. 2. quæst. 23.* cum Henriquez, *lib. 9. cap. 27. num. 5.* Auila, *part. 5. disp. 7. dubitat. 1. conclus. 2.* & Alterio, *de Interdicto, disput. 3. cap. 1. colum. 4. versic. Quæritur quintò.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæst. 9. cap. 4. num. 12.* Lezana, *in Summa, part. 3. verbo Ecclesia, num. 12.* & Machadus *tom. 1. del Perfecto Confessor, lib. 2. part. 3. tract. 4. documento 4. n. 3.*

Et probatur. Quia huiusmodi sanguinis effusio, iniuriosa non est, nec culpabilis, lethali culpa. Ergo per illam, non censetur pollutus locus sacer, in quo contingit. Patet consequentia, quia effusio sanguinis pollutionis inductiua, debet esse iniuriosa, & culpabilis mortaliter.

DVBIVM III.

An locus sacer pollutus censeatur, per effusionem sanguinis, ex percussione casuali?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Si ex casuali percussione, sanguis effundatur in loco sacro, iste non polluitur. n. 1.

PRocedit difficultas proposita, quando lapis, v. gr. lignum, aut quid aliud cadit, quod sanguinem effluere faciat: & quando quis, licitè saltem, operam rei dando, alius percutitur, & sanguinem effundit. Et in vtroque sensu, aut casu, sit.

CONCLVSIO.

SAnguis, ex percuſſione caſuali, in loco effluens ſacro, illum non polluit.

Ita docent Gloſſa, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Conſecratione Eccleſ. lib.* 6. ibi. Vel humanus ſanguis, caſu effundatur. D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 6. §. 4. Ioannes Azorius, *Inſtitutionum Moralium, part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *verſic. Secundò polluitur Eccleſia.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſput.* 23. *quæſito* 11. *num.* 1. *verſic. Vtrum.* Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 9. *cap.* 4. *num.* 12. Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Eccleſia, n.* 12. Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *tomo* 5. *tract.* 5. *diſput.* 1. §. 2. *quæſt.* 15. Paſqualigus, *de Sacrificio, q.* 553. *num.* 5. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tomo* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 2. *numero* 33. & ſequitur ex Gloſſa marginali, *in dictum caput ſi Eccleſiam pollui*, quatenùs docet, minimè Eccleſiam pollui, ſi quis occidatur ſub lapide, aut ligno cadente. Ergo multo minùs polluetur, ſi quis ſanguinem ſub lapide, aut ligno, alia verè cadente fundat: & quando quis operam rei dando licitè, caſu cauſet effuſionem ſanguinis.

Ratio concluſionis noſtræ eſt, quam ſæpè in præcedentibus tradidi. Quia ſcilicet actio pollutionem loco ſacro inducens, voluntaria eſſe debet, & iniurioſa, qualis non eſt de qua in noſtro caſu. Siue enim lapis, aut lignum, vel quid aliud ſimile caſu cadat, ſiue præter intentionem licitè operantis quis percutiatur deeſt iniuria, & deeſt voluntas.

DVBIVM IV.

An polluatur locus ſacer per ſanguinis effuſionem ex ludo aut ioco?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per ſanguinis effuſionem ex ludo, aut ioco licito, & licitè in loco ſacro facto contingenti, pollutus ille non cenſetur. n. 1. 2.

Secus ſi illicitè: quia actio periculoſa, & quia non fuit adhibita conueniens circumſpectione talis ſequeretur effuſio. n. 3.

CONCLVSIO.

1 MInimè pollutus cenſeri debet locus ſacer, per effuſionem ſanguinis in eo prouenientem ex ludo, aut ioco licito, in eodem licitè facto.

Hanc tenent concluſionem Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſput.* 23. *quæſito* 11. *num.* 1. *verſic. Nec præterea.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 9. *cap.* 4. *numero* 12. *verſic. At quid.* Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 41. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 256. *verſic. Dixi iniurioſa*, ducto argumento, *ex cap. Continebatur, el* 8. *& cap. Lator, el* 9. *de Homicidio* cum vtrobique notatis. Ioannes Baptiſt. Lezana, *tom.* 2. *part.* 3. *verbo Eccleſia, num.* 12. Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tom.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 2. *num.* 35. Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *tom.* 5. *tract.* 5. §. 11. *diſput.* 1. *quæſt.* 21. cum Villalobos, *tract.* 8. *difficult.* 24. *num.* 8. Sayro, *in Theſauro, lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 4. & Philiberto Marchino, *de Ordine, tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. Paſqualigus, *de Sacrific. q.* 553. *n.* 5. cum Ludouico à S. Ioanne, *in ſum. q.* 11. *de Euchar. art.* 7. *dub.* 2.

Ratio concluſionis eſt. Quia huiuſmodi ſangui- 2
niis effuſio, non procedit ex actione voluntaria, & iniurioſa mortaliter. Ergo non cenſetur locus ſacer ex ea pollutus, non enim pollutio loco inducitur ſacro per effuſionem, quæ voluntaria, & iniurioſa non ſit.

Conſultò addidi in concluſione *licito, & licitè* 3
facto. Quia ſi actio non fuit illam agenti licita, vel ſi licita, licitè illam non fecit, ſequuta ex illa effuſione ſanguinis in loco ſacro, iſte pollutus cenſebitur, vti benè Gordonus *vbi proximè* docet, & conſtat ex dictis *Diſquiſit* 1. *huius tractatus dub.* 7. vbi in ſimili de Homicidio idem cum pluribus firmaui Doctoribus. Et ibi traditis, maioris claritatis, & doctrinæ gratia, quod nunc occurrit dicendum, Lectori meo, reddere libet.

Ex duplici capite dixi in præſentis Dubij reſpon- 4
ſione, pollui locum ſacrum ex effuſione ſanguinis in eo facta, cauſata ex ludo. *Primum* eſt, quando ludus prohibitus eſt ludenti. *Secundum*, quando exercetur ludus aliàs licitus illicitè, non adhibita ſcilicet conuenienti diligentia, & circumſpectione, ne ex illo homicidium, au ſanguinis effuſio ſequatur. Ex quocumque ex duplici capite, ſeu cauſa, quilibet iſtorum ſequatur effectus, pollutus cenſebitur locus ſacer in quo contigerit, ſi ſaltem præuideatur effectus, iuxta ea, quæ vbi proximè ex Paſqualigo recenſui: ſicut irregularis verè erit Clericus, qui dando operam ludo ſibi prohibito, aut non prohibito quidem, ſed non adhibitâ conuenienti diligentiâ, ne ſequeretur homicidium, aut membri mutilatio, iſta, aut illud, cum effectu, ex ludo ſequatur.

Exemplum primi ſit in eo, qui ludo ſæcularium ludit, v. gr. in eo, qui ludos facit laruales, vulgo *maſcara*, dedecet enim Eccleſiaſticam perſonam, fictam perſonam, hoc modo, repræſentare: & propterea eos reos mortalis culpæ damnat Baſſæus, *tomo* 1. *verbo Ludus I. num.* 4. cum Angelo, *in Summa, verbo eodem. n.* 2. & Salone, 2. 2. *quæſt.* 4. *de Dominio, artic.* 6. *concluſ.* 2. In eo etiam ſit exemplum, in Clerico arma deferente, quod illi ſub graui pœnâ prohibitum eſt *in cap. Clerici, el* 2. *de Vita, & honeſtate Clericorum*, vbi Panormitanus, *n.* 1. ita ait. Nota, quod armorum delatio, Clericis eſt inhibita, in tantum quod contrafacientes, grauiter peccant. Quod tamen benè limitat idem Doctor, vt non procedat in delatione cultelli apti ad incidendum panem. Ita *in cap. Lator, num.* 3. *de Homicidio.* Qui igitur cum armis, quæ defert, omninò caſualiter, & abſque omni alia culpa, quam huiuſmodi armorum delatio, alium occidit, vel eius amputat membrum, irregularis efficitur, quia fuit in culpa deferendi arma, (pugionem v. gr.) & ſic ei homicidium imputatur. Abbas, *eodem n.* 3.

Tertium ſit in eo exemplum, qui ludit cum Laico, quantumcumque enim aliàs ludus ille licitus eſſet Clerico, propter commixtionem Laici, illicitus redditur Clerico, quia Clerici non debent ludere cum Laicis. Gloſſa *in cap. Continebatur, informatione caſus, in fine, el* 8. *de Homicidio.* Vbi Abbas *notabili* 3. in hæc prorumpens. Tertiò poteſt dici, quod ludus erat illicitus propter commixtionem Laici, quia Clerici non debent ludere cum Laicis. Et

nota

nota benè hunc intellectum. Cauendum ergo est Clericis à tali commixtione : nam casus inde prouenies imputatur eis. Hæc magnus Ecclesiasticæ Disciplinæ Coryphæus.Barbosa cum pluribus quos recenset,*in dictum,cap.n.*1.etiam ait. Clericus, qui ludit aliquo ludo Sæcularium,vel cum Sæculari, si casu aliquis occiditur, non potest ordinari sine dispensatione Papæ. Ex qua quidem Doctrina infertur,quod si Clericus,aut Religiosus, cum Sæcularibus,ludum pilæ exerceret, & tegula,ictu pilæ mota, caderet, absque omni alia culpa sua, & aliquem occideret,irregularis redderetur. Vndè Religiosus,qui cum Sæcularibus ludebat eo ludo , qui vulgo *a la barra* dicitur,& puerum , casu per viam currentem, transfixit,& occidit, irregularitatem contraxit, quia ludebat cum Sæcularibus , & quia illud ludi genus Religiosos dedecet.

Exemplum alterius capitis , ex quo effusio sanguinis imputatur , in ludo aliàs licito, quando scilicet quis conuenientem non adhibet circumspectionem,ne illa sequatur,affertur à Panormitano in *cap. lator, n.*2. *de Homicidio*, in eo, qui habebat cultellum ad incidendum panem,& solatiosè, absque cultelli remotione, lusit ad brachia, & colluſorem proiecit ad terram, & cultello casu eum vulnerauit,occidit. Ex quo enim ludus ille fuit deliberatus,vt supponitur, imputatur , Clerico non remouenti cultellum à se, mors illa;secus si ex parte ipsius non fuisset ille deliberatus,vt si alius influit in eum ludendo, & proiecit eum ad terram , & sic in nulla culpa reperitur prostratus.

DVBIVM V.

An effusio sanguinis in loco sacro , ex repræsentationibus sacris in eo factis causata, illum polluat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Si absque dolo , & culpa notabili effusio sanguinis in loco sacro sequatur ex repræsentationibus sacris in eo factis,pollutus ille non censetur. n. 1.

Repræsentare.

*Profanas repræsentationes fieri in loco sacro , prohibitum est.*n.1.

Sacræ etiam in eo rarò,aut nunquam fieri permittantur. n.2.

CONCLVSIO.

1 NOn censetur pollutus locus sacer , si secluso dolo , & culpâ notabili effusio sanguinis in eo sequatur ex repræsentationibus Natalis,Epiphaniæ, Passionis,Sepulturæ,Resurrectionisque Dominicæ, & similium,quales Martyria Sanctorum sunt.

Hæc conclusio est Pacis Iordani, *volum.*1.*de Re sacra, lib.*5.*tit.*12. *num.*42. & sequitur ex doctrina Glossæ *in cap.Cum decorem,verbo Laruarum,el* 12. *de Vita, & honestate Clericorum*, & Abbatis Panormitani *ibi,num.*1. *in fine.* Illa enim in sequentia prorumpit. Non tamen hîc prohibetur repræsentare Præsepe Domini,Herodem,Magos,& qualiter Rachel plorauit filios suos,&c. quæ tangunt festiuitates illas,de quibus hîc fit mentio : cum talia potiùs inducant homines ad compunctionem,quàm ad lasciuiam , vel voluptatem , sicut in Pascha Sepulchrum Domini , & alia repræsentantur ad deuotionem excitandam. Et quod hoc possit fieri, (in Ecclesia scilicet) est *argumentum, de Consecrat. dist.*2.*Semel,& dist.*4. *Quæris.*

Hæc Glossa , quam Panormitanus commendat dicens. Non tamen per istum textum prohibentur repræsentationes solemnitatum fidei nostræ, vt hîc dicitur in Glossa,quam nota pro obseruantia cómuni. Sequitur inquam,& euidenter quidem,ex vtriusque doctrina,conclusio nostra. Quia si non prohibentur huiusmodi sacræ repræsentationes, eo quod potiùs ad compunctionem,quàm ad voluptatem inducant.Ergo iniuriosæ non sunt,nec mortaliter peccaminosæ:ac per consequens , nec inductiuæ pollutionis loco sacro, si ex eis sanguinis effusio in eo sequatur, secluso dolo,& culpa notabili.

Consulit tamen præfatus Pax Iordanus , *vbi proximè,n.*43.vt rarò, aut nunquam licentia ad huiusmodi repræsentationes , quantumuis sacras , in Ecclesia peragendas concedatur , ob inconuenientia grauissima, quæ malitia temporum (experientia teste) sequuntur. Etsi rarò , aut nunquam concedi debet licentia ad sacras repræsentationes , concedi ad profanas non licere, nefas sit dubitare. 2

DVBIVM VI.

An pollutus censeatur locus sacer , per effusionem sanguinis in eo sequutam ex repræsentationibus profanis inibi factis ?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

*Per effusionem sanguinis, aut mortem præter intentionem sequutam in loco sacro,ex repræsentationibus profanis in eo factis , pollutus non censetur ille.*n. 1.2.

Actio pollutionis inductiua, non est,quæ non est mortaliter peccaminosa in ratione percussionis , esto aliàs mortalis sit. n.2.

Repræsentare.

*Turpes, & profanas repræsentationes fieri in loco sacro,sub lethali prohibentur.*n.1.

CONCLVSIO.

MInimè pollutus censetur locus sacer , si præter intentionem copiosa sanguinis effusio,aut mors quidem sequatur ex profanis repræsentationibus, & turpibus in eo factis cum peccato etiam lethali,contra prohibitionem Iuris,*in cap.Cum decorem,el* 12.*de Vita,& honestate Clericorum*, aut alia ex causa mortali. 1

Ita docet Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiast.p.*2.*c.*2.*dubitat.*2.*sect.*2.*n.*41. cum Cardinali de Lugo,*de Sacrament. Euchar.disp.*20.*sect.*2.*n.*54.

Probatur conclusio.Quia licet actio ex qua præter intentionem,sanguinis effusio sequitur,aut mors, mortalis sit , non tamen est talis in illo genere homicidij,aut effusionis sanguinis.Sed huiusmodi sanguinis effusio,aut homicidium quidem,in loco perpetratũ sacro,inducere non valet istius pollutionem nisi ex actione mortaliter peccaminosa in ratione percussionis , causatiuæ effusionis præfatæ ,aut homicidij, & ex actione iniuriosa, vti suprà dictum est.

Ergo

Ergo ſanguinis effuſio, aut mors ex repræſentationibus profanis, & turpibus, aut alia ex cauſa aliàs mortali ſequuta, locum non polluet ſacrum.

DVBIVM VII.

An per effuſionem ſanguinis, ex naribus, vel auricula propter non leuem percuſſionem in ratione iniuriæ, & peccati mortalis, leuem tamen in ratione percuſſionis, in loco ſacro factam, pollutus iſte cenſeatur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per effuſionem ſanguinis in magna quantitate de naribus, auricula, aut ore, etiam mortalem in ratione offenſæ, pugno, alapa, & ſimilibus, non ita grauem in ratione percuſſionis, locus non polluitur ſacer. n.1.

Verum tenet etiamſi percuſſus maior ſit qnatuordecim annorum. n.3.

Si tamen grauis ſit, adhuc in dictis partibus, percuſſio, quàtalis, effuſio ſanguinis polluet locum in quo facta fuerit. n.2.

CONCLVSIO.

1 PEr ſanguinis effuſionem, etiam grauem, ſeu lethiferam in ratione offenſæ, & in magna quantitate, quæ de naribus proflueret, aut auricula, vel ore, pugno, v.gr. alapa, aut ſimilibus non ita grauibus in ratione percuſſionis, locum ſacrum, ſi contigerit in eo fieri, polluere nullatenus cenſebitur.

Ita docent Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, nu.13. verſic. Primo, in fine.* Ibi. Nec ſecundùm quoſdam (ſcilicet polluitur Eccleſia) ſi quis alteri nares percutiat, vnde multus ſanguis effluat. Paſqualigus, *de Sacrific. q.560.* cum Dicaſtillo, *de Sacrament. tr.5. diſput.4. dub.7. num.117.* & Paſſerino, *de Pollutione Eccleſ. diſput.6. cap.6. num.4.* Antoninus Diana, *part.6. Reſolutionum Moralium, tract.6. reſolut.24. verba Philiberti Marchini, de Sacramento Ordinis, tract.3. part.3. cap.11. num.8.* ſic recenſens, & ſequens. Tertiò excipitur effuſio ſanguinis etiam lethifera, ſeu grauis, & in magna quantitate, quæ de naſo proflueret, pugno, alapa, & ſimilibus. Et addit ipſe Diana, quem ſequitur Auſonius Noctinot, *in illius Compendio, verbo Pollutio Eccleſiæ num.2.* Eſt ergo hæc ſententia abſolutè tenenda: & non quoad pueros tantùm rixantes in Eccleſia. Docent etiam concluſionem Hermann. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.6. tract.3. cap.3. dub.4. de Euchariſtia, verſic. II.* Per mortaliter. Caſtrus Palaus, *part.2. tract.11. de Reuerentia locis ſacris debita, & eorum immunitate, diſputat.1. punct.1. num.1.* cum Fagundez, *de Præceptis Eccleſiæ, part.2. lib.4. cap.4. num.18.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.12. num.51.* cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.29.§.2. ad finem,* & Iacobo de Graffis, *in Deciſionibus aureis, part.2. lib.2. cap.15. num.17. in princ.* Quem etiam *eodem libro, cap.48. num.25.* Victoriam, *de Euchariſtia, quæſt.99.* dictum Fagundez, *præcepto 1. lib.3. cap.14. num.7.* & Finellium, *caſ.5. Summ.2. num.3.* recenſet, ac ſequitur Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, parte 1. cap.2. ſect.2. num.48.* Leander denique, *parte 5. tract.5. § 2. quæſt.17.* cum præfato Marchino, *cap.10. num.8.* & Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.5. cap.16. num.2. in fine.*

Et ratio omnium iſtorum Doctorum, pro ſua, & 2
noſtra concluſione eſt. Quia licet percuſſio narium, auriculæ, vel oris, ſeu dentium, grauis ſit in ratione peccati mortalis, & iniuriæ; leuis tamen cenſetur in ratione percuſſionis, modo recenſito facta, pugno, vel alapa &c. cùm facilè ex auricula, & naribus, ac ore magna ſanguinis copia effluat. Si tamen grauis eſſet percuſſio, etiam in qualibet iſtarum parte, in ratione percuſſionis, ſecus dicendum eſſet, vt benè Pax Iordanus docet, ob contrariam rationem. Omne enim neceſſarium ad inducendam loco ſacro pollutionem, in tali reperiretur caſu. Percuſſio ſcilicet grauis, tam ratione percuſſionis, quàm ratione peccati, & iniuriæ, cum effuſione copioſa ſanguinis, & in loco ſacro.

Vndè ſi non ita grauis ſit percuſſio in ratione 3
percuſſionis, minùs arridet ſententia Auguſtini Barboſæ, *de Poteſtate Epiſcopi, parte 2. allegat.28. num.36.* aſſerentis, pollui Eccleſiam effuſione ſanguinis de Naſo ex perſona maiori quatuordecim annorum, violenter percuſſa: quod etiam docuerant Ægidius Coninx, *parte 3. quæſt.83. artic.3. dub.1. prope finem,* & Syluius, *3. parte, quæſt.3. artic.3.§. Quæritur,* à Delbene, & Diana recenſiti. Ducor, quia licet in ratione offenſæ, & iniuriæ, grauior ſit percuſſio facta maiori quatuordecim annorum, quàm minori; in ratione tamen percuſſionis, non eſt grauior in maiori, quàm in minori quatuordecim annorum, ſi æqualiter vterque lædatur. Ergo effuſio ſanguinis ex naſo, quæ in minori non ſufficeret ad inducendam pollutionem loco ſacro, ſi in eo fieret, ſufficere nec poterit in maiori. Quando, videlicet, maior quatuordecim annorum, maiorem, ſeu grauiorem non pateretur percuſſionem, quà talem, quàm minor fuiſſet paſſus. Quocirca Paſqualigus, *vbi ſuprà, ſic num.4.* infert.

Ex dictis colligitur, quod etiamſi ex leui vulnere fluat talis copia ſanguinis, quæ ſufficiat, vt dicatur effuſus, & vulnus ſit graue in ratione iniuriæ, neque adhuc polluetur Eccleſia. Ratio eſt. Quia vt dictum eſt in ſuperioribus, leue vulnus, etiam cum copia ſanguinis, non polluit Eccleſiam. Quod autem accedat grauitas ratione iniuriæ, nihil confert ad cauſam pollutiuam Eccleſiæ, nam non auget in eodem genere, ſeu in ratione cauſæ pollutiuæ, ſed in alio genere, nempè iniuriæ, & offenſionis moralis. Hactenus P. Zacharias Paſqualigus, *dicta q.560. & q.562.* latè idem proſequitur.

DVBIVM VIII.

An per effuſionem ſanguinis ex vulnere in loco ſacro facto ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, pollutus ille cenſeatur?

BREVIARIVM.

Irregularitas.

Qui ſe defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ,

telæ aut mutilat, aut occidit alium, irregularitatem non contrahit. n. 3. 4.

Pollutio loci sacri.

Non inducitur pollutio loco sacro per magnã sanguinis effusionem, nec per homicidium causatum ab eo, qui se defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ. n. 1.

Vis.

Vim vi repellere, omnia Iura permittunt. n. 4.

CONCLVSIO.

1 POllutus non censetur locus sacer, in quo quis cum moderamine inculpatæ tutelæ, se defendẽdo, aggressorem vulneret, etiamsi magnam iste sanguinis effundat quantitatem ex vulnere ei illato.

Ita docent Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali tom. 2. lib. 6. q. 9. cap. 4. n. 12.* & Ioannes Machadus, *en el Perfecto Confessor, tom. 1. l. 2. p. 3. tr. 4. documento 4. n. 3.* & docere omnes debent, qui docent per homicidium, ad sui defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ factum, loco sacro pollutionem non induci. De quorum numero sunt plures, quos *Disquisitione præcedenti, dub. 11. allegaui.* Quia omnes rationes ob quas non inducitur pollutio loco sacro, ratione homicidij in eo, ad sui defensionem patrati, si cum præfato inculpatæ tutelæ moderamine fiat, militant & in sanguinis effusione ad sui defensionem, cum simili moderamine facta. Ergo qui sentiũt, per tale homicidiũ, non pollui locũ sacrũ, sentire debẽt nec pollui per talem sanguinis effusionẽ.

2 Antecedens, inductione patet. In primis enim effusio illa, non est propriè voluntaria: cùm primò, & per se illa non intendatur, sed est propria defensio naturalis, secundariò autem, & per accidens intenditur tanquam medium omninò necessarium, ad propriam ordinatum defensionẽ. Ergo per accidens contingit illa sanguinis effusio. Ergo neutiquam per illam locus polluitur sacer. Si enim homicidium casuale, & per accidens sequutum, pollutionem non inducit, vti *dicto dub. 11. Disquisit. præcedentis* satis probatum reliquimus, quare effusio sanguinis casualis, & per accidẽs sequuta, illam inducere quibit?

3 Secundò. Templum spirituale, id est Sacerdos, pollutus, seu irregularis non est, per effusionem sanguinis, aut mutilationẽ quidem membrorum ad sui defensionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ factam, ita definiente Clemente Papa V. *in Clementina vnica de Homicidio*, in Concilio Generali Vniuersi. Videlicet. Si furiosus, aut infans, seu dormiẽs, hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat invasorem. Hactenus ibi. Ergo neque materiale Templum, aliusve locus sacer, pollutus censeri debet per similem sanguinis effusionem.

4 Tertiò tandem. Nulla actio pollutionem loco induit sacro, quæ iniuriosa, & mortalis non sit, vti non semel vidimus. Sed actio ad propriam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ facta, non est iniuriosa, neque mortalis. Ergo minimè, valet loco sacro inducere pollutionem. Minor patet ex Clementina, *numero præcedenti* ad amussim reddita, ibi: qui mortem aliter vitare non valens. Vbi innuit Clemens Papa, ius ad propriam vitam conseruandam, quisque habere, etiam cum mutilatione, & morte inuasoris. Et clariùs, ex *cap. significasti, 18. eod. tit. de Homicidio*, ibi: *quamuis vim vi repellere omnes Leges, & omnia Iura permittant.* Et ex *cap. Dilecto, el 6. de sententia excommunicationis, l. 6.* ibi: *Præterea, cùm omnes Leges, omniaque Iura vim vi repellere, cunctisque se defensare permittant.*

Ex L. etiam, *Vt vim vi. ff. de Iustitia, & Iure.* Patet etiam ex eo, quod qui suo iure vtitur, nec peccat, nec alteri facit iniuriam.

DVBIVM IX.

An effusio sanguinis hominis mortui in loco sacro ab inimico causata, per vulnus illi illatum locum illum polluat?

BREVIARIVM.

Analoga.

Verba analoga, pro principaliori analogato sumuntur in odiosis, & pœnalibus, n. 2.

Homo.

Vox Homo, vniuocè pro homine sumitur viuo; analogicè, pro mortuo. n. 2.

Homo per mortem desinit esse homo. n. 2.

Odiosa.

Extendi non debent odiosa, & pœnalia ad impropriam, & latam significationem, sed ad propriam, & rigorosam arctari. n. 2.

Pœna.

Infligi potest pro minori culpa, quæ pro maiori non infligatur. n. 4.

Pollutio loci sacri.

Non inducitur pollutio loco sacro, per effusionem sanguinis defuncti, ab inimico causata per vulnus illi in Ecclesia illatum. n. 1.

Causa vnica pollutionem loco sacro inducens, est Ecclesiæ lex, non maior culpæ grauitas, n. 4.

Punitio.

Grauiùs punitur vulnus cadaueri illatum quàm viuenti n. 3.

CONCLVSIO.

LOcus sacer minimè pollutus censetur, per effusionem sanguinis ab inimico causatam in illo, per vulnus cadaueri illatum. 1

Ita docent Antonin. Diana, *p. 6. tr. 6. res. 25.* Ausonius Noctinot in ipsius Dianæ *Compend. verbo Pollutio Ecclesiæ, n. 2.* Leander à Sanctiss. Sacramento, *p. 5. tr. 5. §. 2. q. 18.* Pax Iordanus, *vol. 1. de Re sacra l. 5. tit. 12. n. 53.* cum Gregorio Sayro, *in Thesaur. l. 5. cap. 16. n. 7.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccl. part. 1. c. 2. dub. 2. sect. 2. n. 49.* cum Henr. *lib. 9. c. 27. n. 5.* & Stephano Fagund. *de Præceptis Eccles. præcepto 1. lib. 3. cap. 14. n. 14. & 15.* Pasqual. *de Sacrificio, tom. 1. q. 554.* cum Bordono, *in consil. Regul. tom. resol. 89. n. 17.* Squillan. *de oblig. Cleric. part. 5. n. 88.* Franc. de Lugo, *lib. 5. de Sacrament. cap. 6. q. 8. n. 54.* Castilent. *in Theolog. Moral. verbo Consecratio Ecclesiæ, difficult. 3. vers. Dico 2.* & Passerino, *de Pollut. Eccles. disp. 6. cap. 7. n. 4.*

Ratio præcipua conclusionis est: quia per mortẽ 2
desinit esse homo: & sic cadaueris sanguis verè, & propriè ac rigorosè humanus non est, sed impropriè loquendo, vti benè Augustinus docet Barbosa, *de Potest. Episcop. 2. alleg. 28. n. 31. in fin.* & Noctinot, *vbi proximè*, dicens: Homo mortuus, non est homo vniuocè, sed analogicè, & minùs principaliter. Homo enim mortuus, non est amplius homo, *l. si homo mortuus, ff. de verb. oblig. & l. Seruo manumisso, ff. de Condit. indebiti, & l. Falsus, C. de Furtis*, apud Pasqual. *n. 3.* Ergo per effusionem sanguinis hominis mortui, in loco causatam sacro per vulnus illi illatũ, ipse non polluetur locus. Patet consequentia: quia Iura pollutionem loco sacro indicentia, pœnalia sunt, &

odioſa. Vnde extendi non debent ad impropriam, & latam ſignificationem, ſed benè ad propriam, & rigoroſam arctari. Ita vt verba analoga, ſumantur pro principaliori analogato. Noctinot citatus. Sed Iura loco pollutionem indicentia ſacro, ob ſanguinis effuſionem, de ſanguine verè, propriè, & rigorosè humano loquuntur: Ergo nec debent, nec poſſunt quidem ad effuſionem ſanguinis impropriè humani, cadaueris ſcilicet extendi. Ac per conſequens, per illius effuſionem in qualibet quantitate, per vulnera ab inimico, cadaueri in loco illata ſacro, iſte neutiquam pollutus cenſebitur.

3 Nec valet dicere cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.* 29. § 2. *ad finem*, Bacconio, *in* 4. *diſtinct.* 10. *quæſt.* 2. *art.* 3. Durando, *in Rationali diuinorum Officiorum, lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 41. *in fine*, cum Sa, *in Summa, verbo Eccleſia, num.* 13. & aliis oppoſitæ ſententiæ Authoribus, quos ſuppreſſis nominibus recenſent Pax Iordanus, & Delbene, *locis paulò ante citatis*, ſanguinem cadaueris, ſeu hominis mortui, impiè, ac crudeliter effundi magis, quàm viuentis: & hac de cauſâ dirum appellat Eccleſia, in hymno de Paſſione Dominica, Lanceæ mucronem; Crucem autem, & Clauos, dulces proclamat. Quod & ex eo fieri manifeſtũ videtur, quia longè ſcueriùs puniuntur vulnera cadaueri, quàm viuenti homini illata.

4 Non inquam valet. Quia culpæ grauitas, non eſt pollutionis Eccleſiæ, aut alterius loci ſacri cauſa, alias enim Blaſphemia, aut odium Dei, quæ grauiſſima peccata ſunt, Eccleſiam pollluerent in ea patrata, quod dici nequit: ſed cauſa vnica hanc inducens pollutionis pœnam, eſt Eccleſiæ lex, quæ benè valet pro minori culpâ hanc imponere pœnam, & pro grauiori illam non iniungere. Parum ergo, ad inducendam loco ſacro pollutionem proderit, quod grauiùs peccatum ſit vulnus homini mortuo, quàm viuenti illatum.

DVBIVM X.

An pollutus cenſeatur locus ſacer per ſanguinem ſponte ſua è vulneribus occiſi præſente occiſore, exeuntem?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per effuſionem ſanguinis è vulneribus occiſi, ad occiſoris præſentiam factam in loco ſacro, iſte non polluitur. n. 2. 3.

Sanguis.

Cadaueris humani ſanguis, non eſt propriè humanus, ſed impropriè, & analogicè. n. 2.

Sæpè ſolet ad præſentiam occiſoris, è vulneribus occiſi copiosè effluere, qui ad aliorum non effluxerat præſentiam. n. 1.

1 PRiùs quàm Concluſionem ſtatuam, ſuppono, contingere ſolere, quod ad præſentiam occiſoris ſæpè è vulneribus occiſi copiosè ſanguis effluat, qui ad aliorum non effluxerat præſentiam: per quod videtur deſignari, ſeu indicari illum fuiſſe occiſorem. Ita tradunt Doctores apud Proſperum Farinacium, *de Indiciis & tortura, quæſt.* 52. *n.* 154. *& ſeqq.* & Auguſtinum Barboſam, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *n.* 32. ſexdecim grauiſſimos recenſentem, de quorum numero ſunt Mattinus Delrius, *Diſquiſitionum Magicarum, lib.* 1. *c.* 3. *quæſt.* 4. *pag.* 12. *& lib.* 5. *ſect.* 4 *n.* 10. *pag.* 680. & Ioſeph Maſcardus, *de Probationibus concl.* 867. *n.* 24. *aut* 74. quos recenſitos ſequuntur ipſe Barboſa, & Pax Iordanus, *vol.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 56. Quo ſuppoſito, ſit.

CONCLVSIO.

PEr effuſionem ſanguinis è vulneribus cadaueris ad occiſoris præſentiam in loco ſacro factam, pollutus iſte non cenſetur. Ita Iordanus, & Paſqualigus, *de Sacrific. q.* 554. *n.* 6. 2

Dupliciter probatur iſta concluſio. *Primò*, ex dictis dubio præcedenti. Quia ſanguis ille ex vulneribus hominis mortui non eſt propriè ſanguis humanus, ſed impropriè. Ergo per illius effuſionem, in loco ſacro contingentem, iſte non polluetur. Quia Iura ei pollutionem indicentia per ſanguinis effuſionem, ſolùm loquuntur de effuſione ſanguinis propriè humani.

Secundò. Quia actio inducens, ſeu cauſans loco ſacro pollutionem, debet eſſe libera, & iniurioſa, vti ſæpè in præcedentibus dictum reliquimus. Sed in illa ſanguinis effuſione ad præſentiam occiſoris omnis libertas, & iniuria ceſſat vti ex ſe patet. Ergo per illam neutiquam dici poteſt, quod pollutus ſit, aut cenſeatur locus ſacer in quo effluere contigerit. 3

DVBIVM XI.

An pollutus cenſeri debeat locus ſacer, in quo graue vulnus fuit alicui illatum, ſi ſanguis non ibi, ſed extra è vulnere fluxerit?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur loco in quo vulnus fuit illatum, ſi ſanguis extra illum, fluat attento Iure; ſecus attentâ plurium Doctorum ſententiâ. n. 1. & ſeqq.

Homicidium locum non polluit ſacrum, ſi cauſa mortis in eo data eſt, & mors extra illum ſequatur. n. 2.

CONCLVSIO.

PRincipiis intrinſecis inſpectis, Iuribus ſcilicet pollutionem inducentibus loco ſacro, ob ſanguinis effuſionem, pollutus ille cenſeri non debet in quo vulnus fuit inflictum, ſi in eo non fiat ſanguinis emiſſio, ſed extra; ſecus dicendum attentis extrinſecis principiis, authoritate ſcilicet plurium Doctorum, pollui illum aſſerentium. 1

Prima concluſionis pars probatur. Quia Iura pollutionem indicentia loco ſacro, ob ſanguinis effuſionem, de ſanguinis intra Eccleſiam effuſione loquuntur, vti benè obſeruant Aug. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *n.* 24. & Antonin. Diana, *part.* 6. *Reſolutionum Moral. tract.* 6. *reſolut.* 47. Ergo pollutio vt pœna, non eſt extendenda ad effuſionem ſanguinis extra Eccleſiam, etiamſi in ea vulnus fuerit inflictum, Iuribus illam indicentibus attentis. Patet conſequentia: quia pœnæ, & odia vltra propriam, & rigoroſam verborum ſignificationẽ extendi non debent, ſed ad illã arctari, reſtringi.

Odia, & pœna reſtringi debens non extendi.

reſtringi. Ita decernitur *in cap. Odia, el* 15. *de Regulis Iuris, in* 6. & docent Ferdinand. Caſtrus Palaus, *part.*1. *ſuorum operum Moralium, tract.*3. *diſputat.*5. *punct.*3. §.3. *num.*7. & 8. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.*2. *part.*4. *verbo Leges Regularium, n.*33. Marcus Vidal. *in Arca vitali, tit. de Monialibus, inquiſitione* 2. *num.*106. Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum tomo* 1. *diſput.*17. *quæſito* 6. *num.*3. *ex dicto cap. Odia, & ex cap. Sanè de Priuilegiis*, in quo licet de priuilegiis decernat Alexander Papa Tertius: Temerarium eſt, & indignum, aliquem ſibi ſua authoritate præſumere, quòd Romana Eccleſia, alicui (certa ratione inſpecta) ſingularibus voluit beneficiis indulgere: ſic illũ præfatus interpretatur Aſcanius, *in capite Sanè, de Priuilegiis* dicitur, priuilegia eſſe reſtringenda, quod intelligitur maximè de priuilegiis odioſis. Neque poſſent Abbates, vt huiuſmodi priuilegia pœnalia, & odioſa, in quibus pœnæ ſtatutæ ſunt, in ſuis conuentibus, vel Congregationibus obſeruentur, efficere, per ſolam priuilegiorum communicationem, abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ concluſione. Hæc Tamburinus, poſtquam Regulam illam generalem tradit, quia odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.

Priuilegia pœnas continẽtia, quoad eas, non extenduntur per communicationem illorum.

2 Et confirmatur à ſimili de Homicidio, quod non polluit locum ſactum, ſi cauſa mortis data in eo eſt, & mors extra illum ſequatur: cum in hoc caſu dici non debeat, homicidium in loco contingere ſacro. Ad hoc enim duo, quoad præſens, requiruntur, iuxta dicta *diſquiſit.*1. *dub.*9. & 13. & iuxta tradita à Ioanne Præpoſito, *in* 3. *partem D. Th. quæſt.*83. *artic.*3. *dub.*2. *num.*152. apud Dianam, *vbi proximè* vnum, quod cauſa mortis data in loco ſacro ſit: alterum, quod mors in eo ſequatur. Ergo ſimiliter; ad pollutionem loci ſacri in cauſa ſanguinis, vtrumque requiritur; & quod vulnus in eo infligatur, & quod in ipſomet ex vulnere ſanguis effluat.

Argumentum à ſimili, efficax.

Quæ certè probatio, validiſſima eſt in Iure. Argumentum ſcilicet à ſimili, ad ſimile. Auguſtinus Barboſa, tract. locorum communium argumentorum Iuris, *loc.*101. cum Euerardo, *in Topicis legalibus, loco* 10. Petro Andrea Gambara, *in Dialectica legali, lib.*2. *in loco à Simili.* Petro Henriquez *conſil.*14. *n.*6. Deciano, *conſ.*31. *n.*47. *vol.*1. Et licet hæc doctrina, non ſolùm ampliationes aliquas habeat, ſed etiam limitationes, ratione quarum infirmetur, & enecruetur huius argumenti vis, vti videre licet apud dictum Barboſam, & alios, hoc non procedit, quando in vtroque ſimili eadem adeſt ratio, vti idem Doctor *n.*3. docet, cum Oſaſch. Pedemont. *deciſ.*68. *n.*9. Maſcardo, *de Probationibus, concl.*1253. *n.*5. Menochio *de Arbitrariis, caſu* 84. *n.*8. & 9. & Farinacio, *in Fragmento criminali, part.* 1. *litt. E. n.*199. Neque procedit, quando in vtroque & ſimilis, eadem Iuris diſpoſitio. Idem Barboſa, *n.*4. cum Baldo, *conſil.*188. *in fine, verſ. Non obſtat argumentum, lib.* 1. quem refert Cardinalis Tuſchus, *tomo* 1. *Practicarum concluſ. litt. A. concl.*507. *n.*30. Quod eadem, immò maior ratio ſit in eo, quod polluatur locus ſacer per mortem in eo cauſatam, & extra illum paſſam, quam in effuſione ſanguinis, ſimiliter in Eccleſia cauſata, & extra illam facta, negari non poteſt, cum maior iniuria irrogetur, tam patienti, quàm ipſi Eccleſiæ per cauſam homicidij, quàm effuſionis in ea datam. Nec negari quidem poteſt, quod eadem de vtraque cauſâ, ſit Iuris diſpoſitio, *in capite Propoſuiſti, el* 4. *de Conſecratione Eccleſia*, cuius recenſui textum *in Diſquiſit.*1. huius tractatus, *n.*3. Ratio autem Quare validum

De ſimilibus, idem eſt iudicium.

ſit, & efficax argumentum à ſimili, ad ſimile, eſt quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Barboſa, *n.*2. ex *l. Non poſſent, & l. ſeq. ff. de legibus*, §. *Rectè Inſt. Mandati.* Albertino, *tract. de Hæreticis, quæſt.*24. & Farinacio, *vbi proximè, n.*188.

Secunda pars concluſionis ſuadetur authoritate 3
Doctorum, plurimorum admodum, & grauiſſimorum, aſſerentium, quod ſi quis accepto in loco ſacro graui vulnere, non illo loco ex eo, ſed extra, copioſè ſanguinem effundat, pollutus cenſeatur locus ſacer, in quo vulnus accepit. De quorum numero ſunt Gloſſa, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo* Sanguinis, *vnico de Conſecratione Eccleſiæ, lib.*6. & Gloſſa marginalis *ibidem*, vbi ita in idem fatur. Vnde dicit Bartholus, *l. libellorum, ff. de Accuſationibus*, quod locus percuſſionis, non mortis, eſt articulandus. Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, n.*13. *verſ. Primo, effuſione Sanguinis*, ibi: ſufficit verò ibi eſſe inflictum vulnus, etiamſi ſanguis extra Eccleſiam effluat. Azorius, *part.*2. *lib.*9. *cap.*5. *q.*1. *verſ. Secundò polluitur.* Suarez *tomo* 3. *in* 3 *partem D. Th. quæſt.* 83. *artic.* 3. *ſect.*4. *verſ. Secundo violatur.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 1. *diſputat.*23. *quæſtio* 11. *n.*1. *verſic. Primus caſus eſt.* Pax. Iordanus, *volum.*1. *de Re ſacr, a lib.*5. *tit.*12. *n.*18. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*2. *diſput.*1. *controu.*8. *concluſ.*4. Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.*1. *cap.*2. *dub.*2. *ſect.*2. *num.*50. cum Victoria, *in Summa, de Euchariſtia, quæſt.*99. Nauarro *in Manuali, cap.*27. *n.*256. Reginaldo *in Praxi, to.*2. *lib.*29. *n.*18. Toleto, *in Summa, lib.*5. *cap.*8 Lugo, *de Sacramento Euchariſtiæ, diſput.*20. *ſect.*2. Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.*5. *cap.*16. *n.*5. & 8. Auila, *de Cenſuris, part.*5. *diſput.*7. *dub.*1. *concluſ.*2. Vuigers, *de Sacramentis, in* 3. *part. D. Th. quæſt.*83. *dub.*15. *n.*68. Paulo Layman. *lib.*5. *tract.*5. *cap.*5. *n.*8. Marchino, *de Sacramento Ordinis, tract.*3. *part.* 3. *cap.*10. *n.*7. & Fagundez, *in Præcepta Eccleſiæ, Præcepto* 1. *lib.*3. *cap.*14. *n.*16. Iacobus de Graſſis, *in Deciſionib. aureis, part.*1. *lib.*2. *cap.*48. *de Sacrilegij ſpeciebus, n.*23. ibi: quod ſecus eſſet, ſi vulnus acciperetur in Eccleſia, quamuis percuſſos antè egrederetur, quàm ſanguinem in illa infunderet, *ff. Ad Legem Aquiliam, l. Huic ſcripturæ.* Antoninus Diana, *part.*6. *tract.*6. *reſolut.*47. *in fine.* Poctinot. *in illius Compendio, verbo Pollutio Eccleſiæ num.*2. Iacobus Cordon, *in Theologia Morali, tomo* 2. *lib.*6. *q.*9. *cap.*4, *verſ. At quid*, ſi bene ibi expendatur: Tertiò polluitur Eccleſia, quando intra eam infligitur graue vulnus, licet ibi effundatur ſanguis. Ly enim *licet*, eſt coniunctio aduerſatiua: & idem ſignificat, quod *quamuis*, vulgo *aunque*; aduerſatiua autem coniunctio, locum non habet, quando effuſio eodem in loco, quo vulnus fit. Supponit Gordoni propoſitio ſanguinis effuſionem extra Eccleſiam factam. Quare omiſſio negatiuæ dictionis *non*, vel fuit ab Authore intenta, ob rationem à nobis modò tactam; vel Typographi incuria, in prædicta illius repetitur propoſitione. Vtrumque nobis, pro hac fauet ſententia, & ſecunda concluſionis parte.

Licet, coniunctio, eſt aduerſatiua: & idem importat quod quamuis.

Ratio autem, qua hæc fulcitur ſententia eſt. Quia de eſſentia pollutionis loci ſacri, non eſt, quod in eo ſanguis effundatur; ſed ſatis eſt, quòd in eo fuerit facta percuſſio, & talis, vt de per ſe ſit ſanguinis effuſiua: & ſi ſanguinis effuſio non contingit in eo, ſed extra per accidens contingit non per ſe: cum percuſſio grauis fuerit, & ſufficiens ad effuſionem, in loco ipſo exequendam. Plura pro vtraque concluſionis noſtræ parte adducit Paſqualigus, *de Sacrific. tom.*1. *q.*565.

DVBIVM XII.

An polluatur locus ſacer ex graui percuſſione iniuriosâ, & mortali, etiamſi ſanguis non cadat in terram?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Inducitur per effuſionem ſanguinis ex vulneri iniurioſo, etiamſi ille non cadat in terram ſed in vaſe recipiatur. n.1.

CONCLVSIO.

1 SI ſanguis effluat ex vulnere iniurioſo in loco ſacro, etiamſi in terram non cadat, ſed recipiatur in vaſe, ſcutella, aut in alia qualibet re, pollutus ille cenſendus eſt.

Ita docent Gloſſa *in cap. Si Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de conſecratione Eccleſiæ lib.6.* ibi: vel cum ſanguinem colligit in ſcutella. Iacobus de Graſſis, *in Deciſionib. aureis, part.1.lib.2.cap.48. n.23.* ibi: vel ſi recipiatur in aliquo vaſe. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 1. diſputat.23. quæſit.11. num.1. verſic. Nec præterea,* eiſdem ferè verbis. Iacobus Gordonus *tom.2. Theologiæ Moral.lib.6.quæſt.9.cap.4.num.12. verſic. At quid,* ibi: Item, ſiue attingat pauimentum, ſiue non. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit.12.num.18.* cum Nauarro, *in Manuali, cap.27. n.256.* Toleto, *in Summa, lib.5.cap.8.n.11.* Angelo, *verbo Conſecratio Eccleſiæ, §.5.* Sylueſtro, *eod. verbo, quæſt.5.* Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.29. §.1.n.1.verſ.3.* & cum Aloyſio Riccio, *in Praxi reſolut.258.* Paſqualigus *de ſacrific.q.565.n.10.*

2 Ratio concluſionis eſt. Quia ex eo quod colligatur ſanguis in vaſe, aut in qualibet alia re, non minuitur iniuriâ loco ſacro, & perſonæ percuſſæ irrogatâ, nec impeditur naturalis ſanguinis effuſio, nec tandem ratio legis pollutionem indicentis euitatur. Ergo ſi ex vulnere in loco ſacro inflicto, ſanguis copiosè effluat, locus polluitur ille, eſto in vaſe, ſcutella, aut in qualibet re ille ſuſcipiatur.

DVBIVM XIII.

An locus polluatur ſacer ſi ſententia ſanguinis in eo lata extra illum executioni mandetur.

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur per ſententiam in eo latam dum modo extra illum executioni mandetur. n.1.

CONCLVSIO.

1 POllutus non cenſetur locus ſacer ſi Iudex intra illum ſententiam ſanguinis ferat, aut mortis quidem, ſi extra eum executioni tradatur.

Ita docet Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5.tract.5.diſput.1.§.2.quæſt.24.* cum Nauarro, *in Manuali, cap.27.n.256. verſ. Dixi naturalis,* & Alterio, *de Interdicto, diſput.3.cap.1.colum.3. quæſito 2.* Pater Antoninus Diana, *part.6.Reſolutionum Moralium, tract.6.reſolut.26.* pro concluſione, ſic arguit. Pollutio Eccleſiæ eſt pœna. Ergo reſtringenda erit. Cum igitur in noſtro caſu, in Eccleſia non fuerit ſanguinis effuſio, neque mors in ea contigerit, reuera homicidium non committitur in Eccleſia. Ergo quod non remaneat polluta dicendum eſt. Et in his caſibus fauere Eccleſiis debemus, vt potiùs non ſint pollutæ, quàm pollutæ. Hactenus Diana, ad probandum Eccleſiam, in qua quidam cum ſacculis arenæ ita acriter fuit concuſus, vt poſt tres dies extra illam mortuus ſit, non remanſiſſe pollutam. *Pro concluſione arguit,* dixi. Quia idem argumentum facere poſſumus ad illam firmandam, ob ſimilitudinem vtriuſque caſus, in hoc quod cauſæ fuerunt datæ in Eccleſia, & effectus extra illam.

Faciunt etiam pro concluſione, quæ diximus *diſquiſit.1.dub.13. & in præſenti.dub.11.*

DVBIVM XIV.

An per effuſionem ſanguinis Martyris in loco ſacro factam pollutus iſte cenſeatur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per ſanguinem Martyris polluitur Eccleſia. n.1.

CONCLVSIO.

LOcus ſacer pollutus cenſetur per effuſionem 1
ſanguinis in eo factam, è vulneribus corpori Martyris inflictis in ipſo loco.

Hanc tenent ſententiam Gloſſa *in cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Conſecratione Eccleſiæ, lib.6.* D. Antoninus *in Summa, part.3. tit.12.cap.6.§.4.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.2.allegat.28.num.29.* Pax Iordanus, *volum.1.de Re ſacra lib.5.tit.12,n.8. pag.mihi 402.* & Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5.tract. 5. diſput.1.§.1.quæſt.4.*

Sic ſe, & noſtram concluſionem explicat Gloſſa præfata. In contrarium videtur, cum Eccleſia ſanctificata, non ſit polluta. Sed hoc verum eſt, ex ſanguinis effuſi paſſione; ſed ex ipſius effuſi actione, benè polluitur, iuxta illud: Actio diſplicuit, paſſio grata fuit. Vnde primum teneas. Hæc Gloſſa, quæ dictum, *Actio diſplicuit, &c.* à Seneca ſumpſit, *lib.3.declamat.*

Eandem explicationem dedit Pax Iordanus dicens. Quamuis itaque ex ſanguinis effuſi paſſione, Eccleſia cenſeatur potius ſanctificata, quàm polluta, propter actionem nihilominus inducitur pollutio, & violatio.

Probatur concluſio ratione à prædicta Gloſſa 2
adducta. Quia ſcilicet Iura indiſtinctè loquuntur de iniurioſa effuſione humani ſanguinis in loco ſacro. Et quia ſceleratius eſt iuſtum, & ſanctum vulnerari, quàm iniuſtum, & nequam.

DVBIVM

DVBIVM XV.

An per sanguinis effusionem in loco sacro, ex percussione iaculo facta ab eo, qui extra illum existit, pollutus ille censendus sit?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Ex sanguinis effusione in loco sacro ex percussione iaculo ab eo facta, qui extra illum existit, pollutus ille censetur. n. 1.

CONCLVSIO.

1 POllutus censeri debet locus sacer, in quo quis effusionem, patitur sanguinis, in illo causatam ab alio, extra illum existente, quolibet iaculo.

Ita docent Augustinus Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, parte 2. allegatione 28. num. 26.* cum Doctore Nauarro, *in Manuali, cap. 16. num. 3.* Vgolino *de Potest. Episcopi, cap. 29. §. 1. versic. 4. Non polluitur.* & cum Stephano Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 14. num. 11.* & Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 15.* cum dicto Nauarro, *cap. 27. num. 256. in fine.* Toleto, *in Summa, lib. 5. cap. 8. num. 11.* & aliis.

Exemplificat Pax in eo, qui extra Ecclesiam existens, iaculo, balista, tormento manuario (vulgò *Mosquete, Corabina, Arcabuz, Escopeta, o Pistolete*) lapide, seu quauis alia instrumenti specie, existentem in Ecclesia feriret. Et genuinam hanc reddit rationem. Quia concurrunt (inquit) omnes qualitates prædictæ (percussionis scilicet voluntariæ, & liberæ, iniuriosæ, & iniustæ, cum effusione humani sanguinis in Ecclesia) & ratio totalis à Iure, & à Doctoribus considerata.

DVBIVM XVI.

An pollutus censeatur locus sacer, quando quis se in eo irato animo ita vulnerat, vt sanguis ex vulnere fluat?

BREVIARIVM.

Distinguere.

Vbi Ius non distinguit, distinguere non debemus n. 2.

Excommunicatio.

Clericus, aut Religiosus, qui se percutit, excommunicationem Canonis incurrit. n. 4.

Irregularitas.

Qui se mutilatione vulnerat membri, irregularitatem incurrit. n. 4.

Membra.

Nemo membrorum suorum dominus est. n. 4.

Pollutio loci sacri.

Per mortem, & per effusionem iniuriosam sanguinis, grauem in ratione percussionis, ab ipso causatam patiente in loco sacro, iste pollutus censetur. n. 1. & *seqq.*

Pollutio loci sacri à Iure inducta est, non tam in gratiam personarum, quibus irrogatur iniuria, quàm in detestationem actionis in illo factam contra reuerentiam ipsi debitam. n. 3.

Vita.

Nemo vitæ suæ dominus est, n. 4.

Vulnerare.

Se vulnerare, nemo potest. n. 4.

CONCLVSIO.

POllutus censetur locus sacer in quo quis se iniuriosè vulnerat, si sanguinem copiosè ex vulnere emittat, dummodò pars corporis percussa, nasus non sit, aut auricula, & dummodò ille vsu rationis, præditus sit. 1

Istã conclusionem tenent D. Antoninus *in Summa, part. 3. tit. 12. cap. 6. §. 4.* quatenus id docet de Suicidio per malam voluntatem, & in terminis nostris, & propriis, de sanguinis effusione, Ioannes Andreas, *in cap. Si Ecclesiam pollui, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib. 6. in Additione ad Glossam, verbo Sanguinis*, vbi ita fatur. Si vir sanæ mentis, seipsum occidat in Ecclesia, vel vulneret irato animo, ad sanguinis effusionem: ex quo publicum est, reconciliabitur Ecclesia. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 13.* Thomas Delbene *de Immunitate Ecclesiastica, parte 1. cap. 2. sect. 3. num. 5.* Iacobus Iordanus, *in Theologia morali, tom. 2. lib. 6. quæst. 9. cap. 4. num. 12. in fine.* Leander à Sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disputat. 1. §. 1. quæst. 13.* & Augustt. Barbosa, *de Potestate Episcopi, parte 2. allegat. 28. & num. 31.* Sic enim ait. Neque refert, an alienus, vel proprius effundatur sanguis: si enim quis sanæ mentis compos, ex ira, vel desperatione, seipsum occidat, vel iniuriosè percutiat, censebitur Ecclesia violata, & reconciliatione indigebit.

Probatur conclusio *primò.* Quia Iura loco sacro pollutionem, ob sanguinis effusionem indicentia, absolutè loquuntur, non distinguunt de sanguinis proprij, aut de alieni effusione, Ergo nec nos distinguere debemus. *L. de pretio, ff. de Publiciana in rem actione.* Tambur. *to. 1. disp. 18. q. 6. n. 65. cum pluribus.* 2

Secundò probatur. Quia pollutio loci sacri, à Iure inducta est, non tam in gratiam personarum, quibus irrogatur iniuria, quàm in detestationem actionis in dicto factam loco, contra reuerentiam, & honorem ipsi debitum loco. Ergo cum nemini fas sit cedere alieno iuri, maximè Ecclesiæ, & Diuino quidem, qui sanguinem in loco sacro effuderit, ex vulnere à seipso ibi, à se inflicto, quantum est ex se, ipsum locum polluet, & consequenter, pollutus censebitur ex Iuris dispositione. 3

Tertiò, cum nemo sit suorum membrorum Dominus, vti bene Pasqualigus, de *Sacrificio, q. 545. n. 5.* & Pax Iordanus, *ex L. liber homo, ff Ad legem Aquiliam, & ex Canone. Non est nostrum, 23. quæst. 5.* & cum nemo se vulnerare possit. Idem Pax, *ex L. Omne debitum, §. Quis se vulnerauerit, ff. Ad legem Aquiliam, & Canone Si non licet, 24. quæst. 5.* & si se cum mutilatione membri vulnerauerit, fiat irregularis, *Canon. Qui partem, distinct. 55.* & si Clericus sit, aut Religiosus, & se percutiat, excommunicationem *Canonis Si quis suadente Diabolo, 17. quæst. 4.* incurrat, euidens om- 4

ninò ſit, percuſſionem in proprium corpus, in loco ſacro factam, iniurioſam eſſe, & mortalem in ratione peccati: ac per conſequens, inducere illi pollutionem, & à fortiori, ſi quis ſe occidat. Multò enim minus quis vitæ ſuæ Dominus eſt, iuxta illud D. Auguſtini, *tractatu 51. in Ioannem, ſub medium*, & habetur in homilia Feſti Sancti Laurentij Martyris: Hinc enim quidam maligni, atque peruerſi homines, & in ſeipſis crudeliores, & ſceleratiores homicidæ, flámis ſe donant, aquis ſe præfocant, præcipitio ſe collidunt, & pereunt. Hoc Chriſtus non docuit; immò etiam Diabolo præcipitium ſuggerenti reſpondit: Redi retrò Satana: ſcriptum eſt, *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Petro autem dixit, ſignificans, quâ morte clarificaturas erat. Deum: *Cùm eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas, quò volebas; cum autem ſenueris, alter te cinget, & feret quò tu non vis.* Vbi ſatis expreſſit, non à ſeipſo, ſed ab alio debere occidi, qui veſtigia ſequitur Chriſti. Hactenùs D. Auguſtinus.

DVBIVM XVII.

An polluatur locus ſacer per effuſionem ſanguinis hominis Pagani, Hæretici, Iudæi, & Excommunicati.

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per effuſionem ſanguinis Pagani, Hæretici, Iudæi, & Excommunicati in loco ſacro, polluitur iſte. n. 1.

CONCLVSIO.

1 SAnguis cuiuſlibet hominis, etiam Gentilis, Hæretici, Iudæi, & Excommunicati, in loco ſacro iniuriosè effuſus, pollutionem illi inducit.

Hæc concluſio probatur *primò*, quia Iura indicentia loco ſacro pollutionem ob effuſionem humani ſanguinis in eo iniuriosè cauſatam, non diſtinguunt de ſanguine hominis huius, aut illius Religionis; fidelis, Eccleſiæ incorporati; vel ab illa per mucronem cenſuræ excommunicationis, præciſi, ſeparati; ſed abſolutè pœnam pollutionis ſacris imponunt locis ob culpabilem humani ſanguinis effuſionem in eis factam. Ergo ſi culpabiliter, & iniuriosè in loco ſacro effundatur ſanguis Pagani, Hæretici, Iudæi, aut Excommunicati, pollutus cenſeri debet. Conſequentia patet. Quia nulla adeſt ratio, quare nos diſtinguamus, aſſerendo, pollui loca ſacra per effuſionem ſanguinis hominis fidelis, Eccleſiæ vniti, incorporati, & negando pollui per effuſionem ſanguinis excommunicati, præciſi, Pagani, Hæretici, Iudæi, aut alterius infidelis. Quod enim ius non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. *L. De pretio ff. de Publiciana in rem actione.*

2 *Secundò* probatur. Per homicidium Pagani, & aliorum ſupradictorum in loco ſacro patratum, ille polluitur, vti benè Pax Iordanus, *volumine 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 12.* Ergo etiam polluitur per effuſionem ſanguinis Pagani, & reliquorum, de quibus in concluſione. Patet conſequentia, quia Iura æquè infligunt pollutionem per effuſionem humani ſanguinis, ac per homicidium, & ob eandem rationem. Ergo cum eadem ſint circa vtrumque Iura, & eadem illorum ratio, eadem etiam illorum Iurium erit circa vtrumque diſpoſitio, iuxta commune axioma: *Vbi eſt eadem ratio*, eadem eſt Iuris diſpoſitio. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Ratio, axiom. 197. num. 3.* cum Abbate, *in cap. Nihil, num. 5. de Electione*, Duio, *conſil. 15. num. 2. & conſil. 301. num. 7. & 8.* Calderino, *conſil. 147. in princip.* aliàs *conſil. Lite pend. & conſilio 337. verſic. Sed poſito*, aliàs *conſil. 8. de Teſtamentis.* Buldo, *conſil. 324. Omiſſis, in fine, lib. 5.* Alexandro, *conſil. 75. Videretur, num. 3. & 4. lib. 5. & conſil. 36. Viſo themate, num. 11. in fine cum ſeqq. lib. 6.* Ioannes Baptiſta Lezana, *to. 4. Conſultorum, conſulto 21. num. 16. & in Turri Dauidica, cap. 3. num. 5.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. tract. 8. cap. 7. num. 174.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 1. diſputat. 17. quæſit. 1. in fine & tomo 4. de Iure Abbatiſſarum, diſputatione 17. quæſit. 2. num. 1.* qui vtrobique ait. Vbicumque eadem eſt ratio, eadem ibi debet eſſe Iuris diſpoſitio. Allegant præfati Doctores. *Legem illud, ff. ad Legem Aquiliam. L. Si poſtulauerit, §. 2. ff. ad Leg. Iuliam, de Adulter. L. Quid nummularios, ff. de edendo. L. Nauta, §. fin. ff. Nautæ, caup. L. à Titio, ff. de Furtis. L. illud. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, §. Si igitur. Inſtit. Quod cum eo.* In eadem fuit ſententia Gloſſa, *in cap. Sæpè contingit, verbo Italiæ, el 1. de Temporibus Ordinationum*, vbi ad illa textus verba. *Statuimus vt nullus Epiſcoporum Italiæ, de cætero aliquem Vltramontanum Clericum ordinare præſumat.* ſic inquirit videlicet.

Vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem eſt Iuris diſpoſito.

Quid è conuerſo, ſi Epiſcopus Vltramontanus ordinet Italicum? Et ſic reſpondet. Non videtur hæc Decretalis locum habere, quia pœnalis eſt, & ſic reſtringenda: & ſic proprium non excedit caſum. *Suprà eodem lib. de Electione, Statutum, de Pœnitent. diſtinct. 1. Pœna.* In contrarium videtur, cum per omnia ſit eadem ratio vtrobique. Ergo idem Ius.

Nec valet dicere odioſa, & pœnalia non debere extendi, & ampliari ad caſum in diſpoſitione non expreſſum. Quia vti ait Gloſſa præfata, quando eſt eadem ratio, & penitùs omnimoda ſimilitudo, propriè extenſio non fit. *ex Lege Si poſtulauerit, ff. ad Legem Iuliam de adulter. L. Quidam, §. Nummularios, ff. de Edendo*; & tunc dicuntur extendi, quando ad caſum non omninò ſimilem extenduntur.

Vltimò probatur concluſio. Quia pollutio, non tam in percuſſi gratiam, quàm in criminis, in loco ſacro perpetrati, deteſtationem inducta eſt à Iure. Sed illud, in iniurioſa hominis Pagani, Hæretici, Iudæi, & Fidelis excommunicati ſanguinis effuſione patratur, ſicut in effuſione Catholici, ab Eccleſia per cenſuram non præciſi. Ergo locus ſacer, in quo ſanguinis Pagani, &c. effuſio fit, pollutus cenſeri debet. Caſus enim iniurioſæ effuſionis ſanguinis Fidelis, & infidelis omninò ſimiles ſunt, & eadem ratio ptohibitionis adeſt in vno, ac in alio, & ſic pœna Iuris, non extenditur, eo maximè, quia Ius non diſtinguit de effuſione ſanguinis hominis huius, aut illius Religionis.

DVBIVM XVIII.

An per effuſionem ſanguinis in loco ſacro factam, ex ſententia Iudicis aliàs iuſta, pollutus ille cenſeatur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Quantumuis iuſta ſit ſententia Iudicis, ſi in vim illius, ſanguis in loco ſacro effundatur, ille pollutus cenſeri debet. n. 1.

CONCLVSIO.

1 POllutus cenſendus eſt locus ſacer, in quo effuſus fuerit ſanguis, ex Iudicis ſententia, quantumuis aliàs iſta iuſta fuerit.

Ratio concluſionis eſt. Quia licet huiuſmodi effuſio poſſet licitè fieri, & taliter percuſſus dignus illo fuerit ſupplicio, fit tamen illi iniuria: quia licet ſit ſupplicio dignus, ius tamen habet, ne in tali loco vim talem patiatur. Et loco etiam ſacro pariter infertur, ac irrogatur iniuria: immò & Deo ipſi, in cuius honorem ſpecialiter exiſtit locus ille dicatus, vt in ſimili de homicidio, ex Iudicis ſententia facto in Eccleſia, docent Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, p.* 2. *allegat.* 28. *num.* 25. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia, num.* 28. & Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 10. & alij, quos recenſui Diſq. 1. d. 3. huius Tractatus.

DVBIVM XIX.

An per effuſionem ſanguinis ſuper tectum loci ſacri, vel ſupter, aut in pariete exteriori factam, locus pollutus cenſeatur?

BREVIARIVM.

Immunitas Eccleſiæ.

Immunitate gaudent Eccleſiæ, quæ extra illius ambitum internum extant, v. gr. tectum externum, infra pauimentum, externique parietes. n. 2.

Pollutio loci ſacri.

Sanguinis effuſus extra internum loci ſacri ambitum, illum non polluit. n. 1.

CONCLVSIO.

1 PEr effuſionem ſanguinis ſuper tectum loci ſacri, vel ſupter illum in cauernis, aut in externis parietibus, ille pollutus nullatenùs cenſetur, dummodò intra illum ſanguis non effundatur.

Ita docent Sylueſter, Nauarrus, Marius, Alterius, *de Cenſuris, tomo* 2. *diſputat.* 3. *de Interdicto, cap.* 1. *verſic. Sed quid.* Suarez, *tomo* 3. *in* 3. *part. D. Th. diſputat.* 81. *ſect.* 4. *in principio.* & Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 10. *& part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 17. quos recenſet, & ſequitur Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *num.* 25. Docet etiam Antoninus Diana, *in Reſolutionibus Moralibus, part.* 6. *tract.* 1. *de Immunitate Eccleſiarum, reſolut.* 1. *circa finem*, vbi ſic ait.

Nec obſtat dicere, quod ſanguinis, vel ſeminis 2
effuſio ſupradicta loca non contaminat: quia ad effectum pollutionis, cùm ſit pœnalis, ſolus internus ambitus Eccleſiæ ſpectandus eſt, ſecus quoad priuilegium immunitatis, quod eſt fauorabile, & ideò latè interpretandum per Doctores, quos citat, & ſequitur Decianus, *lib.* 3. *conſil.* 70. *num.* 19. & 22. Sperellus, *Deciſione* 63. *num.* 10. & plures alij. Hæc Diana.

Ratio igitur genuina noſtræ Concluſionis eſt, 3
quia pollutio loci ſacri infligitur ab Eccleſiæ Iuribus, ob effuſionem iniurioſam ſanguinis humani in Eccleſia v. gra. Sed effuſio de qua in caſu noſtro, non in Eccleſia, ſed extra ipſam fit. Ergo non polluit effuſio præfata Eccleſiam, aut alium locum ſacrum.

DVBIVM XX.

An mulierum menſtrua in loco fluentia ſacro, illam polluant?

BREVIARIVM.

Mereri.

In naturalibus, & neceſſariis non meremur, nec demeremur. n. 2.

Pollutio loci ſacri.

Per menſtrua mulierum in loco ſacro fluentia, pollutus iſte non cenſetur. n. 1.

CONCLVSIO.

NVllatenùs cenſeri debet pollutus locus ſacer per 1
effuſionem ſanguinis menſtrui mulierum in loco ſacro factam.

Ita docent Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *num.* 43. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 105. cum Fuſco, *de Viſitatione, lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 6. Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. §. 2. *quæſt.* 20. cum Viualdo, *de Interdicto, num.* 56. Paſqualigus, *de Sacrificio,* 566. *n.* 5. cum Fuſcho, de *Viſitatione, lib. cap.* 25. *num.* 6. & cum Paſſerino, *de Pollutione Eccleſiæ, cap.* 2. *num.* 4.

Probatur primò concluſio. Quia actio valens pollutionem loco inducere ſacro, debet eſſe voluntaria, & libera, iniurioſa, & mortalis quoad culpam. Sed nullum iſtorum verificatur in præfatorum fluxione menſtruorum. Ergo iſtorum fluxio locum ſacrum polluere non poteſt. Maior propoſitio, omnibus Doctoribus, de Eccleſiæ agentibus pollutione, communis eſt. Minor autem patet. Quia menſtrua mulierum fluxio, eſt illis naturalis, & neceſſaria, & non voluntaria, & libera. Ergo non eſt iniurioſa, nec mortalis. In naturalibus enim, ac neceſſariis, non meremur, nec demeremur. nec in his denique, quæ vitare non poſſumus, aliquam iniuriam irrogare poſſe, fas eſt dicere.

Secundò probatur. Quia per effuſionem ſangui- 2
nis in magna quantitate ex naribus, vel auricula, ex

iniurioſa

iniurioſa, & mortali percuſſione procedentem, non polluitur Eccleſia in qua facta fuerit percuſſio, dummodò hæc in ratione percuſſionis, grauis non ſit, vti *dub.* 7. plena probaui manu. Ergo multò minus Eccleſiam, & alium locum ſacrum fluxio polluet menſtruum, in parua quidem quantitate ſanguinis à natura ipſa ſine voluntate patientis, ac ſine iſtius culpa, & iniuria procedens.

DVBIVM XXI.

An locus ſacer polluatur per percuſſiones graues in eo factas ſed citra mortem, & ſanguinis effuſionem?

BREVIARIVM.

Conſuetudo.

Valet conſuetudo, quod Lex inducere. n. 5.

Pollutio loci ſacri.

Vt pollutio loco inducatur ſacro ratione percuſſionis, iſta mortalis debet eſſe in ratione peccati, & grauis in ratione percuſſionis. n. 1.

Probabilius eſt locum ſacrum non pollui per percuſſionem tam grauem, vt oſſa frangantur ſi nec mors, nec ſanguinis effuſio ſequatur. n. 2.

Probabilitate tamen non caret contrarium. n. 4.

Vbi conſuetudo viget, vt locus ſacer, in quo percuſſio grauis ſit citra mortem, & ſanguinis effuſionem, pollutus cenſeatur, ſeruanda eſt. n. 5.

Pollutus non cenſetur locus ſacer, niſi in caſibus in Iure expreſſis. n. 5.

1 PRO Dubij propoſiti, Concluſionúmque intelligentia aduertere libuit, nos in præſenti agere de percuſſionibus grauibus: non quidem grauitate in ratione peccati, quia in hac conſideratione ſemper percuſſio debet eſſe grauis, & lethalis, vt pollutionem inducere valeat loco ſacro, vti benè Pax Iordanus, *volumine* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *ſub num.* 48. verſic. *Secùs autem*, cum Nauarro, & aliis; immò enormior, ſeu grauior peccato ſufficienti ad mortale, poteſt dari in linea peccati percuſſio, quæ inſufficiens ſit ad loci ſacri pollutionem inducendam. Idem Iordanus cum Ioanne Andrea, *in cap. Aqua, num.* 3. *el* 9. *de Conſecratione Eccleſiæ*, Panormitano, *in cap. Propoſuiſti, num.* 4. *el* 4. *eodem tit.* Sylueſtro, verbo *Conſecratio* 2. *quæſt.* 5. *verſic.* 2. *in fine.* Nauarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 256. *verſic. Dixi Sanguis*, & cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.* 29. §. 2. *verſic. Excipitur.* Ioannes Azorius *Inſtitutionum Moralium, part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 5. *quæſt.* 3. *verſic. Si roges*, cum Ioanne Selua, *de Beneficiis, parte* 1. *quæſt.* 5. *num.* 102; Sed agere de percuſſionibus grauibus, grauitate percuſſionis.

CONCLVSIO. I.

2 PRobabilius eſt locum ſacrum non pollui, per percuſſionem tam grauem, vt brachia, & alia oſſa frangantur, ſiue quid aliud, ſi nec mors, nec effuſio ſanguinis ſequatur.

Hanc tenent concluſionem Pax Iordanus cum Hoſtienſeo, Abbate, Azorius cum Selua, *locis citatis.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 2. *ſect.* 2. *num.* 46. Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *parte* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. §. 2. *quæſt.* 2. cum Philiberto Marchino, & cum Lugo, ac Paſqualigus *de Sacrific. Miſſæ to.* 1. *q.* 565. *n.* 9. ibi. Eccleſia non polluitur, quia actio non fit ipſi præcisè iniurioſa, nec lædit ſanctitatem ipſius: nam plures ſunt huiuſmodi actiones, per quas tamen non polluitur: quia eſt actio deſtinata à Iure tanquam pollutiua: & ideò niſi ſit illa, quam deſtinat Ius, non polluit. Ius autem decernit, quòd effuſio ſanguinis, non autem quod vulnera de ſe, ſecluſa effuſione ſanguinis, ſit pollutiua: & ideò, niſi hæc intra Eccleſiam fiat, non ſequitur pollutio. Idem docet *q.* 539. *n.* 9. pluribus DD. allegatis.

Ratio concluſionis iam tacta eſt. Quia ſcilicet quod locus ſacer polluatur in hoc, vel in illo caſu, & non in aliis, Iuris Canonici eſt. Sed omne Ius Canonicum, quod de pollutione loci ſacri per vulnera diſponit, ſolum loquitur de vulneribus, cum emiſſione ſanguinis, aut cum amiſſione vitæ percuſſi. Ergo per nullam percuſſionem, quantumuis grauem, in loco factam ſacro; iſte pollutus cenſendus eſt, ſi nec mors, nec ſanguinis effuſio ſequatur ex percuſſione 3

CONCLVSIO II.

PRobabilitate non caret, quod locus ſacer pollutus cenſeri debeat, ſi in eo lethalis percuſſio fiat, etiamſi de facto mors non ſequatur; nec ſanguis effluat in quantitate neceſſaria ad inducendam pollutionem. 4

Ad aſſertionem iſtam ducor, ex Ferdinando, Caſtro Palao, *part.* 2. *tract.* 11. *punctо* 1. *num.* 1. ſic cum Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. & 16. dicente. Aduerte iniuſtam percuſſionem, vulnerationem, mutilationem, ſi contingant, abſque ſanguinis effuſione, ſacrilegia eſſe: quia ſunt contra Eccleſiæ immunitatem. At Eccleſiam purificatione non indigere, niſi ſanguis in magna quantitate effundatur, aut vulnus lethale ſit. Hæc Palaus, cuius vltima verba, ſi bene expendantur, ad pollutionem loco ſacro inducendam, ſufficere percuſſionem, ex ſe illatiuam mortis, quamuis hæc, aut ſanguinis effuſio non ſequatur, apertè docent. Lethale enim, mortiferum ſignificat, vulgò *coſa mortal*, non autem mortuum. Et dictio *Aut*, alternatiua hîc eſt, & actum pollutionis, cuilibet illorum attribuit in ſolidum, effuſioni ſcilicet ſanguinis, in magna quantitate, & vulneri lethali: iuxta dicta *ſupra in hac Diſquiſitione, num.* 7. *verſic. Circa quæ Iura.*

Et quidem, vbi viget conſuetudo de noſtræ concluſionis caſu, quam alicubi exiſtere teſtantur, apud Pacem Iordanum, *dicto tit.* 12. *num.* 39. Abbas, *in cap. Propoſuiſti, num.* 4. *el* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ*, & Ioannes Andreas, *in cap. Aqua, num.* 3. *el* 9. *eod. tit.* quod Eccleſiæ pro pollutis habeantur, & claudantur, donec reconcilientur, ad populi terrorem, vt à ſimilibus abſtineant, arceanturque criminibus, citra omne dubium, obſeruanda illa erit, vtpotè laudabilis. Quia licet Eccleſia, altéreve locus ſacer, pollutus non cenſeatur niſi in caſibus in Iure expreſſis: cum conſuetudo id valeat inducere, quod Lex, vbi conſuetudo extiterit, vt Eccleſiæ, & alia loca pro pollutis habeantur ex percuſſionibus præfatis, citra mortem, aut notabilem ſanguinis effuſionem factis, procul dubio obſeruanda erit. 5

DISQVI

DISQVISITIO III.

De humani seminis effusione.

An hæc effusio in loco sacro facta illum polluat?

BREVIARIVM.

Luxuria.

Mortale peccatum admittit, qui voluntariè paruam seminis emittit guttam. n.8.

In materia luxuriæ, paruitas materiæ non datur in multorum sententia Doctorum. n.8.

Pœnæ.

Extendi non debent ad casus non expressos. n.11.

Pollutio loci sacri.

Per quamcumque seminis humani voluntariam effusionem in loco sacro factam ille polluitur. n.1. & seqq.

Non polluitur per seminationem alterius animalis, quàm hominis vtriusque sexus. n.3.5.

Ad loci sacri pollutionem, non sufficit vnius, aut alterius guttæ seminis emissio, dummodò consummata non sit, sed copiosa esse debet. n.7.8.9.

Vt illum polluat seminis effusio, ista debet esse voluntaria, iniuriosa, & mortalis. n.6.

Debet etiam intra ambitum loci sacri fieri. n.10.

Debet esse notoria effusio, vt pollutus censeatur locus sacer. n.12.

Incipit censeri pollutus, à tempore, quo sit notoria seminis effusio n.12.

Dum illa notoria non est, ab illam scientibus, non debet locus sacer pro polluto haberi. n.13.

Per adulterium locus pollnitur sacer. n.15.

CONCLVSIO.

1 PEr quamcumque humani seminis effusionem in loco factam sacro, pollutus ille censetur.

Consultò dixi *quamcumque:* vt comprehenderem omnem effusionem humanam, ac vtriusque sexus, & omnis conditionis illius. Siue illa ordine fiat à natura præscripto, ad humanam propagationem necessario, siue contra illum, per mollitiem scilicet, sodomiam, aut bestialitatem: siue à Fidele, siue à Pagano, vel Iudæo, &c.

2 Conclusionem tenent Iacobus de Grassis, *in decisionibus aureis, part.1. lib.2. cap.48. num.26.* Ioannes Azorius, *Institutionum Moralium, parte 2. lib. 9. cap.5. quæst.1. & 4.* Ægidius Coninck, *de Sacramentis part.1. quæst.83. artic.3. dub.1. num.229. in fine.* Ioann. Baptista Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo 2. part.3. verbo Ecclesia num.12.* Ludouic. Caspensis, *in Cursu Theologico, tomo 2. tract. 23. disput.3. sect.3. num.71.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re sacra, lib.5. tit.12. num.103. & 110.* Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, part.1. cap.2. dubitat.2. sect.4. num.3.* Augustin. Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.2. allegat.28. num.42.* cum Nauarro, *in Manuali, cap.27. num.92.* Sylueſtro, Henriquez, Roderiquez, Suarez, Miranda, *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæst.39. artic.5. conclus.1. versic.2. casus.* Vgolino, *de Officio Episcopi, cap.29.* §.3. Gambarupta, *de Casibus reseruatis, cap.15. casu 6. num.11.* Mario Alterio, *de Censuris, tomo 2. disput.3. de Interdicto, cap.1. versic. Tertiò,* & Stephano Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, part.1. lib.3. cap.14. à num.20.* Pasqualigus, *de Sacrificio, q.566.* cum Lessio, *de Sacramentis, q.83. artic.2. tit. de loco, num.81.* Dicastillo, *de Sacrament. tract.5. disput.4. dub.7. num.116.* Passerino, *de Pollutione Ecclesiæ, disput.7. cap.1. num.2.* Reginaldo, *in Praxi, lib.29. cap.9 sect.5. num.182.* cum Glossa, *in cap. vnic. verbo Seminis, de Consecrat. lib.6.* Tenet etiam Leander à sanctissimo Sacramento, *parte 5. tract.5. disput.1. §.3. quæst.27.* cum Auila, *de Censuris, part.5. disput.7. dubit.1. versic. Secundus est.* Vialdo, *de Interdicto, num.70.* Philiberto Marchino, *tract.3. de Ordine, parte 3. cap.10. num.9.* Gregorio Sayro, *in Thesauro lib.5. cap.16. num.18.* & Nauarro, *in præcitato capite, n.257.* cuius doctrinam sub his recenset verbis.

Secundus casus est, quando in Ecclesia semen 3
humanum voluntariè effunditur. Dixi humanum, quia cæterorum animalium ad id non pertinet. Glossa, *in dicto cap.1. verbo Humanum:* & quia satis est, vt sit cuiuslibet hominis, siue fœminæ, viri, Clerici, Laici, fidelis, siue infidelis: & quod effundatur, iuxta, contra, aut extra cursum naturalem. Textus *in dicto cap. Ecclesiis, verbo Cuiusque,* & Speculator, *vbi suprà tit. de Dedicatione Ecclesiæ, colum.30.*

Hæc sunt Doctoris Nauarri verba, quæ non pa- 4
rum prodesse, pro dictis, ac dicendi in tota hac Disquisitione, & pro illis illustrandis, manifestum. Sed maioris claritatis gratia, libuit præmonere aliquas conditiones adeo esse necessarias ad inducendam pollutionem loco sacro, ob seminis emissionem, vt qualibet illarum deficiente, præfata non sequatur pollutio. Illas sic recenseo.

Prima conditio est, vt semen humanum sit. Et 5
quidem verum semen. Vnde effusio seminis corrupti, esto cum peccato fiat mortali, non polluit Ecclesiam. Pasqualigus, *quæst.566. num.6.* cum Passerino, *cap.5. num.4.* quia per corruptionem amittit formam seminis. Nec illam polluit emissio humoris, quem emittunt Eunuchi, aut Hermaphroditi, qui nullius sexus sunt. Pasqualig. *quæst.569. num.2.* cum Passerino, *cap.16. num.4.* Secus si præpolleant in altero, vel in vtroque sexu, & sint apti ad generationem: effusio enim sexus, aut sexuum præpotentium, polluent. Pasqualig. *num.3.* Quæ certè conditio, & qualiter exprimitur *in Canone si motum, el 18. de Consecratione distinct.1.* ibi: vel adulterio. Adulterium enim, neutiquam inter alios, quàm inter homines, virum scilicet, & eius vxorem dari potest. Et Glossa *in cap. si Ecclesiam pollui, verbo Seminis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib.6.* ibi. Humani, non canum.

Hanc primam conditionem, præter Glossam, & 6
Nauarrum, *vbi proximè,* exigunt Azorius, Coninck, *locis num.2. redditis.* Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.1. disputat.23. quæsito 11. num.2.* Delbene *citatus, num.1.* Pax Iordanus, *num.101. & seqq.* Ioannes Machadus, *en el perfecto Confessor, tomo 1. lib.2 part.3. tract.4. documento 4. num.5.* Barbosa *allegat.28. num.44.* cum Ludouico Miranda, & Vgolino *locis iam citatis.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali tomo 2. lib.6. quæst.9. cap.4. num.4.* Et Ludouicus Caspensis, *dicto num.71.* ac Pasqualigus *tom.1. Sacrific. Missæ quæst.566. num.2.* cum Durando, *de Diuin. Offic.*

lib.1.cap.6.num.39. Sayro, *de Cenſur.lib.5.cap.16. num.17.* Suarez *de Euchariſt. diſp.81.ſect.4.caſu 3. & aliis pluribus.*

6 *Secunda* conditio, ſeu qualitas eſt, vt ſeminis effuſio voluntaria ſit, iniurioſa, & mortalis. Ita præter Doctorem Martinum ab Azpilcueta, docent Azorius, Coninck, Gordonus, Aſcanius Tamburinus, cum Sylueſtro, *in Summ. verbo Conſecratio 2. q.5.* Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia num.14.* Barboſa, *num.43.* Pax Iordanus, *num.104.* & Lezana. Omnes, *locis ſuprà n.2.recenſitis.* Paſqualig. *q.567. cùm aliis.*

7 *Tertia* qualitas, & conditio eſt, vt vera ſit ſeminis effuſio. Non enim ſufficit ad pollutionem loco ſacro inducendam, modicæ quantitatis humani ſeminis emiſſio, ſed iſta, notabilis quantitatis debet eſſe. Ita Graffius, *vbi ſuprà*, cum Aſtienſi. Auguſtinus Barboſa, *num.49.* Pax Iordanus, *numero 108.* Delbene, *num.2.* cum Cardinali de Lugo, *de Euchariſtia, diſput.20. ſect.2. num.55.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part.1.tract.8. cap.5. ſect.2. num.72. verſic. Noto 4.* cum Bonacina, *quæſt.4. de Matrimonio, puncto vltimo, num.20.* Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.6. tract.3. de Euchariſtia, cap. 3. dub.4.* Vbi de caſibus, quibus Eccleſia polluitur, *caſu 2.* Antoninus Diana, *Reſolution. Moral. part. 11. tract.2. reſolut.58.* Caſpenſis, *num.71.* Leander, *quæſt.28.* cum Suarez, *tom.3. in 3. part. D. Thom. diſput.81. ſect.4. verſic. Tertiò violatur,* Philiberto Marchino, *de Ordine, tract.3.p.3. cap.10.n.9.* Coninck, *dicto num.229.* Petro Ledeſma, Gambarupta, Filliucio, Nugno, & aliis. Paſqualigus, *q.570.* cum pluribus aliis præter redditos.

8 Ratio autem huius conditionis eſt, quia vti benè Suarez, Pax Iordanus, & alij, ex eo quod licet quælibet quantitas, etiamſi paruam ſeminis guttam non excedat, peccatum lethale intemperantiæ ſit; tamen non cenſetur adeò grauis in ratione iniuriæ loco ſacro pollutionem inducentis. Et ratio diſparitatis eſt: quia ad mortale peccatum intemperantiæ ſufficit quælibet voluntaria libidinis admiſſio contra Ius naturale, & diuinum illam prohibens, maximè in multorum ſententia Doctorum, qui paruitatem materiæ in luxuria dari negant; attamen, cum iniuria, pollutionem loco ſacro inducens, non ex naturali, & diuino Iure immediatè proueniat, ſed poſitiuo, & humano Eccleſiaſtico, & hoc non alio pacto, quàm effuſione interueniente, effuſio autem denotat largitatem, & copioſum ſeminis fluxum, non autem vnius, aut alterius guttæ emiſſionem, vti in ſimili de ſanguinis effuſione, *Diſquiſitione præcedenti tradidi* hinc eſt, quod non ſufficiat ad pollutionem loci ſacri ea ſeminis quantitas, quæ ad culpam mortalem.

9 Illud autem aduertere duxi, quod ſi actus emiſſionis completus eſt, ſiue parum, ſiue multum ſeminis ſit emiſſum, pollutio ſequitur loci ſacri; ſi vero emiſſio ſeminis tantum ſit diſtillatio, inchoatio, & principum pollutionis venereæ, locus ſacer non manet pollutus. Alioquin, quomodo poſſemus cognoſcere veritatem, & ſeminis quantitatem, & eadem eſt ratio de paruo, ac de multo ſemine, dummodo actus luxuriæ conſummatus ſit. Ita Pax Iordanus, *volum.1.lib.5. tit.12. n.109. pag. mihi 410.* & Diana, *part.11. tract.2. Miſcellaneo, reſolut.58. verſic. Sed vt verum fatear, in fine.* Paſſerinus, *de Pollut. Eccleſiæ, diſput.7.cap.12. num.4.* penes Paſqualigum, *quæſt.570. num.1.* qui tamen tenet, non pollui, niſi per abundantem effuſionem, in ea quantitate, in qua ſolet effundi *allegat.25.* DD. & ſimile de pollutione per effuſionem ſanguinis, quæ non polluit, niſi ſit copioſa, & Iura, eodem modo loquuntur de vtraque. Inter alios recenſet Suarez, *de Euchariſt. diſput.81. ſect.4. caſ.3.* Saytum, *de Cenſur.lib.5.cap.16.num.21.* Fagundez, *in Præcept. Eccleſ.lib.3 cap.14 num.21.* Reginald. *in Praxi, lib.29. cap.9. ſect.5. num.182.* Coninck, *de Sacrament. q.83. art.3. dub.1. num.227.* Amicum, *in Curſu Theolog. tom.7. diſput.33. ſect.12. num.337.* Leſſium, *de Sacrament. q.83. art.2. tit. de loco, num.81.* Dicaſtillum, *de Sacrament. tract.5. diſp.4. dub.7. num.118.* Gaſp. Hurtad. *eod. tract. diſput.4. de Sacrificio Miſſæ, difficult.7. verſ. Tertiò violatur.* Lugum Cardin. *de Euchariſt. diſput.20. ſect.2. num.55.* Barboſam, *de Poteſt. Epiſcop. allegat.28. num.49.* Delbene, *de Immunit. part.1. cap.2. dub.2. ſect.4. num.2.* Caſpenſem, *in Curſu Theolog. part.2. tract.23. diput. 3. ſect.3. num.71.* Sa, *verbo Eccleſia, numero 14.*

Quarta conditio, & qualitas neceſſaria ad inducendam loco ſacro pollutionem, ex ſeminis humani effuſione eſt, vt iſta, intra ipſum locum fiat. Non enim ſufficit ad iſtum effectum, illud extra locum emittere ſacrum. Sic docent Auguſt. Barboſa, *de officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.28. numero 45.* cum pluribus, quos recenſet Doctoribus. Ioannes Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, tomo 1. lib.2 part.3. tract.4. documento 4. num.9.* Pax Iordanus, *vbi proximè, num.101. & 112.* Caſtrus Palaus, *part.2. tract.11. diſputat. vnica, puncto 1. numero 2.* Diana, *part.6. tract.1. reſolut.1. verſic. Nec obſtat dicere.* Leander à ſanctiſſimo Sacramento. *p.5. tract.5. diſp.1.§.3.q.30.* 10

Ratio ob quam requiratur dicta qualitas, & conditio eſt, quia cum huiuſmodi pollutio pœna ſit ab Eccleſiaſtico Iure, in deteſtationem obſcœni criminis in loco ſacro patrati inflicta, cum expreſſione tantum illa, de qua in Iuribus infrà recenſendis, & pœnæ extendi non debeant, ſed reſtringi iuxta Iuris diſpoſitionem, in *cap. Odia, el 15. de Regulis Iuris in 6.* & communem Doctorum ſententiam, hinc eſt, quod præfata pollutionis pœna ſolùm impoſita, & inflicta cenſeatur, quando tale ſcelus intra ipſum ſacrum admittitur locum, ſecùs autem quando extra illum perpetratur. 11

Quinta qualitas, & conditio eſt, vt ſeminis effuſio notoria ſit. Ex occulta enim illius emiſſione, certum eſt ex parte rei, ſeu materialiter pollutionem loco ſacro induci; non tamen formaliter, donec effuſio publicetur: quia habetur pro non inducta pollutio, ante huiuſmodi publicationem, & à ſolo publicationis tempore vim habet Iuris prohibitio, de loco ſacro non vtendo, prius quàm reconcilietur, *cap. ſignificaſti, de Adulteriis,* cum cæteris paulo inferiùs recenſendis. 12

Hanc qualitatem requiri neceſſario ad pollutionem inducendam loco ſacro per ſeminis effuſionem, docent communiter Doctores, tam Theologi, quàm ſacrorum Canonum profeſſores. De quorum numero ſunt Iacobus de Graffis, *in Deciſionibus aureis, part.1. lib.2. cap.48. num.26.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.2. lib.6. quæſt.9. cap.4. num.14.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dubitat.2. ſect.4. num.1.* Barboſa, *dicta allegat.28. num.50.* Pax Iordanus, *tit.12. citato, num.101. & 111.* Leander, *vbi ſuprà, quæſt.32.* cum Soto, Roderiquez, Suarez, Baſilio, Hurtado, Petro Ledeſma, Philiberto Marchino, Trullench, Candido, Lugo, & Auila, *de Cenſur. p.5. diſp.7. dubitat.3.* 13

*dubitat.*3.& penes eum Henriq.*lib.*9.*c.*27.*n.*5. Nauarr. *in Manuali,cap.*27.*num.*251. Castro, *de Lege Pœnali, lib.*2. *cap. vltimo,post conclusionem* 3. Mario Alterio,*de Interdicto,disput.*3.*cap.*1.*columna* 4. *versic.Secundò dubitari solet.* Villalobos,*tract.*8.*difficult.*24. *num.*5. Ioannes Caramuel, apud dictum Leandrum,& penes Dianam *part.*11.*tract.*2.*resolut.*58.*versic. Sed magis*, Dicastillus, *de Sacramentis,tomo* 1. *tract.*5. *disput.*4.*dub.*7.*num.*118. Vbi sic ait. Requiritur etiam,quod sit notoria; si enim non publicè constet, non sufficit, vt Ecclesia sit polluta, etiam respectu eorum, qui fortè id sciunt, etiamsi scit, qui patrauerit delictum,qui non tenetur se manifestare. Hæc Dicastillus.

14 Istæ sunt præcipuæ qualitates ad pollutionem loco sacro inducendam, per humani seminis effusionem, requisitæ: quæ quidem principia sunt, ad plures in hac materia decidendas difficultates, quarum nonnullas, in sequentibus dilucidabo Dubiis: quorum resolutionibus benè perceptis, facilè quibit Lector, omnia decidere similia. Sed ad probandam principalem huius Disquisitionis conclusionem redeamus:pollui scilicet locum sacrum, per effusionem seminis humani in eo factam.

15 Quod polluatur per adulterium locus sacer probatur *ex Canone si motum, el* 18. *de Consecratione, distinct.* 1. ibi si homicidio, vel adulterio Ecclesia » violata fuerit, diligentissimè expurgetur, & denuò » consecretur. Et ex *cap. Significasti nobis, el* 5. *de Adulteriis & stupro*, in quo sic Alexander Papa decernit circa Ecclesiam in qua quidam Presbyter » dormierat cum alterius coniuge. Ideóque manda- » mus, quatenus condignam pœnitentiam præfatæ » imponens adulteræ, Ecclesiam per aspersionem » aquæ benedictæ,reconciliare procures.

16 Quod polluatur per quamlibet aliam seminis effusionem locus:probatur *ex Canone Ecclesiis,el* 19. » *de Consecratione, distinct.*1. sic deffiniente. Ecclesiis » semel Deo consecratis,nõ debet iterum consecratio » adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis ef- » fusione, aut cuiuscumque semine pollutæ fuerint. Probatur etiam ex Clemente Papa Tertio, *part.* 50. *Consily Lateranensis, cap.*67. relato à Petro Crespetio, *in Summa Ecclesiasticæ disciplinæ, verbo Ecclesia sanguine, vel semine polluta, pag. mihi* 292. » *columna* 2. ita statuente Ecclesias, quæ sanguinis, » vel seminis sunt effusione pollutæ, Ciuitatis Cleri- » cis conuocatis, cum processione, & aquæ benedi- » ctæ aspersione, prout in Ordinario habetur ascri- » ptum, poteris emundare. Tertio,*ex cap. si Ecclesia, el* 10. *de Consecratione Ecclesiæ*, in quo sic Gregorius Papa Nonus. Si Ecclesia non consecrata, cu- » iuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione » polluta, aqua protinùs exorcizata lauetur, ne diui- » næ laudis organa suspendantur. Denique probatur, » *ex cap. si Ecclesiam pollui, vnico eod. tit. in* 6. in » quo Bonifacius Papa in hunc modum decernit. Si » Ecclesiam pollui sanguinis, aut seminis effusione » contingat, ipsius Cœmeterium, si contiguum sit ei- » dem, censetur esse pollutum. Vnde antequam re- » conciliatum fuerit, non debet in eo aliquis sepeliri. Quibus certè Iuribus, satis munita remanet nostra Disquisitionis conclusio. Nunc ad excitandas, & resoluendas aliquas difficultates practicas, & ad illam illustrandam aptas accedamus.

* * *

DVBIVM I.

An per seminis animalis irrationalis effusionem, locus sacer pollutus reddatur?

BREVIARIVM.

Animalia.

*Irrationabilia animalia iniuriæ, tam actiuæ, quàm passiuæ incapacia sunt.*n.3.

Iniuria.

*Nec fieri potest,nec pati ab animali irrationale.*n.3.

Peccare.

Non possunt irrationabilia peccare, cum voluntate, & libero arbitrio careant. n.3.

Pœna.

Non censetur infligi nisi in casibus in Iure expressis. n.2.

Pollutio loci sacri.

*Per nullius animalis irrationalis coitum in loco sacro factum,polluitur ille.*n.1.& seqq.

*Pollutio loci sacri consistit in pœna prohibitionis vtendi illo ad diuina, donec reconcilietur.*n.2.

CONCLVSIO.

PEr nullius animalis bruti, seu irrationalis coitum, in loco sacro factum, pollutus iste censeri debet. 1

Ita docent Glossa,*in cap. si Ecclesiam pollui,verbo Seminis, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib.*6. ibi. Seminis humani, non canum. Pax Iordanus,*volum.*1.*de Re sacra,lib.*5.*tit.*12.*num.*102. cum Vgolino, *de Officio Episcopi, cap.*29.§.3. *in principio, & fine*, & cum Nauarro,*in Manuali cap.*27.*numero* 257. Augustinus Barbosa,*de officio, & potestate Episcopi, part.*2. *allegat* 28. *num.*44. cum eodem Vgolino, & Ludouico Miranda, *in Manuali Prælatorum,tomo* 2. *quæst.*39. *artic.*5. *concluf.*1. *versic. Secundus casus est.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 1. *disput.*27. *quæsito* 1. *num.*2. *in fine.* Pasqualigus *de Sacrific. tom.*1. *q.*566. *num.*2. cum Sayro, *lib.*5.*de Censur. cap.*16. *num.*17. Suar. *disp.*81.*de Euchar.sect.*4.*casu* 3.*& tom.*1.*de Relig. lib.*3.*cap.*2.*num.*3.*cas.*2. *& aliis.*

Probatur conclusio *primò*. Quia sola humani se- 2
minis effusio in loco sacro facta,à Iure punitur pœna prohibitionis vtendi loco illo ad Diuina, donec reconcilietur:in quo pollutio loci sacri consistit. Ergo non censetur pollutus per coitum, aut aliam effusionem seminis brutorum. Patet consequentia. Quia pœnæ infligi non censentur, nisi in casibus in Iure expressis, vti ex Barbosa, & aliis pluribus, in Præludio huius tractatus, *n.*13. dixi.

Secundò probatur. Per solam effusionem seminis voluntariam, iniuriosam, & mortaliter peccaminosam, censetur pollutus locus sacer. Sed nulla brutorum actio potest esse huiusmodi. Ergo per quamcumque effusionem seminis brutorum, non censebitur pollutus locus sacer. Minor patet. Quia animal irrationale incapax est iniuriæ tam actiuæ, quàm passiuæ, vti benè Barbosa *dicta allegatione* 28. *num.*31.

*num.*31. & Pax Iordanus *in præallegato tit.*11.*n.*52. Nec peccare poteſt, cum voluntate, & libero careat arbitrio. Ergo nulla brutorum actio poteſt eſſe voluntaria, iniurioſa, & peccaminoſa. Ac per conſequens, nec cauſatiua pollutionis loci ſacri. Nec effuſio ſeminis bruti, etiam procurata ab homine cum peccato, ſufficit ad pollutionem loci ſacri: quia præterquam quod, vt ait Paſqualigus, non habet illam deformitatem, quam habet effuſio ſeminis humani, ex qua lædatur Eccleſiæ ſanctitas, hæc ſub illa prohibetur pœna; non verò illa.

DVBIVM II.

An locus ſacer cenſeatur pollutus per effuſionem ſeminis humani in ſomnis?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

*Non cenſetur pollutus locus ſacer per effuſionem ſeminis in ſomnis factam.*n.1.

Pollutio venerea.

Qui nimis bibit, aut comedit, vel calida, eo fine vt pollutio eueniat in ſomniis, mortaliter peccat in genere luxuriæ. n.3. & ſeqq.

Qui vt gulæ ſatisfaciat nimis bibit, aut comedit, peccatum luxuriæ non committit, etiamſi præuideat euenturam pollutionem in ſomniis ibidem.

CONCLVSIO.

1 POllutus non cenſetur locus ſacer per effuſionem ſeminis in ſomniis contingentem.

Hanc concluſionem tenent D. Antoninus, *in Summa, part.*3. *tit.*12. *cap.*6. §.4. Iacobus de Graffis, *in Deciſionibus aureis, parte* 1. *lib.*2. *cap.* 48. *num.*26. *fol. mihi* 166. Ioann. Azorius, *Inſtitution. Moral. part.*2. *lib.*9. *cap.*5. *quæſt.*3. Auguſt. Barboſa, *de Officio, & poteſt. Epiſcopi, part.*2. *allegat:* 28. *num.*4. cum Emmanuele Roderiquez, *in Summa, tom.*1. *cap.*123. Gambarupta, *de caſibus reſeruatis cap.*15. *caſu* 6. *num.*11. Mario, Alterio, *de Cenſuris, tomo* 2. *diſput.*3. *de Interdicto, cap.*1. *verſic. Tertiò*, & Ludouico de Miranda, *in Manuali Prælatorum, tom.*2. *quæſt.*39. *artic.*5. *concluſ.*1. *verſic. Secundus caſus eſt.* Pax Iordanus, *volum.*1. *de Re ſacra, lib.*5. *tit.*12. *num.*104. cum Sylueſtro, *verbo Conſecratio* 2. *quæſt.*5. *verſic. Tertius caſus*, Vgolino, *de officio Epiſcopi, cap.*29. §.3. *verſic. Excipitur.* Toleto, *in Summa, lib.*5. *cap.*8. *num.*11. Fuſco, *de Viſitatione, lib.*2. *cap.*25. *num.*6. & Nauarro, *in Manuali, cap.*27. *num.*256. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.*1. *cap.*2. *dubitat.*2. *ſect.* 4. *num.*6. Diana, *Reſolutionum Moral. part.*11. *tract.* 2. *reſolut.*58. cum Bonacina, *de Matrimonio, quæſt.*4. *punct. vlt. num.*19. & cum Tabiena, Henriquez, & Finello. Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part.*5. *tract.*5. *diſput.*1. §.1. *quæſt.*25. cum Henriquez, *lib.*9. *cap.*27. *n.*9. *in corpore, & in Annotationibus litt. Q.* Viualdo, *de Interdicto, n.*71. Auila, *de Cenſuris, part.* 5. *diſput.*7. *dubitat.*1. *verſic. Secundus eſt.* Philiberto Marchino, *tract.*3. *de Ordine, part.*3. *cap.*10. *n.*9. & cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.*5. *cap.*16. *n.*21. Paſqualig. *q.*567. *n.*1.

Ratio concluſionis eſt. Quia effuſio ſeminis 2
pollutionem loco ſacro inducere valens, voluntaria debet eſſe, iniurioſa, & mortalis in genere luxuriæ. Effuſio autem humani ſeminis in ſomniis, talis non eſt, ſi præter intentionem illa contingit. Ergo ex ea locus non polluitur ſacer.

Conſultò dixi: *in genere luxuriæ.* Quia non 3
ſufficit ad polluendum locum ſacrum, quod effuſio illa ſit in alio genere voluntaria, & mortalis. Exemp. gratia. Peccare quis poteſt mortaliter in nimio cibo, aut potu præueniendo inde ſecuturam in ſomniis pollutionem, præter intentionem. In quo caſu, ſequuta in loco ſacro pollutione, locus ille non cenſetur pollutus: quia non eſt peccatum mortale in genere luxutiæ, vti benè docet Anton. Diana cum Franciſco de Lugo, *de Sacramentis, lib.*5. *cap.* 6. *quæſt.*9. *num.*58. & priùs docuerat Iacobus de Graffis, *lib.*2. *allegato, cap.*87. *de pollutione nocturna, num.*15. in ſequentia prorumpens. Qui nimis comedit, vel edulia calida, ſi eo fine comedit, vt pollutio eueniat, peccat mortaliter (in genere ſcilicet luxutiæ: de eo enim ibi diſſerit;) aliàs ſecus, ſi comedat, vt gulæ ſatisfaciat. Sylueſter, *in verbo Pollutio*, Nauarrus, *cap.* 16. *num.*8. Hæc noſter Graffis, & Caſtrus Palaus in eadem fuit ſententia, *tomo* 7. *de Iuſt. & Iure, tract.*1. *aliàs* 30. *de Prudentia, &c. diſput.*3. *punct.* 7. *num.*5. *verſ. Si autem pollutio, pag. mihi* 34. cum eodem Nauarro, Vazquez, 1. 2. *diſput.*115. *num.*9. Suarez, *tomo* 3. *in* 3. *part. quæſt.*8. *in comment. artic.*7. Leſſio, *de Iuſtitia, & Iure, lib.*4. *cap.*3. *dub.*14. *num.*100. Toleto, *lib.*5. *cap.*13. Paulo Layman, *lib.*3. *ſect.*4. *n.*16. & Filliucio, *tract.*30. *cap.*8. *quæſt.*6. *num.*151. quem etiam Doctorem, *eodem cap.*8. *num.*148. & D. Antoninum, *in Summa, part.*2. *tit.*6. *cap.*5. recenſet, & ſequitur Baſſæus, *tomo* 1. *verbo Luxuria, num.*15. *verſic. Vt pollutio nocturna.* Idem docent quàm plures alij Doctores. Thomam Sanchez, qui vnus pro mille ſufficeret, ad amuſſim recenſere libet. Sic enim fatur *tomo* 3. *de Matrimonio, lib.*9. *diſput.*45. *n.*17. *pag. mihi* 308. videlicet.

Secundò deducitur: idem dicendum eſſe quam- 4
uis cauſæ non ad luxuriam pertinentes, vt nimia comeſtio, ebrietas mortalis, efficerentur mortales in genere luxuriæ ratione ſolius finis intenti ab operante: adhuc enim pollutio in illis præuiſa & præter intentionem accidens, non eſſet mortalis. Vt ſi quis calida comedat, vel excedat in cibo, & potu etiam mortaliter, vt potentior fiat ad fornicandum. Quoniã finis ille nihil operatur ad pollutionem: nec deſiderium copulæ, ceſſante delectatione in ipſa cogitata, habet rationem cauſæ pollutionis, teſte Caietano, 2. *quæſt.*154. *art.*5. *paulo ante* §. *In reſponſione ad* 5. Quare ſola cauſa illius pollutionis eſt exceſſus in cibo, & potu. Pollutio autem in huiuſmodi cauſa, quæ per accidens habet rationem cauſæ illius, præuiſa, & non intenta, minimè eſt lethalis: vt probaui *num. præced.*

Hactenùs magnus ille Doctor *dicto n.*17. poſt- 5
quam *num.*16. docuerat pollutionem præuiſam in gulæ peccato, etiam mortali, vt in ebrietate, & nimia comeſtione mortali, non habere ſpecialem pollutionis malitiam mortalem, niſi ſit intenta, aut ſit probabile conſenſus periculum: atque ita ratione pollutionis præuiſæ, neminem ſub mortali teneri vitare eam cauſam. Et id probat *primò*, quando gula eſt venialis. Quia, qui comedit, & bibit, proſequitur ius, quod habet à natura id faciendi: & cum difficillimum ſit in cibo, & potu, quæ neceſſariò ſumenda ſunt, modum tenere, cum propter corruptio-

nem

nem naturæ, & appetitus : tum etiam, quia ignoratur quantitas determinata naturæ neceſſitati, iuxta Auguſt. *lib.* 12. *Confeſſionem, capit.* 31. nemo eſt obligandus ad rem adeò difficilem, vt pollutionem inuoluntariam inde prouenientem euitet. Et hanc rationem confirmat, quia ſi homines tenerentur ſub mortali, vitare cauſam venialiter illicitam, ratione pollutionis in ea præuiſæ, frequenter intolerabilibus torquerentur ſcrupulis.

6 Et denique hanc partem, de pollutione præuiſa in gula veniali, ait eſſe expreſſam doctrinam D. Gregorij, *in reſponſione* 11. ad D. Auguſtinum Angliæ Apoſtolum, & refertur *in Canone Teſtamentum, el* 1. *diſtinct.* 6. & illam tenere D. Antonin. *vbi ſuprà, paulo poſt principium, verſic. Et nota, quod quamuis.* Angel. *verbo Pollutio, num.* 2. Sylueſt. *ibid. in fine, & verbo Virginitas, quæſt.* 4. Roſell. *verbo Communicare, num.* 4. *in fine.* Et Tabien. *ibi, quæſt.* 44. *num.* 34. *in fine.* Gerſon. 2. *part. tract. de Pollutione diurna, propoſit.* 1. *alphabeto* 38. *litt. E.* Adriam, *in* 4. *tract. de Euchariſtia, quæſt. quæ incipit, dictum eſt, quod ſomnus excuſet à culpa, §. His præmiſſis.* Nauarr. *in Manuali Latino, cap.* 16. *n.* 8. *& Hiſpano, num.* 6. *&* 8. & Ludouic. Lopez 1. *part. Inſtructorij, cap.* 74. §. *Addimus non eſſe.*

7 Verba autem noſtri Gregorij Magni, pro nobis ſatis clara, huiuſmodi ſunt. Sed eſt in eadem illuſione (loquitur de pollutione nocturna, vti ait Gloſſa *in caſus figuratione*) neceſſaria valdè diſcretio, quæ ſubtiliter penſare debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim *ex crapula* ; aliquandò ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate; aliquandò ex cogitatione contingit pollutio. Et quidem cum ex naturæ ſuperfluitate, vel infirmitate euenerit, omnino hæc illuſio non eſt timenda : quia hanc animus neſciens pertuliſſe, magis dolendus eſt, quàm feciſſe. *Cùm verò vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exindè animus aliquem reatum : non tamen vſque ad prohibitionem ſacri myſterij percipiendi, vel Miſſarum ſolemnia celebrandi*, cum fortaſsè aut dies feſtus exigit, aut exhiberi myſterium (pro eo, quod Sacerdos alius deeſt) ipſa neceſſitas compellit. Nam ſi alij adſint, qui implere myſterium valeant, *illuſio per crapulam facta, à perceptione Sacri Myſterij prohibere non debet, ſed ab immolatione ſacri myſterij (vt arbitror) abſtinere debet humiliter* : Si tamen dormientem turpi imaginatione illuſio non cõcuſſerit. Nam ſunt quidã, in quibus ita plerumque illuſio naſcitur, vt eorum animus etiam in ſomno corporis poſitus turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re vnum ibi oſtenditur, quod ipſa mens omnino rea non ſit tunc, ſed ſuo iudicio penitus libera, cum ſe, etſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe, tamen in vigiliis corporis meminit ſe in ingluuiem ventris incidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo reatus ſuus, videt enim à qua radice, inquinatio illa proceſſerit : quia quod cogitauit ſciens, hoc pertulit neſciens. Et propter talem pollutionem à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet.

Pollutio nocturna, ex quibus procedat cauſis.

Habet Euchariſtia ſumi poteſt poſt pollutionem in ſomnijs.

Adſunt Miſſam celebrare, quæ pollutio nocturna impediat.

8 Hucuſque D. Gregorius. In quibus, quoad caſum præſentem, de pollutione procedente in ſomniis ex crapula, adnotandum venit, *primò* illud : *habet exindè aliquem reatum.* In quo docet huiuſmodi pollutionem, ex tali cauſa eſſe peccatum veniale, vti interpretatur ibi Gloſſa, *verbo Reatum*, quod & ipſe Sanctiſſimus Doctor immediatè demonſtrat dicens : *non tamen vſque ad prohibitionem ſacri myſterij percipiendi, vel Miſſarum ſolemnia celebrandi.* Si enim eſſet mortale, ab vtroque prohiberet, vti benè Sanchez *vbi ſuprà. Secundò*, illud : *ab immolatione ſacri myſterij.... abſtinere debet* : conſilium continere, non præceptum. Ita Gloſſa *verbo Humiliter*, ex hoc enim ſic infert. Ergo eſt conſilium : benè enim poteſt celebrare, ſi vult : nam pro leuibus criminibus non abſtinebit Sacerdos à celebratione Miſſarum : ſed pro talibus abſtinebit, pro quibus poſſet excommunicari, vt *de Conſecratione diſtinct.* 2. *Si non ſunt. &c. Quotidie.* Hæc Gloſſa.

DVBIVM III.

An pollutio in ſe inuoluntaria, pollutionem loco ſacro inducat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur loco ſacro pollutio, ex pollutione in ſe inuoluntaria, etiamſi ex culpa contingat præcedente, aut poſt ipſam delectatio ſequatur peccaminoſa. n. 1.

CONCLVSIO.

POllutio etiamſi ex culpa procedat præcedenti, aut poſt illam delectatio mortaliter peccaminoſa ſequatur, non polluit locum ſacrum, in quo contingit; ſi tamen in ſe voluntaria ipſa non ſit. 1

Ita docent Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ, to.* 1. *q.* 567. cum Sayro, *de Cenſuris, lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 20. Henriq. *lib.* 9. *Summ. cap.* 27. *n.* 5. *Litt. P.* & Bonacina, *de Matrimonio, q* 4. *punct. vlt. nu.* 19. Auguſtinus Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 28. *num.* 43. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, parte* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 4. *num* 6. Auila, *de Cenſuris, part.* 5. *diſputat.* 7. *dubitat.* 1. ibi. Non tamen ſufficit pollutio facta, licet indirectè voluntaria. Ita & Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 106. cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.* 29. §. 3. *verſic. Excipitur*, cum Aloyſio, Riccio, & aliis.

Ratio autem concluſionis eſt, quia huiuſmodi effuſio, quoad effectum inducendi loco ſacro pollutionem, ſufficienter voluntaria non eſt.

DVBIVM IV.

An inducatur pollutio loco ſacro, per effuſionem ſeminis, ex infirmitate prouenientem?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio ſacro loco per ſeminis effuſionem, ex infirmitate contingentem. n. 1. & ſeqq.

Per culpabilem effuſionem inducitur, etiamſi in terram non cadat ſemen. n. 3. & 4.

CONCLVSIO.

1 POllutus neutiquam cenſetur locus ſacer per effuſionem humani ſeminis, & fluxum, quem quis ex infirmitate in illo patitur.

Tenent hanc concluſionem Auguſtinus Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.28. num.* 43. cum Vgolino, *eodem tractatu, cap.29. §.3. verſic. Excipitur tamen.* Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.5. tit.* 12. *num.* 105. & ante illos Iacobus de Graffis, *in deciſionibus aureis, part.*1. *lib.*2. *cap.*48. *num.*26. vbi ita fatur. Quare propter pollutionem naturalem ex impetu, & magno ardore libidinis, profectam ob viſam pulchram faciem adoleſcentis, vel mulieris, vel etiam voluntariam, ſi ſemen non ſpargitur in terram, ſed occultè, ſiue per veſtem, Eccleſia non indiget reconciliatione. Ita communis eſt opinio per Syueſtrum relata, *in verbo Conſecratio* 2. §.5. Nauarrum, *cap.*27. *num.*251. Tenet etiam Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum tom.*1. *diſputat.*23. *quæſit.*11. *num.*2. licèt non ita expreſsè.

2 Illud autem, quod Graffius addit: *vel etiam voluntariam, ſi ſemen non ſpargatur in terram, &c.* minus mihi arridet, ob ea, quæ ſæpè dixi. Per effuſionem enim voluntariam ſeminis iniurioſam, & mortaliter peccaminoſam, in loco ſacro factam, cenſetur iſte pollutus, ſi mortalis, & voluntaria illa ſit in genere Luxuriæ. Sed eiuſmodi eſt effuſio illa, de qua meus Graffius. Ergo illa locum polluit ſacrum, ſeu ex illa pollutus eſt cenſendus.

3 Deinde impugnatur à ſimili. Effuſio ſanguinis voluntaria, & iniurioſa, ex percuſſione in loco ſacro facta illum polluit, etiamſi ſanguis non ſpargatur in terram, ſed in ſcutella, aut vaſe recipiatur, & etiamſi pauimentum non attingat, ob quodlibet impedimentum, vti *Diſquiſitione præcedenti dub.*12. ex eodem Iacobo de Graffis, & aliis magni nominis probaui Doctoribus. Ergo idem fateri debet iſte Doctor in effuſione voluntaria, & iniurioſa ſeminis, etiamſi in terram non ſpargatur. Nulla enim militat Iuris diſpoſitio, aut ratio in caſu ſanguinis, quæ non militet in ſeminis caſu.

4 Vndè Barboſa *allegatione* 28. *citata, nu.* 44. ita ait. Semen hoc humanum, cuius effuſione Eccleſia polluitur, ſufficit ſi in Eccleſia effundatur, etiamſi intra vas naturale contingens, ſicut diximus de effuſione ſanguinis, per quam ſimiliter polluitur Eccleſia, dummodò intra eandem contingat, licet non cadat in ipſa Eccleſia materiali. Hæc Barboſa, & ſub eiſdem verbis, eadem Aſcanius Tamburinus *loco citato*, cum dicto Barboſa, & Gambarupta, *de Caſibus reſeruatis, cap.*15. *caſu* 6. *num.*2. Sed de hoc pro nunc ſatis, quia *dub.*7. redibit ſermo.

5 Ratio concluſionis ea eſt. Quia in caſu illius, ceſſat voluntas. Ac per conſequens, ceſſat etiam iniuria loco ſacro irrogabilis per effuſionem ſeminis, & quæ cauſa eſt vt ei cenſeatur inducta pollutio per effuſionem voluntariam illius.

* * *

DVBIVM V.

An pollutus reddatur locus ſacer, per effuſionem ſeminis illius, qui mentis compos non eſt?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per effuſionem hominis furioſi, & à mente alienati, non polluitur locus ſacer. n.1.

CONCLVSIO.

NOn cenſetur pollutus locus ſacer per effuſionem vllam ſeminis in eo factam à mente quomodocumque alienato. 1

Ita docent Pax Iordanus, *volum.*1. *de Re ſacra, lib. 5. tit.* 12. *num.*107. cum Vgolino, *de Officio. Epiſcopi, cap.*29. §.3. *verſic. Excipitur tertiò.* Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologia, lib.*6. *tract.*3. *de Euchariſtia, cap* 3. *dub.*4. vbi de Pollutione Eccleſiæ, *verſic. II. Per mortaliter malam.*

Et probatur facilè. Quia huiuſmodi effuſio ſeminis, voluntaria non eſt: & illam patiens nec meretur, nec demeretur in ea. Meritum enim, & demeritum, voluntarium liberum ſupponit: voluntarium enim liberum, neceſſariò vſum rationis prærequirit, nihil enim volitum, quin præcognitum: & iniuria, quæ cauſa eſt pollutionis loci ſacri, ſupponit etiam vſum rationis, ob cuius defectum nullum animal irrationale iniuriam facere, ſeu irrogare, aut pati poſſe, docent dictus Pax Iordanus *vbi proximè, num.*52. *& Barboſa, de Poteſtate Epiſcopi, allegatione* 28. *num.*31. Vndè per neceſſarium conſequens, aberit in noſtro caſu, pollutio loci ſacri, cum effuſio ſeminis illam inducens, neceſſariò debeat habere qualitates, actionis voluntariæ, & iniurioſæ, quæ in præſenti deficiunt. 2

DVBIVM VI.

An per effuſionem ſeminis, quam Confeſſarius inuitus, audiendo Confeſſionem patitur, locus ſacer polluatur?

BREVIARIVM.

Luxuria.

Auditiones, cogitationes, aut locutiones, non ſolùm neceſſarias, ſed vtiles circa materiam veneream, nemo tenetur omittere propter commotiones corporis, aut pollutiones inuoluntarias directè indè contingentes. n.2.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio loco ſacro per pollutionem factam in ſomniis indirectè voluntariam. n.1.

Neque per pollutionem, quam Confeſſarius audiendo Confeſſiones, patitur. n.1.

Voluntarium.

Voluntarium in cauſa, quoad bonitatem & malitiam moralem, menſuratur ſecundùm bonitatem,

tem , & malitiam cauſæ tantum. n. 2.

Voluntarium directum eſt , quoad poſitiuè procedit ab aliquo , in quantum eſt agens. n. 2.

Voluntarium indirectum eſt , quod non agitur, cum in poteſtate ſit voluntatis illud agere. n. 2.

Voluntarium indirectè , non imputatur voluntati, quando poteſt facere , aut omittere , & non facit , aut omittit , ſed quando poteſt , & ſimul tenetur. n. 2.

CONCLVSIO.

1 NOn cenſetur pollutus locus ſacer per pollutionem, quam inuitus patitur Confeſſarius audiendo Confeſſionem in illo.

Hæc concluſio apertè ſequitur ex Doctrina Caietani, *tomo 1. Opuſculorum, tract. 22. de Pollutione ex auditione Confeſſionis proueniente, quæſt. vnica,* mox recenſenda. Illam expreſsè tenent Thomas Sanchez, *tomo 2. de Matrimonio, lib. 9 diſputat. 15. num. 9.* Thomas Delbene , *de Immunitate Eccleſiaſtica , part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 4. num. 6.* & Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſputat. 1. §. 3. quæſt. 26.* cum Mario Alterio, *de Interdicto, diſputat. 3. cap. 1. colum. 4. verſic. Tertiò, violatur.* Et cum Auila, *de Cenſuris, parte 5. diſputat. 7. dubitat. 1. verſic. Tertiò violatur Eccleſia,* cuius ſic refert verba. Non tamen ſufficit pollutio facta in ſomniis, licèt indirectè voluntaria : vndè à fortiori, non violat pollutio, quam Confeſſarius inuitus patitur audiendo Confeſſiones. Ita exſcribit Pater Leander, Patris Auilæ verba: quæ quidem dilucidantur, illuſtrantur ex aliis D. Thomæ , & Caietani, loco citato. Huiuſmodi illa ſunt.

2 Quoad ſecundum (inquit Caietanus) iam habetur ex dictis , vna ex communibus ratio , ſcilicet, quod voluntarium , in cauſa tantum, menſuratur in bonitate , & malitia morali , ſecundùm bonitatem cauſæ tantum. Sed hæc pollutio , (de qua eſt quæſtio) eſt voluntaria in cauſa tantùm. Ergo,&c. Cùm igitur cauſa quandoque non mala,quandoque bona ſit moraliter, reſtat vt pollutio ipſa mala moraliter non ſit. Ex propriis autem probatur dicta concluſio. Si voluntarium indirectè, id eſt, quia eſt in poteſtate voluntatis , non imputatur voluntati, ex eo quòd poteſt facere , & non facit , ſed ex eo, quod poteſt, & debet facere , & non facit, vt patet *in prima ſecundæ D. Thomæ, quæſt. 6. artic. 3. in corpore articuli,* vbi ſic dicit in forma. Voluntarium dicitur, quod eſt à voluntate. Ab aliquo autem dicitur eſſe aliquid dupliciter: vno modo directè, quod ſcilicet procedit ab aliquo , in quantum eſt agens, ſicut calefactio à calore. Alio modo indirectè , ex ipſo , quod non agit, ſicut ſubmerſio nauis dicitur eſſe à Gubernatore , in quantum deſiſtit à gubernando. Sed ſciendum, quòd non ſemper, id, quod ſequitur ad defectum actionis , reducitur ſicut in cauſam, in agens, ex eo, quod non agit , ſed ſolùm tunc , non poteſt , & debet agere, & non agit. Si enim Gubernator non poſſet nauem dirigere , vel non eſſet ei commiſſa gubernatio nauis, non imputaretur ei nauis ſubmerſio , quæ per abſentiam Gubernatoris contingeret , &c. Hæc ille in forma. Voluntarium igitur indirectè, id eſt, quia eſt in poteſtate voluntatis non imputatur voluntati ex eo quia poteſt facere, & non facit, ſed ex eo,quod poteſt, & debet facere, & non facit. Sed in propoſito, pollutio hæc non cadit ſub voluntario niſi indirectè (quia ſcilicet voluntas non diuertit ab auditione, quæ eſt eius cauſa) & voluntas, quamuis poſſit, non tamen debet diuertere à tali actu auditionis, cogitationis, & ſimilium. Ergo hoc non imputatur voluntati. Declaratur minor , quia nullus Artifex debet omittere inchoationem , aut proſecutionem operis, propter defectus conſequentes ex neceſſitate materiæ, Stultè enim aliquis omitteret conſtructionem ſerræ, aut gladij, ex eo, quod rubiginem contrahant ; propterea quia ex ferro fit, & ſic de aliis. Pollutiones autem , & ſtimuli carnis in propoſito contingunt ex neceſſitate materiæ. Ex eo enim, quod res venerea eſt materia purganda, lauanda, diſputanda, prædicanda , cogitanda , exinde naturali ſequela, ſequitur commotio carnis, &c. Teſtatur autem hoc non ſolùm experientia , ſed doctrina tertij de Anima, vbi in cap. de Motiuo principio, vult Ariſtoteles , quod quandoque intellectu non præcipiente, ex imaginatione moueatur pars aliqua corporis, &c. Non igitur debet homo propter defectus contingentes ex neceſſitate materiæ venereæ , omittere, non ſolùm neceſſarias, ſed vtiles cogitationes, locutiones, &c. Nam alioquin oporteret vt Angelos, aut Viros valdè priuilegiatos tantùm , de huiuſmodi diſputare, audire , &c. cuius oppoſitum Eccleſiaſtica , non habet conſuetudo, & ratio docet.

Hæc omnia, menti perpetuò tenenda, ad amuſſim 3
Eminentiſſimus dignitate, & ſcientia , Thomas de Vio , Caietanus: ex quibus, & ex doctrina Angelici Doctoris in illis inſerta, veritas noſtræ oſtenditur concluſionis , & Patris Auilæ propoſitio ſuprà recenſita illuſtratur. In caſu enim noſtro, pollutio non eſt directè, & in ſe volita ; & ad ſummum indirectè eſt volita in ſua cauſa : ſed quia licet Confeſſarius poſſit, ſi velit, cauſam, ſcilicet auditionem Confeſſionis, remouere, quia tamen ad talem remotionem in conſcientia non tenetur, omittendo huiuſmodi auditionem, hinc eſt, quod huius effectus, ſcilicet pollutio, ei ad culpam non imputetur : ac per neceſſarium conſequens, quod ex ea non cenſeatur pollutus locus ſacer : cum minimè ille pollutus cenſeri poſſit per ſeminis effuſionem, quæ culpabilis, & mortaliter quidem non ſit, & iniuriosa.

DVBIVM VII.

An pollutus cenſeatur locus ſacer per ſeminis effuſionem ſi ad terram non cadat ?

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Per ſeminis humani effuſionem, in loco ſacro factam, pollutus ille cenſetur , etiamſi ad terram non cadat. n. 1.

CONCLVSIO.

QVomodocumque voluntariè in loco ſacro, fiat 1
ſeminis emiſſio, eſto iſtud in vaſe aliquo, ſeu in ſcutella, aut in veſte recipiatur, locus ſacer pollutus cenſetur.

Ita docent D. Antoninus, *in ſumma, parte 3. tit. 12. cap. 6. §. 4.* quatenus dicit. Secundus caſus violationis eſt, propter adulterium, & qualemcumque ſeminis emiſſionem voluntariè procuratam , ſiue cum aliis, ſiue per ſe ſolùm. Hæc Florentinus, qui à generali

nerali regula, solùm excipit pollutionem in somniis contingentem. In terminis autem præsentis difficultatis. Pax Iordanus, *volumine* 1. *de Re sacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 110. Augustinus Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *n.* 44. & Leander à sanctissimo Sacramento, *part.* 5. *tract.* 5. *disputat.* 1. §. 3. *quæst.* 31. cum Auila, *de Censuris, part.* 5. *disputat.* 7. *dubitat.* 1. *conclus.* 2. *versic. Intra Ecclesiam.* Mario Alterio, *disputat.* 3. *de Interdicto, cap.* 1. *conclus.* 3. *versic. Secundò polluitur.* Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 8. Icum Summa Confessorum, *quæst.* 152. Paludano, Bachon, Sylvestro, Viualuo, & Iacobo de Graffis. Pasqualigus *de Sacrific. Missæ, to.* 1. *c.* 568. cum Bonacina, *q.* 4. *de Matrim. punct. vlt. n.* 19. Dicastillo, *de Sacrament. tr.* 5. *disp.* 4. *dub.* 7. *n.* 118. Gaspar. Hurtado, *de Sacram. disp.* 4. *de Sacrific. Missæ, diffic.* 7. Ludouico à S. Ioanne, *in Summ. p.* 1. *q.* 11 *de Eucharist. art.* 8. *dub.* 1. *& aliis.*

Ratio autem conclusionis est. Quia etiamsi vase aliquo, scutella, veste, aut in qualibet denique alia re semen recipiatur, & loci sacri pauimentum non attingat, verè illud in loco effunditur sacro. Et ex eo, quod recipiatur in vase, &c. non minuitur voluntaria iniuria tali irrogata loco: nec ratio Iurium, pollutionem illi inducentium, euitatur.

DVBIVM VIII.

An polluatur locus sacer, si luxuriosus actus in eo fiat, emissio autem seminis extra illum consumetur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Si actus iniuriosus fiat in loco sacro, & extra illum pollutio sequatur, attento Iuris rigore, ille non polluitur; secus attentis Doctorum doctrinis. n. 1.

Iura omnia pollutionem indicentia loco sacro, ob seminis emissionem recensentur. n. 2.

CONCLVSIO.

1 PEr effusionem seminis extra locum sacrum factam, ex causa data intra illum, principiis intrinsecis, & rigore Iuris inspectis, probabilius est, dictum locum sacrum non pollui; attentis autem extrinsecis principiis, doctrinis scilicet, & authoritate plurium Doctorũ, probabilius est, ille pollutum iudicandum.

2 Pro prima conclusionis parte probanda, adest dispositio Iuris indicentis loco sacro pollutionem, ob humani seminis emissionem in loco sacro, *Can. Si motum, de Consecrat. dist.* 1. *cap. Significasti, el* 5. *de Adulteriis, & stupro,* vtrobique de effusione adulterina in Ecclesia: & de qualibet alia culpabili effusione, *Can. Ecclesiis, el* 19. *de Consecratione, cit.* Concilium Lateranense, *c.* 67. *cap. Si Ecclesiam pollui, vnico de Consecratione Ecclesiæ, lib.* 6. *& in cap. Si Ecclesia, el* 10. *eodem tit.* Quæ quidem omnia Iura, de effusione seminis intra Ecclesiam loquuntur, & nullum reperitur aliud, quod pœnam pollutionis loco sacro indicet, ob causam effusionis seminis in eo datam, & non consummatam in ipso. Vnde manifestè apparet, quod per principia intrinseca Iuris, probabilius sit, immò vnicè probabile, non pollui locum sacrum per seminis effusionem in eo causatam, extra ipsum autem completam.

3 Per principia verò extrinseca, hæc sententia minùs probabilis est, quàm contraria. Pro ista adest Augustinus Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *num.* 51. vbi sic illam propugnat, & simul communem proclamat contrariam.

4 Indè fit (inquit præfatus Doctor) vt quemadmodum Ecclesiæ pollutionem ex causa voluntariæ & iniuriosæ effusionis sanguinis contingentis intra Ecclesiam, resoluimus contra communem ferè omnium Doctorum sententiam, non aliter Ecclesiam ferè pollutam censendam, quàm si vtrumque copulatiuè scilicet, & vulnus, & sanguinis effusio notabilis intra Ecclesiam contingat, nec sufficere, quod vulnûs tantum, si effusio extra eueniat, idque ex eo, quia Iura de hoc loquentia, principaliter ad effusionem ipsam, non verò ad vulnus se referunt: sic similiter idem nobis dicendum videtur in præsenti specie; ita vt quamuis actus intra Ecclesiam effusioni ita proximus sit peccaminosus, si tamen actualis effusio, non intra, sed extra Ecclesiam contingat, minimè per hoc est Ecclesia polluta censenda, cum verum sit dicere, effusionem seminis, minimè intra eandem contigisse, quidquid communis sententia sit in contrarium.

5 Hactenus Barbosa, pro cuius placito, paucos Doctores, ex multis, quos vidi recensere queo? per contraria verò asserente, sufficere ad polluendum locum sacrum, quod in eo causa detur emissionis seminis extra illum sequutæ, allegare valeo omnes, qui idem in simili, de effusione sanguinis facta extra locum sacrum, ex vulnere in eo illato docent. Non paucos recensui. *Disquisit.* 2. *dub.* 11. *versic. Secunda pars.*

DVBIVM IX.

An per effusionem seminis supra tectum loci factam sacri infra pauimentum, & externis illius parietibus illum polluat?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Per effusionem seminis extra corpus loci sacri factam, iste non polluitur. n. 1.

Quod autem sit illius corpus, explicatur. n. 1.

Explicantur multi casus, in quibus polluitur locus sacer, quia actus inductiui pollutionis, intra illius corpus fiunt. n. 2.

Et multi in quibus non polluitur, quia extra illud fiant. n. 4. & seqq.

CONCLVSIO.

1 NOn censetur pollutus locus sacer, per vllam seminis effusionem, in aliqua parte extra illum existente factam.

Ita docent quàm plurimi Doctores grauissimi, ex quibus non paucos, in testes huius veritatis producam: sed priùs quàm illos allegem, vt meliùs petcipiatur pars, de qua multi illorum loquantur, operæ pretium duxi aduertere, corpus alicuius loci, Ecclesiæ v.gr. esse illud spatium, quod reperitur à tecto interiori, vsque ad pauimentum; à Summa Ara, vsque ad parietem oppositum; & à pariete vno colaterali, ad alium colateralem. Ac proindè quicquid supra tectum Ecclesiæ fit in cymbalorum turri: in camera, aut cella: in Choro, qui intra dictos

dictos parietes ſitus non ſit : in Sacriſtia : Tribuna : in Confeſſonariis extra dictum ſpatium exiſtentibus : in ſpelunca infra pauimentum exiſtente, extra Eccleſiam fieri dicitur.

2 Concluſionem tenent Iacobus Gordonus *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæſt. 9. cap. 4. num.* 14. Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *parte 5. tract. 5. diſputat. 1. §. 3. quæſt. 30.* Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, allegatione 28. num.* 45. cum Mario Alterio, *de Cenſuris, tomo 2. diſputat. 3. de Interdicto, cap. 1. verſic. Requiritur.* Suarez *tomo 3. in 3. partem, diſputat.* 81. *ſect. 4. col. 2. verſic. Quod autem ſanguinis.* Gregorio Sayro *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num.* 8. Auila *de Cenſuris, part. 5. diſputat. 7. dubitat. 1.* & cum Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, parte 1. lib. 3. cap. 14. à num. 37. ad 52.* Vbi adnumerat ſupra tectum ; cameras adhærentes ; portam ; Confeſſonaria ; Chorum ; & Clauſtra. Tenent, & Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo 3. lib. 9. diſputat. 15. num. 26.* Vbi de ſupra Eccleſiæ tecto ; *num. 27.* vbi de Cella Camera, aut ſpelunca, ſub Eccleſia conſtructis *num.* 28. vbi de Porta Eccleſiæ, quoad limen ſeu lineam, quam non attingunt valuæ ; *n. 29.* vbi de Cameris Eccleſiæ adhærentibus ; *num.* 30. vide Turri cymbalorum ; & *num.* 31. vbi de Sacriſtia. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 72.* vbi de partibus extrinſecis Eccleſiæ ; num. 78. vbi de Sacriſtia, etiamſi ſit Eccleſiæ coniuncta, & per Eccleſiam pateat ingreſſus ad eam : *num.* 80. vbi de cubiculis, etiamſi conſtituta ſint ad audiendum ſacrum ex eis, cum Soto, *in 4. diſtinct. 33. quæſt. vnica, artic. 3. concluſ. 3.* Nauarro, *in Manuali, cap. 16. num. 34. verſic. 4.* Idem Pax, *num.* 81. vbi de Confeſſonario, quando pars aliqua illius intra concauum parietis ſita, atque pariete ab Eccleſia diuiſa eſt feneſtella cratibus obducta : quoad illam partem, quæ Eccleſiam non reſpicit Confeſſonarium : *num.* 82. vbi de tecto Eccleſiæ à parte exteriori, cum Gloſſa *in cap. Si Eccleſiam pollui, vnico de Conſecratione Eccleſiæ lib. 6.* Ioanne Andrea, Ancharrano, & Dominico *ibi.* Ipſe Iordanus, *num.* 85. cum Nauarro, *loco citato*, de Turri cymbalorum, & de Cryptis, & aliis locis ſubtus Eccleſiam ædificatis, *num.* 96. cum Ioanne Andrea, Ancharrano, Franco, & aliis, *in dictum caput Si Eccleſiam pollui.* De Scalis tandem Eccleſiæ, & de portis eius, quoad eam partem, quæ eſt extra limen, & clauſuram illius, hoc eſt extra lineam, quam attingunt valuæ in liminibus, idem docet, *num.* 90. cum Dominico, *in cap. ſi Eccleſiam*, Sylueſtro, *verbo Cœmeterium, quæſt. 3.* Angelo, *verbo Conſecratio Cœmeterij, §. 3.* Tabiena, *verbo Conſecratio 4. quæſt. 2.* Armilla, *verbo Cœmeterium, num. 4.* & aliis. Quæ omnia, licet non ita expreſsè, iterùm Pax Iordanus docet. *num.* 112. Et tandem Caſtrus Palaus *part. 2. tract. 11. diſputat. 1. punct. 1. num. 2.* vbi ita fatur. Quapropter ſi aliquæ ex his actionibus fiant ſupra Eccleſiæ tectum, vel infrà pauimentum Eccleſiæ, diuinis Officiis, aut fidelium Sepulturæ non deputatum, non dicitur fieri in loco ſacro. Idem eſt ſi extra limen Eccleſiæ fiat : quia limen eſt terminus loci ſacri, aut initium profani. Similiter ſi in Turri, vbi cymbala pulſantur, aut in Sacriſtia, aut in Cellulis Eccleſiæ adhærentibus. Quia hæc non dicuntur locus ſacer ad hunc effectum, vtpotè quæ cum Eccleſia vnum corpus non componunt. Hæc palaus. Similia docet Naldus, vbi proximè.

3 Ratio autem ab omnibus pro concluſione adducta eſt, quia huiuſmodi ſeminis emiſſio, in loco ſacro non fit, quoad effectum pollutionis inducendæ, per modum pœnæ inflictæ ob ſacrilegium in loco ſacro admiſſum : licet aliàs ſacer cenſeatur, & ſit ad effectum Eccleſiaſticæ immunitatis.

Et licet concluſio noſtra vera abſolutè ſit, limi- 4
tationes tamen habet, & fallentias. In primis enim non procedit reſpectu Capellæ, Cellulæ, aut Cauernæ pro diuinis officiis, aut fidelium Sepulturis deputatæ. Ita Antonius Naldus, *in Summa verbo Eccleſia, num.* 29. Palaus *dicto num.* 2. Fagundez, *loco citato, num.* 38.

Secundò non habet locum reſpectu Chori ſi in- 5
tra Eccleſiæ corpus ſitus exiſtat, ſiue in eiuſdem Eccleſiæ pauimento, ſiue in edito loco. Quia Chorus, vt præfertur ſitus, pars eſt eiuſdem Eccleſiæ, cum intra illius ambitum contineatur : intra tectum ſcilicet interius, & pauimentum ac inter Summam Aram, & oppoſitum parietem, & inter collaterales. Solum igitur locum habet concluſio reſpectu Chori, extra Eccleſiæ parietes exiſtentis, vti in Pampilonenſi exiſtit ciuitate, in Conuentibus Sanctimonalium Carmelitarum Excalciatarum, & Recolectarum ſancti Auguſtini. Ita colligitur ex Palao, Naldo, & aliis.

Tertiò fallit in Campanili, aut Cymbalario in- 6
tra Eccleſiæ corpus incluſo. Tunc enim ſub Eccleſiæ nomine venit, quoad pollutionis effectum ex ſeminis emiſſione, & ſimilibus prouenientes. Vti benè Naldus *dicto num. 21.* & colligitur ex aliis Doctoribus allegatis.

Quartò non procedit in Cellulis, Cubiculis, & 7
Tribunis ſi intra parietes, & concaua Eccleſiæ ſita illa ſint. Quia ipſius Eccleſiæ partes conuincuntur eſſe. Sic Palaus, *num. 2.* cum vera, & communi ſententia, & colligitur ex Naldo, & aliis allegatis.

DVBIVM X.

An per coniugalem actum in loco ſacro factum pollutus iſte cenſeatur ?

BREVIARIVM.

Debitum coniugale.

Sine peccato in Eccleſia ſoluitur ab iis, qui diuturno tempore in ea habitare coguntur, etiamſi deſit incontinentiæ periculum. n. 10. 11.

Lex.

Ad ea, quæ frequenter accidunt, attendit. n. 11.

Miracula.

Ob incontinentiam coniugum in Eccleſia exercitam, miracula, quæ acciderunt referentur. n. 7.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio loco ſacro per actum coniugalem, quando ex neceſſitate coguntur coniuges in illo diu permanere, & in eorum aliquo adſit incontinentiæ periculum. n. 1. 8.

Immò, eſto abſit tale periculum, dummodò ibi cogantur diu permanere. n. 10. 11.

Neceſſitate tamen ceſſante diu ibi permanendi coniuges, per coitum polluitur locus ſacer. n. 14.

PRiuſquàm Concluſiones pro reſpõſione dif- 1
ficultatis propoſitæ ſtatuam, adnotare duxi, duas circa illam inuenire ſententias contrariè oppoſitas. Prima abſolutè negat pollui locũ ſacrum, per coniugalem actum in eo conſummatum. Iſtam tenet Glo. *in Canon. Eccleſ. el 19. de Conſecr. diſt. 1. verbo*

Semine, vbi ſic fatur. Per coitum emiſſum per adulterium, vel per forniationem; nam ſi per ſomnum vel coitum cum vxore emittitur, non ideò reconſecrabitur Eccleſia. Gloſſa item *in c. Si Eccleſiam pollui, verbo Seminis, vnico eodem tit. in 6.* ſic ait. Vnde ſi vir cognoſcit vxorem in Eccleſia, non reconciliabitur. Ita ibi, Vbi Ioannes Andreas, Francus, & Geminianus, *n.* 10. quos & Fuſcum, *de viſitatione, lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 6. Martinum à S. Ioſeph, *in Manuali Confeſſariorum tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 20. *de Matrimonio, num.* 2. Dicaſtillum, *de Sacramentis, tom.* 3. *tract.* 10. *diſput.* 9. *dub.* 5. *n.* 57. & Martinum Perez. *de Matrimonio, diſput.* 49. *ſect.* 4. *n.* 7. recenſet Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 113. Et penes Paſqualig. *de Sacrificio Miſſæ, tom.* 1. *quæſt.* 571. Hugo, Laurent. *in dict. cap. Eccleſiis.* Archidiac. *ibi, & in cap. vnic. n.* 2. *de Conſecrat. Eccleſ. in* 6. Henriq. *in cap. fin. n.* 3. *de Conſecrat. Eccleſ.* Gerſon, *in Compend. Theologiæ, part.* 2. *tr. de Sacramen. Matrim. Alphab.* 27. *litt. P.* Roſella, *verbo Conſecratio* 1. *n.* 9. Gaſpar. Hurtado, *de Sacram. diſput.* 4. *de Sacrificio Miſſæ, diſſic.* 7. *& de Matrim. diſſic.* 4. Pontius, *eod. tr. l.* 10. *cap.* 10. & Ianuar. *de Caſib. reſ.* 64.

2 Ratio, & fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia humani ſeminis effuſio, tunc ſolum valet ſacrum polluere locum, quando mortaliter peccaminoſa, & ſacrilega eſt. Sed copula maritalis in loco ſacro exercita, etiam ſine neceſſitate non eſt mortaliter peccaminoſa, & ſacrilega. Ergo non valet loco ſacro pollutionem inducere. Maior cum conſequentia patet. Minor autem probatur. Copula coniugalis in loco ſacro exercita non poteſt eſſe mortaliter peccaminoſa, nec ſacrilega ratione circunſtantiæ loci, niſi ratione prohibitionis factæ per dus naturale, aut diuinum poſitiuum, aut denique per Eccleſiaſticum ne in tali loco fiat. Sed ſecluſo ſcandalo, à nullo Iure prohibetur, ne copula coniugalis in loco fiat ſacro. Ergo illa ſacrilega non eſt, nec mortaliter peccaminoſa, niſi in caſu ſcandali. Minor vltimi ſyllogiſmi probatur. Quia Iura à Doctoribus contrariæ ſententiæ Patronis, pro illa probanda adducta ſunt. *Canon. Si motum, de Conſecratione, diſtinct.* 1. *Canon. Eccleſiis, diſt.* 68. *cap. Significaſti, el cap. de Adulteriis, cap. fin. de Conſecrat. Eccleſiæ, & cap. Si Eccleſiam pollui, vnico eod. tit. lib.* 6. Sed nullibi iſtorum Iurium de copula maritali fit mentio. Ergo per nullum eorum fieri prohibetur in loco ſacro.

3 Secunda ſententia, ex oppoſito abſolutè affirmat pollui locum ſacrum per copulam coniugalem in illo conſummatam. Iſtam tenent D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 12. *cap.* 6. § 4. cum Ioanne Andrea, Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ, tom.* 1. *q.* 571. cum aliis 94. Doctoribus, de quorum numero ſunt, Abulenſis, *q.* 237. *in Matthæum.* Azorius, *p.* 1. *l.* 10. *c.* 26. *q.* 13. Leſſius, *de Iuſt. lib* 4 *cap.* 3. *dub.* 12. *n.* 86. Palaus, *p.* 2. *tr.* 11. *diſp.* 1. *punct.* 1. *n.* 1. Coninch. *de Sacram. q.* 83. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 231. Reginald. *in Praxi, lib.* 29. *cap.* 9. *ſect.* 5. *n.* 182. *verſic. Quocirca.* Layman. *lib.* 5. *tract.* 5 *cap.* 5. *n.* 8. Filliucius, *tr.* 5. *cap.* 4. *n.* 117. Bonacina, *q.* 4. *de Matrim. punct. vlt. num.* 6. Amicus *tom.* 9 *diſp.* 26 *ſect.* 4. *n.* 53. Riccius, *reſol.* 257. *n.* 6. *part.* 3. Caſpenſis, *p.* 2. *tr.* 23. *diſp.* 3. *ſect.* 3. *n.* 71. & alij grauiſſimi quidem, & magni nominis Authores. Ex ſeqq. (quos lege) aliquos allegat, & pro nobis ſunt, Iacobus de Graffis, *in Deciſionib. aureis, par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. *n.* 26. & allegat communionem. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia n.* 28. Aſcanius Tamburin. *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſput.* 23. *q.* 11. *n.* 2. Tenent penes Thomam Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica part.* 1. *cap.* 2. *dub.* 2. *ſect* 4. *n.* 9. Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 18. *art.* 4. *& diſt.* 31. *q.* 3. *art.* 2. Caiet. *in Summa, verbo Matrimonium, cap. vlt.* Armilla, *verbo Debitum, n.* 6. Tabina, *verbo Conſecratio, n.* 8. Toletus, *in Summa, lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 14. Gregor. de Valentia, *tom.* 4. *diſp.* 10. *quæſt.* 6. *punct.* 2. §. 7. & apud Auguſtinum Barboſam, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *n.* 47. Gloſſa, *in Canonem. Quoniam in Romani, verbo Opportuno, & in Can. Eccleſiis, verbo Semine* (vtrobique tamen nihil aliud dicit, quàm quòd vir in Eccleſia non teneatur reddere vxori debitum) Nauarrus, *in Manuali, cap.* 27. *n.* 252. Couarruuia, *de Sponſalibus, part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 3. Perez, *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordination. pag.* 12. Fuſcus, *locis pro prima recenſitis ſententia.* Gregorius Sayrius, *in Theſauro, lib.* 5. *cap.* 16. *à n.* 19. Franciſcus Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *partem D. Th. diſp.* 81. *ſect.* 4. *verſ. Tertiò violatur,* Cenedus, *ad Sextum Decretalium, Collectanea* 11. *n.* 2. Ragucius, *de Miſſa in Eccleſ. quæſt.* 58. Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *à n.* 22. *& part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 20. Auila, *de Cenſuris, part.* 5. *diſp.* 7. *verſic. Secundus.* Gambarupta *de Caſibus reſeruatis, c.* 15. *caſu* 6. *n.* 11. *in fine.* Vgolinus, *de Officio Epiſcopi, cap.* 29. §. 3 *verſ.* 3. *locum habet.* Et Ludouicus Miranda, *in Manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæſt.* 29. *art.* 5, *concl.* 1. *verſ. Secundus eſt.* Tenet & Petrus Tapia, *en el Cateciſmo* § 6. *del* 6. *Mandamiento, n.* 7. *ibi: es Sacrileg.*

Huius ſententiæ fundamentum eſt. Quia licet 4
coniugalis actus de ſe licitus ſit, eſt tamen illicitus propter circunſtantiam loci ſacri, cui fit iniuria: argumento textus *in Canone Accuſat.* 2. *quæſt.* 7. *cap. Vt in domibus, el* 1. *de immunitate Eccleſiarum, & cap. Decet Domum Domini el* 2. *eodem tit. lib.* 6.

Et confirmatur à ſimili, de effuſione ſanguinis, 5
& de homicidio in Eccleſia, aut loco alio ſacro ex ſententia Iudicis aliàs Iuſta, facto. Quia licet talis pœna ſit crimini condigna, & ſic ex ſe ſit licita, & meritoriè applicata; attamen illius applicatio in loco ſacro redditur illicita, & eidem loco iniurioſa, propter illius circunſtantiam.

Hæc ſententia videtur compoſita, Canonizata, 6
vno, & altero miraculo. Accidit enim in Eccleſia Cœnobij noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, à Ciuitate Najarenſi quinque diſtãtis Leucis, cui *Valuanera* vulgare vocabulum eſt, vbi Imago Sanctiſſimæ Deiparæ Virginis Mariæ, ſumma veneratione, conuenientibus eo religionis, & voti cauſa peregrinis, ex prouinciis variis, & multis Hiſpaniæ Regnis, colitur: accidit inquam, vt in præfata Eccleſia quidam peregrinus conſorti ſuæ maritaliter iungeretur, non ſine grauiſſima ſacri illius loci iniuria: in cuius quidem teſtimonium, duo Deus ſtupenda patrauit miracula. Vnum, vt à coniuge ſeparari nequiret, donec copulatus deprehenderetur. Alterum, vt Imago Sanctiſſimi Pueri Ieſu, in vlnis Virginis Matris exiſtens, verſa quidem facie, & corpore ad peregrinos delinquentis, immutata corporis poſitione, faciem aliò verteret ſuam, in tanti facinoris deteſtationem. In qua præternaturali humani corporis poſitione, vſque in hodiernum cernitur diem. Sed audiamus M. Gregorium Brauo de Soto mayor, *en la Hiſtoria de Nueſtro Señora de Valuanera, part.* 1. *cap.* 11. *fol.* 51. Vbi ſic caſum referens ait.

Vn dia, viſpera de Nueſtra Señora de Septiembre, 7
eſtando de vela mucha gente en aquel Santo Templo, entre la demas muchedumbre de peregrina gente, que ſe quedò a velar, fueron dos deſpoſados moços.

moços. Con diligencia procuraron para aliuiar, y paſſar la noche mas a ſu guſto, ſubiendo las gradas del Altar mayor, alojar, y quedarſe a un rincon de el al lado donde ſe dize la Epiſtola. Dizen que ſu principal intento de hauer hecho aquella Romeria, era pedirle hijos a Nueſtra Señora. Tenia ſu Sanctiſſima Imagen entonces al Niño, ſentado ſobre ſus rodillas, buelto todo el cuerpo, y el roſtro al pueblo. Pero no reuerenciando, ni acatando los deſuenturados mocuelos al hiſo Diuino, ni a la Sacratiſſima Reyna de los Angeles Madre ſuya, atreuieron (deſuergença notable) a cumplir en el Sancto Templo, delante del Sanctiſſimo Sacramento, de eſta Diuina Imagen, de la de ſu Sanctiſſimo, y amado Hijo, y ſus Santos, con acto torpe, y deshoneſtiſſimo, ſus torpes, y deſenfrenados deſcos, y apetitos. Et quadam digreſſione facta, in qua ponderat Author diuinam clementiam, in noſtrorum punitione delictorum, ſic proſequitur. *Eſto experimentaron eſtos miſerable hombres: pues ſolo moſtrò Dios el eſtar offendido, en que la Imagen del Niño, que tenia la Madre Santiſſima en ſus braços, boluiò el roſtro, y deſde el medio cuerpo arriba, a la parte del Euangelio, quedando la metad del cuerpo buelto a la gente, y la otra metad con el roſtro, mirando a la pared de aquel lado, haziendo el ſegundo tercio del cuerpacito vnas arrugas, como las puede hazer, vno de carne, y hueſo, que ſe ponga de aquella ſuerte, como ahora eſtà, en memoria de tan notable coſa.*

Son tantas las luzes, y lamparas que arden en la Yglesia, y mas las de aquella noche, que los que eſtauan en ella, hecharon de ver la mudanza, que en ſu cuerpecito hazia el Niño Y dando vozes, pidiendo a Dios miſericordia, porque no ſabain quien fueſſe la cauſa de vn enojo tan claro de ſu Diuina Mageſtad, permittio, que los mal mirados moçuelos, no pudieſſen deſligarſe, ſino que anſi como eſtauan en el acto laſciuo, y torpe, fueſſen viſtos de todos los circunſtantes, como ſi ſobre ellos huuieſſe hechado Vulcano ſu ſutil red, que hechò ſobre, Marte, y Venus. Conocida la culpa tan fea por el pueblo, y Religioſos, que a las vozes confuſas, y mezeladas vnas de Milagro, otras de Miſericordia, acudieron: procuraron con hymnos, Salues, y Oraciones, amanſar la juſta indignacion de Dios: ſupplicando a ſu Mageſtad ſe apiadaſſe de aquellos miſerables pecradores.

Y como en la Reales entrañas de Nueſtro Señor tienen ſu centro, y deſcanſo, la piedad, Clemencia, y miſericordia, tuvola tan grande con ellos, que no ſolo confeſſaron ſu culpa ſacramentalmente, pidiendo la juſta y digna penitencia della, ſino que delante de todo el pueblo (a quien hauian eſcandalizado) la hizieron con lagrimas, y gemidos. Ypidiendo perdon por el eſcandalo que hauian dado: contritos, y arrepentidos, deſpues de largas oraciones ſe boluieron para ſu caſa.

Sic refert Gregorius præfatus ſtupenda illa miracula, quibus Deus oſtendit ſe per actum coniugalem, qualis ille fuit, vti ex narratione apparet, in loco ſacro conſummatum, ſummoperè ad indignationem prouocari, & huiuſmodi loci ſanctitatem violari.

Tertia tandem ſententia, media incedit via, ita vt in aliquo caſu coniunctio maritalis in loco ſacro facta, illum non polluat, & in alio polluat. Sic enim diſtinguit, aut coitus in loco exercetur ſacro ex neceſſitate, ad vitandam ſcilicet alterius coniugis incontinentiam, in caſu, quo cogantur diu permanere in loco ſacro, aut ibi commorari, & cohabitare, & ita intra illum reſtricti, & obſeſſi exiſtant, vt ad loca non ſacra minimè ſe poſſint recipere, quò maritaliter copulentur, ac tandiu ibi detineantur, vt probabili periculo incontinentiæ videantur expoſiti, niſi ibi copulentur; aut ſine tali neceſſitate in loco ſacro actus exercetur maritalis, coniugalis, quia non coguntur coniuges in illo diu permanere, & poſſint ſi velint, ſe ad loca non ſacra, quò maritali vtantur licentia, ſe recipere. In primo diſtinctionis membro, & in illius caſu, negat iſta ſententia, pollui locum ſacrum, per actum coniugalem in eo exercitum; affirmat autem in ſecundo.

Hanc ſententiam defendunt Ioann. Azorius, *Inſtit. Moral. part. 3. lib. 9. cap. 5. quæſt. 2. verſ. Dubiæ quæſtionis.* Leonardus Leſſius *de Iuſtit. & Iure, lib. 4. de Temperantia, cap. 3. dub. 12. num. 85. pag. mihi* 634. Ægidius Conick, *de Sacramentis, tom. 1. q. 83. artic. 3. dub. 1. n. 231. verſic. Tertia.* Thom. Sanchez, *de Matrimonio, tom. 3. lib. 9. diſput. 15. n. 12.* Ioann. Machadus, *en el perfecto Confeſſor tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 4. documento 4. ſub n. 6.* Pax Iordanus, *vol. 2. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. n. 113.* Caſtrus Palaus, *part. 2. tract. 11. diſput. vnica, punct. 1. n. 1. pag. 120.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. part. 1 tract. 8. cap. 5. n. 72. verſic. Noto quartò: iuncto ſummario.* Ioann. Baptiſta Lezan. *in Summa Quæſtionum Regularium, tom 2. part. 3. verb. Eccleſia, n. 12.* Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. de Euchariſtia, cap. 3. de celebratione Miſſarum, dub. 4. de Pollutione Eccleſiæ, caſu 11.* Auguſt. Barboſa *in Can. Eccleſiis, n. 5. el 3. diſtinct. 68. num. 6.* Et licet ibi abſolutè dicat, pollui Eccleſiam per coitum coniugalem in illa habitum, certum eſt fuiſſe in hac tertia ſententia, cum ſeipſum alleget, *de officio, & poteſtate Epiſcopi*, vbi illam ſequitur expreſsè, *part. 2. alleg. 28 num. 48.* & de illa ait eſſe magis communem, & veram, pro qua recenſet Couarruuiam, *de Sponſalibus, part. 2. cap. 7. §. 2. num. 3.* Stephanum de Gacta, *in Repetitione cap. Ad limina 30. quæſt. 1. §. 4. n. 178.* Perez, *lib. 1. verſ. Quari poteſt Virùm copula, tit. 1. lib. 5. Ordinationum*, Matienzum, *in Rubrica, tit. 1. Gloſſa 1. n. 99. lib. 5. Noua recopilationis.* Viualdum, *in Candelabro aureo part. 1. num. 272.* Ricardum, *in 4. diſtinct. 32. artic. 3. quæſt. 1.* Maiorem *ibidem*, *etiam quæſt. 1.* Sayrum, *in Clani Regia, lib. 9. cap. 8. n. 21.* Marium Alterium, *de Cenſuris, tom. 2. diſput. 3. de Interdicto, cap. 1. verſic. Sed eſt aliqua controuerſia.* Defendunt etiam Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo 2. tract. 23. diſputat. 3 ſect. 3. num. 71.* Baſſæus, *tomo 1. verbo Sacrilegium II. num. 3. in fine*: Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, parte 1. cap. 2. dubit. 2. ſect. 4. num. 13.* cum Sylueſtro, *verbo Conſecratio 2. quæſt. 5. caſu 3. & verbo Debitum coniugale, quæſt. 3. num. 5.* Henriq. *lib. 9. cap. 27. num. 5.* Franciſco Suarez, *tomo 3. in 3. partem, diſputat. 81. ſect. 2. & tomo 1. de Religione, lib. 3. cap. 8. num. 3.* Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 19.* Victoria, *de Euchariſtia, quæſt. 99.* & cum aliis. Antoninus Diana, *part. 11. tract. 8 reſol. 34. verſ. Sed contrarium*, cum Henriquez, *loc. cit. & lib. 11. cap. 16. n. 4.* Petro Ledeſma, *de Matrimonio, quæſt. 64. artic. 7, concl. 1. & in Summa tract. de Euchariſt. cap. 20. difficult. 1.* cum Bartholomæo Ledeſma, & aliis. 9

Ex quibus quidem Doctoribus, Thomas Sanch. *n. 3.* Pax Iordanus, *n. 116.* Thom. Delbene, *n. 8* vnanimi conſenſu docent, excuſati, à culpa mortali, coniuges coitum habentes in Eccleſia, & iſtam minimè pollui, ſi ibi diuturno tempore cogantur habitare 10

habitare, etiamſi incontinentiæ periculum reſpectu vtriuſque conſortis deſit: eo nixi fundamento, quod Lex, ad ea, quæ frequenter accidunt, ſoleat attendere. Verba Thomæ Sanchez reddere duxi.

11 Vnde quamuis neceſſitas vrgens ad permittendam in hoc caſu copulam, ſit incontinentiæ periculum, non tamen admitto eſſe neceſſarium ad eum finem referri, vt à culpa mortali excuſetur: nec credo eſſe neceſſarium, vt id adſit periculum, ſed ſatis eſt, vt in ea diuturna obſidione, attenta humana fragilitate, & morali modo loquendo, adſit communiter id periculum, quamuis deſit in aliquibus particularibus coniugibus, aut euentibus. Quia Lex, ad ea, quæ frequenter accidunt, attendit. *Lex, Nam ad ea, ff. de Legibus.* Hactenus P. Sanch.

Pro hac tertia ſententia, quæ probabilior mihi probatur, & plauſibilior, ſit.

CONCLVSIO I.

12 QVando ex neceſſitate coguntur coniuges diu in loco permanere ſacro, & adeſt periculũ incontinentiæ in vtroque, vel in altero quidem eorum, non polluitur locus ſacer, aut pollutus cenſetur, per actum coniugalem in eo conſummatum.

Hanc tenent omnes Doctores pro prima, & tertia ſententia adducti. Et probatur, quia non eſt credendum Eccleſiam, obligare voluiſſe coniugem ſic periclitantem ad abſtinendum à Iure petendi debitum in illo caſu. Eſſet etenim dura nimis talis obligatio, & peccandi periculo valde expoſita.

13 Et confirmatur à ſimili, de homicidio, in loco ſacro, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad ſui facto defenſionem. Quod vtique non peccaminoſum, iniurioſum, & inductiuum eſſe pollutionis, ſed licitum, probatum reliquimus *Diſquiſ. 1. huius Tractatus, dub. 11.* Ergo nec actus coniugalis, ad defenſionem propriæ vitæ ſpiritualis, incontinentiam ſcilicet propriam, aut conſortis vitandam, exercitus in loco ſacro, peccaminoſus, iniurioſus, & inductiuus erit pollutionis, ſed licitus. Neceſſitas enim ita tollit irreuerentiam, aliàs in loco ſacro ſequendam, ſi neceſſitas non adeſſet, in caſu maritalis coitus, ac homicidij præfati.

CONCLVSIO II.

14 NEceſſitate ceſſante, de qua in præcedenti concluſione, actus coniugalis in loco ſacro exercitus, mortaliter peccaminoſus eſt, iniurioſus & ex eo cenſetur pollutus locus ipſe ſacer.

Hæc ſententia ſecundæ, & tertiæ ſententiæ conformatur. Et probatur. Quia ſecluſa dicta neceſſitate, Iure naturali prohibita videtur talis maritalis coniunctio in loco ſacro. Magna enim indecentia eſt tali loco, ad actum ita materialiter turpem, ſine neceſſitate vti. Ergo iſta deficiente, actus coniugalis in eo habitus, peccaminoſus, ſacrilegus, & inductiuus pollutionis erit.

Et comprobatur ex euentu miraculoſo, ad ſecundæ ſententiæ fauorem reddito, *n. 7.* Ideò enim in illo caſu peccaminoſa fuit, & ſacrilega illa maritalis coniunctio, quia abſque neceſſitate in ſacro illo loco fuit exercita, cum facilè poſſent, ſi vellent illi coniuges ad loca non ſacra ſe recipere, vbi commodè coirent, ſine vlla hominum nota: cum terra illa, præter Eccleſiæ, & Cœnobij ſolùm, nimis montuoſa, ac deſerta exiſtat.

Ex dictis ſit ſatis ad argumenta, pro prima, & ſecunda ſententia, provt tertiæ contrariantur, adducta.

DISQVISITIO IV.

De humatione profani cadaueris.

An per illam locus polluatur ſacer?

BREVIARIVM.

Communicare, Communio.

Quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis. n. 5. 7.

Quibus viuis communicauimus, mortuis communicare debemus. n. 7.

Excommunicati non tolerati, Hæretici etiam non tolerati, Pagani, & non baptizati, viui, & defuncti ab Eccleſiæ communione repelluntur. n. 7.

Communicare poſſumus in Sacramentis, & in aliis Diuinis, poſt publicationem Extrauagantis Inſuper ad euitandum, *excommunicatis, & Hæreticis, non denunciatis excommunicatis.* n. 10. 11.

Eccleſia.

Si infideles ſepulti ſunt in Eccleſia non conſecrata, conſecrari illa non debet, niſi extractis corporibus, raſis tignis, & parietibus, & illa reparata. num. 3.

In Eccleſia conſecrata, in qua Fideles ſepulti ſunt Miſſa celebrari poſſunt. n. 3.

Eccleſia, & Cœmeterium, in quibus ſepulti fuerint excommunicati, reconciliari debent, & quomodo. num. 4.

Excommunicatio.

Lata eſt excommunicatio contra ſepelientes excommunicatos, interdictos, & vſurarios manifeſtos. num. 9.

Fauor.

Conuenit ampliari fauore. n. 8.

Odioſa.

Pœnalia, & odioſa imponi non debent, niſi exprimatur, quod ſint imponenda. Nec extendenda ſunt. n. 8.

In odioſis, benignior interpretatio eſt facienda. n. 8.

Pollutio loci ſacri.

Per humationem profani cadaueris in loco ſacro, pollutus iſte cenſetur. n. 1. & ſeqq.

Amplia, etiamſi omnis deſit in ſepelientibus culpa. num. 12.

Debet tamen eſſe talis humatio notoria. n. 13.

Non inducitur pollutio loco ſacro per humationem ſuſpenſi, interdicti, aut alterius quàm excommunicati non tolerati, Hæretici non tolerati, Pagani, & non baptizati. n. 8.

Profanum.

Profanum cadaueri, eſt corpus Pagani, non baptizati, excommunicati denunciati, & Hæretici denunciati excommunicati. n. 1.

Sepultura.

Profanum cadauer in loco ſacro ſepultum, foras iactari debet, & locus mundari. n. 2. 3. 6.

Alia vide, Verbo Eccleſia; Excommunicatio; Pollutio loci ſacri.

CONCLV

CONCLVSIO.

1 PEr humationem profani cadaueris in loco ſacro, pollutus ille cenſetur.

Profanum cadauer, in præſenti, eſt corpus cuiuſlibet Pagani; non baptizati; Hæretici denunciati excommunicati; & Fidelis excommunicati etiam denunciati: ſiue corpus ſit viri, ſiue fœminæ; ſiue infantis, aut pueri, ſiue adulti.

Concluſionem tenent D. Antoninus *in Summa, parte 3. tit. 12. cap. 6. §. 4.* Nauarrus, *tomo 2. Conſiliorum, lib. 5. tit. de Hæreticis, conſilio 10. ad 4. quæſtionem, in 2. editione, fol. 377.* Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, num. 15. & 16.* Ioannes Azorius, *Inſtitutionum Moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæſt. 13. Verſic. Tertiò, & verſic. Quarto modo, colum. mihi 1154. & part. 2. libro 9. cap. 5. quæſt. 2. verſic. Quartò, & verſic. Quintò.* Ægidius Coninck, *de Sacramentis, tomo 1. quæſt. 83. artic. 3. dub. 1. num. 232. & tom. 2. de Sacramentis, & cenſuris, diſputat. 14. dub. 8. num. 60. & ſeqq.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia, num. 29.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom. 2. lib. 6. quæſt. 9. cap. 4. num. 16.* Caſtrus Palaus, *part. 2. Operis Moralis, tract. 11. diſputat. vnica, punct. 1. num. 1. in fine.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Noto 10. & Noto 11.* Auguſtinus Barboſa, *de officio, & poteſtate Epiſcopi, parte 2. allegat. 28. num. 52. & 53.* cum pluribus, quos recenſet. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 117.* cum Theſauro Fori Eccleſiaſtici, *part. 1. cap. 5. verſ. 4. &* Toleto, *in Summa, lib. 5. cap. 8. num. 11. verſic. 3. & 4.* Baſſæus, *tomo 2. verbo Sacrilegium I. num. 6.* Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo 2. tractatu 23. diſputat. 3 ſect. 3. num. 72.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa Quæſtionum Regularium tom. 2. part. 3. verbo Eccleſia, num. 12.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 23. quæſit. 11. num. 3. & 4.* cum Henriquez, *lib. 9. de Miſſa, cap. 27. §. 5. & lib. 13. cap. 51. §. 3.* Suarez, *tom. 3. in 3. part. diſput. 81. ſect. 4. verſic. Quarta cauſa. Et de Religione, to. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 2. à num. 3.* & cum Valerio Reginaldo, *in Praxi, lib. 32. num. 17.* Bartholomæus Gauantus, *in Manuali Epiſcoporum, verbo Eccleſiæ conſecratio, num. 2. & 3.* Martino Bonacina *tomo 1. de Matrimonio, quæſt. 4. punct. 19. & vlt. à num. 32.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 5. & 6.* cum pluribus, quos vtrobique allegat. Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſputat. 1. §. 4. per plures quæſtiones.*

2 Probatur concluſio, *primò*, ex *Canone Eccleſiam el 26. de Conſecratione, diſtinctio. 1.* deſumpto ex Concilio Aurelianenſi, *cap. 3.* Vbi ſic habetur. Eccleſiam in qua Paganus ſepultus eſt, non liceat conſecrare, neque Miſſas in ea celebrare, ſed iactare foras, & mundare oportet.

3 *Secundò* probatur ex *Canone Eccleſiam, el 27. ead. diſtinct.* ex Concilio Agripinenſi, in quo ſequentia lego. Eccleſiam in qua mortuorum cadauera Fidelium, ſiue infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet. Sed ſi apta videtur ad conſecrandum, indè euulſis corporibus, & raſis parietibus, vel tignis eius loci, reædificetur. Sed ſi hæc conſecrata ante fuerat, Miſſas in ea celebrare licet: tametſi Fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt. Hæc textus. Gloſſa autem in caſus figuratione, quæ ſequuntur dicit. In Eccleſia non conſecrata infidelium corpora erant ſepulta. Dicitur hîc, quod non debet conſecrari, niſi prius extractis corporibus, & raſis tignis, & parietibus fuerit reparata; vbi verò infideles non ſunt ſepulti, ſi Eccleſia conſecrata eſt, ibi poterit Miſſa celebrari.

Tertiò, probatur *ex cap. Conſuluiſti, extra ei 7.* 4
de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris, vbi ita Innocentius Papa Tertius decreuit. Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora ſepeliri contingit, reconcilianda erunt aſperſione aquæ ſolemniter benedictæ, ſicut in dedicationibus Eccleſiarum, fieri conſueuit.

Quartò, ex eodem probatur Pontifice, *in cap.* 5
Sacris el 12. de Sepulturis, dicente. Sacris eſt Canonibus inſtitutum, vt quibus non communicauimus viuis, non communicemus defunctis: vt careant Eccleſiaſtica Sepultura, qui priùs ab Eccleſiaſtica vnitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint.

Quintò, ex Alexandro Papa Tertio, *in cap. Ad* 6
hæc, el 5. de Priuilegiis, ſic ſtatuente. Mandamus, quatenùs Hoſpitalariis præcipias, vt ſi quos in excommunicatione defunctos, in Cœmeteriis Eccleſiarum ſepelierint, eos extra Cœmeteria eijciant.

Ratio autem concluſionis eſt. Quia Fideles ex- 7
communicati non tolerati, Hæretici etiam non tolerati, Pagani, & non baptizati, ſiue mares, ſiue fœminæ, viui repelluntur ab Eccleſia. Ergo mortui in ea admitti non debent. Patet conſequentia, quia cui non communicatur viuenti, defuncto communicandum non eſt. *cap. Sacris, citat. & cap. A nobis eſt ſæpe, el 28. de ſententia Excommunicationis*, vbi præfatus Innocentius Tertius ait. Non communicetur mortuo, cui non eſt communicatum & viuo. Et à contrario idemmet Pontifex, *in cap. Ex parte, el 11. de Sepulturis*, ſic decernens, ait. Et cui communicabatur viuenti, communicandum ſit iam defunctæ. De hac ratione, & de eius efficacia videantur, Gloſſa, *in dictum Canonem Eccleſiam, el 26. verbo Celebrare, & in cap. Ad hæc cit. verbo, Sepelierint*, Nauarrus, *dicto conſil. 10. ad quartam quæſtionem, verſic. Tertiò.* Naldus, *num. 29. allegato*, & Pax Iordanus, *num. 118.*

Conſultò inter profana cadauera, Fidelem ex- 8
communicatum, non autem alia Eccleſiaſtica irretitum cenſura recenſui. Quia cum Eccleſiæ pollutio, Ex Eccleſiaſtico procedat Iure, & nullum in medium proferatur, quod de alia, quàm de excommunicationis cenſura loquatur, hinc benè fit, illud ad nullum alia diuerſa ligatum cenſura extendi poſſe, ſed ad excommunicatum tantum arctari debere, iuxta regulam: Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari. *La 15. de Regulis Iuris lib. 6.* & regulam: In pœnis, benignior eſt interpretatio facienda. *La 49. eod. tit. & libro.* & iuxta Gloſſæ doctrinam, *in cap. Tranſmiſſa verbo Ex vi 31. & finale de Iure patronatus*, ibi: Quia cum ſit illud pœna, non debet imponi, niſi exprimatur quod ſit imponenda. Et *in Clementinam vnicam de Conſanguinitate, verbo Eos*, ibi. Tamen non eſt locus huic pœnæ, quia in his caſibus, & ſimilibus, expreſſa non eſt. Quam quidem Gloſſam ſequuntur Pax Iordanus, *volum. 1. lib. 5. tit. 12. num. 131.* cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 22.* & Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap. 29. §. 4. in fine* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, par. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 5. num. 4.* cum Suarez, *de Religione, tomo 2. tract. 2. lib. 3. de Re-*

uerentia debita locis ſacris, cap. 2. num. 12. Pellizzarius, *in Manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. ſect. 2. num. 72. verſic. Noto 10.* cum Paulo Layman, *libr. 5. tract. 5. cap. 5. num. 8.* Sequitur etiam hanc doctrinam Auguſtinus Barboſa cum pluribus, quos recenſui *in Præludio huius Tractatus, num. 13.*

9 Nec obſtat Clementina *Eos qui, La 1. de Sepulturis*, vbi ita de Interdictis, ac de Excommunicatis loquitur.

Non inquam obſtat: quia ibi nulla fit mentio de Pollutione, ſeu de Reconciliatione, ſed tantum de excommunicatione, quam ſepelientes Interdictos, Excommunicatos, ac Vſurarios manifeſtos ſubeunt, fit. Ergo eius diſpoſitio extendi non debet, non poteſt, ad Eccleſiæ, ſeu Cœmeterij pollutionem.

Conſultò etiam addidi: *non tolerati*: tam reſpectu Fidelis excommunicati, quàm Hæretici. Quia diuerſa eſt ratio de vtroque tolerato, ac de vtroque non tolerato, ſaltem poſt Conſtantienſe Generale Concilium, in Extrauagante, *Iuſuper ad euitandum*: quam Papa Martinus Quintò confirmauit pro ſedandis conſcientijs. Ante illius enim promulgationem, omnes Excommunicati, & Hæretici erant non tolerati, & ſic diſpar non erat ratio in vno, quàm in altero excommunicato, aut Hæretico. Decreuit itaque præfatum Concilium, in recenſita Extrauagante (quæ licet non extet, vti ait Coninx, *de Cenſuris, diſput. 14. dub. 2. num. 9.* refertur tamen à D. Antonino, *in Summa, part. 3. tit. 25. cap. 3.* & ex eo à Soto, *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. artic. 5.* & vim ſuam habet ex praxi Eccleſiæ vniuerſalis, approbantis dictæ Extrauagantis diſpoſitionem, vti idemmet Coninx, cum Soto, Victoria, *de Excommunicatione, num. 10.* Caietano *in Summa, verbo Excommunicatio minor*, Henriquez, *lib. 13. cap. 5. num. 1.* Auila, *de Cenſuris, part. 2. cap. 6. diſputat. 2. dubitat. 1.* Suarez *diſputat. 9. ſect. 2. num. 5.* & Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 36.* Vbi, quam antea tenuerat contrariam ſententiam mutauit, & cum communi Doctorum benè obſeruat:) Decreuit inquam Conſtantienſe Concilium, ne quis in poſterum in perceptione, vel adminiſtratione Sacramentorum, aut in diuinis officiis; aut etiam extra ea teneatur ligatos excommunicatione, aut cenſura vitare, niſi cenſura ſit nominatim contra eos à Iudice publicata, vel denunciata, exceptis Clericorum percuſſoribus, ita notoriis, vt factum, nulla tergiuerſatione, poſſit celari, & excuſari.

Ita ex dicta Extrauagante, Conciliare Decretum
11 refert Coninx: & recenſet aliud Baſileenſe in Extrauagante, *Ad euitanda ſcandala*, non ita amplum, cum ab hac moderatione omnes omninò planè notoriè Excommunicatos excipiat? quod licet poſterius ſit, priori præferri non debere, reſoluit præfatus Doctor, dictæ totius Eccleſiæ praxi innixus. Pro qua, & aliis modò recenſitis, videatur etiam Iacobus Gordonus, *in Theologia morali, tom. 2. lib. 7. quæſt. 11. cap. 2.*

12 Pro dictis, & dicendis *in præſenti Diſquiſitione*, duo adnotare duxi. *Primum*, quod ad inducendam loco ſacro pollutionem per profani corporis humationem, non requiritur culpa mortalis in iis, qui illud Eccleſiaſticæ tradunt Sepulturæ, ſed ſolum factum ſepeliendi corpus excommunicati denunciati, notorij Clerici, aut Monachi percuſſoris, vel non baptizati ſufficiet. Immò etiamſi omne deſit peccatum, & ex motiuo miſericordiæ Sepulturæ tradatur Eccleſiaſticæ, locus polluetur ſacer. Ita docent Thomas Delbene *dicta dubitat. 2. ſect. 6. num 12.* & 13. cum Suarez, *tom. 1. de Religione, lib. 3. cap. 2. à num. 10.* Ioannes Bapt. Lezana, *tom. 2. Quæſt. Regul. part. 3. verbo Eccleſia, num. 13.* cum Paulo Layman, *lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 8.* Pellizzarius, *in Manuali, Regul. tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Noto 11.* cum Cardinali de Lugo.

Secundum, quod libuit adnotare eſt, non cen- 13
ſeri pollutum locum ſacrum, per profani cadaueris humationem, niſi hæc notoria ſit. Sic docet Pax Iordanus, *volum. 1. lib. 5. tit. 12. num. 122.* Sa, Zerola, Lezana, Creſpetius, Delbène, Palaus, Nauarrus, Suarez, Baſilius, Ponce, Fagundez, Machadus, & Barboſa, *in Præludio huius Tractatus citati*, pro vniuerſali hac propoſitione, quod per nullam actionem in loco ſacro à Iure fieri prohibitam, pollutus ille cenſeatur, quæ notoria non ſit. Sic ibi *num. 27.*

His adnotatis, aliquas difficultates excitare operæ pretium duxi, & reſoluere, pro maiori huius Diſquiſitionis dilucidatione. Sit igitur.

DVBIVM I.

An per humationem excommunicati, locus polluatur ſacer, ſi excommunicatio non ſit Canonis, ſi quis ſuadente Diabolo, *aut per Iudicem non denunciata?*

BREVIARIVM.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio per humationem excommunicati, qui aut non ſit publicus, ſeu potius notorius Eccleſiaſtici percuſſor, aut per iudicis ſententiam excommunicatus denunciatus. n. 1.

Non inducitur per humationem occiſi in Duello, quamuis ille ſit excommunicatus, & ſepultura priuatus. n. 3. 4.

Sepultura.

Qui in Duello occiſum Eccleſiaſticæ Sepulturæ tradunt, peccant mortaliter. n. 4.

CONCLVSIO.

PEr humationem cadaueris perſonæ excommu- 1
nicatæ, ſi eius excommunicatio non fuit per legitimi Iudicis ſententiam incurſa, declarata, & denunciata, aut ſi excommunicatio non fuit *Canonis Si quis ſuadente Diabolo*, & notoria quidem, non cenſetur pollutus locus ſacer.

Concluſio iſta communis eſt inter Doctores. Illam tenent Nauarrus, *tomo 2. Conſiliorum, lib. 5. tit. de Hæreticis, conſil. 10. verſic. Tertiò. folio mihi* 377. & penes Pacem Iordanum mox citandum, *in Manuali, cap. 27. num. 35.* Ipſe Iordanus *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 126.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia, numero 29.* Martin. Bonanica, *tomo 1. quæſt. 4. de Matrimonio, punct. 19. num. 22.* Villalobos, *tract. 8. difficult. 24. num. 7.* & Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *parte 5. tract. 5. diſputatione 1. §. 4. quæſt. 34.* cum Henriquez, *in Summa, lib. 9. cap. 27. num. 5. Litt. V.* & penes ipſum Tabiena, & Sylueſt. &

cum

cum Auila, *de Censuris, part.5. disputat.7. dubitat.1. conclus.2. versic. Tertius est.* Alterio, *disputat.3. de Interdicto, cap.1. colum.3. versic. Quæ conclusio;* & cum Philiberto Marchino, *de Ordine, tractat.3. p.3. c.10. n.10.*

2 Ratio conclusionis est, quia in illius casibus, cessat prohibitio sepeliendi excommunicatos in loco sacro: vtpotè, quia illi, de quibus in præsenti, sunt ab Ecclesia tolerati: Et sicut illis possumus viuis communicare, possumus etiam communicare mortuis, *cap. ex parte, el 11. de Sepulturis.* Ac per consequens, causa pollutionis loci sacri cessat. Actio enim per quam illa inducitur, peccaminosa mortaliter, & iniurioſa esse debet: & in præsenti casu, cadauer debet esse profanum, id est Paganum, aut non baptizatum, aut excommunicatum non toleratum, siue fidele, siue Hæreticum, vt eius tumulatio valeat pollutionem inducere. Quâ datâ profanitatis qualitate, censeretur locus sacer pollutus, esto bona fide, & sine peccato fuisset tumulatum, ob ignorantiam probabilem, seu inculpabilem, quæ fortè contingere posset.

3 Nec ex hoc licet inferre pollui Ecclesiam per humationem hominis, qui in Duello fuit occisus, cum à Concilio Trident. *sess. 25. de Reformatione, cap.19.* Ecclesiastica priuetur Sepultura, & mortaliter peccent, qui illum in ipsa humauerint, vti docet Pax Iordanus *dicto tit.12. n.126.*

Non inquam licet id inferre, quia per præfatam priuationem à Concilio præscriptam, aut per illud Decretum, pollutio loci sacri non decernitur, neque Decretum Concilij Constantiensis circa deobligationem euitandi excommunicatos alios quàm denunciatos, & notorios Clericorum percussores, nullum redditur, sed in suo robore permanere, citra omne dubium est.

4 Quod autem mortaliter peccent sepelientes aliquem, quem Ecclesiastica Sepultura Tridentinum priuat, ex eo prouenit, vti benè notat Bassæus, *tomo 1. verbo Sepultura, num.6.* quia faciunt contra prohibitionem Ecclesiæ in re grauissima. Cum quo benè stare potest, quod Sepultura morientis in Duello, loco sacro pollutionem non inducat: sicut reuera, non induci, docent Bassæus, & Pax Iordanus, *locis allegatis.* Quia Bassæus ait, & benè, Ecclesia reconcilianda non est, nisi in ea sepultus fuerit excommunicatus denunciatus, vel infidelis. Ita ille cum Molfesio, *in Summa, part.2 tract.13. cap.8. num.67.* Bonacina, *tom.3. disput.2. quæst.3. punct.48. num.3.* Syluestro, *verbo Sepultura quæst.9. n.11.* & cum Paulo Layman, *lib.3. sect.5. tract.5. cap.12. num.12.* Intellige, nisi fuerit excommunicatus denunciatus, aut notorius Ecclesiastici percussor: aut aliàs adsit alia pollutionis causa ex adnumeratis, & adnumerandis in aliis huius tractatus Disquisitionibus.

DVBIVM II.

An locus sacer polluatur, humato excommunicato, per Iudicem denunciato, & apposito in tabella?

BREVIARIVM.

Axioma.

Vbi eadem est Iuris ratio, eadē est Iuris dispositio. n.2.

Ecclesia.

Materialis Ecclesia destinata est ad orandum; ad Diuina in ea celebranda: & ad Sacramenta ministranda. n.3.

Pollutio loci sacri.

Non inducitur pollutio per humationem excommunicati, qui notorius non sit Clerici percussor, aut excommunicatus denunciatus, publicatus. n.1.

Similia.

De similibus idem iudicium est habendum. n.2.

CONCLVSIO.

PEr sepulturam, seu humationem excommunicati declarati per Iudicis sententiam, aut Decretum, & per tabellam, aut aliàs publicati, locus sacer, in quo ille sepultus fuerit, pollutus censetur. Et idem assero, de humatione notorij Clerici, aut Monachi percussoris. 1

Hanc omnes Theologi, & Canonistæ Doctores assertionem tenent. Nauarrus, *tomo 2. consiliorum, lib.5. tit. de Hæreticis, consil.10. num.4. & in Manuali, cap.27. num.35.* Emmanuel Sa, *verbo Ecclesia, num.15.* Ioann. Azorius, *Institut. Moral. part.1. lib.10. cap.26. quæst.13. versic. Tertiò, quando in Ecclesia, & part.2. lib.9. cap.5. quæst.1. versic. Quartò polluitur.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Ecclesia, num.29.* Ægidius Coninck, *de Sacramentis, tom.1. quæst.83. artic.3. dub.1. numero 232.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib.6. quæst.9. num.15.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re sacra, lib.5. tit.12. num 123. & 125.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.1. disput.23. quæsito 11. num.3.* Bonacinà, *tomo 1. de Matrimonio, quæst.4. puncto 19. num.22.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, part.3. verbo Ecclesia num.12.* Bartholom. Gauantus, *in Manuali Episcoporum, verbo Ecclesiæ reconciliatio, num.2.* Ludou. Caspensis, *in cursu Theologico, tomo 2. tract.23. disp.3. sect.3. n.72.* Castrus Palaus, *part.2. Operis Moralis, tract.11. punct.1. vnicæ disputationis, num.1. in fine.* Leander à sanctissimo Sacramento, *part.4. tract.2. disput.8. quæst 7. & part 5. tract.5. §.4. quæst.33.* Antonius de Escobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.6. cap.4. num.32.* & Augustinus Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.2. allegat.28. num.52.* cum Victoria, *verbo Eucharistia, num.99.* Henriquez, *in Summa lib.9. de Missa, cap.27. §.5. & lib.13. cap.51. §.3.* Gambarupta, *de Casibus reseruatis, cap.15. casu 6. num.13.* Mario Alterio, *de Censuris, tomo 2. disput.3. de Interdicto, cap.1. versic. Quartò violatur.* Gregorio Sayro, *in Thesauro lib.2. cap.4. num.11. & lib.5. cap.17. num.22.* Auila, *de Censuris, part.5. disput.7. dub.1. versic. Tertius casus.* Francisco Suarez, *tomo 3. in 3. partem D. Thom. disput.81. sect.4. versic. Quarta causa, & tomo 1. de Religione, tract.2. lib.3. cap.2. a num.3.* Reginaldo, *in Praxi Pœnitentiæ, lib.32. num.17.* Vgolino, *de Potestate Episcopi, cap.29. §.4.* Ludouico de Miranda, *in Manuali Prælatorum tomo 2. quæst. 29. artic.5. conclus.1. versic. Tertius casus.* Homobono, *de examine Ecclesiastico, tract. 12. cap.3. quæst.13. resolut.1. pag.447.* & cum Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, part.1. lib.3. cap.14. à num. 55.*

Probatur conclusio. Expressè definitum est *in cap. Consuluisti, el 7. de Consecratione Ecclesiæ,* debere reconciliari Ecclesiarum Cœmeteria in quibus excommunicati fuerint sepulti. Verba textus 2

recensui

recenſui in Diſquiſitione, *num.*4. Ergo à fortiori reconciliandæ erunt ipſæ Eccleſiæ, ſi in eis excommunicati fuerint tumulati. Ita inferunt recenſiti Doctores. Et benè quidem. Quia ſi vbi eadem eſt Iuris ratio. eadem eſt Iuris diſpoſitio. *L. Ideoque, ff. de Legibus, L. illud, ff. ad legem Aquiliam. L. A Titio, ff. de Verborum ſignificatione.* Gloſſa, *in cap. Cum Martha, verbo Idem eſt ratione, el 6. de Celebratione Miſſarum*, vbi ait. Vbi eadem eſt ratio, debet eſſe idem Ius. Et æquitatis enim ratio, ſimilia Iura ſuadere videtur. *Cod. ad L. Falcidiam. L. vltim. Fauet etiam textus, in cap. Cum dilecta, el 4. de Confirmatione vtili, vel inutili*, ibi. Eiuſdem æquitatis ſimilitudine prouocati, prædicta priuilegia..... duximus innouanda. Vbi Gloſſa, *verbo Similitudine*, ſic ait. Similis enim æquitatis ratio, ſimilia Iura ſuadere videtur. *Et in cap. Tranſlato, verbo Quod de Vno, el 3. de Conſtitutionibus*, ita fatur. Argument. quod vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem Ius: & quod de ſimilibus, idem iudicium eſt habendum. Sic ibi. Et quidem vbi maior fuerit ratio, eadem ſaltem, ſed à fortiori, erit Iuris diſpoſitio. Quod autem maior ſit ratio ad non humandos excommunicatos non toleratos (de quibus concluſio, noſtra procedit) in Eccleſia, quam in Cœmeterio, per ſe ita notum eſt, vt nulla indigeat probatione. Eſt namque Eccleſia, principalis, reſpectu Cœmeterij, & Cœmeterium eſt acceſſorium Eccleſiæ. Et hac de cauſa, polluta Eccleſia, pollutum redditur Cœmeterium ei contiguum; ſecus verò è contra, ex Cœmeterij pollutione, non ſequitur Eccleſiæ pollutio, vti latè Doctores, & ego ipſe nonnihil, *Diſquiſ. 2. dub. 17. n. 2.*

3 Eſtque Eccleſia ad altiores effectus, & ad maiorem Dei cultum, quàm Cœmeterium deſtinata, vti notiſſimum eſt omnibus Chriſti fidelibus. Cœmeterium namque, ſolum ad Sepulturas fidelium; Eccleſia autem, vltra hunc effectum, eſt ad iſtos conſecrata: Vt in ea oretur: vt res diuina fiat: & vt miniſtrentur Eccleſiaſtica Sacramenta, vti benè Azorius, *part. 2. lib. 9. cap. 6. in principio*, docet. Ac per conſequens, ſi iniurioſo Cœmeterio eſt, in eo excommunicatum non toleratum ſepelire, propter reuerentiam illi debitam, per huiuſmodi humationem violatam, eadem erit humatio Eccleſiæ iniurioſiſſima ob maiorem ei debitam reuerentiam, propter maiorem ſuam ſanctitatem. Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis. Et ſic concluditur, Eccleſiam pollui, per ſepulturam excommunicati denunciati, & notorij Clerici, & Religioſi, ſicut polluitur Cœmeterium per ſimilem ſepulturam.

DVBIVM III.

An per Sepulturam Hæretici notorij, & denunciati excommunicati locus ſacer polluatur?

BREVIARIVM.

Communio.

Notoriis Clericorum percuſſoribus, nec aliis excommunicatis denunciatis communicare non poſſumus viuis, aut mortuis. n. 2.

Hæreticis, & Schiſmaticis notoriis communicare poſſumus viuis, & defunctis, ſi eorum excommunicatio per Iudicem competentem denunciata non ſit. n. 2.

Excommunicatio.

Contra Hæreticos, & Schiſmaticos quotannis fertur in Bulla Cœna Domini. n. 2.

Excommunicatis ipſis directè non fauent Extrauagantes Inſuper ad euitandum, & Ad euitanda ſcandala. n. 3.

Extrauagantes.

Vide Verbo Excommunicatio.

Neceſſitas.

Licitum facit neceſſitas, quod aliàs eſſet illicitum. n. 2.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio per humationem Hæretici notorij, ſi non eſt denunciatus excommunicatus. n. 1.

Inducitur tamen per humationem Hæretici excommunicati denunciati. n. 3.

CONCLVSIO.

NOn cenſetur pollutus locus ſacer per humationem in eo factam cadaueris Hæretici, publici etiam, & notorij, non tamen denunciati excommunicati. 1

Ita docent Nauarrus, *tomo 2. conſiliorum, lib. 5. tit. de Hæreticis, conſil. 10. num. 4. verſic. Tertiò.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Eccleſia numero 29.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæſt. 9. num. 15.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part. 1. cap. 2. dubit. 2. ſect. 5. num. 2. & ſect. 6. num. 1.* Franciſc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Noto 10.* cum Cardinali de Lugo. Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 127.* cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib. 5. cap. 16. num. 2.* Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap. 29. §. 4. verſic. Excipitur.* Pacis verba libuit in medium proferre. In tantum (inquit Doctor iſte) vt neque cadauer notarij Hæretici cenſeatur polluere, niſi denunciatus ſimul fuerit excommunicatus. Ita Iordanus, qui Nauarri rationem expendens, ita vlteriùs fatur.

Et rationem reddit Nauarrus, *dicto loco num. 2. & 4.* nimirum, quòd non teneamur euitare notorios Hæreticos, vel Schiſmaticos, ſicut teneamur excommunicatos denunciatos, vel notorios Clericorum percuſſores, quia multitudo Hæreticorum, & neceſſitas communionis, facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum, iuxta regulam: Quod non eſt licitum, &c. *de Regulis Iuris in 6.* Vel quia dicta Extrauagans *Ad euitanda*, loquitur de ſolo notorio percuſſore ſecundùm antiquam editionem. Aut quia ipſa Extrauagans reſtricta ſit ad ſolum hunc caſum. Quapropter & ſi quis notorius Hæreticus ſit, vel Schiſmaticus, & conſequenter excommunicatus, quia in Bulla Cœnæ tales ſingulis annis excommunicantur; attamen non tenemur illos euitare viuentes, ſicut tenemur duas præfatas ſpecies excommunicatorum. Nauarrus, *loco citato, & in Manuali, cap. 27. num. 35. in fine, & de horis Canonicis, cap. 21.* Et ob id, neque poſt mortem: & ſic violatio, per illorum ſepulturam, non inducitur. Huc vſque Pax Iordanus. 2

Ex dictis benè colligitur, per humationem Hæretici, denunciati excommunicati, in loco factam ſacro, præfatum pollui locum. Quia violantur Iura, tradi Eccleſiaſticæ Sepulturæ excommunicatos prohiben- 3

prohibentia, & reconciliationem post humationem indicentia. Violantur certè, quia ne Extrauagans *Insuper ad euitandum*, Concilij Constantiensis, neque Extrauagans *Ad euitanda scandala*, Excommunicato fauet denunciato; immò potiùs aduersatur. Cum igitur ei viuo communicare non liceat, neque mortuo communicare licebit. Ac per consequens, per illius in loco sacro humationem, ipse locus pollutus censebitur.

DVBIVM IV.

An per Pagani Sepulturam locus sacer pollutus censeatur?

BREVIARIVM.

Erubescere.

Erubescimus sine textu loqui. n. 3.

Ethnos.

Vox Ethnos Græca, significat quod Latina Gens. n. 1.

Gentiles.

Qui Baptismum non susceperunt, Gentiles sunt, & Ethnici. n. 1. *& Pagani.* ibid.

Paganus.

Omnis ille, qui Baptismum non suscepit, etiamsi filius Catholici sit, Paganus est. n. 1.

Pollutio loci sacri.

Inducitur pollutio loco sacro per humationem hominis non baptizati, etiamsi infans sit, & filius Fidelis. n. 2. 3.

1 PRo tituli intelligentia, adnotare duxi, quod vox *Paganus*, rigorosè, & strictè significat omnem nondum baptizatum siue ille filius sit Fidelis, siue Gentilis, siue cuiuscumque sectæ professoris. Sic Passeratius *in Dictionario Ambrosij Calepini. verbo Paganus*, dicens. Ob id à Hieronymo, cæterisque Ecclesiasticis Scriptoribus Pagani appellati Ethnici, qui non sub Christi vexillo militarent. Pagani itaque Ethnici sunt, id est Gentiles. *Ethnos* enim Græcè, idem sonat, quod Latinè *Gens*. Vnde Ethnici, à gentibus geniti dicuntur, vti Hugo Cardinalis primus Dominicanæ familiæ, *Matthæi 5. vers.* 47. docet. Quod vtique priùs noster Benedictinus Anselmus Laudunensis, Glossæ interlinealis Author *ibidem* docuerat, dicens. Id est Gentiles. *Ethnos* Græcè, Latinè *Gens*. Et in *cap.* 18. *vers.* 17. ibi: Sit tibi, sicut Ethnicus: ait. Id est Gentilis. Quo adnotato, sit pro Dubij decisione.

CONCLVSIO.

2 PEr Sepulturam cadaueris hominis non baptizati, in loco factam sacro, pollutus iste censetur.

Ita docent omnes Authores. Emmanuel Sa, *verbo Ecclesia, num.* 16. Ioannes Azorius, *Institutionum Moralium, part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 26. *quæst.* 13. *versic. Quartò.* Coninch, *de Sacramentis, part.* 1. *quæst.* 83. *artic.* 3. *dub.* 1. *num.* 233. Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 1. *disput.* 23. *quæsito* 11. *num.* 4. Bonacina, *tomo* 1. *de Matrimonio, punct.* 19. *num.* 29. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 72. *versic. Noto* 11. Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiast. part.* 1. *cap.* 2. *sect.* 6. *num.* 1. Castrus Palaus, *tomo* 2. *Operis Moralis, tract.* 11. *disput. vnica, puncto* 1. *num.* 1. *in fine*. Ludouicus Caspensis, *in Cursu Theologico, tomo* 2. *tract.* 23. *disput.* 3. *sect.* 3. *num.* 72. Ioannes Baptista Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo* 2. *part.* 3. *verbo Ecclesia, siue Templum, num.* 12. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Ecclesia, num.* 29. Antonius de Escobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.* 6. *cap.* 4. *numero* 32. Gauantus, *in Manuali Episcoporum, verbo Ecclesiæ reconciliatio, num.* 3. August. Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *num.* 53. cum Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, parte* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 57. Miranda, *in Manuali Prælatorum, tomo* 2. *quæst.* 39. *artic.* 5. *concluf.* 1. *versic. Quartus casus*. Sayro, *in Thesauro, lib.* 5. *cap.* 16. *à num.* 25. & Vgolino, *de Officio Episcopi, cap.* 29. §. 5. Leander à sanctissimo Sacramento, *part.* 5. *tractatu* 5. §. 4. *quæst.* 36. cum Suarez, *tomo* 3. *in* 3. *partem D. Thom. disput.* 81. *sect.* 4. *versic. Quintò violatur*, Alterio, *disput.* 3. *de Interdicto, cap.* 1. *versic. Quintò polluitur*. Auila, *de Censuris, part.* 5. *disp.* 7. *dubitat.* 1. *concluf.* 2. *versic. Quartus est*. Philiberto Marchino, *de Ordine, tract.* 3. *de Sacrificio Missæ, part.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. Hostiensi, Angelo, Sylvestro, Ledesma, Viualdo, Henriquez, & Nauarro. Et concludit Leander, dicens. Et omnes, qui id intelligunt, etiam loquendo de infante, aut puero filio infidelium, aut Gentilium. Et concludere benè poterat dicendo: de puero filio Fidelium. Quoad hoc enim vt quis Fidelis, & Christi miles sit, aut non, nihil differt Fidelis filius, à filio infidelis, & Gentilis.

Satis probata manet conclusio per principia extrinseca, authoritatem scilicet Doctorum: sed quia erubescimus, sine textu loqui, *L. Dissentiens*, ibi: Nulla præcipit Iuris dispositio. Vbi Alber. *Cod. de Repudiis. L. si verò* §. *si verò, ff. soluto Matrimonio*, & ex his Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo* 1. *lib.* 2. *disput.* 39. *num.* 6. *pagina mihi* 172. *in medium* libuit proferre Canonem, ex Concilio Aurelianensi, *cap.* 3. desumptum, & à nostro Benedictino Gratiano, Decreti Compilatore, *de Consecratione, distinct.* 1. exscripto, *el* 26. *in ordine*, in quo sic lego. Ecclesiam, in qua Paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, sed iactare foras, & mundare oportet. En Conciliare Decretum, expressè Ecclesiam pollutam ex Pagani humatione pronuncians, & reconciliationem eidem indicens Ecclesiæ. 3

DVBIVM V.

An per humationem infantis Fidelium filij, non baptizati, locus sacer in quo tumulatur polluatur?

BREVIARIVM.

Ecclesia.

Sub nomine Ecclesiæ Prælati veniunt. n. 5.

Paganus.

Fidelium filius non baptizatus, Paganus, & infidelis est negatiuè. n. 2. 3. 4.

Pollutio loci ſacri.

Per ſepulturam Filij Fidelium nondum baptizati, locus ſacer polluitur. n.1.& ſeqq.

1 EX *dictis in Diſquiſitione, & in dubio præcedenti, manet & hoc deciſum.* Sed quia Doctores allegandi in his terminis, de Filio ſcilicet fidelium loquuntur, & aliqua ſpecialia dicenda reſtant, ad iſtam in ſpecie difficultatem dilucidandam, & ſi breuiter aggrediar.

CONCLVSIO.

2 POllutus cenſetur locus ſacer, in quo Filius Fidelium, natus, & nondum renatus per Baptiſmum, ſaltem flaminis, ſepultus eſt.

Conſultò dixi: *natus:* quia de eo, qui de vtero nondum egreſſus eſt matris, & ſimul cum matre ſepultus eſt, infra, dubio ſequenti eſt, nobis diſſerendum, & ob eandem rationem, & cauſam vltima illa addidi verba, *ſaltem flaminis.*

Concluſionem noſtram tenent Ægidius Coninck, *de Sacramentis, tom.1.quæſt.83.art.3.dub.1. n.233.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.2.cap.6. quæſt.9.n.15.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.1.diſput.23.quæſit.11.n.4.* Eligius Baſſæus, *tom.1.verb.Sacrilegium l.n.6.& 7.* Ioann.Bapt. Lezana, *in Summa quæſtion. Regularium, tom.2.part.3.verbo Eccleſia, n.12.* Franc.Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.2. part.1. tract.8.cap.5.n.72.verſic. Noto* 11.Caſtrus Palaus, *part.2.operis Moralis, tract.11, diſput.vnica, punct. 1. in fine.* Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tom 2.tract.23.diſput.3.ſect.3.n.72.* Thomas Delbeue, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1.cap.2. dubit.2.ſect.6.n.3.* Martin.Bonacina, *tom.1.de Matrimonio, quæſt.4 punct.19. n.23.* cum P.Franciſco Suarez, *tom.3.in 3.part.D.Th.Diſput.81. ſectione 4. verſic. Quinto violatur.* Antonius Diana *in Reſolutionibus Moralib.part 11.tract.8.reſol.22.* cum Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.1. lib.3.cap.14.n.57.* Cardinale de Lugo, *de Sacramento Euchariſtiæ diſput.20. n.27.* dicente. Quintò polluitur Eccleſia per ſepulturam hominis infidelis, hoc eſt Pagani non baptizati, quo nomine comprehenditur infans non baptizatus, quando ſeorſim ſepelitur, non quando in vtero matris grauidæ, etiam mortuus ſepelitur: Et cum Franciſco de Lugo, *de Sacramentis, tomo 1.lib.5.cap.6.quæſt.11. n.72.* Tenet & Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5 tract 5.diſput.3. de Interdicto, cap.1.verſic. Sed poſtulabit quis*, etiam Philiberto Marchino, *tract.3. de Ordine, part.3.cap.10.n.12.*

Probatur concluſio. Quia quamuis quis ſit filius Chriſtianorum, ſi ipſe baptizatus non eſt, infidelis ille comprobatur, ſaltem negatiuè, id eſt, in quantum non eſt poſitiuè Fidelis. Nondum enim ſub Chriſti Domini vexillo militauit, cum ad eius militiam, non fuerit per Baptiſmum adſcriptus. Ergo per illius humationem in loco factam ſacro, eidem loco pollutio inducitur. Antecedens planè manet probatum, etſi breuiter. Conſequentia autem in illo benè infertur. Quia nondum baptizatus, etſi Filius Chriſtianorum ſit, Ethnicus, Paganus, & Gentilis eſt, vti vidimus dubio præcedente. Sed Ethnici, Pagani, & Gentilis in loco ſacro tumulati, illum polluunt. Ergo etiam Filij Fidelium nondum baptizati, ſi in eodem loco humentur, illi pollutionem inducent.

Sed dices cum Paludano recenſito, & ſequuto Gregorio Sayro, *in Theſauro de Cenſuris, lib.5.cap. 16.num,25. verſic. Addit etiam*, & cum Vgolino, *de Poteſtate Epiſcopi, cap.29.§.3.* penes Bonacinam, & Leandrum, *locis citatis*, etiam Pace Iordano (licitum formidine) *volum.1.de Re ſacra, lib.5.tit.12. num.121.* huiuſmodi Chriſtianorum Filios, propriè Gentiles, & infideles non eſſe, ſicut Filij Gentilium, & aliorum infidelium ſunt. Et ſic per illorum humationem in loco ſacro factam, iſtum minimè pollui, cum Iure cautum non ſit iſtum illorum pollui ſepultura. 4

Sed contra Quia licet Filij Chriſtianorum nondum baptizati, formaliter infideles non ſint, vt ſupponimus, cum falſam Religionem, per vllum proprium non admiſerint actum; ſunt tamen infideles negatiuè, quatenus fidem, Religionemque Chriſtianam, non ſolùm profeſſi non ſunt, ſed nec illam per vllum actum proprium, etiam in voto, appropriauerint. Quæ quidem infidelitas negatiua, ſufficit ad excludendos fidelium Filios poſitiuè à communione fidelium, ſicut poſitiuè infideles excluduntur. Si enim ab hac fidelium communione, poſitiuè ſecernitur fidelis, qui poſitiuè talis, & abſolutè, quando incorrigibilem ſe oſtendit, Eccleſiam non audiendo, *id eſt, qui Eccleſiæ præſident*, vti Author operis imperfecti interpretatur locum *Matthæi, cap.18.verſ.17.* & ibi tanquam Ethnicus reliquis fidelibus iubetur haberi, & non deputari in numero fratrum præcipitur, vti D.Auguſtinus, *de Verbis Domini, ſerm.16.* apud Emmanuel Sa exponit, quare ſecerni non debeat Filius Chriſtianorum, non baptizatus, & tanquam Ethnicus, & à numero fratrum alienus reputari? 5

Quod vtique ita fieri. praxis confirmat vniuerſalis Eccleſiæ, & noſtram pariter firmat concluſionem. Non enim ſepeliri in loco ſacro Filios Chriſtianorum ſine Baptiſmo infantes, extra materna viſcera mortuos, permittit. Immò neque Pax Iordanus, Vgolinus, & alij pollutionem ex eorum humatione induci loco ſacro negantes, illos ad iſtam admittunt. Quinimmò Pax ipſe addit. Crederem tamen talium cadauera, ſi à cæteris diſcerni poſſint, debere exhumari: provt de aliis cadaueribus prohibitorum. Verba illius omnia ſunt. Si enim præfatis pueris mortuis communicari neutiquam fidelibus licet, & illorum cadauera exhumari debent, & extra Eccleſiam proiicienda veniunt, quare iſta per illorum ſepulturam non polluatur, capere non valeo. 6

Et quidem ex præſcripto Pauli Papæ Quinti, in Rituali Romano, *in Rubrica de exequiis*, titulo: *Quibus non licet dare Eccleſiaſticam ſepulturam*: plures recenſentur, quibus Sepultura dari non licet & quoad præſens, ait: *Infantibus mortuis abſque Baptiſmo.*

* * *

DVBIVM

DVBIVM VI.

An per sepulturam infantis in ventre matris Christianæ mortui, & cum ea sepulti, locus sacer pollutus censeatur?

BREVIARIVM.

Pollutio loci sacri.

Per humationem infantis mortui in vtero materno, & cum matre simul sepulti locus sacer non polluitur. n. 1. & seq.

Si viuus incluſus in ventre matris mortuæ sepeliatur, polluetur locus sacer. n. 2.

Vix casus iste accidere potest, cum statim mortua matre fœtus suffocetur. n. 3.

CONCLVSIO.

1 MInimè pollutus censetur locus sacer per humationem infantis in ventre matris fidelis incluſis & simul cum matre sepulti.

Ita docent Ioann. Azorius, *Institutionem Moralium, part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1. versic. Quid dicendum.* Ægidius Coninck, *de Sacramentis, tom. 1. quæst. 83. artic 3. dub. 1. num. 233.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæst. 9. cap. 4. num. 15. versic. At quid, columna mihi 1222.* Bonacina, *tom 1. quæst. 4. de Matrimonio, puncto 19. num. 24.* & penes eum Hugo, Hostiensis, & Gregorius Sayrus *in Thesauro, lib. 5. cap. 16. num. 26.* docent & Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, part. 1. cap. 2. dubitat. 2. sect. 6. num. 4.* Ludouicus Caspensis, *in Cursu Theologico, tomo 2. tract. 23. disputat. 3. sect. 3. num. 72.* Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 5. num. 72. versic. Noto 11.* Eligius Bassæus, *tomo 1. verbo Sacrilegium 1. num. 7.* Cardinalis de Lugo, *de Sacramento Eucharistiæ, disputat. 20. num 27.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re Sacra, lib. 5. tit. 11. num. 119.* cum Sylueſtro, *verbo Consecratio 2. quæst. 5.* Vgolino *de Officio Episcopi, cap. 29. §. 5. versic. 2. excipitur.* Goffredo, *de Consecratione Ecclesiæ, num. 10.* & cum Hostiensi, *eodem tit. §. Etiam sit, num. 8.* & Leander *à Sanctissimo Sacramento, part. 5. tract. 5. disputat. 1. §. 4. quæst. 38.* cum Alterio, *disputat. 3. de Interdicto, cap. 1. colum. 6. versic.* Addit vnum, & penes ipsum Paludano, Suarez, & aliis. Allegat vlteriùs P. Leander Philibertum Marchinum, *tract. 3. de Ordine, part. 3. cap. 10. num. 12.* & Auilam *de Censuris, part. 7. disput. 7. dub. 1. concluſ. 2 versic. Tertius est.*

2 Ex quibus Doctoribus aliqui concluſionem limitant, in casu, quo infans viuus, in vtero clauſus matris sepeliatur. Tunc enim inquiunt, ex illius sepultura, locum pollui sacrum. Non quidem, quia in eo humatur, non baptizatus, sed quia in eo occiditur. Ita Iacobus Gordonus, *vbi proximè*, & Leander *dicta quæst. 38.* cum Suarez, *tom. 3. in 36. D. Th. disput. 81. sect. 4. versic. Quintò violatur,* cum Marchino, *loco citato,* & cum Alterio *dicto num. 12. addente.* Secùs est dicendum, si qui occiderent fœtum in vtero extra Ecclesiam post obitum matris, & deinde traderetur sepulturæ cadauer matris cum Filio intra ventrem: nam tunc non polluretur Ecclesia, neque ex causa homicidij, neque propter sepulturam. Hæc ille.

Ægidius autem Coninck, *dicto num. 233.* ait, 3 quod vix casus ab istis Doctoribus exceptus, moraliter accidere potest, nisi ponamus in ipsa Ecclesia, vel iuxta illam matrem mori, & statim, ac expirauit, sepulturæ tradi. Quia si factus in ventre matris mortuæ aliquo considerabili tempore permaneat, statim suffocabitur. Quare Methaphysicus euadit recensitus casus.

Probatur absolutè concluſio. Quia quamuis 4 præfatus infans in vtero matris clauſus baptizatus non sit, & consequenter sit infidelis, saltem negatiuè; nihil minùs quandiu in vtero matris manet, quoad hunc effectum ad minus, pars corporis eius censetur, vti expresè docent Gloſſa *in Can. Ecclesiam, el 1. & 26. in ordine, verbo Celebrare, de Consecratione, distinct. 1.* Coninch, Bonacina, Caspensis, & Leander, *locis allegatis,* & Pax Iordanus, *dicto num. 110. ex l. 1. §. 1. ff. de ventre inspiciendo. Et insinuatur in Canone. Si qua mulier pragnans, el 116. de Consecratione, distinct. 4. ibi*: nam nihil participat in hoc mater infanti. Et ibi Gloſſa. *Nec in hoc aliquid habet commune cum filio.* Id est in voluntate percipiendi Baptismum, quando voluerit ipsa. Ergo in aliis commune habet mater cum filio in ventre suo incluſo, & ei participat. Participat igitur fœtus incluſus eodem iure cum ipso ventre includente. Et sicut mater admittitur ab Ecclesia in vita cum fœtu in vtero, sic etiam admitti debet post mortem: decernente Innocentio Papa Tertio, *in cap. ex parte, el 11. de Sepulturis*: Et cui communicatur viuenti, communicandum sit iam defunctæ.

DVBIVM VII.

An per Cathecumeni sepulturam locus polluatur sacer?

BREVIARIVM.

Baptismus.

Est Ecclesiæ visibilis ianua. n. 5.

Ante susceptionem Baptismi, ad alia non admittitur Sacramenta. n 5.

Fidem internam habens, adhuc Baptismi aqua non ablutus, ad Ecclesiam secundùm essentialem pertinet rationem. n. 4.

Qui nondum est baptizatus, ab Ecclesia puniri non potest. n. 5.

Cathecumenus.

Propriè non est fidelis; fidelis tamen censetur. num. 2. 3.

Membrum Christi est Cathecumenus. n. 4.

Vinculo Charitatis est fidelibus coniunctus. n. 4.

Communicare ei possumus, etiam in diuinis, tam viuis, quàm defunctis. n. 4.

Habens fidem internam, ad Ecclesiam pertinet ante Baptismi susceptionem, secundùm rationem essentialem. n. 4.

Non potest alia Sacramenta suscipere: Nec ab Ecclesia puniri. n. 5.

*Non debet in loco ſacro ſepeliri; ſed ſi ſepeliatur, ille non polluitur.*n.1.& 5.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur per humationem Cathecumeni. num.1.

CONCLVSIO.

1 PEr Cathecumeni ſepulturam in loco ſacro, non cenſetur ille pollutus.

Ita docent Martin. Bonacina, *tom.1. de Matrimonio quæſt.4.punct.19. num.23.* Bartholom. Gauantus, *in Manuali Epiſcoporum, verbo Eccleſiæ reconciliatio, num.4.* Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.12.num.120.* Eligius Baſſæus, *tom.1. verbo Sacrilegium I. num.7.* Auguſtin. Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat. 28.num.53. pag. mihi 277.* cum Vgolino, *eodem tractatu, cap.29. §.5. verſic. Excipitur.*cum Alterio, *tom.2. de Cenſuris, diſputat.3. de Interdicto, cap.1. verſic. Sed poſtulabit quis*, & cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.5. cap.16. num.24.* Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part.5.tract.5. diſput.1.§.4 quæſt.40.*

2 Probatur concluſio. Quia licet Cathecumenus propriè Fidelis non ſit, cùm ſacrum Baptiſmum, per quem ſolùm propriè Fideles efficimur; in re nondum receperit; eſt tamen largo modo Fidelis, cum in voto ſuſceperit: & virtute Baptiſmi Flaminis regeneratus, & Fidelis cenſendus ſit.

Quocirca noſter D. Lanfrancus Cantuarienſis Archipræſul, *in Paraphraſi capitis 1. Epiſtolæ Apoſtoli Pauli ad Coloſenſis*: pro Fidelibus Fratribus, Cathecumenos intelligit. Vide ibi, *pag. 163. in principio.* Et *in Iudice rerum, & verborum*, ſic ait. Cathecumeni vocantur Fideles.

3 Facit & textus elegans, *in cap. Veniens el 3. de Presbytero non baptizato*, ibi: Nam cum quis non ſolùm per Sacramentum Fidei, ſed per fidem etiam Sacramẽti efficiatur procul dubio membrum Chriſti, & qui Chriſtum habet per Fidem, etiamſi Baptiſmum non habeat, habet vtique fundamentum præter quod aliud poni non poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, &c. Hæc ibi.

4 Deinde probatur. Quia Cathecumenus viuens, nobis vinculo Charitatis coniunctus eſt. Ergo non eſt ſeparandus mortuus. Antecedens confirmari poteſt, non ſolùm ex dicto *cap. Veniens*, decernente Cathecumenum Chriſti eſſe membrum: & ex Concilio Arauſicano I. *Canone* 19. dicente: Cathecumeni nonnunquam admittendi ſunt, etiam inter domeſticas orationes. Recenſetur à Petro Criſpetio, Cœleſtino Monacho, *in Summa Eccleſiaſtica diſciplina, verbo Cathecumenus, verſ. Cathecumenis plura.* Et aſſeritur à Pace Iordan. *loc. cit.* à Barboſ. Vgolino, & Alterio, *ſupra allegatis*, & à Iacob. Granado, *in 2.2. D. Thomæ, Controuerſia 1. de Fide, tract.6. diſput.2. num.9*, cum Turrecremata, *in Summa, de Eccleſia, lib.1. cap.8. ad 8.* & Gregorio Valentia, *2.2. quæſt.1.punct.7.4 8. §.14 verſic. Cathecumeni*, quatenus aſſerit ipſe Granadus, Cathecumenum internam Fidem habentem, adhuc aqua Baptiſmi non ablutum, ad Eccleſiam, ſecundùm eſſentialem pertinere rationem. Et paucis interiectis, ad huius probationem, ſic præfatum textum, *capitis Veniens*, exponit, vt dicat, *Hominem, non ſolùm fuerit verum membrum Chriſti per Baptiſmum, ſed etiam per Fidem Baptiſmi.* Id eſt, per fidem, quàm habet de ipſo Sacramento Baptiſmi licet ipſum non habeat Sacramentum, vti Gloſſa ibi, *verbo Habet per fidem.* Conſequentia verò noſtra probata manet, ex ſæpè recenſitis Iuribus, decernentibus, quod cui communicatur viuenti, communicandum ſit iam defuncto.

Aduertunt tamen nonnulli ex noſtræ ſententiæ 5
Doctoribus, quod licet per Cathecumeni humationem, in loco factam ſacro, iſte non polluatur; non debet in eo tumulari, cum careat Baptiſmo in re, per quem participes efficimur priuilegiorum Eccleſiæ, & Sacramentorum. Quibus conſonat Granadus, *vbi proximè*, quatenus docet Cathecumenum ad Eccleſiam, provt viſibilis iſta eſt, non pertinere. Quia Baptiſmus, (inquit) eſt ianua Eccleſiæ viſibilis, & ideò necnon baptizati admittuntur ad alia Sacramenta, nec ab Eccleſia puniri poſſunt.

DISQVISITIO V.

De Conſecratione, ac Benedictione Eccleſiæ, per Excommunicatum factis.

An pollutus cenſeatur locus ſacer, ſi per Excommunicatum non toleratum, conſecretur, aut benedicatur?

§ I.

Prima refertur Sententia.

BREVIARIVM.

Baptiſmus.

*Extra Baptiſmalem Eccleſiæ Fontem, quibus liceat Baptiſmum miniſtrare.*n.2.

Ratio.

Vbi æqualis, aut maior eſt ratio, ad ſimilia procedi poteſt. n.2.

*Rationis identitas, non tam operatur extenſionem legis, quàm legem enucleare.*n.2.

ſimile.

De ſimilibus idem Iudicium eſt habendum. n.2.

*De ſimilibus ad ſimilia rectè proceditur.*n.2.

CIrca difficultatem propoſitam, & eius deci- 1
ſionem, duplex eſt Doctorum ſententia, ex diametro oppoſita. Prima aſſerit, actionem ipſam conſecrationis, aut benedictionis Eccleſiæ, aut alterius loci ſacri per Epiſcopum, aliumve Miniſtrum Excommunicatum denunciatum, aut Clericì, vel Religioſi percuſſorem notorium factam, pollutionem eidem inducere loco, ſicut inducit homicidium, effuſio ſanguinis, & ſeminis, &c.

Hanc tenent D. Antoninus, *in Summa, part.3. tit.12. cap.6. §.4. in fine.* Ioannes Azorius, *Inſtit. Moral.part.1 lib.10. cap.26.quæſt.13.verſic. Quintò, & part.2. lib.9. cap. 5. quæſt. 1. verſic. Sextò, polluitur.*

pollutitur. Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia*, *num.* 17. Gregorius Sayrus, *in Theſauro*, *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 27. Bonacina, *tomo* 1. *quæſt* 4. *de Matrimonio*, *punct.* 19. *num.* 23. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum*, *tomo* 1. *diſputat.* 23. *quæſito* 11. *num.* 5. Auguſtinus Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi*, *parte* 2. *allegat.* 27. *num.* 28. cum Henriquez, *in Summa*, *lib.* 9. *cap.* 27. *num.* 6. *in fine*. Vgolino *de Officio Epiſcopi*, *cap.* 29. §. 6. *num.* 1. Gambarupta, *de Caſibus reſeruatis*, *cap.* 15. *caſu* 6. *num.* 15. *pag.* 204. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra*, *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 132. cum Hoſtienſe, Ioanne Andrea, Butrio, Abbate, & aliis *in cap. Conſuluiſti*, *el* 7. *de Conſecratione Eccleſiæ*, *vel Altaris*. Ludouico de Miranda, *in Manuali Prælatorum tomo* 2. *quæſt.* 49. *artic.* 5. *concluſione* 1. *verſiculo Quintus*, Sylueſtro, *verbo Conſecratio* 2. *quæſt.* 5. *verſic. Quintus*. Toleto *in Summa*, *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 11. *verſic. Quinta*. & cum Portell. *in dubiis Regularium*, *verbo Eccleſiæ reconciliatio*, *num.* 4. & apud Thomam Delbene, *de Immunitate*, *parte* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 6. *num.* 14. Sylueſter, *verbo Benedictio*, *quæſt.* 6. Tabiena, *verbo Conſecratio* 4. *num.* 8. Nauarrus, *in Manuali*, *cap.* 27. *num.* 258. & alij. & penes Leandrum à Sanctiſſimo Sacramento, *part.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. §. 4. *quæſt.* 35. Auila *de Cenſuris*, *parte* 5. *diſputat.* 7. *dubitat.* 1. *concluſ.* 2. *verſic. Quartus*, & Marius Alterius, *diſputat.* 3. *de Interdicto*, *cap.* 1. *concluſ.* 12. *verſic. Omnes Authores*, dicens, omnes tam veteres, & recentiores (excepto vno Suario, *vbi infrà*) in hac ſententia conuenire: & ideò oppoſitum non carere aliqua temeritatis nota, indubitanter affirmat.

2 Hæc ſententia nullo Iuris fundamento nititur, rem ſaltem decernenti: ſolúmque in paritate quadam fundatur. Dicunt enim præfati Authores, quod ſicut ſepultura, humatio, ſeu ſepelitio excommunicati denunciati, & notorij Clerici, & Monachi percuſſoris, valet loco ſacro, in quo illa fit, pollutionem inducere, iuxta ea, quæ probata reliquimus, ita & à fortiori, illam inducere valeat conſecratio, & benedictio loci ſacri, per Miniſtrum pariter excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici, & Monachi percuſſorem facta: cum de ſimilibus, idem debeat eſſe iudicium, vti ait Nauarrus, *tit. de Sepulturis*, *conſil.* 1. *ex cap. Dudum*, *el* 2. *de Electione*. De ſimilibus enim ad ſimilia, rectè proceditur. *L. Non poſſunt*, *ff. de Legibus*. Nulla namque certior, & facilior via aperiri poteſt ad informandum arbitrium iudicantis, pro ſimilibus cognoſcendis, quàm rationis conſideratio. Vbi enim æqualis, aut maior ratio adeſt, ad ſimilia procedi poterit. Quia rationis identitas hoc operatur, vt non tam extendere, quàm enucleare Legem videamur. Menochius, *de arbitrariis Iudicum*, *lib.* 2. *centur. p. caſu* 84. cum pluribus, quos recenſet penes Pacem Iordanum, *num.* 134. qui quidem Pax *eodem volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Baptiſmo*, *num.* 18. Clementinam, *Præſenti*, *vnicam de Baptiſmo*, prohibentem, ne quis aliquos, niſi Regum, vel Principum liberos, extra Fontem Baptiſmalem Eccleſiæ baptizet: *aut niſi talis neceſſitas emerſerit*, *propter quam nequeat ad Eccleſiam*, *abſque periculo propter hoc acceſſus haberi*: extendit ex identitate rationis, ad caſum, quo nobilis puella occultè peperit; & ex baptiſmo in Eccleſia veris ſimiliter timeretur manifeſtatio erroris: & conſequenter, diffamatio, & vitæ periculum, & ſic de ſimilibus. Hæc præfatus Pax Iordanus.

§. II.

Secunda ſententia recenſetur, & pro Concluſione ſtatuitur.

BREVIARIVM.

Opinio.

Vnius Doctoris opinio contra reliquos, in re opinabili, & obſcura ſequi poteſt, ſi maturo nitatur fundamento. n. 4. 5.

Opinio communiter ſequuta, non rarò ab aliquo refutatur Doctore, illa rectè examinata, & à pluribus illa relicta, contraria ſequitur. n. 5.

Communis opinio, non eſt præferenda illi, quæ validioribus, & melioribus nititur rationibus. n. 5.

Pollutio loci ſacri.

Non inducitur pollutio loco ſacro, ex eo, quod conſecretur, aut benedicatur per Miniſtrum excommunicatum denunciatum, aut notorium Eccleſiaſtici percuſſorem. n. 3. & ſeqq.

Propoſitio.

Illa propoſitio, & ſententia dicitur temeraria, quæ ſine graui fundamento authoritatis, vel rationis aliquid contra communem Doctorum aſſerit. n. 4.

Secunda verò ſententia, è contra docet, minimè Eccleſiam, aut alium locum ſacrum pollutum iudicandum, ex eo, quod conſecretur, aut benedicatur per Epiſcopum aut alium Miniſtrum excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici, vel Monachi, ſeu Religioſi percuſſorem. 3

Illam tenent Franciſcus Suarez, *tomo* 3. *in* 3. *partem D. Th. diſputat.* 81. *ſect.* 4. *verſic. Quartò violatur*. Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta*, *lib.* 13. *cap.* 14. *num.* 50. Philibertus Marchinus, *de Sacramento Ordinis*, *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. *in fine*, & Paulus Layman *lib.* 5. *tract.* 5. *num.* 5. provt nouiſſimè recenſet, & ſequitur Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part.* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. §. 4. *quæſt.* 35. Tenent etiam Ægidius Coninck, *tomo* 1. *de Sacramentis*, *quæſt.* 83. *artic.* 3. *dub.* 1. *num.* 232. *pag. mihi* 278. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica*, *part.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 6. *num.* 15. (cum hac tamen limitatione: dummodò, inquit, Miniſter, ſeu Epiſcopus fidem Sanctæ Trinitatis tenuerit, ſicuti habetur *in Canone Eccleſiis*, *de Conſecratione*, *diſtinct.* 1.) Antonius Diana, *in Reſolutionibus Moralibus*, *part.* 11. *tract.* 8. *reſolut.* 22. Cum Cardinali de Lugo, *de Sacramento Euchariſtiæ*, *diſputat.* 20. *ſect.* 2. *num.* 27. Fagundez, *vbi ſupra*, *num.* 56. & cum Dicaſtillo, *de Sacramentis tomo* 1. *tractatu* 5. *diſputat.* 4. *dub.* 7. *num.* 124. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium*, *tomo* 2. *parte* 3. *verbo Eccleſia*, *ſeu Templum*, *num.* 12. Pro hac etiam ſententia recenſet Pax Iordanus, *dicto tit.* 12. *num.* 133. Emmanuelem Roderiquez, *in Summa*, *tomo* 1. *cap.* 153. *num.* 2. *concluſ.* 1. & Vgolinum *de officio Epiſcopi*, *cap.* 29. §. 6. *in principio*.

4 Hanc ſententiam conſtanter amplector, & ad ſubſcribendum compellor, non ſolùm propter authoritatem Doctorum, quos pro ipſa recenſui, ſed præcipuè ob principia intrinſeca, quæ illam probabiliorem, citra omne dubium, quàm contrariam efficiunt. Quod oſtendere intendo: & notam temeritatis, quàm Alterius ei inurere vult, facilè propellere aggredior. Pro quo ſuppono, propoſitionem, ſeu doctrinam, aut ſententiam temerariam illam â Theologis communiter dici, quæ eſt contra communem Doctorum, ſine graui fundamento authoritatis, vel rationis. Non enim ſufficit ad inurendam ei temeritatis notam, eſſe contrariam communi Doctorum ſenſui, ſi tamen habeat efficacem rationem, aut magni momenti teſtimonium, prioribus non cognitum Doctoribus, vti benè doctiſſimus Ludouicus Turrianus, *part.1. diſputationum ſelectarum, diſput.30. dub.1. verſic. Rurſus dicitur*, & ſapientiſſimus Gabriel Vazquez, *tom.1. in 1.2. D.Th. diſput.62. cap.4. ſub num.13.* docent. Sed libuit huius tanti Magiſtri verba, in medium proferre, vt ſuppoſitum noſtrum illuſtrius euadat.

5 Quod ſi quis (inquit P. Vaſquez) leui aliqua ratione, nec maturè conſiderata, amplectatur opinionem minùs tutam, contra cæteros Doctores, peccabit ſanè, non quia contra conſcientiam operetur, ſed quia leuiter, & temerè de re aliqua iudicauit, vt rectè tradit Nauarrus, *in Can. Si quis, de Pœnitentia, diſtinct. 7. num. 50. & 51. & 52.* Quando verò cenſeri debeat temeritas, & leue fundamentum in iudicando, arbitrio prudentis relinquitur: nec enim cenſeri debet temeraria opinio vnius Doctoris contra reliquos, in re obſcura, & opinabili, ſi maturo fundamento, excogitata ſit. Nam vt rectè admonet Corduba, *lib. primo, quæſt.17. §.13.* temeraria opinio eſt abſolutè cenſenda, non quæ communi ſenſui Doctorum Scholaſticorum contraria eſt, ſed quæ abſque ſufficienti ratione, & fundamento excogitata eſt. Nam multæ opiniones initio excogitatæ, & in Scholas inuectæ ſunt, quæ communes tunc non fuerunt. Vnum in hac re maturè ſatis procedendum eſt. Hæc omnia Pater Vaſquez.

Dictis conſonat Doctoribus Ægidius Coninch, *de Sacramentis, quæſt.74 artic. 8. dub.vnico, num.* 186. in hæc prorumpens verba. Reſpondeo primò, non eſſe inuſitatum in Eccleſia Dei, vt opinio aliqua, quæ aliquando fuit viſa quaſi communis inter Doctores Scholaſticos, qui vnius fortè authoritatem ſequuti, eam minùs diligenter examinarant, poſtea ab aliis refutetur.

Accinit & nouiſſimè Auguſtinus Barboſa, *in c. Canonum ſtatuta, num 9. el I. de Conſtitutionibus*, vbi ita fatur. Communis tamen opinio non eſt præferenda illi opinioni, quæ validioribus, & melioribus rationibus nititur. Fichard. *dicto tit.17. n.424. pag.251.* Farinacius, *in Praxi criminali, part.1. quæſt.15. num.56.* Martha, *de Iuriſdictione, part.2. cap.6. num 6. & 7.* Hactenùs Barboſa. Habemus igitur pro à nobis ſuppoſito, vltra alios, qui ſine dubio aderunt, Cordubam, Suarez, Vaſquez, Turrianum, Coninch, Fichardum, Farinacium, Martham, Barboſam, & Ioannem Caramuelem, *infrà reddendum à n. 8.*

§. III.

Improbatur Alterij aſſertum, & noſtrum probatur.

BREVIARIVM.

Opinio.

Non eſt temeraria opinio, & ſententia, quæ pro ſe habet graue fundamentum authoritatis, aut rationis, etiamſi communi contrarietur. num.6. & ſeqq.

Vnicus Doctor probus, pius, & Doctus, qui rem ex profeſſo diſcutit, opinionem probabilem facit. n.6.7.

Authores graues ſua ſola authoritate benè fundare poſſunt opinionem probabilem, extrinſecè tamen. n.6.

Communes opiniones ſæpè erroribus, & hallucinationibus obnoxiæ ſunt. n.9.

Opiniones communes, tantæ non ſunt authoritatis, vt oppoſitæ non ſint aliquando probabiles. n.9.

Pollutio loci ſacri.

Ex ſola Iuris Canonici diſpoſitione, loci ſacri pollutio prouenit. n.11.

Non cenſetur pollutus locus ſacer ex eo, quod conſecretur, aut benedicatur per excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici percuſſorem. n.11. & ſeqq.

6 QVod igitur ſuppoſito contra Marium Alterium, ſeu eius propoſitionem, ſic inſurgo. Sententia illa temeraria non eſt, quamuis contraria communi ſit, quæ pro ſe habet fundamentum graue authoritatis, aut rationis. Sed ſententia, quàm ſequimur vtrumque habet authoritatis, & rationis fundamentum. Ergo non eſt temeraria. Ergo iniuſtè ei Alterius notam inurit temeritatis.

Maior cum vtraque conſequentia patet. Minor autem quoad eius primam partem ſatis benè probata manet. Quod ſic demonſtro. Fundamentum authoritatis graue illud eſt, quod Doctorum grauium, id docentium, authoritati nititur. Authores enim graues, opinionem probabilem, benè valent ſuâ ſolâ authoritate, extrinſecè tamen fundare, & conſtituere, vti Auſonius Noctinot *in Summa Diana, verbo Opinio, num.1.* Immò & authoritas vnius Doctoris pij, probi, & docti, qui rem ex profeſſo diſcutit, poteſt efficere opinionem probabilem, vti Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tom.2 part.4. verbo Opinio Regularibus tenenda, num.3.* vbi rationem hanc reddit.

7 Quia authoritas talis Doctoris non eſt leue, aut leuiſſimum fundamentum, ſed alicuius ponderis. Sanchez, *tom.1. in Decalogum, lib.1.cap.9 num.* 7. poſt Angelum, Sylueſtrum, Nauarrum, & Sa, Diana, *part.4. tract. 4. reſolut. 94.* Paſqualigus, *in Deciſionibus Moralibus, de Opinionis electione, deciſ.2.* poſt Sayrum, Vaſquez, Caſtrum Palaum, & alios & *deciſ.360. & ſeqq.* Sed ſic eſt, quod noſtra ſententia habet pro ſe tot pios, probos, & doctiſſimos Authores, qui rem ex profeſſo diſcutiunt, fundamentumque contrariæ ſententiæ ſectatorum, & propriæ, ſumma diligentia examinant, & ſcrutantur, quot *numero* 3. recenſuimus. Ergo noſtra ſententia graue habet

habet authoritatis fundamentum. Ac per neceſſarium conſequens, non eſt temeraria, & iniuſtè nota inuritur temeritatis.

8 Ad huius argumenti confirmationem, libuit in omni ſcientia doctiſſimi Ioannis Caramuelis doctrinam in medium proferre, qui *in Theologia Fundamentali, fundamento 66. num. 1989. ad finem*, hanc ſibi, & à ſeipſo traditis in ſuperioribus, obiectionem nonam opponit. Videlicet.

Non eſt probabilis ſententia, quæ militat contra omnium Doctorum conſenſum; atqui aſſerens certum ſe peccauiſſe, dubium an mortaliter, ita vt ne probabile quidem iudicium de eo queat elicere non teneri confiteri, Doctorum torrenti, vt aiunt, opponitur. Ergo. Minorem probas ex omnium Doctorum ſententia, quos citat Sanchez *ſuprà num. 66. (ſcilicet lib. 1. Summæ, cap. 10.)* Et ſtatim ſic Caramuel præfatæ reſpondet obiectioni.

9 Sed hæc ratio non vrget. Primò, quia poſſet aliquis diffidere ſententiis communibus. Experientia enim conſtat, eſſe multis erroribus, & hallucinationibus obnoxias. Nam quæ omnes dicunt, pauci, aut nulli examinant, & ideò crebrò erramus, quando torrenti hominum inconſideratè ſubſcribimus. Ergo ſi ingredi placeret hanc viam, poſſemus negare maiorem, condonare minorem, & illatam conſequentiam negare.

Secundò. Communibus Theologorum ſententiis ſit ſua authoritas, cur autem tanta, vt oppoſitæ non ſint aliquando probabiles?

Tertiò. Condonemus, & hoc: & ad argumentum reſpondeamus. Illud erat. Opinio, quam omnes Theologi reprobant, non eſt probabilis. At hanc reprobant omnes. Ergo non eſt probabilis. Et nos tranſire maiorem permittimus, & minorem negamus. Nam Theologi, qui negant noſtram reſolutionem, alio ſenſu voces, ipſas vſurpant, & ideò non diſſentiunt in re &c. Hucuſque noſter Caramuel, ex cuius ſolutionibus, primam, & ſecundam bene pro nobis expendere poſſumus.

10 Minorem autem noſtri principalis argumenti, quoad ſecundam eius partem quod ſcilicet noſtra ſententia, graue rationis habeat fundamentum, ac per conſequens, quod intrinſecè fundata illa ſit, quod ſit probabilis, & nulla digna temeritatis nota, probo ſimul cum ipſa ſententia. Si enim iſta per rationem bene euaſerit probata, fundamentum rationis graue ipſammet habere, demonſtratione notum erit, ſine vlla alia probatione. Cum nihil aliud ſit, fundamentum habere rationis, quàm poſſe ratione probari.

11 Quod locus ſacer pollutus cenſeatur, prouenit ex Iuris Canonici diſpoſitione. Sed in nullo huius Iuris textu habetur, quod Eccleſia, aut alter locus ſacer, pollutus cenſeatur ex conſecratione, aut benedictione illius, per Miniſtrum excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici, vel Monachi percuſſorem facta. Ergo per huiuſmodi conſecrationem, aut benedictionem minimè pollutus cenſendus eſt locus ille.

***

§. IV.

Obiectiones pro aduerſariis proponuntur, & fundamentaliter diluuntur, ſoluuntur.

BREVIARIVM.

Axioma.

Vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem eſt Iuris diſpoſitio: & vbi maior fuerit ratio, eadem ſaltem, ſed à fortiori erit diſpoſitio. n. 18.

Locum habet in materia fauorabili, & extenſibili, ac in conformi Iuri communi. n. 30.

Taciti, & expreſſi, idem eſt iudicium. n. 26.

Baſilica.

Eccleſia non conſecrata, Baſilica dicitur. n. 18.

Communio.

Cui non communicauimus viuo, mortuo communicare non poſſumus. n. 26. 30.

Maior fit in Eccleſia, quàm in Cœmeterio communicatio. n. 30.

Dictio *Vel.*

Non eſt ſemper copulatiua, ſed aliquandò idem, quod etiam *importat.* n. 19.

Eccleſia.

Illa propriè dicitur Eccleſia, quæ conſecrata eſt. n. 18.

Eadem gaudet Immunitate Eccleſia, qua Cœmeterium. n. 23.

Excommunicatio Canonis.

Canonis Si quis ſuadente Diabolo *Excommunicatio, non ſolum viros, ſed fœminas afficit.* n. 34.

Afficit etiam ſeipſum percutientem. n. 34. 36.

Canon ille fauorabilis eſt, & odioſus n. 34. *& ſeqq.*

Afficit percutientem profeſſum, aut Nouitium vtriuſque ſexus ciuſlibet Ordinis, non ſolum Choro deſtinatum, ſed Conuerſum, Oblatum, Donatum, & Tertiarium, & Heremitam ſub obedientia Prælati Eccleſiaſtici, alicui deſeruientem. Eccleſiæ. n. 35. 36. 37.

Eſt Papæ reſeruata. n. 35.

Excipe Canonicos Regulares, Monachos, & Moniales. n. 36.

Illam incurrit, non ſolum, qui manus violentas in perſonam iniecit Eccleſiaſticam, ſed qui in rem illius corpori coniunctam: qualis eſt, quam manu tenet, equus, cui inſidet, veſtis, qua operitur, &c. n. 43.

Non incurritur per percuſſionem minatam: neque per exercitam, ſi effectu illa careat; neque per ſui percuſſionem pœnitentiæ gratia: neque ſi correctionis cauſa moderatè, provt culpæ ratio, perſonæ qualitas, & conſuetudo exigit, Prælati Magiſtri, & Pædagogi percutiant. n. 44.

Gloſſa.

Cæteros omnes antecellit Doctores. n. 28. 29.

Quando textus non reperitur, Gloſſæ opinio Legis vigorem habet. n. 28. 29.

Opinio Gloſſæ ſemper eſt ſequenda, niſi vſus, & conſuetudo ſit contraria. n. 29.

Innocentius III.

Ad Summum fuit Pontificatum aſſumptus anno 1198. n. 23.

Interpretatio.

Fauorabilis eſt, & ampliandæ interpretatio per quam reditur ad Ius commune. n. 27.

Lemma.

Lemma.

Paucis verbis indicat argumentum eius, cui præfigitur. n. 23.

Lex.

Omnem suam efficaciam, & vim à mente, & voluntate Legislatoris accipit Lex. n. 24.

Legislatoris mens, ex ratione expressa intelligitur. n. 24.

Lex aliqua fauorabilis est, & odiosa respectu diuersarum considerationum: & secundùm vnam, ampliabilis; secundùm aliam verò restringibilis. n. 34. 42. 43.

Lex absolutè est fauorabilis, quæ bonum publicum Religionis respicit, quamuis aliàs particularibus personis odiosa n. 34.

Regula traditur ad dignoscendum, quænam sit Lex fauorabilis, quænam verò odiosa. n. 38. 39. 40. 41.

Quando odium à fauore distingui nequit in Lege, ex principali Legislatoris intento, iudicanda est fauorabilis, aut odiosa. n. 41.

Quando fauor, & odium commodè distingui possunt in Lege, amplianda est quatenus fauorabilis, & restringenda quatenus odiosa. n. 41.

Odia.

Odia, & pœnæ ad casum in dispositione expressum, restringi debent. n. 14.

In odiosis, & pœnalibus Legibus non valet argumentum à paritate, aut à maioritate rationis. n. 14.

Pollutio loci sacri.

Ad pollutionem loci sacri, non attenditur maior grauitas actionis, nec scandalum ex illa procedens, sed præcisè Iuris Canonici dispositio. n. 13. 15. 16. 17.

Non censetur pollutus locus sacer, per humationem suspensi, & interdicti in illo. n. 15.

Solum censetur pollutus locus sacer ex iuris dispositione, per homicidium, effusionem sanguinis, & seminis, & per humationem Excommunicati denunciati, & notorij Ecclesiastici percussoris. n. 15.

Polluta non censentur Altaria, Calices, Patenæ, & vestes sacræ, quibus Excommunicati non tolerati, & degradati celebrant, nec benedictione indigent, aut reconciliatione. n. 17.

Religiosus.

Qui expressè, vel tacitè professus est, cum effectu Religiosus censetur. n. 36.

Sepeliri. Sepultura.

Olim, non fuit permissum omnibus Fidelibus sepeliri, intra Ecclesias, nec intra Basilicas. n. 19. & seqq.

Sepultura loci sacri nihil prodest, sed obest ei, qui in mortali decessit. Horribili illustratur exemplo. n. 20.

Excommunicatus non toleratus, sepultura priuatur Ecclesiastica. n. 32. 42.

12 Sed obijcies. Implicitè, & virtualiter contineri casum nostrum de pollutione loci sacri, per Excommunicatum non toleratum consecrati, aut benedicti, in *cap. Consuluisti, el 7. de Consecratione* Ecclesiæ, vel Altaris ob paritatem, seu potius ob maioritatem rationis. Maior enim ratio militat ad prohibendum, ne Excommunicatus non toleratus cum solemnitate magna, & non sine maximo Fidelium scandalo, Ecclesiam consecret, aut benedicat, quam ad prohibendum, ne ipsemet excommunicatus in loco sacro sepeliatur. Prohibendo igitur istam minorem actionem Pontifex in allegato iam capite, maiorem illam prohibere credendum est.

Sed contra. *Primò.* Quia ad pollutionem loci 13
sacri, neutiquam attenditur maior grauitas actionis, & scandalum ex illa procedens, sed Iuris Canonici dispositio precisè. Aliàs enim ex blasphemia, odio Dei, & actione hæretici, aut Iudaica, qua Sacratissima Christi Domini imago, fustibus vapularetur publicè in ipsa Ecclesia coram omni populo, polluta illa remaneret: quia actio huiusmodi, sine vlla comparatione, grauior est, scandalique maioris inductiua, quàm homicidium, effusio sanguinis, & seminis, & quam infidelium, excommunicatorúmque sepultura. Illud autem nemo dicere valet. Ergo nec quod per paritatem, aut maioritatem assertam rationis, prohibita censeatur *in cap. Consuluisti*, consecratio, aut benedictio, ne per excommunicatum non toleratum Ministrum fiat, sub pollutionis pœna, & reconciliationis.

Secundò. Quia in Legibus pœnalibus, non valet 14
argumentum à paritate, aut à maioritate rationis, cum odia restringi debeant ad casum duntaxat expressum, iuxta Regulam *Odia restringi, & fauores conuenit ampliari. la* 15. *de Regulis Iuris, in* 6. & Regulam. *In pœnis benignior est interpretatio facienda la* 49. *eodem libro.* & iuxta ea, quæ tradit Glossa *in cap. Transmissæ, verbo Ex vi, el final de Iure patronatus.* ibi. Quia cum sit pœna, non debet imponi, nisi exprimatur, quod sit imponenda & *in Clementinam vnicam, de Consanguinitate, verbo Eos*, ibi. Tamen non est locus huius pœnæ, quia in his casibus, & similibus, expressa non est.

Idem tenent communiter Doctores. Nicolaus Garcia, *de Beneficio tomo 2. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 206. ex Canone *Pœnæ, de Pœnitentia, distinct.* 1. cum Nauarro *ibi, à num.* 1. Dominico *num.* 9. Iasone, *in L. Cum quidam, ff. de Liberis, & posthumis, à num.* 9. Decio, *in L. Si quis, ad quod, num.* 47. *ff. de Iurisdictione omnium Iudicum, & in L. Factum cuique, §. In pœnalibus, de Regulis Iuris.* Aymonio, *de Antiquitate temporis, 4. p. sect. Videamus modò, num.* 24. Euerardo *loco à ratione Legis largæ, à num.* 63. Dueñas, *Regula* 287. Castro, *de Lege pœnali, lib.* 1. *cap.* 7. *documento* 3. & cum Auila, *de Censuris, part.* 7. *disputat.* 7. *dubitat.* 5. Et addit Garcia. Præsertim cum pœna ipso iure imponitur. Tiraquel. *in L. Si vnquam, verbo Reuertatur, à num.* 248. *seu* 30. & Villaguta, *de Extensionibus, tit. de Extensione Legum pœnalium, respectu meræ pœnæ.* Salas, *de Legibus, disputat.* 21. *sect.* 5. *num.* 11. dicens cum Rebello, *de obligation. iust. & Rel. lib.* 1. *quæst.* 7. *sect.* 4. quod Lex pœnalis, non extenditur de casu ad casum ex identitate, vel maioritate rationis, maximè si pœna executionem secum afferat.

Idem sentiunt Antonius Naldus, *in Summa, verbo Casus, num.* 3. *pag.* 519. Palaus, *part.* 1. *tract.* 3. *disputat.* 5. *punct.* 3. §. 4. *num.* 3. Thom. Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, part.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *sect.* 11. *num.* 14. Ioann. Caramuel *in Thologia Regulari, in Regulam Sanctissimi communis Parentis Benedicti, num.* 550. *& in Theologia Fundamentali, num.* 2075. cum Laymau, *lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. *& lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 27. Llamas, *pag.* 367. Reginaldo, *lib.* 25. *num.* 160. 174. *& seqq.* & aliis. Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responso* 51. *num.* 44. Antonius Diana, *part.* 1. *tract.* 10. *resolut.* 26. cum Salas, *de Legibus, disputat.* 24. *tractatus* 14. *sect.* 13.

ſect. 13. *num.* 29. *in fine.* Portellio, *in Additionibus ad Dubia Regularium, verbo Lex, numero* 13. Valero, *in Diſſerentijs vtriuſque fori, verbo Lex, differen.* 5. *numero* 2. Bonacina, *de Legibus diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 8. *num.* 23. Idem Diana, *parte* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 66. cum Miranda *in Manuali Prælatorum, tract. de Monialibus, quæſt.* 2. *artic.* 10. *concluſ.* 1. & cum Caſtro *de Lege Pœnali, lib.* 6. *capite* 3. *numero* 5. *& cap.* 4. *numero* 1. Pax etiam Iordanus, contrariæ ſententiæ ſectator, *volum.* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. *numero* 131. vbi ſequentia prorumpit.

15 Sublimita tertiò, largo tamen modo, & impropriè in interdicto, aut ſuſpenſo: nam etſi Eccleſiaſtica cenſura ſint irretiti, *cap. Quærenti de Verborum ſignificatione*, & Eccleſiaſtica ſepultura carere debeant; quia tamen violatio, vt ſæpiùs fuit dictum, prouenit ex Conſtitutione Eccleſiæ, quæ quaſi pœnalis cenſetur in hac parte, & conſequenter non extendenda, iuxta *cap. Odia, & cap. In pœnis, de Regulis Iuris in* 6. Gloſſa, *in Clement.* 1. *de Conſanguinitate.* Gloſſa *in cap. fin. de Iure patronatus*, cum vulg. proptereaque cum de ſolis excommunicatis Iura diſponant, ad reliquas has cenſuras extendenda non erunt. Sayrus. *dicto lib.* 5. *c.* 16. *num.* 22. Vgolinus *dicto cap.* 29. §. 4. *in fine*, & concord.

Hæc omnia ad amuſſim præfatus Pax Iordanus, ex quo, & ex dictis, ſic argumentor. Iura ſolum diſponunt pollutionem loco ſacro induci per homicidium, effuſionem ſanguinis, & ſeminis, & per humationem excommunicati non tolerati. Ergo huiuſmodi diſpoſitio extendenda non eſt ad conſecrationem, aut benedictionem eiuſdem loci per excommunicatum non toleratum Miniſtrum factas etiamſi maior ratio ad hanc adeſſet diſpoſitionem, quàm ad illam de facto factam. Quia Lex pœnalis, vti benè Naldus, *vbi proximè* ait, non tam pendet ex ratione, quàm ex Legiſlatoris voluntate.

16 Et confirmatur. Maior ratio adeſt ad inducendam loco ſacro pollutionem, per celebrationem Diuinorum, & ſanctiſſimi, & incruenti Miſſæ Sacrificij à Sacerdote excommunicato denunciato, & à notorio Eccleſiaſtici percuſſore, & ſic ab Eccleſia non tolerato, quam per eiuſdem humationem, & ſepulturam, tam ex parte grauitatis actionis, quàm ratione ſcandali ex illa prouenientis. Sed in præfato celebrationis caſu, non inducitur pollutio loco ſacro (nullus, quem viderim, nec contrariæ ſententiæ ſectator, id aſſeruit vnquam.) Ergo dici non debet, induci illam per Conſecrationem, aut Benedictionem loci per Miniſtrum excommunicatum denuntiatum, & notorium Eccleſiaſtici percuſſorem, ob aſſertam maioritatem rationis.

17 Confirmatur ſecundò. Altaria, in quibus excommunicati non tolerati celebrant, Calix, Patena, & veſtes ſacræ, quibus in celebratione vtuntur, non cenſentur pollutæ, nec reconciliatione indigent, aut reconſecratione, vti bene docet Auguſtinus Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 2. *allegat.* 27. *numero* 26. cum Fuſco, *de Viſitatione, lib.* 1. *capite* 22. *numero* 5. & decernit Honorius Papa Tertius, *in cap. A Nobis, el* 2. *de Sacramentis non iterandis*, ſub hoc tenore. A Nobis humiliter quæſiuiſtis, quid fieri debeat, de mortuorum corporibus, qui tempore Schiſmatici, & reprobi Vualdemarij à Schiſmaticis ſunt ſepulti, & de indumentis Sacerdotalibus cum quibus, nec non de Altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebratunt. Nos autem inquiſitioni veſtræ breuiter reſpondemus, quod non credimus ob duntaxat ſepultos huiuſmodi exhumandos, aut debere indumenta talia iterum benedici, vel reconciliari Altaria ſupradicta. Hæc in Decretali illa. Ergo cum minor adſit ratio ad pollutionem inducendam ex actione Conſecrationis, aut Benedictionis Eccleſiæ, aut alterius loci ſacri per Miniſtrum excommunicatum non toleratum facta, (maiori enim grauitate, & maiori ſcandalo eſt plena celebratio degradati., quàm Conſecratio, & Benedictio præfata, quia illic verum Chriſti Corpus conſecratur, hic ſolum materialis Eccleſia conſecratur, aut benedicitur) ſi non polluitur Altare per celebrationem, nec polluetur Eccleſia per benedictionem, aut conſecrationem.

Quod ſi inſtes. Vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem 18
eſt Iutis diſpoſitio, & vbi fuerit maior ratio, eadem ſaltem, ſed à fortiori erit diſpoſitio, per vos *ſuprà diſquiſit.* 4. *dub.* 2 *num.* 2. vbi hoc vtentes principio, dixiſtis, *in cap. Conſuluiſti, el* 7. *de Conſecratione Eccleſiæ* decerni pollutionem fuiſſe inductam Eccleſiæ per ſepulturam excommunicati, licet nullam ibi fecerit Summus Pontifex de Eccleſiæ mentionem, ſed de Cœmeterio tantùm, & de ſepultura, & de humatione in eo facta. Ergo inefficax eſt veſtra ſecunda ſolutio, ad primam datam obiectionem, inefficatiorésque confirmationes, ad illam corroborandam adductæ, in veſtra ſaltem ſententia.

Fortis quidem replicatio, & ad hominem vti apparet: ingenuè fateor; ſed fortior ni fallor, eius euadet ſolutio, Adſit nobis ſupremum Numen, vt quod mente concepimus, in publicam lucem feliciter, prodeat, naſcatur. Ad rem igitur.

Suppono in primis prohibitam fuiſſe antiquis 19
temporibus cadauerum ſepelitionem, non ſolum in Eccleſia conſecrata (hoc enim vox *Eccleſia* ſonat) ſed & in Baſilica, (id eſt in Eccleſia non conſecrata: vt ex multis patet ſacris Canonibus, quos *infrà* §. 7. vel potiùs eorum aliquos recenſebo, vt hîc magnam euitem diſgreſſionem.) Patet ſuppoſitum primò, ex Concilio Bracharenſi I. *Canone* 36. ſic diffiniente. Placuit vt corpora defunctorum, nullo modo intra Baſilicam Sanctorum ſepeliantur: ſed ſi neceſſe eſt, de foris circa murum Baſilicæ vſque adeo non abhorret. Celebratum fuit, ſub Honorio Papa Primo teſte Bartholomæo Carranza, & Miranda, *in Summa Conciliorum, fol. mihi* 176. Sedem aſſumpſit Domini Petri, Anno Domini 622. Deinde ex Concilio Arelatenſi Quarto, ſub Carolo Magno celebrato, Anno 813, teſte Baronio, *can.* 21. idem omnino diffiniente. Tertiò, ex Concilio Moguntino Primo, ſub eodem Carolo celebrato in eodem Anno, in quo *Canone* 52. ſic ſtatuitur. Nullus mortuus infra Eccleſiam ſepeliatur, niſi Epiſcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel Fideles Laici. Vbi non concedit Concilium Fideles Laicos ſepiliri, immo excludit. Particula *enim*, & dictio *vel*, hic copulatiua non eſt, ſed idem, quod *etiam* ſignificat, Quaſi diceret, Nullus præter Epiſcopos, Abbates, & dignos Presbyteros, etiamſi Fideles Laici ſint, infra Eccleſiam ſepeliatur. Sic dictum intelligo Concilium: cum ob licentiam à Latinitate, in exponendo dictionem *vel*, conceſſam: tum authoritatem Concilij Triburenſis, ſub Arnupho Imperatore Anno 895. celebrati, ſecundùm Baronium. Sic ſe præ-

bus conformans ſtatuit, *Canone* 17. ſtatuit.

[illegible] ſancta Sanctorum Patrum, & ex- [illegible] miraculorum prohibemus, & præcipi- [illegible] vt deinceps nullus Laicus in Eccleſia ſepe- [illegible], niſi fortè talis ſit perſona Sacerdotis, aut cuiuſlibet iuſti hominis, qui per vitæ meritum talem viuendo ſuo corpori defuncto locum acquiſiuit. Corpora antiquitùs in Eccleſia ſepulta, nequaquam proiiciantur, ſed pauimento deſuper facto, nullo tumulorum veſtigio apparente, Eccleſiæ reuerentia conſeruetur. Vbi verò hoc præ multitudine cadauerum difficile ſit facere, locus ille Cœmeterium, & Polyandrium habeatur, ablato inde Altari, & conſtituto ibi religiosè Sacrificium Deo valeat offerri. Beatus Gregorius Primus in miraculis Patrum (ſcilicet *lib.* 4. *Dialogorum*, *cap.* 35.) memoria dignum, & huic rei congruum refert miraculum, in Geneuenſi vrbe contigiſſe. Ibi namque quidam, Valentinus nomine, Mediolanenſis Eccleſiæ defenſor, defunctus eſt, cuius corpus in Eccleſia beati Martyris Syri ſepultum eſt. Nocte autem media in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac ſi quis ex ea violenter repelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces concurrere, & videre duos teterrimos ſpiritus, qui eiuſdem Valentini pedes cum ligatura conſtrinxerant, & eum ab Eccleſia clamantem, ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſunt, & mane facto aperientes ſepulchrum, vbi idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cúmque extra Eccleſiam quærerent vbi proiectum eſſet, inuenerunt hoc in ſepulchro alio poſitum, ligatis adhuc pedibus, ſicut de Eccleſia fuerat abiectum. Ex qua re colligendum eſt, quia hi, quos grauia peccata deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciunt, reſtat vt etiam de ſua præſumptione iudicentur, quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet. Quid igitur loca ſacra ſepultis proſunt, quando hi, qui indigni ſunt ab eiſdem ſacris locis diuinitùs proiiciuntur. Sancta Synodus dixit: Mira res, & multis expauescenda, ideòque per futura tempotum curricula ab omnibus obſeruanda.

21 Hucuſque Concilium Triburenſe, *in præfato Canone* 17. quem, & ſuprà recenſitos, vti eos exſcripſi, ſcribit Petrus Creſpetius, Cœleſtinus Monachus, *in Summa Eccleſiaſticæ diſciplinæ*, *verbo Sepultura*, *pag. mihi* 843. & 844. vbi immediatè poſt Triburenſem Canonem recenſitum, ait. Idem renouat Concilium Nannetenſe, *cap.* 6. & ſignanter vetat, nec vllatenus Laïci in Eccleſia ſepeliantur, ſed in atrio, aut in porticu, aut extra Eccleſiam. Et hæc verba ex illo refert Concilio. Infra Eccleſiam verò, aut propè Altare, vbi Corpus Domini, & Sanguis conficitur, nullatenus habet Sacerdos licentiam ſepeliendi.

22 D. etiam Gregorius Magnus Pontifex huius nominis Primus, *lib.* 12. *Regiſtri*, *indictione ſeptima*, *Epiſtola* 11. prohibet conſecrari Baſilicam, ſi in illa erat aliquod corpus humatum, vti videbimus infrà.

23 Quo itaque ſuppoſito, mirum non eſt Innocentium Papam Tertium, qui anno Domini 1198. ad Eccleſiæ vniuerſalis regimen aſſumptus eſt, *in præfato capite Conſuluiſti*, mentionem de Eccleſia, aut de Baſilica non fecerit, ſed de ſolo Cœmeterio. Eo maximè, quia Decretalem illam conſultò de Cœmeterio, & de humatis in eo, non autem de Eccleſia, aut Baſilica, & de ſepultis in eis condidit Innocentius. Quod apertè ibi Gloſſa, *in figuratione caſus* oſtendit. Sic enim ait. *Caſus Corpora excommunicatorum in Cœmeterio Eccleſiæ ſepulta ſunt. Quæritur vtrum Cœmeterium debeat denuò conſecrari?* Si igitur idem quæreretur de Eccleſia, aut Baſilica, & de tumulatis in eis, aut in earum aliqua, idem procul dubio, quod reſpondit, expreſsè reſponderet Innocentius. Quia eadem, qua Cœmeterium gaudet Eccleſia immunitate, vti ibidem benè Gloſſa ait, *verbo Cœmeteria.* Et quod ea fuerit Pontificis prædicti mens, illa intentio, ex lemmate conſtat recenſitæ Decretali præfixo, quod paucis verbis, eius indicat argumentum, iuxta Paſſerati expoſitionem, *verbo Lemma.* Quod autem noſtra Decretalis ſibi præfixum habet, tale eſt. *Polluitur Eccleſia, vel Cœmeterium, ſi excommunicatus in ea ſepelitur.*

Si igitur ea fuit Pontificis mens, illa Inno- 24
centij intentio, legitimè intelligitur Decretalis illa, de humatione in Eccleſia, ſicut de facta in Cœmeterio. Quia Lex omnem vim, & efficaciam ſuam accipit à mente, & voluntate Legiſlatoris, ita vt in lege, magis attendi debeant, quæ ex Legiſlatoris mente, quàm quæ ex ipſius Legis comprehenduntur verbis, vti benè Marcus Vidal, *in Arca Vitali*, *tit. de Duello*, *inquiſitione* 5. *num.* 29. & Auguſtinus Barboſa, *tractatu de Axiomatibus Iuris*, *Axiom.* 136. *num.* 17. ex *L. Scire Leges*, *ff. de Legibus*, *L. Non aliter*, *ff. de Legat.* 3. *L. Nominis*, *& rei*, §. *Verbum ex Legibus*, *ff. de Verborum ſignificatione.* Surdo, *Deciſ.* 35. *num.* 14. Marco Antonio Gennuenſi, *in Practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.* 144. *num.* 3. Ferrer, *in Conſtitution. Cathaloniæ gloſſa* 4. *num.* 66. & ſicut ratio generalis Legis, reſtringitur ex mente Legiſlatoris, idem Barboſa, *num.* 18. cum Surdo *deciſ.* 9. *num.* 13. & Arenendariz *in Præmio ad Recopilationem Legum Nauarræ*, *num.* 131. Ita è contrario, ratio particularis Legis extenditur, ex Legiſlatoris mente. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina. Vnde argumentum à contrario ſenſu validum eſt in Iure. Barboſa *in tract. locorum communium argumentorum Iuris*, *loco* 77. ex pluribus Iuribus, & Doctoribus, quos allegat. Et ſic ratio Legis, ſeu Conſtitutionis *capitis Conſuluiſti*, bene ex mente Innocentij Tertij, illius conditoris, de Cœmeterio, ad Eccleſiam, & Baſilicam in noſtra extenditur ſententia.

Sed inſtabis. De mente Pontificis non con- 25
ſtat legitimè, cum in textu dictæ Decretalis, illius ratio non exprimatur, nec vllum contineat verbum, ex quo præfata mens colligi queat. Nec illam exprimere valent illius titulus, ſeu lemma, nec Gloſſa, cum neutrum Author ſcripſerit Decretalis ipſius. Præter quàm quod, nec ſic bene obiectioni fit ſatis. Quæ quidem in veſtra propoſitione fundatur, quæ aſſerit. Vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem eſt Iuris diſpoſitio: & vbi maior fuerit ratio, eadem ſaltem erit Iuris diſpoſitio, & à fortiori.

Huic replicæ reſpondeo. *Primò*, quod licet 26
in noſtra Decretali illius non exprimatur ratio, vnanimi omnium conſenſu Doctorum intelligitur eſſe iſtam: vt ſcilicet vereantur homines eis in ſacris communicare mortuis, quibus non communicabant viuentibus. Quæ vtique

ratio,

ratio, ſi non in textu illo *capitis Conſuluiſti* exprimitur, in aliis Iuris Canonici textibus, apertis demonſtratur verbis. Et non ſolùm ab aliis Supremis Eccleſiæ Legiſlatoribus, ſed ab eodemmet Innocentio Tertio dictæ Decretalis *Conſuluiſti*, conditore. Vidim. *Diſquiſitione 4. num. 5. & 7.* vnum, & alterum textum. *Primum*, iuxta Decretalium ordinem, ex *cap. Sacris, el 12. de Sepulturis*, qui certè titulus præcedit titulum *de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, in quo eſt *dictum Caput Conſuluiſti*, & ad quem propriè iſtius materia, quæ eſt de Sepultura: & alium ex *cap. A Nobis, el 28. de ſententia excommunicationis.* Poſterior quidem tam ordine, quàm tempore. Et in eadem materia ſepulturæ excommunicati, & in quo fit ſatis expreſſa mentio, tam *capitis Sacris*, quàm *capitis Conſuluiſti*: ibi. *A Nobis eſt ſæpe quæſitum, &c.* Cum igitur in primo, & tertio capite, expreſſa ſit eorum ratio, expreſſa, & in ſecundo cenſetur, cum eadem ſit trium omnium materia: & cum in tertio, ſecundi fiat mentio præfata. Eo maximè, quia *tacuti, & expreſſi, idem eſt iudicium*: Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom. 218. numero 1.* ex *L. Cum quid ff. ſi certum petatur L. ſi filiusfamil. ff. eod. tit. L. vlt. ff. de Legatis 2. L. Item quia, ff. de Pactis. L. vlt. Cod. Qui bonis cedere poſſunt.* Federico de Senis, *conſil. 100.* Conarruuia, *in capite Quamuis pactum, de Pactis, in 6. part. 2. in initio num. 6.* Menochio, *conſil. 108. numero 54. & conſil. 183. numero 8. & 30. & conſil. 461. numero 45.* & *de Præſumptionibus, lib. 4. præſumpt. 40. numero 8.* & ex aliis, quos recenſet.

27 Huiuſmodi autem noſtra *capitis Conſuluiſti* interpretatio, eò magis eſt admittenda, quatenus conformis Iuri communi anteriori & poſteriori, vti modò vidimus, ex quo eſt fauorabilis. Rota in vna Seguntina dimidiæ Annatæ, 7. Maij, de Anno 1607. coram Manzanedo, apud Farinacium, *tomo 3. deciſionum, la 199.* & ad calcem mearum QQ. Paſtoralium, *la 11.* vbi ſic, *numero 2.* decidit. Quæ interpretatio eò magis eſt admittenda, quatenus per illam reditur ad Ius communè, ex quo eſt fauorabilis. Dec. *conſil. 3. num. 5.* Aym. *conſ. 35. numero 38.* Sarnen. *in Regulam, de Iure quæſito non tollendo, quæſt. 16. num. 2.* Hæc S. Rota. Ergo multò magis interpretatio noſtra eſt admittenda, & fauorabilis, quatenus per illam non redimus ad Ius commune, ſed in illo, fixo ſtamus pede. Et per conſequens, extendi poteſt, & debet à Sepultura Cœmeterij, ad Eccleſiæ ſepulturam: in qua maior eſt cum viuis, & defunctis reſpectiuè communicatio, quàm in illa Cœmeterij, iuxta ea, quæ diximus *Diſquiſit. 4. dub. 2. numero 3.* In Eccleſia namque communicamus in Sacrificiis, Sacramentis, Diuinis, Officiis, ſacris, concionibus, & Sepulturis; in Cœmeterio verò, in Sepulturis tantùm communicamus.

28 *Secundò* reſpondere poſſem: quod etiamſi non reperiretur expreſſa Innocentij Papæ mens in *cap. Sacris*, & in *cap. A Nobis*, ſatis expreſſa eſſet in lemmate *capiti Conſuluiſti*, præfixo, & in caſu ab eius Gloſſa figurato. In lemmate quidem, quia vel authoritate eiuſdem Innocentij fuit ei præfixum, vel authoritate æqualem habentis poteſtatem, Gregorij ſcilicet Papæ Noni, Decretalium voluminis Compilatoris. In caſu autem Gloſſæ: quia hæc cæteros omnes antecellit Doctores: & quia quando textus non reperitur, Gloſſæ opinio, legis vigorem habet. Vtrumque pro nunc, ex aliorum ſententia ſufficiat aſſerere. Periodum Dominus Ioſephi Felius, & Cerezo, *in Margarita variarum concluſionum, verbo Opinio*, exhibeo.

Opinio (inquit) Gloſſæ, ſemper eſt ſequenda, 29
niſi vſus, & conſuetudo ſit contraria. Iacobus Butrigartis, in *L. 1. Cod. Qui pro ſua iuriſdictione*, & Bartolus Baldus, Alexander, & Iaſon *in L. Vt vim, ff. de Iuſtitia, & Iure* omnes vno ore dicunt Gloſſam, authoritate cæteros omnes Doctores antecellere: à quorum opinione, non multum recedere videtur Ioannes de Imola, in *L. 1. col. 2. de Vulgari, & populari ſubſtitutione.* Vbi docet Gloſſam ſufficere pro textu quando textus non reperitur. Cuius opinio hodie etiam in foro, & tribunalibus recepta eſt, in quibus Gloſſæ opinio Legis vigorem habet. Io. Hennequinus, *in tractatu Notarum ad Accurtium, in principio*, de authoritate Gloſſæ. Huc vſque Author præfatus, pro nobis ſatis opportunè.

Ad illud autem, quod ad hominem nobis obii- 30
citur, ſcilicet: Vbi eadem eſt Iuris ratio, eadem eſt Iuris diſpoſitio, &c. locum habere in materia fauorabili, & extenſibili, & in conformi Iuri communi, & in eodem Iure contenta, tanquam certum reſpondeo. Huiuſmodi autem eſſe, de qua in noſtra ſententia, oſtendiſſe me credo. Plura enim in idem oſtendi. *Primum* ſit, rationem *capitis Conſuluiſti*, hanc eſſe: vt non communicemus mortuis, quibus non communicauimus viuis. Cum autem hæc communicatio maior ſit in Eccleſia, quàm in Cœmeterio, bene fit quod ſi ex vi dicti capitis polluitur Cœmeterium ob communicationem, per eandem ipſa polluatur Eccleſia.

Secundum, pro maiori primi explicatione, ſit. 31
Hæc materia fauorabilis eſt; quia ob reuerentiam loco ſacro debitam, prohibita eſt Sepultura in Cœmeterio fieri. Ergo cum ſacratior iſto Eccleſia ſit, ſepultura & in Eccleſia cenſetur prohibita.

Tertium. Prohibitionem hanc, ne ſcilicet in 32
Eccleſia excommunicatus non toleratus ſepeliatur, haberi oſtendi in ipſo *capite Conſuluiſti*, ſi non in formali eius diſpoſitione, in eius lemmate, & Gloſſa & ſic benè valet eius extendi diſpoſitio ad ſepulturam in Eccleſia pro excommunicato non tolerato minimè faciendam.

Inſtabis iterum. Lex *capiti Conſuluiſti* pœnalis 33
eſt, per vos, & reſtringibilis ad caſum in ea expreſſum. Ergo non eſt fauorabilis, & extenſibilis.

Reſpondeo præfatam Legem eſſe fauorabi- 34
lem, & odioſam, extenſibilem, & reſtringibilem. Fauorabilem quidem, & extenſibilem, prout reſpicit conſeruationem decoris, & reuerentiæ debitæ loco ſacro; odioſam verò, & reſtringibilem, prout prohibet ſepulturam in illo, pro excommunicato non tolerato. In prima conſideratione; & ratione eius dici poteſt abſolutè fauorabilis. Quia Lex illa abſolutè fauorabilis eſt, quæ reſpicit bonum publicum Religionis, quamuis particularibus perſonis aliàs odioſa ſit. Exemplum ſit in Lege *Canonis Si quis ſuadente diabolo*, quæ odioſa, & pœnalis eſt iniicientibus violentas manus in Clericum, vel Monachum cum maiori excommunicatione Papæ reſeruata illos afficiat; nihilominus tamen abſolutè fauorabilis

eſt, quia reſpicit decorem, & reuerentiam toti Ordini Clericali debitam, iuxta ea, quæ tradidit Ægidius Coninк, *de Excommunicatione, diſputat.* 14. *dub.* 15. *num.* 168. *verſic. Nota tamen primo*, ex *cap. Contingat, el* 36. *de ſententia excommunicationis*, vbi ita præfatus Innocentius Papa Tertius. „Nos autem fraternitati tuæ ſuper hoc reſpondemus, „quod huiuſmodi manus iniectio, etſi non violenta, tamen iniurioſa videtur: cum ille Canon non „tam in fauorem Clerici ordinati, quàm in fauorem „Ordinis Clericalis fuerit promulgatus. Et ita extenditur, vt non ſolùm comprehendat viros, quos tantùm comprehendere deberet, ſi pœnalis, & odioſa tantum eſſet. Ait enim: *Si quis* & *illum.* Sed etiam mulieres afficit. Gloſſa ibi, *verbo Si quis*, ex *L.* 1 *ff. de Verborum ſignificatione.* Patetque ex *cap. De Monialibus, mox recenſendo.* Comprehendit etiam ipſum patientem, ſi ſeipſum violenter percutiat Clericus. Coninck, *num. citato, & num.* 170. & communiter Doctores. Et ſequitur ex ratione dicti *capitis Contingit.* Et hoc verum, non obſtante, quod textus Canonis allegati ſatis clarè diſtinguat agentem, à patiente tanquam à perſona diſtincta.

35 Extenditur etiam eius diſpoſitio in fauorem Religioſorum cuiuſcumque Ordinis, & ſexus, tam profeſſorum, quàm Nouitiorum, etiam Laicorum, Conuerſorum, Oblatorum, Donatorum, & Tertiariorum: immò, & Heremitarum ſub obedientia Prælati Eccleſiaſtici alicui Eccleſiæ deſeruientium; cùm tamen Innocentius Papa Secundus, in præfato Canone, ſolum de Clerico, & de Monacho expreſſam faciat mentionem. Ita enim conſtituit. Si quis ſuadente diabolo, huius ſacrilegij vitium, ſeu crimen incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere: niſi mortis vrgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat. Hactenus Innocentius II. illius conditor Canonis.

36 Quod autem Canon iſte, quamuis pœnalis, extendatur ad perſonas in eo non expreſſas, euidenter omnino, ex pluribus aliis Iuribus, illum ſupponentibus, & ex vi illius excommunicatos percuſſores decernentibus, demonſtratur. Nonnulla libuit recenſere, vt præ oculis habeat Lector, non vnum, ſed plura huius veritatis teſtimonia. In primis enim de Monachis, & de Canonicis Regularibus ſeipſos percutientibus, decernit Alexander Papa Tertius, non eſſe ad Apoſtolicam Sedem mittendos. *Cap. Monachi, el* 2. & *cap. Non dubium el* 5. *de ſententia excommunicationis*, vbi idem „Pontifex ait: Non dubium eſt, quod hi, qui vio„lentas manus in Clericum, vel Canonicos, aut „cuiuſlibet Religionis Conuerſos, iniiciunt ex Con„ſtitutione Concilij, (17. *quæſt.* 4. *Si quis ſuaden„te*, exponit ibi Gloſſa, *verbo Ex Conſtitutione*) ſen„tentiam excommunicationis incurrunt. Hæc ibi Alexander. In *cap. De Monialibus, el* 33. *eod. tit.* „Innocentius Tertius, ſic decreuit. De Monialibus „tua à Nobis fraternitas requiſiuit, per quem ſit eis „beneficium abſolutionis impendendum, ſi vel in ſe „inuicem, vel Conuerſos, vel Conuerſas ſuas, aut „Clericos etiam manus iniecerint temerè violentas. „Super hoc igitur tuæ conſidtationi taliter reſponde„mus, vt per Epiſcopum in cuius Diœceſi Monaſte„rium fuerit, abſoluantur. Et in *cap. Religioſo, el* 21. „*eod. tit. lib.* 6. Ita de Nouitiis, Bonifacius Papa „Octauus. Quamuis autem, qui Religionem ingreditur, Religioſus cenſeri cum effectu non poſſit, „donec ſit tacitè, vel expreſsè profeſſus: ſi quis „tamen violentas manus in eum iniiciat, excom„municationis latæ à Canone (17. *q.* 4. *Si quis „ſuadente*, ait ibi Gloſſa, *verbo A Canone*) vincu„lum non euadit. „

Quoad Tertiarios, Dominicanos, & Franciſca- 37
nos, contra Caietanum *in Summa, verbo Excommunicatio, cap.* 10. §. *Nota ſeptimò.* Coninк, *de Excommunicatione, diſputat.* 14. *dub.* 15. *num.* 164. Et generaliter de Tertiariis, Auguſt. Barboſa *in dictum Canonem, num.* 25. ſic ait. Tertiò inſertur Tertiarios collegialiter viuentes, ſub habitu, & voto aliquo expreſſo, gaudere priuilegio Canonis, & aliis omnibus, quibus Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum geſtant, potiuntur, & gaudent; ſecus autem ſi in propriis domibus habitent, vt per Fr. Emmanuelem, *tom.* 2. *quæſtionum Regul. quæſt.* 65. *artic.* 5. Layman. *dicto cap.* 5. (ſcilicet *lib.* 1. *tract.* 5. *partis* 2.) *num.* 4. *verſic. Dubitatur autem primò de Tertiariis*, & plures alios per me citatos *dicta allegat.* 12. *num.* 41. Bonacina *dicto puncto* 1. *num.* 8. (de *Cenſuris* ſcilicet, *diſputat.* 2. *quæſt.* 4. Portel. *vbi ſuprà, num.* 8. (*de dubiis* ſcilicet *Regular. verbo Manus violentæ.*)

Et quoad Heremitas, qualitatibus recenſitis *num.* 35. prædictis, idem Ægidius Coninк, *loco citato.* Eligius Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Excommunicatio* 7 §. *vnico* in dictum Canonem, *ſi quis ſuadente diabolo, num* 4.

Ex quibus omnibus manifeſtum fit, præfatam 38
Canonis Legem abſolutè eſſe fauorabilem. Quod etiam in terminis docuit Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *cap.* 1. vbi ad dignoſcendum, quænam Lex ſit fauorabilis, quænam verò odioſa, hanc tradidit regulam. Expendendum prudenter eſt (inquit) ex intentione Legiſlatoris, materia, & circunſtantiis, quis reſpectus ſit, qui habita ratione æquitatis, & communis boni, facit vt Lex ſimpliciter habenda ſit fauorabilis, vel odioſa. Lex ſanè excludens fœminas ab hæreditate, ſimpliciter habetur odioſa, & reſtringenda, quia ille fauor maſculorum priuatus eſt, & non neceſſarius, immò nec valdè vtilis ad pacem, & morum honeſtatem. E contrario Lex. *Si quis ſuadente*, quia habet publicum bonum Religionis, putatur ſimpliciter fauorabilis, extendenda. Hucuſque præfatus Doctor.

Ei conſonat Ioann. Baptiſta Lezana, *in Summa* 39
QQ. Regularium, tomo 2. *parte* 4. *verbo Leges Regularium, num.* 34. in hæc prorumpens verba. Quando verò res dubia fuerit, ita vt id cognoſci non poſſit, attendi debet ad primarium finem Legiſlatoris, ita vt ſic ille ſit fauorabilis, Lex etiam fauorabilis ſit; ſi autem ſit odioſus, Lex odioſa cenſeatur. Couarruuias *lib.* 2. *Variarum, cap.* 11. *num.* 5. Sanchez, *lib.* 1. *de Matrimonio, diſputat.* 1. *num.* 4. Bonacina, *de Legibus, diſputat.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 13. Ex quo collige, Legem illam, quæ immediatè, & principaliter reſpicit vtilitatem publicam, cum illa proſit multis, eſſe dicendam fauorabilem. Nauarrus. *lib.* 1. *Conſiliorum, de Conſtitutionibus, conſil.* 3. *num.* 6. Miranda, *in Manuali Prælatorum, tom. quæſt.* 25. *artic.* 26. *concluſ.* 12. Hæc Doctus Lezana, quem in parte lubens ſequutus fui in quæſtionibus Paſtoralibus, *in Diſquiſit. Paſtorali, de Iure Prioris annexi, num.* 50. & iterum ſequor; in ſenſu tamen modo, duplici ſequenti numero, exponendo.

Et

40 Et licet verum ſit, quod ad dignoſcendum quænam diſpoſitio legis ſit fauorabilis, vel odioſa, conſiderari debeat primarium illius intentum, ita vt fauorabilis ſit, ſi in alicuius ſtatuatur fauorem, licet in odium, & damnum redundet alterius; & è contra, odioſa ſit, ſi primarium legiſlatoris intentum, in odium, & pœnam ſit alicuius, licet in alterius fauorem cedat. Quia ex primario fine diſpoſitio attendenda eſt, vti benè Thom. Sanchez *vbi proximè* colligit ex Gloſſa, *in cap. ſi propter, el* 10. *de Reſcriptis, lib.6. verbo Primi anni.* Vbi illius diſpoſitionem, de reſeruatione fructuum vacaturæ Epiſcopo mortuo, fauorabilem eſſe aſſerit: quia principaliter in fauorem Epiſcopi edita eſt, vt debita ſoluat, quamuis ſecundariò in damnum eorum, quibus obuenire illi debebant, redundet. Quod etiam tenet ibi Dominicus, *num.9.* & Francus, *num.6.* Gloſſa, *in cap. Sciant cuncti, verbo Alios, el* 12. *de Electione, lib.6.* & ibi Dominicus, *in fine*, Francus, etiam *in fine.* Bart. *in L. Qui exceptione*, 40. *in princ. num.*2. per illum textum, *ff. de Condictione indebiti*, & ibi Albericus, *num.*1. Salicetus, *num.*1. idem Bart. *in L. ſi quis nec cauſam, in princip. numero 6. ff. ſi certum petatur, & ibi* Paulus, *num.*4. Felinus, *cap.* 1. *de Sponſalibus*, *num.* 14. *verſic. Aliud eſt, & cap. Non dubium, num.*2. *verbo Pœnali, & 5. de ſententia excommunicationis*, vbi dicit eſſe optimum textum ad hoc probandum, *cap. Statuto perpetuo*, §. *Statuimus, el* 12. *de Decimis, & Primitiis, lib.6.* ibi: cum non ſit dicendum aſperum, ſed pium potius, & benignum, ſi ſuper decimis futurorum noualium contra Parochialium Eccleſiarum grauamen, (quod ex diſtinctione indulti huiuſmodi poſſit accidere) taliter obuiatur. Tenent etiam Additio ad Panormitanum, *dicto cap. Non dubium, num.*3. *verbo Pœnali.* Syluester *in Summa, verbo Interpretatio, fin.* Mandoſius *Regula* 10. *de Annali, quæſt.*3. *num.*7. & Flaminius Pariſius, *de Reſignatione Beneficiorum lib.*12. *q.*2. *n.*23. *cum ſeqq.*

Cum Grano tamen id intelligi debet. Non enim ex eo quod primum legiſlatoris intentum fauorabile ſit, abſolutè extendenda eſt legis diſpoſitio, & in omnibus, ſi ſecundariò alicui noceat; & è contra, ſi primarium intentum pœnale ſit, & odioſum: ſecundariò alicui proſit, non eſt in omnibus reſtringenda diſpoſitio: ſed vtraque debet diſpoſitio extendi in eo, quo eſt fauorabilis; reſtringi autem in eo quo pœnalis eſt, & odioſa, & arctari debet. Ac per conſequens, ad dignoſcendum, quænam ſit pœnalis Lex, aut fauorabilis non ſufficit attendere primum, legiſlatoris intentum, niſi in caſu ſolùm, quod in legis diſpoſitione odium à fauore diſtingui nequeat.

41 Hanc præfatæ communis doctrinæ intelligentiam, à Sapientiſſimo Magiſtro Thoma Sanchez loco reddito didici: cuius verba non grauabor hîc exſcribere, quia pro noſtra firmanda, non parum prodeſt. Ita enim fatur. Hæc tamen doctrina, quamvis ita communiter recepta ſit, non caret graui ſcrupulo: quia Ioannes Andreas, *cap.*1. *de Locato, num.* 5. apertè ſentit, Conſtitutionem emanatam principaliter in fauorem, ſi pœnam tamen contineat, reſtringendam eſſe, vt aduertit ibi Panormitanus, *num.*10. qui ſic conciliat, vt extendenda ſit, quatenus eſt fauorabilis; reſtringenda verò, quatenus eſt odioſa. Idem Gloſſa, *L.*2. *Cod. de in Ius vocando, verbo Liberis*; vbi Bartolus, *num.*1. Baldus, *num.*4. Alexander, *num.*5. Salicetus, *num.*2. & 3. Iaſo, *num.*4. Paulus, *dicta L. ſi quis nec cauſam, numero* 5. Alciatus, *L.*5. Parad *cap.*16. *num.*6. Quare videtur corruere illa doctrina communis. Si enim quatenus fauorabilis eſt Conſtitutio, extendi debet, quatenus autem pœnalis, reſtringi, iam non attenditur principale Conſtitutionis intentum, ad diſcernendum an ſit fauorabilis, & extendenda, necne. Sed ea doctrina communis, vt vera ſit, intelligenda eſt, quando odium à fauore diſtingui nequit. Tunc enim ex principali intento fauoris, aut odij, iudicanda eſt fauorabilis, aut odioſa. Quoties verò fauor, & odium diſtingui commodè poſſunt, tunc verum habet alia doctrina hîc tradita, vt extendenda ſit, quatenus eſt fauorabilis; reſtringenda verò, quatenus eſt odioſa. Sic Couarruuias *lib.*1. *Variarum, cap.*11. *num.*5. Huc vſque Sanchez.

Quibus poſitis, facilis euadit ſolutio per argu- 42
mentum in contrarium factum petita. Lex *capitis Conſuluiſti*, pœnalis eſt, & reſtringibilis ad caſum in ea expreſſum, diſtinguo antecedens. Eſt pœnalis, & reſtringibilis, quatenus prohibet ſepeliri excommunicatum non toleratum in Sepultura Eccleſiaſtica, ſub pœna pollutionis illius, concedo antecedens: non enim præfata Decretali alia actio prohibetur, ſub dicta pollutionis pœna, ſeu de non vtendo in futurum Cœmeterio, ſine noua conſecratione, aut benedictione, niſi ſepelitio excommunicati denunciati, aut notorij Eccleſiaſtici percuſſoris. Vnde extendi nequit ad aliam actionem quamlibet; quæ tumulatio non ſit excommunicati prædicti. Eſt pœnalis, eſt reſtringibilis, quatenus hanc eandem actionem ſepelitionis talis excommunicati ſolùm prohibeat fieri in Cœmeterio, & non pro Eccleſia prohibeat, nego antecedens: & nego conſequentiam. Quia benè poteſt vna Lex eſſe pœnalis ſecundùm quid, ſeu ſecundùm vnum reſpectum, & conſiderationem, & reſtringibilis: ſecundùm illam; & ſecundùm aliam eſſe abſolutè fauorabilis, & extenſibilis, qualis certè eſt præfata Lex *capitis Conſuluiſti.* Eſt enim, vti diximus abſolutè fauorabilis, & extenſibilis, quatenus reſpicit bonum publicum, & commune venerationis, & reuerentiæ loco ſacro debitæ, & non communicationis fidelium poſt mortem, eis, quibus viuentibus non communicabant. Et ſecundùm iſtum reſpectum, extenſibilis eſt, à loco ſacro Cœmeterij, ad locum ſacrum Capellæ, Baſilicæ, ac Eccleſiæ, ob maioritatem rationis; & ſecundùm quid, ſeu minùs principaliter, eſt pœnalis, prout punitionem reſpicit excommunicati vitandi: ſecundùm quem reſpectum reſtringibilis illa eſt ad talis excommunicati punitionem, ita vt extendi nequeat ad punitionem ſuſpenſi, interdicti, irregularis, latronis, homicidæ, &c. Vnde ex vi legis præfatæ, non prohibentur ſepeliri, non ſolùm in Eccleſia, Baſilica, aut Capella ſuſpenſus, interdictus, &c. ſed nec in Cœmeterio.

Quod quidem omnino manifeſtum ſit exemplo 43
recenſitæ Legis, *Canonis, ſi quis ſuadente Diabolo:* quæ abſolutè, vti vidimus, & ſimpliciter fauorabilis eſt, & extenſibilis quoad perſonas, tam delinquentes in percuſſione Eccleſiaſticæ perſonæ, quàm patientes ipſam percuſſionem, in quantum reſpicit commune Ordinis Clericalis bonum: & ſecundùm quid, ſeu minùs principaliter eſt pœnalis, & odioſa, ac reſtringibilis quoad actionem, in ea, ſub excommunicationis pœna, prohibita: percuſſionis ſcilicet, ſeu iniectionem manuum violentam in Clericum, vel Monachum, ſuadente Diabolo: ita vt non ſolùm extendi nequeat ad percuſſionem merè Laici, ſed neque ad percuſſionem Clerici, aut Monachi,

nachi, quæ violenta non ſit, & iniurioſa, ac ſuadente diabolo: aut ad aliam actionem, quàm realem, & corporalem percuſſionem eorum, qui ſub nomine Clerici, aut Monachi veniunt in præſenti, iuxta dicta *ſuprà num.* 34. 35. *&* 36. aut rerum quidem corpori Clerici, aut Monachi coniunctarum, quales ſunt res, quas manu tenent, equus, aut aliud animal, cui inſident, veſtes, quibus operiuntur, &c. vti Coninch, *de Excommunicatione, diſput.* 14. *dub.* 15. *num.* 165. *verſic. Debet autem.* Baſſæus, *tomo* 1. *verbo Excommunicatio VII.* §. *vnico* ad dictum Canonem, *num.* 2. *verſic. Per manus violentas*, cum Toleto, *in Summa, lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 4. Reginaldo, *lib.* 1. *num.* 205. *& ſeqq.* Filliucio, *tract.* 15. *numero* 15. 16. *& ſeq.* Suarez, *de Cenſuris, diſput.* 22. *ſect.* 1. Molina, *tomo* 4. *tract.* 3. *diſput.* 52. Nauarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 78. Crouſers, *ad cap.* 7. *Regulæ Minorum lect.* 16. *fol.* 633. Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Clericus, num.* 7. *pag. mihi* 135. cum Sylueſtro, *verbo Excommunicatio* 6. *num.* 5. Caietano, *in Summa, eod. verbo, cap.* 10. Laymano, *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 12. *num.* 5. Auguſtinus, Barboſa, *in dictum Canonem, num.* 33. vbi in ſequentia prorumpens.

Tertiò fit conſequens, etipientem aliquid per vim, & iniuriam de manibus Clerici, vel corpore eius, puta librum, pileum, aut veſtem, & ſimilia, aut illam ſcindentem, ſiue frangentem, aut detinentem Clericum per veſtem, & non permittatur abire, ſeu capientem frænum equi, in quo Clericus inſidet, incurrere excommunicationem huius Canonis. Allegat præter Nauarrum, *num.* 77. & Laymanum *lib.* 1. *tract.* 5. *de Excommunicatione, part.* 2. *cap.* 5. *ſub num.* 5. *verſic. Manus.* Hondedœum, *conſil.* 103. *num.* 1. *cum ſeqq. & num.* 24. *volum.* 1. Hippol. *ſing.* 188. Bernardum Diaz, *Reg.* 95. Ioannem Garciam, *Reg.* 175. *num.* 3. Menochium, *de Arbitrariis, caſu* 389. *num.* 17. Bonacinam, *de Cenſuris, diſput.* 2. *quæſt.* 4. *puncto* 1. *num.* 12. Belletum, *Diſquiſitionum Clericalium, part.* 1. *tit. de Fauore Clericorum Canonis*, §. 1. *num.* 5. & Carolum de Graſſis, *de Effectibus Cleric. effectu* 9. *num.* 88. *&* 95. Vnde fit, Clerium violenter eripientem de manibus meis librum à ſe exhibitum in officio Secretarij Curiæ Epiſcopalis Pampilonenſis, tanquam inſtrumentum commune quorumdam Vicarioruin, quorum cauſam in iudicio gerebat, vigore ſpecialis mandati, & Cœnobij mei Hyrachenſis, ex aduerſo principalis, cui de mandato Iudicis, & mihi tanquam illius Procuratori, liber ille fuerat communicatus, excommunicationem præfati Canonis contraxiſſe. Quod efficaciter probat dictum Naldi, *verbo Clericus num.* 21. per hæc verba Clerico è manu rem propriam, quæ ipſi fuerat commodata, eripiens ante tempus, incurrit excommunicationem. Et ideò hoc corollarium, poſt communiſſimam Doctorum opinionem appono, vt demonſtrem, quam erroneè, & temerariè aſſeruerit præfatus percuſſor, excommunicationem ob facinus, quod retuli, non contraxiſſe, & vt ad meliorem mentem redeat, ſi fortè in eodem iaceat errore, quando legat, quod trado in ſcriptis, & in voce reddidi quando caſus contigit, & credere renuit, recuſauit.

44 Neque extenditur Lex dicti Canonis ad iniuriam Clerico, aut Monacho factam, per percuſſionem minatam, non tamen exercitam. Ægidius Coninck, *vbi ſuprà, verſic. Hìc non ſufficit*, vbi exemplificat in eo, qui manum eleuat ad alapam impingendam, non tamen illam deſcendat: vel ſi in Clericum proiiciat lapidem, aut quid aliud ſimile, & erret. Quæ doctrina vera eſt, etiamſi caſu, & præter intentionem percutiat alterum Clericum proximè adſtantem. Barboſa *in dictum Canonem, num.* 52. cum Suarez *tom.* 5. *in* 3. *partem D. Thom. diſput.* 22. *ſect.* 1. *n.* 54. & cum eodem Coninck, *dicto dub.* 15. *num.* 197.

Neque extenditur ad Clericum, vel Monachum ſeipſum percutientem pœnitentia. Coninck, *numer.* 169. Neque extenditur ad Prælatos, Eccleſiaſticos, Magiſtros, Pædagogos, & alios quoſcumque, qui ad honeſtum aliquid docendum, vel in officio Clericos continendos aſſumuntur, titulo correctionis illos moderatè punientes, prout ratio culpæ, perſonæ qualitas exigit, & conſuetudine eſt receptum. Caſtrus Palaus, *part.* 6. *operis Moralis, tract.* 29. *de Cenſuris, diſput.* 3. *punct.* 23. §. 3. *num.* 6. *ex cap. Super eo, el* 1. *cap. Ex tenore, el* 10. *& cap. Cum voluntate, el* 54. *de ſententia excommunicationis.* Ex eiſdem Iuribus, ex Sylueſtro *verbo Excommunicatio* 6. *num.* 6. *caſu* 8. & Nauarro, *in Manuali cap.* 27. *num.* 81. Ioannes Bapt. Lezana, *verbo Clericus num.* 9. Vbi doctrinam extendit ad patrem reſpectu filij, etiam in ſacris conſtituti, ex Sylueſtro *ibidem*, Nauarro, *num.* 82. & Suarez *dicta ſect.* 1. *num.* 48. Barboſa, *num.* 67. ſentit cum aliis probabiliorem eſſe contrariam ſententiam.

Nec denique extenditur ad percutientes in caſibus ſequentibus. I. Quando ſolùm per iocum quis Clericum percutit. Lezana, *num.* 9. cum Toleto, *lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 1. Barboſa, *num.* 54. cum Abbate *in cap.* 1. *de ſent. excom. num.* 4. & Gloſſa *verbo De Familia in cap. cum voluntate*, § *fin.* & Hoſtienſi *ibi, num.* 12. *eod. tit.* & aliis II. Quando fortuitò percutit, & non prauo animo, vti contingit oſtiario, aut Principis miniſtro irruentem turbam cohibenti. Lezana *ibidem ex cap. Si verò de ſent. excomm.* & Bonacina, Iacobus de Graffis, *in deciſionibus aureis part.* 1. *cap.* 49. *num.* 50. III. Quando percutit vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad defenſionem ſui honoris, pudicitiæ, aut rerum ſuarum. Lezana, ex *cap. Si verò, & cap. Ex tenore de ſent. excom.* Graffius, *num.* 46. *&* 47. Barboſa, *in dictum Canonem, num.* 57. *&* 58. qui quoad defenſionem pudicitiæ aduertit, cum pluribus quos recenſet, quod etiam Graffius admonuerat, quod ſi Clericus ſolùm verbis aggrediatur, niſi valde moleſtus ſit, vt mulier ſe ab eo aliter liberari non poſſe, quàm fuſte, aut verbere, percutere non licere. Ampliant doctrinam Lezana, cum Laymano, *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 12. *num.* 8. & cum aliis penes eum, & Barboſa, vt procedat etiam in defendente perſonam alterius. Dummodo innocens ille ſit, addit Lezana. IV. Quando Clericum iniuriam ferentem, vel in flagranti graui crimine deprehenſum, de fuga ſuſpectum, quis capit, vt ſuo Eccleſiaſtico Iudici præſentetur. Graffius, *num.* 49. Lezana cum Nauarro, *cap.* 27. *num.* 81. *&* 85. Toleto, *dicto cap.* 23. *num.* & Laymano, *loco citato*, §. *Tertia.* V. Quando quis percutit incontinenti Clericum inuentum turpitur cum vxore, matre, ſorore, aut propria filia Lezana, cum Nauarro, *num.* 84 & Suarez *dicta ſect.* 1. *num.* 37. Barboſa, *num.* 59. cum pluribus Graffius, *num.* 45. Baſſæus, *num.* 6. *verſic. Quintò.* Turpiter inuenitur, inquit Barboſa, *num.* 60. qui actum quemcumque impudicum exercet, veluti oſculando, amplexando, vel ſi reperiatur ſolus cum ſola in loco ſuſpecto, & apto ad turpes actus exercendos, ſicuti docent (inquit) Co-

uarruuias,

uarttuuias, *de Sponſalibus, part.*2. §.6. *num.*3. Suarez *ſect.*1. *num.*37. Bonacina *dicto num.*5. (ſcilicet *de Cenſuris, diſput.*2. *quæſt.*4. *puncto* 4.) *verſic Rogabis ſecundo.* Vbi ſubdit ſufficere vt maritus percutiat Clericum loquentem cum ſua vxore, abſque alio turpi actu, quando illum prius ter admonuerat, & ipſe noluit deſiſtere. Belletus *dicto* §.2. (ſcilicet, *Diſquiſitionum Clericorum, part.*1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*) *num.*9. *verſic. Item ſi Clericus,* vbi limitat ſi deoſcularetur eaſdem mulieres in publico ſecundùm conſuetudinem patriæ, provt fit in Gallia, in Sabaudia, & in Polonia. Hæc Barboſa.

§. V.

Sententiæ noſtræ probatio continuatur.

BREVIARIVM.

Axioma.

Conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum. n.46. 47.

Cœmeterium.

*Eccleſiæ acceſſorium eſt Cœmeterium.*n.48.

*Cœmeterium ſi Eccleſiæ ſit contiguum, ſub nomine Eccleſiæ venit.*n.48.

*Polluta Eccleſia, Cœmeterium illi contiguum pollutum cenſetur.*n.48.

Communio.

*Maior communio fit quoad Diuina, in Eccleſia, quàm in Cœmeterio.*n.46.

Connexi.

Diſpoſitum à Lege in vno connexorum, in alio diſpoſitum cenſetur. n.48.

Diſpenſare.

Poſſunt Epiſcopi diſpenſare, vbi non eſt prohibitum. n.47.

Eccleſia.

*Dignior eſt Eccleſia Cœmeterio.*n.46.

*Cœmeterium Eccleſiæ contiguum ſub Eccleſiæ venit nomine.*n.48.

Interdictum.

*Interdicta ciuitate, caſtro, aut villa, ſuburbia pariter interdicta ſunt.*n.49.

Lex.

*Eſt ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam habet Communitatis promulgata.*n.45.

*Omnis Lex prudens, & iuſta eſſe debet.*n.45.

Extendi debet ad caſum in ea non expreſſum, quoties aliàs ſequeretur iniquitas, abſurditas, aut imprudentia in Legiſlatore. n.45.

Quæ diſponit Lex in vno connexorum, in alio diſponere cenſetur. n.48.

*Quando inutilis, & illuſoria redditur Lex aut vilipendi valet, ſi non extendatur vltra verborum proprietatem naturalem, & ciuilem, extendi debet ad impropriam ſignificationem.*n.49.

Licitum.

*Cui non licet, quod minus eſt, neque quod maius eſt licebit.*n.46.

Pollutio loci ſacri.

*Polluta Eccleſia, polluitur Cœmeterium ei contiguum.*n.48.

Pollutio loci ſacri, illum ſupponit ſacrum, id eſt conſecratum, aut benedictum. n.50.

Regula.

Cui licet, quod eſt plus, licet vtique quod eſt minus. n.46.

VLteriùs probatur ſententia, quam ſequor, & quod graue habeat fundamentum oſtenditur. Quando iniquitas, abſurditas, aut imprudentia in Legiſlatore ſequitur ex eo, quod Lex non extendatur ad aliquem caſum ſub lata forma verborum Legis non comprehenſum, ad illum lex debet extendi, ne aliquod ex his ſequatur inconueniens. Caſtrus Palaus, *part.*1. *operis Moralis, tract.*3. *diſput.*5. *punct.* 3. §.4. *num.*8. Emmanuel Sa, *verbo Lex, num.*1. Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa qq. Regularium, tomo* 2. *part.*3. *verbo Leges Regularium, num.*32. Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.*2. *quæſt.*12. *cap.*2. *num.*2. *verſic. Quæres.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 1. *tract.*4. *cap.*5. *num.*180. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate* 130. *num.*3. *verbo Interpretatio*, vbi allegat *l.*3. *ff. de Milit. teſtament. L. ſi quando, ff. de Legatis* 1. Cardinalem Manticam, *de Tacitis, & ambiguis conuent. lib.*2. *tit.*12. *numero* 30. Antonium Monachum Florent. *deciſ.*1. *num.*86. Ferrer. *in Conſtitutionibus Cathaloniæ, gloſſa* 1. *num.*152. Octauium Gloritium, *reſp.* 1. *p.*3. *num.*129. & Cardinalem Tuſchum, *tomo* 4. *litt. I. concluſ.*330. *n.*30.33. *&* 54. *& n.*4. in ſequentia prorumpit Barboſa.

Amplia interpretationem in dubio faciendam eſſe, ne abſurdum ſequatur, ad vitandum correctionem, contrarietatem, repugnantiam, vel perplexitatem. Fuſarius, *de Subſtitution. quæſt.*241. *num.*43. *& quæſt.*320. *num.*59. Vincentius Caroſius, *ſing.* 297. *etiam impropriando verba. L. Titius,* §.1. *ff. de Legatis,* 1. Peregrinus, *de Fideicommiſſ. artic.*7. *numero* 18. Fuſarius, *de Subſtitution. quæſt.*650. *num.*7. Sed ex eo, quod Lex *capitis Conſuluiſti,* non ſe extendat ad Baſilicam, & Eccleſiam, ſed ad Cœmeterium arctetur, abſurditas ſequitur, & imprudentia in Legiſlatore. Ergo illa ad Baſilicam extenditur, & Eccleſiam. Maior patet. Quia omnis lex, iuſta debet eſſe, ac prudens: eſt enim lex (iuxta D. Thomam, 1. 2. *quæſt.*90. *artic.* 1. & communem doctrinam Diſcipulorum eius, quorum aliquos recenſet Ægigius Baſſæus, *tomo* 1. *verbo Lex I. n.*1.) ordinatio rationis ad bonum commune, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata. Sed nequit eſſe diſpoſitio aliqua, ordinatio rationis ad bonum commune, ſi ex ea iniquitas, abſurditas, aut imprudentia in Legiſlatore ſequatur, ex eo, quod diſpoſitio non extendatur ad aliquem caſum ſub lata forma verborum eius non comprehenſum. Ergo ad dictum caſum extendi debet, ne iniquitas, abſurditas, aut imprudentia ſequatur. 45

Minorem autem principalem probo. Abſurdum eſt dicere poſſe Fideles communicare in Eccleſia in Diuinis, quibus non licet in eiſdem communicare in Cœmeterio. Maior enim ſit communicatio, quoad Diuina in Eccleſia, quàm in Cœmeterio, & dignior eſt Eccleſia, quàm Cœmeterium: & cui non licet, quod minus eſt, neque quod maius eſt licebit. Textus eſt expreſſus *in cap. Cum illorum abſolutio, el* 32. *de ſententia excommunicationis*, ibi: cum maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora. Vbi Gloſſa, *verbo Minora,* ita fatur. Et ita, cui prohibetur minus, & maius prohibitum intelligitur. Et in *Regulam Cui licet, la* 53. *de Regulis Iuris, licet*, ibi: Cui non licet minus, nec maius. Et per conſequens, imprudenter permitteret Papa ſe- 46

peliri

peliri in Eccleſia, quem à Cœmeterio excluderet. Permitteret, dixi, cum dicere deberem, concederet. Quia conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum. De quo eſt textus elegans in *cap. Nuper, el 29. de ſententia excommunicationis*, vbi §. *In ſecundo*, ſic Innocentius Papa Tertius decernens ait.

47 „ Quia tamen Conditor Canonis, eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe „ videtur facultatem aliis relaxandi. Et Gloſſa *verbo* „ *Non retinuit*, ita fatur. Et eſt hîc argumentum Epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio non eſt inhibita, argumento *ſupra, de Sponſalibus, Cum apud 16. quæſt. 1. Sunt nonnulli.* Et conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum, *ff. ex quibus cauſis maiores. L. Necnon. §. Quod eis.* Hæc ibi: *Et in capite Cum illorum, verbo Interdicta, el 32. de ſententia excommunicationis*, ait Gloſſa. Et eſt argumentum, quod diſpenſare poſſunt, vbi non eſt prohibitum. Et denique in *Canone Conſuluiſti, el 20. 2. quæſt. 4. verbo Superſtitioſa*, ita dicit Gloſſa. Omnia conceſſa intelliguntur de Iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur. Ergo ex eo, quod diſpoſitio *capitis Conſuluiſti*, non ſe extendat ad Baſilicam, & Eccleſiam, ſed ad Cœmeterium arctetur, abſurditas ſequitur, & imprudentia in illius conditore. Hoc non eſt dicendum. Ergo nec quod dicta diſpoſitio non ſe extendat ad Baſilicam, & Eccleſiam.

48 Vlteriùs probatur noſtra ſententia. Diſpoſitum in vno connexorum, in alio cenſetur diſpoſitum. Caſtrus Palaus, *parte 1. tract. 3. diſput. 5. punct. 3. §. 4. num. 11.* & Thomas Sanchez, *tom. 2. de Matrimonio, lib. 7. diſput. 20. num. 1.* Quo loci, diſpoſitum de Ancilla data in Matrimonium à Domino ſuo tanquam libera, aſſerit diſpoſitum de ſeruo à Domino pariter in Matrimonium dato tanquam libero, *ex Authentica Ad hoc, Cod. de Latina libertate*, ibi: „ Qui ſuam Ancillam credenti tradidit in Matrimo- „ nium tanquam liberam, ſiue conceſſerit dotale in- „ ſtrumentum, ſiue non, aut ſciens eam ducit, tacuit „ ex ſtudio: dominium eius amittit, eaque ad ingenui- „ tatem rapitur. Idem dicitur de ſeruo. Huc vſque „ Authentica illa, quæ deſumpta eſt, vti ait Sanchez „ *ex Authentic. de Nuptiis, collat. 4. §. ſi verò Decretum, verſic. Hoc autem decernimus.* Et meritò quidem cenſetur diſpoſitum de vno connexorum, quod de alio fuerit diſpoſitum. Quia connexorum idem eſt iudicium. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axioma. 51. num. 1. ex L. 3. §. Iudicio contrario, ff. de Contrar. act. tutel. L. Proindè, ff. Ad Legem Aquiliam. L. cum actum, ff. de Negotiis geſtis cap. Tranſlato, de Conſtitutionibus cap. Præterea, de Officio Delegati.* Marſilio, *ſingul. 251. connexorum.* Deciano, *conſil. 45. num. 17. cum ſeqq. lib. 1.* Crauetta *conſil. 275. num. 3. cum ſeqq.* Caſtrenſ. *conſil. 110. num. 2. cum ſeqq. lib. 2.* Ioanne de Imola, *conſil. 139. num. 6.* Idem Barboſa, *tract. de clauſulis, clauſ. 38. num. 4.* cum Gloſſa, *verbo Annexi, in cap. Cum ſingulis, de Præbendis lib. 6. & in cap. Quanto de Iudiciis, verbo Connexa* Hipolit. *ſingul. 251.* Guillelmo Benedict. *in cap. Reynutius, de Teſtamentis, verbo, Et hortum, à num. 1.* Menochio, *de Arbitrariis, lib. 1. quæſt. 45 & lib. 2. caſ. 95.* & Gironda, *de Priuilegiis, ſeu exemption. explicat. numero 751.* Et quia à connexis valet argumentum. Dictus Barboſa, *tract. locorum communium argumentorum Iuris, loco 21.* cum Petro Andrea Gambarupta, *in Dialectica legali, lib. 2. loco 2.* Cantiuncula, *in Topicis legalibus, loco 15.* Et negari non poteſt quod Eccleſia, & Cœmeteria ſint connexa. Connexa enim ſunt ea, quorum vnum ab altero dependet. Barboſa *dicta clauſula 38. num. 2.* ex Abbate *in cap. Quando de Iudiciis, num. 5. & 6.* Tuſcho, *tomo 2. practicar. concluſionum, litt. C. concluſ. 625. num. 2.* & aliis. Et quando ad vnum finem diriguntur. Barboſa, ex Gloſſa *in L. cum filius, §. 1. ff. de Verborum obligation.* Menochio *de Arbitrariis, caſu 95. num. 6.* & aliis. Et quando in illis eadem militat ratio. Barboſa ex Gloſſa *vlt. in fine, cap. Præterea, de Officio Delegati*, Baldo, *in L. cum actum, not. 2. ff. de Negotiis geſtis.* Et quando vna res ex conſuetudine deputata eſt, vt accedat alteri. Barboſa, cum Dec. *conſil. 516. num. 23.* Zephalo, *conſil. 168. numero 66. vol. 2.* Quæ omnia verificantur in Cœmeterio reſpectu Eccleſiæ, ab hac enim illud dependet, tanquam acceſſorium eius: & ad eumdem ſepulturæ finem diriguntur: & eadem in vtroque militat ratio non communicandi mortuis, quibus non fuit viuis communicatum. Et tandem Cœmeterium deputauit conſuetudo immediatè ad Eccleſiam, vt ei accedat. Ergo diſpoſitum de Cœmeterio in *cap. Conſuluiſti*, cenſeri debet diſpoſitum de Eccleſia, ſeu Baſilica cuius eſt connexum, cui acceſſorium eſt, & ſub cuius nomine venit.

Deinde probatur ſententia, quam ſequimur. 49 Quando Lex ex rigore, & proprietate verborum vilipendi valet, & inutilis redditur, ac illuſoria, extendi debet vltra proprietatem verborum naturalem, & ciuilem, & ad impropriam ſignificationem recurri. Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 1. lib. 2. quæſt. 12. cap. 2. num. 7. in fine* cum Panormitano *in Canonum ſtatuta, num. 14. el 1. de Conſtitutionibus*, Decio *ibidem*, Nauarro, *in Manuali, cap. 27. num. 51.* Couaruuia, *lib. 3. Variarum, cap. 3. num. 9.* & communi Emmanuel Sa, *verbo Lex, num. 1.* Pellizzarius *in Manuali Regularium tom. 1. tract. 4. cap. 5. num. 331. & tract. 6. cap. 6. num. 16.* Caſtrus Palaus, *part. 1. operis Moralis, tract. 3. diſput. 5. punct. 3. §. 3. num. 5.* Ioannes Baptiſt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo 2. parte 4. verbo Leges Regularium, num. 10.* Auguſt. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomat. 130. num. 3. ex l. 3. ff. de Milit. teſtament. L. ſi quando, ff. de Legatis 1.* Cardin. Mantica, *de Tacitis & ambiguis conuent. lib. 2. tit. 12. num. 30.* Antonio Monacho Florent. *deciſ. 1. num. 86.* Ferrar. *in Conſtitutionibus Cathaloniæ, gloſſa 1. num. 152.* Octauio Gloritio, *reſp. 1. part. 3. num. 129.* & Cardin. Tuſcho, *tom. 4. litt. I. conſil. 330. num. 22.* Ego ipſe, *in Diſquiſitione Paſtorali, de Iure Prioris annexi, numero 48.* Vbi id probaui, *ex cap. ſi Ciuitas, el 17. de ſententia excommunicationis, lib. 6.* Vbi Bonifacius „ Papa Octauus, ſic decernendo faſſus eſt. Si ciuitas, „ Caſtrum, aut Villa ſubiiciantur Eccleſiaſtico Inter- „ dicto, illorum ſuburbia, & continentia ædificia eo „ ipſo intelligi volumus interdicta. Nam licet prædi- „ cta videantur aliàs murorum ambitu terminari: hoc „ tamen caſu, ne vilipendi valeat ſententia interdicti, „ (quod fieret ſi poſſet in eorum ſuburbiis, vel con- „ tinentibus ædificiis licitè celebrari, vt priùs) expe- „ dit interpretationem fieri laxiorem. Et à ſimilibus „ ſic concludit. Si ſit Eccleſia interdicto ſuppoſita, „ vel ſubiecta: nec in Capella eius celebrari, neque „ in Cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguo po- „ terit ſepeliri. Hæc Bonifacius. Sed ſic eſt, quod ſi *caput Conſuluiſti* intelligeretur in rigore, & proprietate verborum de Cœmeterio, & non de Baſilica & de Eccleſia, redderetur inutilis ac eluſoria, & vilipendi poſſet. Ergo debet vltra proprietatem verbi Cœmeterij, ad Baſilicam, & Eccleſiam extendi.

tendi. Minor qua difficultas, probatur. Quia non minus inutilis, & elluſoria redditur hæc Lex *capitis Conſuluiſti*, ſi data illa poſſunt excommunicati vitandi, ſeu non tolerati, ſepeliri in Eccleſia, cui eſt annexum, & contiguum Cœmeterium, quam Lex *capitis ſi Ciuitas* redderetur, ſi interdicta Ciuitate, poſſet in ſuburbio celebrari, aut ſi Eccleſia pariter interdicta, poſſet in Cœmeterio eius ſepeliri.

50 Vltimò noſtra probatur ſententia. Pollutio loci ſacri, neceſſario illum ſupponit, aut conſecratum, aut ſaltem benedictum. Ergo pollutio induci non poteſt loco ſacro cum ipſa conſecratione, & benedictione. Ac per conſequens, per conſecrationem, aut benedictionem Epiſcopi, aut alterius Miniſtri excommunicati, non tolerati, locus ſacer pollui non poteſt.

§. VI.

Eneruatur primæ ſententiæ fundamentum.

BREVIARIVM.

Baptiſmus.

*Miniſtrari poteſt in Domo, puellæ nobilis infanti, quem occultè peperit, ad infamiam, & vitæ periculum vitandum: non in vim Clementinæ de Baptiſmo; ſed in vim neceſſitatis, & pietatis Eccleſiæ.*n.52.

Odia.

*Odioſa, & pœnalia, vt extendantur, non admittunt paritatem, aut maioritatem rationis, nec attendunt ſimilia, ſed expreſſam diſpoſitionem.*n.51.

51 EX dictis patet ſolutio ad ea, quæ *num.* 2. pro contraria ſententia dicta ſunt. Non enim in odioſis paritas, aut maioritas attenditur rationis: nec de ſimilibus, ad ſimilia rectè proceditur, ſi legis diſpoſitio ad illa omnia expreſsè non ſe extendat. Nam legem rectè non enucleamus, expendimus, & declaramus pœnalem, & odioſam, ſi illam de re, in ea expreſſa, intelligimus, & interpretamur. Recta namque legis pœnalis enucleatio eſſe non poteſt, quæ contra legis modum, ſeu formam illam interpretandi conſtitutum, fit. Cum igitur ea ſit, vt odia reſtringantur: vt in pœnis, benigna interpretatio fiat: vti vidimus ſuprà, nõ rectè proceditur in noſtro caſu de ſepelitione excommunicati in loco ſacro, quoad pœnam pollutionis illius, ſeu eo non vtendi abſque noua conſecratione, aut benedictione illius, ad ipſum actum conſecrationis, aut benedictionis per excommunicatum non toleratum factum; rectè tamen proceditur, quoad eundem pollutionis effectum, ab humatione in Cœmeterio, ad ſepelitionem in Baſilica, aut in Eccleſia: & ſic de ſimili, ad ſimilia: quia diſpoſitio fauorabilis eſt, & in commune bonum, & comprehendit ſimilia. Quæ quidem interpretatio, vera enucleatio eſt diſpoſitionis dicti *capit. Conſuluiſti*: quia leges, & formam, ſeu regulam exponendi diſpoſitiones fauorabiles ſeruat. Videlicet. Fauores conuenit ampliare.

52 Ad id autem, quod dicit Pax Iordanus, licere ſcilicet domi baptizare infantem, quem nobilis puella occultè pepererit, ad vitæ, & infamiæ vitandi periculum. Dico, licere quidem, non ob extenſionem Clementinæ de Baptiſmo, ex identitate rationis, cum pœnalis, & præceptiua illa ſit; ſed ob neceſſitatem, & pietatem Sanctæ Matris Eccleſiæ, nolentis cum tanto periculo obligare ad Baptiſmum in Eccleſia miniſtrandum.

§. VII.

Explicatur diuerſitas Baſilicæ, & Eccleſiæ.

BREVIARIVM.

Baſilica.

A profanis olim fuit dicta Baſilica, *Domus ampla & ſpatioſa, cauſarum cognitioni deſtinata.*n.53.

Poſtea dicta fuit Baſilica, *Domus deſtinata ad negotiatorum vſum.*n.53.

Domus Regis, fuit etiam Baſilica, *appellata.*n.60.

In Iure Canonico ſumitur nomen Baſilica *ad ſignificandam Domum ad Diuinum cultum deſtinatam antequam dedicetur, ſeu conſecretur.*n.54.& ſeqq.

Baſilica *dicitur Domus præfata nondum conſecrata, ſiue ſæcularis, ſiue Regularis, ſiue Parochialis, ſiue non Parochialis ſit.*n.61.

Nomen Baſilica *ſumitur aliquando pro Templo.*n.60.

*Sæpe pro Eccleſia vſurpatur.*n.59. *Sed latè, & impropriè.* n.61.

*Gaudet Baſilica iiſdem priuilegiis, quibus Eccleſia gaudet conſecrata.*n.62.

Dedicatio.

Eccleſiæ Dedicatio, eſt illius conſecratio. n.54. & ſeqq.

Dominium.

*Rerum, quas quis Eccleſiis contulit, dominium, aut poteſtatem, poſt donationem non habet.*n.59.

Eccleſia.

Dupliciter vſurpatur nomen Eccleſia, *pro vniuerſitate omnium Fidelium Chriſtianorum, qui per vniuerſum ſparſi ſunt orbem, & Congregatio Fidelium dici ſolet.* n.53. *& pro Domo deſtinata ad Diuinum cultum poſt illius Dedicationem, ſeu conſecrationem.* n.54. & ſeqq.

REſtat nunc, vt ſtemus promiſſis. *Numero enim* 53
19. *ad finem*, expendere obtuli *Baſilicæ, & Eccleſiæ nomina.* Quod onus lubens ſuſcipio, ad multorum depellendam ignorantiam, qui errore laborantes maximo, exiſtimant Baſilicæ nomen, ſignificare paruam Domum Deo, & Sanctis eius dicatam, vulgò *Hermita*, ita vt nomen *Baſilica*, Domum Parochialem Deo dicatam non comprehendat, vulgò *la Yglesia Parochial.* Vnde expendere Baſilicam non intendo eo in ſenſu, quo expenditur ab humanarum litterarum profeſſoribus, prout ſcilicet olim dicta fuit Baſilica, Domus quædam ampla, & ſpatioſa, cauſarum cognitioni deſtinata: ab eo ſic dicta, quod Principes ad ius dicendum eò conuenirent. Nec prout poſtea, ad vſum negotiatorum, pariter deſtinata legitur. De quibus plura apud Ioannem Paſſeratium *in Dictionario Ambroſij Calepini, verbo Baſilica*: ſed eo in ſenſu, quo à Iure Canonico, & ab eius profeſſoribus paſſim vſurpatur. Nec Eccleſiam, prout vniuerſitatem fidelium Chriſtianorum omnium, qui per vniuerſum ſparſi ſunt orbem, dicit, & Congregatio Fidelium appellari ſolet, & de qua Tertulianus, *lib.3. aduerſus Marcionem*, ſic faſſus eſt: *eſſe caput Chriſtum, ſunt cuius Eccleſia membra.* Et noſter Gregorius Magnus, *lib.28. Moralium, cap.6. poſt medium. Quid enim ſancta Eccleſia,*

cleſia, niſi ſuperni ſui capitis corpus eſt? Et eius amiciſſimus. D. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus, *lib.1. de Eccleſiaſticis Officiis, cap.1. Eccleſia autem* (inquit) *vocatur propriè, propter quod omnes ad ſe vocet, & in vnum congreget*: exponere aggredior; ſed provt Domum Deo, & Sanctis dicatam dicit ad Diuinum cultum, & officium perſoluendum, & ad alia id genus deſtinata. In qua acceptione, frequenter etiam à præfato Iure Canonico, & ab eius profeſſoribus Eccleſia recenſetur. Faciamus igitur Lectori promiſſum: ſoluamus: adimpleamus.

54 Baſilicam diximus ſignificare in ſacro Iure Canonico, Domum deſtinatam ad Diuinum cultum ante quàm dedicetur, ſeu conſecretur; Eccleſiam verò, eandemmet Domum iam dedicatam, ſeu conſecratam importare. Vtrumque facilè, eodem Iure, & genuina eiuſdem interpretatione vtens, Deo fauente monſtrabo. Ad rem igitur.

55 Gregorius Magnus, Primus huius nominis, Pontifex Summus, ſic Epiſcopo Meſſanenſi reſcripſit, „ *lib.12. Regiſtri, Indictione VII. epiſt.10.* Ianuarius „ Subdiaconus Eccleſiæ Meſſanenſis petitoria nobis „ inſinuatione ſuggeſſit, quæ habetur in ſubditis, in „ Ciuitate Meſſanenſi Baſilicam ſe pro ſua deuotione „ fundaſſe; quam in honorem Sancti Stephani, & „ Pancratij, atque Eupli, deſiderat conſecrari. Et „ ideo, Frater chariſſime, ſi in tuæ Diœceſis Ciuitatis „ Iure conſiſtit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum, percepta primitus donatione legitima..... „ His igitur procuratis, benedictio optata proueniat. „ Nec ante dedicationis munus impertias, quàm ſuperiùs comprehenſus fuerit ordo donationis impletus. Hactenùs D. Gregorius, in cuius Decretali Epiſtola, planè oſtenditur Eccleſiam à Baſilica ſolùm in Conſecratione, ſeu Deditione differre.

Idem etiam *in cap. Nunc autem, el 1. de Religioſis Domibus*, manifeſtè monſtratur. Ibi enim Gregorius Papa, Archiepiſcopo Neapolitano, reſcribens, decernit. „ Nunc autem ad Baſilicam, quæ dedicanda eſt, debet diſquiri, cuius Ciuitatis Epiſcopus antequàm fundaretur, baptizauerit incolas: & „ ad cuius conſignationem, ſub annua deuotione concurrerint. Hæc ibi. Gloſſa autem *in caſus formatione*, ſic ait. Quædam Eccleſia conſtructa fuit circa confines duorum Epiſcopatuum: populus petebat illam conſecrari: contentio erat inter Epiſcopos, quis eorum deberet eam conſecrare. Et in verbo *Dedicanda*, ita fatur. Dedicanda, id eſt conſecranda. Tunc appellatur Eccleſia, ſicut electus, in conſecratione nomen aſſumpſit Epiſcopi. Hæc Gloſſa. Quid clarius? Nihil prorſus.

56 Concilium Ilerdenſe I. *Canone 3.* allegatus in *Canone ſi ex Laicis, el 1.10. quæſt.1.* qui & recenſetur à Petro Creſperio, *in Summa Eccleſiaſtica diſciplinæ, verbo Baſilica, verſic. Baſilica in eius*, ſic ait. Si ex Laicis quiſpiam à ſe factam Baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub Monaſterij ſpecie vbi congregatio non colligitur, à Diœceſana lege audeat ſegregare.

57 Clariùs Gloſſa, in *cap. ſi Eccleſiam pollui, verbo eodem, vnico de conſecratione Eccleſia, vel Altaris, lib.6:* ſatis opportunè in hæc verba. Propriè Eccleſia dicitur conſecrata; Baſilica, non conſecrata. Et paucis interiectis. Quod propriè Eccleſia dicitur conſecrata, patet *de Conſecratione, diſtinct.1. Non oportet 16. quæſt.5. Poſſeſſio.* Hæc Gloſſ. *In Canone. Non oportet, diſtinct.69. el fin.* ex Concilio Laodicenſi, ſic habemus. *Non oportet exorcizare eos, qui necdum ab Epiſcopis ſuis ſunt promoti, neque in Eccleſiis, neque in Domibus.* Vbi Gloſſa, *verbo in Domibus*, ſic ait. In Domibus, id eſt, in Eccleſiis non ſacratis, Eccleſia igitur non conſecrata, propriè Eccleſia dici non poteſt; ſed Baſilica, aut Domus.

Exornant Abbas, *in Rubrica de conſecratione Eccleſiæ, num.2. & in cap. ſi Eccleſia. num.2. vlt. eod. tit.* 58
Ioannes Azorius, *part.2. Inſtitutionum Moral. lib.9. cap.3. quæſt.1.* vbi in ſequentia prorumpit. Vnde tria requiruntur, vt ædes aliqua ſit Eccleſia. Primum, vt Epiſcopi authoritate fundetur; alioqui enim locus religioſus, & ſacer eſſe non poteſt. Alterum, vt fundata ſit ad rem Diuinam faciendam, & Sacramenta conferenda. Tertium, vt ſit conſecrata; alioqui non Eccleſia, ſed Baſilica dici poteſt. Hæc præfatus Doctor. Exornat etiam Pax Iordanus, *volum.1. de Re ſacra, lib.5. tit.8. de ædificatione Eccleſiarum, num.6.* dicens ferè eadem, quæ Azorius. Sic enim fatur. Vnde tria requiruntur ad conſtruendam Eccleſiam. Primum authoritas Epiſcopi. Secundum, vt fundetur ad rem Diuinam faciendam, & Sacramenta conferenda. Tertium, vt ſit conſecrata; alioquin ante conſecrationem Baſilica nuncupatur, id eſt Domus Regia. Hactenùs Pax Iordanus.

Non nego tamen, Baſilicam pro Eccleſia non ſe- 59
mel vſurpari, & è conuerſo. Vnde *Canon ſic quidam el 2.10. quæſt.1.* ex Concilio Toletano. Tertio deſumptus, ita ait. Si quidam contra omnem authoritatem Eccleſias, quas ædificauerunt, poſtulant conſecrari. *In Canone Nouerint, el 6.10. q.1.* ex Concil. Toletano Quartò, ſic habetur. Nouerint conditores Baſilicarum, in rebus, quas eiſdem Eccleſiis conferunt, nullam ſe poteſtatem habere. Et Gloſſa, *in clementinam cedit quidem, verbo Meſquitis, vnica de Iudæis, & Sarracenis*, in hæc prorumpit verba. Quod nos vocamus Baſilicas, vel Eccleſias ipſi vocant Meſquitas, Iudæi Synagogas.

Baſilica etiam pro Templo ſumitur. Ita Amalarius 60
Fortunatus, Germanus, Monachus Benedictinus in Cœnobio Luxouienſi, Treuerenſis Archiepiſcopus, & S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, *lib.3. de Eccleſiaſticis Officiis, cap.2. de ſitu Eccleſiæ*, vbi ita fatur. Eccleſia eſt conuocatus populus per Miniſtros Eccleſiæ ab eo, qui facit vnanimes habitare in Domo. Ipſa Domus vocatur Eccleſia, quia Eccleſiam continet. Vnde Iſidorus Baſilicæ prius vocabantur Regum habitacula, vnde & nomen habent. Nunc autem ideo Diuina Templa Baſilicæ nominantur, quia ibi Regi Deo cultus, & Sacrificia offeruntur. Hæc præfatus Eminentiſſimus Doctor, & Eccleſiæ Pater, cuius opus de Eccleſiaſticis officiis, quatuor libris diſtributum, habetur *in volumine de Diuinis officiis ferè omnium vetuſtorum Eccleſiæ Patrum, ac Scriptorum*, Romæ ædito, *anno 1591.* Gregori. XIV. Papæ dicato.

Vnum tamen aſſero, eandem Domum, in qua 61
Deo cultus, & ſacrificia offeruntur, tunc verè, propriè, & rigoroſè loquendo Eccleſiam debere dici, quando conſecrata eſt; Baſilicam verò, antequam conſecretur, ſiue illa Parochialis ſit, ſiue non: ſiue ſæcularis; ſiue Regularis: ſiue Sanctiſſimum habeat Sacramentum Euchariſtiæ aſſeruatum; ſiue illo careat. Et omnem alium loquendi modum, improprium eſſe, & latum. Ita Nicolaus Tudeſchus, Panormitanus Abbas, *in Rubrica de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris, n.2. & in cap. ſi Eccleſia, n.2. el 10. & finali eod. tit.* In priori loco ſic ait. Item ſcias pro intellectu rubricæ, & materiæ, qnod Eccleſia ante quàm conſecretur, non appellatur propriè Eccleſia, ſed Baſilica. Poſt conſecrationem aſſumit nomen Eccleſiæ, ſicut electus in Epiſcopum, qui poſt conſecrationem aſſumit nomen Epiſcopi. Hæc ibi, & allegat textum,

& Gloſſam, *in cap. 1. de Religioſis Domibus.* In poſteriori vero loco dicit. Nota, quod Baſilica, largo modo poteſt vocari Eccleſia. Ita etiam Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 1. diſput. 23. quæſito 9. num. 1.* Marcus Vitalis, *in Arca Vitali, tit. de Iuriſdictione, inquiſit. 5. num. 2.* & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 7. num 27.* Addit tamen, ſed immeritò, id in Iure fundamentum non habere. Et allegat textum *in cap. finali de Conſecratione Eccleſiæ, & in cap. penultimo, de Immunitate Eccleſiæ.* Immeritò inquam id dicit, quia in dicto *cap. 1. de Religioſis Domibus*, expreſsè appellatur Baſilica, quæ dedicata, & conſecrata non eſt: & textus à Delbene citati, de Eccleſia, non propriè, ſed latè ſumpta, intelligi benè valent.

62 Pro huius Diſquiſitionis, & puncti coronide, aduertere duxi, Baſilicam, ſeu Eccleſiam non conſecratam, eiſdem gaudere priuilegiis, quibus conſecrata gaudet, vti Aſcanius Tamburinus docet, *vbi proximè, n. 2.* & ita quidem decreuit Gregorius Nonus, *in cap. Eccleſiæ, el 9. de Immunitate Eccleſiarum*, di-
» cens Eccleſia in qua Diuina myſteria celebrantur,
» licet adhuc non extiterit conſecrata, nullo Iure pri-
» uilegium immunitatis admittur. Quia obſequiis Diui-
» nis dedicata, nullis eſt temerariis auſibus profanan-
» da. Vbi Gloſſa, *verbo Admittur*, ait, ſic ergo patet,
» quod Eccleſia non conſecrata, eodem gaudet priui-
legio, quo & conſecrata. *Et in cap. ſi Eccleſia, verbo Non conſecrata*, ibi. Et ita Eccleſia non conſecrata, gaudet eodem priuilegio, quo & conſecrata, vt hîc patet. Et adnotandum eſt, quod in hoc loco ampliat Gloſſa dictum ſuum, ſiquidem in primo allegato loco, loquitur de priuilegio immunitatis Eccleſiæ; in hoc autem, de priuilegio, quo cauetur, ne Eccleſia polluta ad Diuina vtatur, antequam reconcilietur: quod certè diſtinctum eſt priuilegium. Et ratio ipſa hanc poſtulat ampliationem. Quia vbi eſt eadem ratio, eadem eſt Iuris diſpoſitio. Ratio autem adducta à Gregorio Nono, videlicet. *Quia obſequiis Diuinis dedicata:* æquè militat in Eccleſia, & Baſilica, tam reſpectu vnius, quàm reſpectu omnium priuilegiorum Eccleſiæ conceſſorum. Vnde abſolutè eſt noſtra propoſitio de Iure veriſſima, quod Baſilica eiſdem gaudeat, quibus Eccleſia priuilegiis.

DISQVISITIO VI.

De Exſacratione loci ſacri per eius commotionem.

An commotio, & euerſio parietum loci ſacri, illum exſacret?

BREVIARIVM.

Accidens.

Naturaliter deperit accidens cum ſubſtantia. n. 7. 8. 14. & 16. ac 20.

Aqua.

Non conuerti immediatè in Chriſti ſanguinem aquam docet Gloſſa. n. 16.

Aqua benedicta præexiſtens in maiori quantitate, benedictionem communicat aquæ de nouo aduenienti. n. 13.

Hoc autem prouenit ex eo, quod vtraque vna fit aqua, vel præexiſtens augetur; aut per ſolam iuxta poſitionem aduenientis, aut per virtutem actiuam conuerſiuam aduenientis in propriam ſubſtantiam. n. 16.

In minori quantitate vino conſecrando aqua miſcetur, vt à vino, in propriam ſubſtantiam conuertatur. n. 16.

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſt in Iure. n. 9.

Inter alias, tamen hanc admittit diſtinctionem, quod non procedat, quando in caſu contrario, eadem, aut maior ſit ratio. n. 20.

Baptiſmus.

Iterari non poteſt Baptiſmus. n. 3.

Benedictio.

Loci ſacri benedictio ſoli ipſi inhæret: vnde non amittitur per parietum renouationem, aut euerſionem. n. 1.

Chriſma.

Præexiſtens Chriſma in maiori quantitate, oleo de nouo aduenienti conſecrationem communicat. n. 13.

Quod ex eo prouenit, quod ex vtroque vnum fit oleum, vel præexiſtens augetur, ſiue per ſolam iuxta poſitionem de nouo aduenientis; ſiue per virtutem actiuam conuerſiuam aduenientis in propriam ſubſtantiam. n. 16.

Collegium.

Idem cenſetur Collegium, etiamſi omnes Collegæ moriantur, aut alio demigrent. n. 11.

Hoc verum fictione Iuris, non veritate. n. 14.

Conſecratio.

Conſecrationem non amittit Eccleſia per tecti, ſed per parietum renouationem, aut euerſionem, aut combuſtionem, ſeu dealbationem. n. 2. 3. 18.

Conſecratio iterari non debet Eccleſiæ, niſi parietes euertantur. n. 2. *aut exuſtionem patiantur.* n. 3. *aut dealbentur.* n. 18.

Intellige, in maiori ſaltem parte. n. 4.

Conſecratio conſiſtit in exteriori parte vncta. n. 4. 7. *In interiori ſcilicet parte reſpectu Eccleſiæ.* n. 18.

Conſecratio fit cum vnctione, & cruribus in ſuperficie. n. 7.

Conſecratio deperditur per euerſionem, & ſimultaneam omnium parietum reædificationem, aut maioris partis. n. 5. *Deperditur conſecratio, etiamſi non ſimul, ſed paulatim per partes, & ſucceſſiuè fiat refectio.* n. 8. 14.

Conſecratio eſt accidens parietis. n. 8. 14.

Conſecrationem non communicat paries conſecratus præexiſtens, parieti de nouo addito: quia contigui ſunt, & non continui, & vnus non habet virtutem actiuam conuerſiuam alterius in propriam ſubſtantiam. Vnde accidens ſuum conſecrationis, illi communicare nequit. n. 16.

Conſecratio Eccleſiæ præexiſtentis deperditur, ſi tota, aut in maiori parte laminis tegatur. n. 19.

Contigua.

Illa ſunt contigua, quorum terminus vnus eſt. n. 16.

Continua.

Illa continua ſunt, quorum extrema ſe inuicem ſe coniungunt. n. 16.

Domus.

Per euerſionem, & ſimultaneam omnium parietum, aut maioris partis deſtruitur domus, ita vt ſi inſimul reficiatur, eadem domus non cenſeatur: nec remaneat in ea obligatio, quæ reſpectu illius aderat. n. 6.

Si domus non tota inſimul, ſed per partes ſucceſſiuè corruat, & reficiatur, eadem poſt reædificationem cenſetur. n. 3. & 9. *Non tamen in veritate, ſed fictione Iuris.* n. 14.

Eccleſia.

Eccleſia poſt ſucceſſiuam per partes reparationem, etiam diuturnam, eadem qua ad aliquos cenſetur effectus, fictione Iuris. n.9. *Sed quoad effectum conſecrationis eadem non cenſetur: cum iſtam non cauſet fictio Iuris, ſed vera vnctio, quæ deperdita fuit per parietum deſtructionem.* n.14.

Homo.

Idem eſt homo etiamſi per partes corrumpatur, & partes nouæ generentur. n.12. *Quod ex eo prouenit, quod habeat virtutem actiuam, & conuerſiuam in propriam ſubſtantiam.* n.15.

Locus ſacer.

Locus ſacer benedictus per parietum euerſionem profanus non redditur, nec vendi poteſt: quia benedictio ſolo inhæret. n.1.

Nauis.

Licet pro deſtructis tabulis, nouarum fiat acceſſio, eadem Nauis cenſetur. n.10. *Non tamen in veritate, ſed fictione Iuris.* n.14.

Oleum.

Præexiſtens Oleum in maiori quantitate, ſi benedictum ſit, aut conſecratum, benedictionem, & conſecrationem oleo de nouo aduenienti communicat. n.13. *ex eo ſcilicet, quod ex vtroque vnum fiat, vel præexiſtens augetur, ſiue per ſolam iuxta poſitionem de nouo aduenientis: ſiue per virtutem actiuam conuerſiuam aduenientis olei in propriam ſubſtantiam.* n.16.

Populus.

Idem cenſetur populus, etiamſi omnes illius incolæ moriantur, aut alio demigrent. n.11. *Non tamen in veritate idem eſt, ſed Iuris fictione.* n.14.

Religioſa.

Quæ religioſis adhærent, religioſa cenſentur. n.13. *Si tamen continuantur, vel augentur.* n.17.19.

Sacrum.

Quando non ſacrum ſacro continuatur, ſacrum redditur, & verum eſt, quod dicitur. Sacrum trahit ad ſe non ſacrum; *ſecus verò quando fit illi contiguum.* n.17.19.

Vniuerſitas.

Quælibet, Vniuerſitas eadem cenſetur etiamſi omnes moriantur, aut aliò demigrent, & alij de nouo naſcantur. n.11. *Non tamen ita eſt, ſed fictione Iuris.* n.14.

1 COnſultò inquirimus in præſenti, de exſacratione, & non de pollutione, ſeu de violatione, quæ contingit quando locus ſacer non erat conſecratus, ſed tantùm benedictus. Benedictio enim loci ſacri non amittitur per euerſionem, & renouationem parietum, etiam ſit omnium illorum, vti docet Ægidius Coninck, *de Sacramentis, quæſt.*83. *artic.*3. *dub.*1. *n.*235. Quia benedictio (inquit) inhæret ipſi ſolo, quod non poteſt tolli. Ludouicus item Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo* 2. *tract.*23. *diſput.*3. *n.*74. dicens, quod ſi Eccleſia tantùm ſit benedicta, etiamſi tota deſtruatur, dummodò maneant fundamenta, non indigere noua benedictione. Quod etiam cum Sylueſtro, *verbo Conſecratio,* 3. *quæſt.*4. & P. Franciſco Suarez, *tomo* 3. *in* 3 *part. D. Th. diſput.*81. *ſect.*4. *caſu* 6. docet Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.*1. *cap.*2. *dubitat.*2. *ſect.*14. *n.*4. & 5. qui ait ſumi *ex Lege* 73. *de Contrahenda emptione,* ibi. Ædes ſacra terræ motu diruta locus ædificij non eſt profanus, & ideò vendi non poteſt. Intellige dicta, de euerſione, ſine reparationis ſpe.

Conſultò etiam inquirimus de parietum euerſione, & renouatione, non autem de tecti euerſione. Quia etiam iſto combuſto, aut aliàs deſtructo, dummodo parietes illæſi remaneant, aut ſaltem non enormiter læſi, conſecrata manet Eccleſia, & impolluta, ex illa ſaltem cauſa. Quod euidenter probatur ex textu in *cap. Ligneis, el* 6. *de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris,* vbi. ſic Innocentius Papa Tertius decernens ait, Ligneis ædificiis Eccleſiæ veſtræ caſu conſumptis, parietibus tamen illæſis, ac menſa principalis Altaris in ſua extremitate modicam paſſa fracturam: inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondendum, quod cum parietes in ſua integritate permanſerint, & tabula Altaris mota, vel enormiter læſa non fuerit, ob cauſam prædictam, nec Eccleſia, nec Altare debet denuò conſecrari. Hæc Innocentius in illa Decretali. Vbi Gloſſa *in caſus figuratione* ſic ait. Nota, quòd parietibus Eccleſiæ in ſua integritate permanentibus, non eſt Eccleſia reconſecranda. Et idem aſſerit *verbo Parietibus*: vbi rationem reddit. Ita ibi fatur. Quandiu parietes integri ſunt, non eſt Eccleſia reconſecranda: quia in parietibus conſecratur Eccleſia, & non in tecto. Abbas Panormitanus, *in dictum caput, num.*1. ſic ait. Nota primò ex textu iuncta Gloſſa, quod conſecratio Eccleſiæ conſiſtit, non in tecto, ſed in parietibus: ideò corruente tecto, remanentibus parietibus, non fiet reconſecratio. Hæc Nicolaus Tudeſchus. 2

Quod de commotione, euerſione, & de renouatione parietum diximus, procedit etiam in illorum combuſtione: nam quamuis illi minimè corruant, per eorumdem exuſtionem exſacratur Eccleſia. Diffinitum eſt in Concilio Nicæno, ex quo deſumptus eſt Canon Eccleſiis, *de Conſecratione, diſtinct.*1. in quo ſic lego. Eccleſiis ſemel Deo conſecratis, non debet iterum conſecratio adhiberi, niſi aut ab igne exuſtæ, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſque ſemine pollutæ fuerint. Quia ſicut infans à qualicumque Sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti ſemel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus iterum conſecrandus eſt, niſi propter eas cauſas, quas ſuperiùs nominauimus; ſi tamen fidem Sanctæ Trinitatis tenuerint, qui eum conſecrauerunt. 3

Hæc omnia in allegato Canone, quem Gloſſa, *verbo Exuſtæ,* exponit dicens. Pro maiori parte; aliàs ſecus argumento, *ff. de Contrahenda emptione, Domum,* cum ſcilicet ita comburitur, quod deſtruatur, vel decruſtetur interiùs, & exteriùs: tunc exſecratur. Conſecratio enim Eccleſiæ, maximè conſiſtit in Vnctione exteriori, & coniunctione, & diſpoſitione lapidum. Hactenus Gloſſa. 4

Panormitanus etiam *in cap. Propoſuiſti el* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris, num.*7. idem tenet, & probat, dicens. Secundus caſus eſt, ſi parietes Eccleſiæ ſunt combuſti. Et eſt ratio, quia conſecratio Eccleſiæ, conſiſtit in exteriori parte. Fit enim 5

enim delinitio, seu vnctio cum Crucibus in ipsis parietibus Ecclesiæ ab interiori parte in superficie muri. Vnde violatur ipsa consecratio ex combustione parietum, licet parietes non corruant. Huc vsque Abbas. Conant. Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, parte 1. cap. 2. dubitat. 2. sect. 14. num. 2. & 4.* & Augustinus Barbosa, *in dictum Canonem Ecclesiis, num. 4. & de officio, & potestate Episcopi, parte 2. allegat. 27. num. 18.* cum Piasecio, *in Praxi Episcoporum, part. 1. cap. 5. num. 24. versic. Secundo*, & Ludouico de Miranda, *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæst. 39. artic. 4. conclus. 1.*

CONCLVSIO I.

5 ECclesia (& idem de quolibet alio loco sacro dicendum est,) per euersionem, & simultaneam omnium parietum, aut maioris partis eorum reædificationem, consecrationem amittit, si consecrata erat, & noua indiget consecratione, vt destinata sit ad Diuina.

Hæc conclusio communis est inter Doctores, Theologos, & Canonistas. Ita Glossa, *in Can. Ecclesiis, verbo Exustæ*, ibi: ita comburitur, quod destruatur, *de Consecratione, distinct. 1.* Abbas, *in dictum cap. Proposuisti, num. 8.* Ascanius Tamburinus, *tom. 1. de Iure Abbatum disput. 23. quæsito 11. num. 6.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra titulo 9. num. 67. libri 5.* cum Glossa, *in Canonem de Fabrica, el 6. & 20. de Consecratione, distinct. 1. in cap. Proposuisti, citat. & in cap. de Ligneis de Consecratione*, & ibi Host en. Ioann. Andr. Butr. cum Innocentio *in Rubrica eiusdem tituli*, Hostiensi *in Summa, num. 6.* Miranda *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæst. 49. artic. 4. concluf. 2.* Syluestro, *verbo Consecratio 2. quæst. 4. versic. 2. & 3.* Angelo, *verbo Ecclesia*, §. 3. Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract. 3. cap. 3. dub. 4.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæst. 9. cap. 4. num. 16.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium. tomo 2. part. 3. verbo Ecclesia, num. 12. in fine.* Emmanuel Sa, *verbo eodem, num. 18.* Coninck, *de Sacramentis, quæst. 83. artic. 3. dub. 1. num. 235.* Ludouicus Caspensis, *in Cursu Theologico, tomo 2. tract. 23. disput. 3. sect. 3. num. 74.* Delbene, *de Immunitate, tom. 1. cap. 2. dubitat. 2. sect. 14. num. 4. & 5.* Barbosa in recensita *allegat. 27. num. 13.* cum Piasecio, *in Praxi parte 1. cap. 5. num. 4.* Henriquez, *lib 9. cap. 27. numero 5. in fine.* Vgolino, *de Potestate Episcopi, cap. 28. num. 4. versic. 2.* & Mario Alterio, *de Censuris, tom. 2. disput. 3. cap. 1. versic. Sexta causa.*

6 Et probatur à Barbosa. Quia quoties Domus priuata modo prædicto destruitur, & de nouo insimul reficitur, non censetur eadem Domus, nec durat obligatio respectu illius, ex textu in *L. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verborum obligationibus, & in L. Qui res, §. Aliam, ff. de Solutionibus*, & ex textu *in cap. Iudæi, & in cap. sicut Iudæi*, iuncta vtrobique Glossa, & Doctoribus, de Iudæis, quatenus concedunt prædictis, vereres reficere Synagogas, non verò reædificare nouas. Ergo similiter, quoties Ecclesia, vt præfertur, destruitur, & insimul reficitur, eadem, ac antea erat non censetur: & verè eadem minimè est, cum amittat formam suam, ac per consequens, & consecrationem.

7 Deinde probatur conclusio. Consecratio Ecclesiæ consistit in exteriori parte: fit enim delinitio, seu vnctio cum Crucibus in ipsis parietibus Ecclesiæ ab interiori parte, in superficie muri, vti Glossa, *in Can. Ecclesiis, de Consecratione, distinct. 1.* Panormitanus *in dict. cap. Proposuisti, num. 7.* & Thomas Delbene, *vbi proximè, num. 9.* Ergo per euersionem, & refectionem simultaneam omnium parietum Ecclesiæ, aut maioris partis eorum, consecratio præexistens amittitur, & noua requiritur. Patet consequentia: quia consecratio erat accidens respectu parietum. Sed substantia rei destructa, naturaliter deperiit eius accidens. Ergo destructis Ecclesiæ parietibus illorum amittitur consecratio.

CONCLVSIO II.

AMittitur Ecclesiæ consecratio per euersionem, 8
aut reædificationem maioris partis parietum, etiamsi non simul, sed per partes, & paulatim, & successiuè reficiatur.

Hæc conclusio est contra Glossam *in Canonem De fabrica, verbo Innouata, de Consecrattone, distinct. 1.* contra Leandrum à sanctissimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. disput. 1. §. 5. q. 42.* Busembaum, & Thomam Delbene.

Sed pro ea adest Abbas Panormitanus, *in cap. Proposuisti, citato num. 8.* qui vnus pro mille sufficit, ob tanti Doctoris authoritatem, & soliditatem fundamenti, cui innittitur, qui etiam ex Innocentio refert alios nostram tenentes sententiam. Fundamentum igitur est. Quia Ecclesia, quæ per partes corruit, & successiuè reficitur, hodie v.gr. vna certa pars, cras altera, & sic successiuè, non est verè eadem Ecclesia, & realiter, ex toto, vel ex parte maiori, licèt successiuè, est refecta. Ergo consecratio, quæ in antiquis consistebat parietibus, sublata est, & amissa. Quia vti pro prima dixi conclusione, consecratio est accidens parietibus, & amissa substantia, necessariò amittitur accidens.

Sed obiicies. Ecclesia per partes successiuè euer- 9
sa, & refecta, eadem censeri debet, ac ante euersionem, & reparationem erat: quod exemplis Domus priuatæ, Nauis, Collegij, Conuentus, & cuiuslibet alterius Vniuersitatis, & hominis etiam, demonstrare intendunt contrariæ sententiæ Authores. Domus enim, si per partes successiuè, etiam tota corruat, & reficiatur, eadem, ac antea censetur, & durat obligatio respectu illius. Argumentum à contrario sensu, desumitur ex Lege *inter stipulantem*, & *Lege, Qui res*, suprà, circa primam conclusionem, allegatis. Quod quidem validissimum esse, ostendit Augustinus Barbosa, *in tractatu Argumentorum Iuris, loco 27.* per plures numeros, præcipuè *numero 10.* vbi inter alia, ex Castrensi, *consilio 98. In causa appellationis, libro 2.* ait, quod statutum, in quo disponitur, quod filiusfamilias non possit obligari, nisi gerat publicè negotia Domus, intelligitur à contrario, quod si gerat negotia Domus, potest obligari. Sic similiter, dispositio dictarum legum, quod Domus priuata insimul destructa, & in totum, non censeatur eadem post reædificationem, nec duret illius obligatio, intelligitur à contrario sensu, quod si non tota insimul corruat, & reficiatur, sed paulatim, per partes, & successiuè, eadem censeatur, & quod duret illius obligatio, etiamsi tota illa reædificetur.

Nauis etiam eadem moraliter censetur, licet pro 10
destructis tabulis, nouarum accessio fiat, ea de carina. *L. Quod in rerum, §. fin. ff. de Legatis 1.* & *L. Proponebatur, ff. de Iudiciis.* Glossa *in cap. de Fabrica, verbo Innouata de Consecratione distinct. 1.*

11 Populus etiam idem dicitur, licet aliqui, immò omnes illius vicini, & incolæ moriantur, aut aliùm in locum demigrent, ſe conferant, & alij naſcantur, aut illuc aliunde gratia acquirendi domicilium, veniant. Et idem eſt dicendum de Collegio, Conuentu, & de qualibet alia Vniuerſitate. Pro quibus facit *Lex Proponebatur, de Iudiciis, modò adducta.*

12 Homo ſimiliter, etiamſi eius partes aſſiduè corrumpantur per calorem naturalem, & aliæ de nouo generentur ex aſſumpto cibo, idem homo, ac antea erat remanet, quia nouæ illæ partes generatæ in totum hominem, qui antea erat, conuertuntur. Idem ergo dicendum in noſtro caſu de ſucceſſiua Eccleſiæ renouatione.

13 Obiicies etiam parietes conſecrati, qui permanent, & in maiori quantitate, communicant conſecrationem minoribus partibus, quæ paulatim, & ſucceſſiuè reficiuntur. Quod probari videtur exemplo Aquæ Benedictæ, Olei ſacri, & Chriſmatis: ex quibus, ſi minor pars præexiſtenti ſuperaddatur, benedictio, & conſecratio, parti ſuperuenienti communicatur, vti docent Leonardus Leſſius, *de Sacramento Vnctionis, capite 1. dub. 5. numero 11. verſic. Adnimaduertendum.* Antoninus Diana, *part. 11. tract. 3. reſolut. 15.* cum Petro Ledeſma, *in Summa, tom. 1. tract. de extrema Vnctione, capite 2. concl. 4. difficult. 3.* Ioanne à Cruce, *in Directorio conſcientiæ, eod. tractatu, dub. 6. Concluſ. 1.* Henriquez, *lib. 3. cap. 8. numero 2.* Dicaſtillo, *tom. 1. tract. 7. diſputat. prima, dub. 7. numero 74.* Præpoſito, *in 3. partem D. Thom. quæſt. vnica de Sacramento Extremæ Vnctionis, dub. 3. num. 19.* & Trid. Lench., *de Sacramentis, lib. 5. cap. vnico, dub. 2. num. 3.* & apparet ex Rituali Romano, iuſſu Pauli Papæ Quinti edito, „ *in Rubrica, de Materia Baptiſmi*, ibi. Si aqua benedicta tam imminuta ſit, vt minus ſufficere videatur, alia non benedicta admiſceri poteſt; in minori tamen quantitate. Hæc ibi. Idem de Oleis, & Chriſmate ab eodem Rituali *in Rubrica de Sacris Oleis* præſcribitur. Veteribus (inquit) Oleis niſi neceſſitas cogat, vltra annum non vtatur; ac ſi deficere videantur, & Chriſma, aut Oleum benedictum haberi non poſſit, aliud Oleum de oliuis non benedictum adiiciatur, ſed in minori quantitate. Hactenus ibi. Quod & *in cap. Quod in dubiis, el 3. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, Innocentius Papa Tertius decernit dicens. Nec negamus, quin Oleum non conſecratum, conſecrato poſſit Oleo commiſceri. Vbi Gloſſa *in caſus formatione*, ait. Nota quod ea, quæ Religioſis adhærent, Religioſa cenſentur. Item addit magis dignum, trahit ad ſe minus dignum. Et *verbo Conſecratio*, dicit. Et ita ſacrum, tanquam dignius, trahit ad ſe non ſacrum.

14 Ad primum, quod obiicitur, reſpondeo Panormitano *in dicto cap. Propoſuiſti, num. 8.* Domum, Populum, (& idem eſt de Naui, Collegio, Conuentu, & qualibet alia Vniuerſitate) poſt reædificationem, poſt mortem plurimorum, immò & omnium vicinorum, & aliorum natiuitatem, &c. eandem eſſe Domum, eundem populum; non quidem in veritate; ſed fictione Iuris: & Iura in contrarium allegata, de fictione Iuris loquuntur. In ſpiritualibus autem, qualis eſt Eccleſiæ conſecratio, veritatem conſideramus, & non fictionem, vti idem notat Abbas, cum Archidiacono, *in cap. 1. de Voto, lib. 6.* Vnde quamuis fictione Iuris, quoad alios effectus Eccleſia poſt ſucceſſiuam, per paruas partes, etiam diuturnam renouationem, eadem ac antea cenſeatur; quoad conſecrationem verò, aliter dicendum eſt. Quia cum in veritate, niſi inungatur Oleo ſacro, nequeat Eccleſia eſſe ſacra, (non enim fictione Iuris conſecratur,) & in veritate, parietes ſucceſſiuè refecti, etiam ex eiiſdem lapidibus, non ſint idem, ac antea erant, nequeunt conſecratione gaudere præcedenti, quia ſublata parietum ſubſtantia, accidens conſecrationis ſublatum eſt.

Ad id, quod de homine dicitur, reſpondeo, 15
verum quidem eſſe, quod aſſeritur; ſcilicet, eundem eſſe hominem poſt corruptionem aliquarum illius partium, & poſt aliarum generationem. Hoc tamen ex eo prouenit, quod habeat virtutem actiuam, & conuerſiuam alimenti in propriam ſubſtantiam; paries autem præexiſtens, hanc non habet virtutem, vt poſſit in ſeipſum conuertere partem parietis de nouo aduenientis. Ex quo fit, præexiſtentem, non poſſe ſuum proprium conſecrationis accidens aduenienti communicare cum hoc ſine ſua ſubſtantia communicari non valeat. 19

Ad id quod de Aqua Benedicta, Oleo ſacro, & Chriſmate obiicitur, reſpondeo, ſupponendo, continua eſſe, quorum extrema inuicem ſe coniungunt; contigua autem, quorum terminus vnus eſt: v. gr. vinum in vaſe, quoad ſeipſum, continuum dicitur; reſpectu autem vaſis, contiguum. Ita Pax Iordanus, *de Re Beneficiaria, lib. 10. tit. 7. num. 117.* ex Gloſſa, *in cap. Si ciuitas, verbo Contigua, de Sententia excommunicationis, lib. 6. & cap. vnico de Conſecratione Eccleſiæ eodem lib. verbo Continua*, ex Philoſopho, *5. Phyſicorum*, Auguſt. Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi. allegat. 72. num. 55.* Flaminio Pariſio, *de Conſidentia, quæſt. 28. à num. 255.* & Aloyſio Riccio: & admittendo, omnia prædicta continua, ſuam communicare benedictionem, & conſecrationem reſpectiuè, aquæ, & oleo, in minori quantitate illis ſuperuenienti; nego tamen parietem conſecratum præexiſtentem, parti parietis de nouo aduenienti, ſeu ædificatæ, ſuam poſſe communicare conſecrationem. Diſparitatem reddo. Quia aqua ſuperaddita (& idem eſt de Oleo,) continua eſt præexiſtenti, & ratione iſtius continuationis, vna aqua ex vtraque fit, ſeu potius præexiſtens augetur, vel per ſolam iuxta poſitionem, aduenientis de nouo, vel per virtutem actiuam conuerſiuam ſuperuenientis in propriam ſubſtantiam.

Et hoc vltimum bene colligi poteſt ex Rituali Romano decernente, admiſcendam eſſe aquam (& idem ait de Oleo) in minori quantitate. Ideò enim exigit, iniungit, vt aqua, & oleum ſuperaddatur in minori quantitate, vt vim habeat præexiſtens, conuertendi in propriam ſubſtantiam, partem ſuperuenientem. Et ob hanc etiam cauſam, præcipitur ad conſecrationem, miſceri aquam in minori quantitate vino, vt ab iſto in propriam conuertatur ſubſtantiam, iuxta Gloſſam, *in cap. Cum Martæ, verbo Cum vino, el 6. de Celebratione Miſſarum*, vbi ita fatur. Cum vino. Id eſt vinum aquaticum. Non enim tranſeunt duo in ſanguinem, ſed vinum, quod aquam ſibi incorporauit. Ita expone aquam cum vino. Id eſt. compactum, vel compoſitum ex eis. Hæc omnia Gloſſa. Paries autem præexiſtenti additus, ei non eſt continuus, ſed contiguus, quia extrema eorum ſunt ſimul, & vnus non habet virtutem actiuam, alterius conuerſiuam in propriam ſubſtantiam, nec in ſeipſo augetur per iuxta poſitionem alterius. Vnde ex eo, quod Aqua,

& Oleum præexiſtens, ſuam benedictionem, & conſecrationem, aquæ, & oleo in minori quantitate ſuperuenienti communicet & non probatur, idem efficere parietem veterem conſecratum, nouæ refectioni ſucceſſiuè per partes factæ.

17 Ex quibus habemus veram intelligentiam eorum quæ ex Gloſſa *in cap. Quod in dubiis recenſui.* Verum enim eſt Religioſa cenſeri, quæ Religioſis adhærent, ſi continuentur, ſi augeantur. Et ſimiliter ſacrum trahere ad ſe non ſacrum quando continuantur; non autem quando contigua fiunt.

18 Ex dictis colligo primò contra Thomam Tamburinum, *de Sacrificio Miſſæ, lib. 1. cap. 1. §. 5. nu. 6.* & Auguſtinum Barboſam, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 27. num. 38. in fine*, Eccleſiam amittere conſecrationem, ſi de nouo dealbetur. Quia licet conſecratio adhibeatur in cruſta parietum, & iſti poſt dealbationem remaneant, cenſeri non poteſt quod remaneat conſecratio, quoad Eccleſiam: quia iſta vt conſecrata ſit, debet habere delinitiones, ſeu vnctiones in ipſis parietibus ab interiori parte, in eorum ſuperficie, vti benè Abbas, *in cap. Propoſuiſti, num. 7. el 4. de Conſecratione Eccleſiæ*, & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, parte 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 14. nu. 9.* Vndè docent, ex combuſtione, & decruſtatione parietum, quamuis non corruant, Eccleſiæ amitti conſecrationem. Colligo inquam, quia ſi conſecratio parietis præexiſtentis, communicari nequit parti parietis contigui de nouo ædificati, neque communicari illa poterit ſuperficiei interiori cruſtæ albæ, poſt ipſam conſecrationem, de nouo parietibus, media dealbatione aduenientis.

19 Secundò colligo, contra P. Gabrielem Vazquez, *tomo 3. in 3. partem D. Thomæ, quæſt. 83. artic. 2. diſputat. 233. cap. 4. num. 34.* quod ſi parietes omnes Eccleſiæ conſecratæ, & tota Eccleſia tegatur laminis argenteis, vel aureis, ita, vt ex auro, vel argento noua fieret Eccleſia, noua iſta egeret conſecratione, & ratio eſt, quia laminæ illæ parietibus præexiſtentibus non continuarentur, nec iſti per illas augerentur. Quomodò ergo ſuperficiei interiori nouæ Eccleſiæ aureæ, vel argenteæ communicari poterit conſecratio veteris Eccleſiæ, ſi nouo parieti ei aduenienti, & magis contiguo quidem, quàm eſſet Eccleſia ex laminis confecta, & nouæ ſuperficiei albæ, etiam magis contiguæ, communicari non valet? Nullatenns quidem, quia non quodcumque ſacrum trahit ad ſe non ſacrum, & fit per acceſſionem ſacrum, ſed illud tantum, quod commiſtione confunditur, vti Abbas benè docet *in cap. Ad hæc, in fine, el 1. de Conſecratione Eccleſiæ. cap. Quod in dubiis, el 3. & cap. Propoſuiſti, num. 8. eodem tit.* & quod continuari poteſt, & augeri per non ſacrum, & idem ex vtroque fieri, vel per iuxta poſitionem de nouo aduenientis, vel per virtutem actiuam conuerſiuam in propriam ſubſtantiam, ſuperuenientis rei, vti dictum relinquimus.

Libuit Panormitani verba ipſa reddere. Et in fine Gloſſæ (inquit *in dicto capite 1.*) non intelligas, ſi lapis de nouo additur alteri, quod efficiatur ſacer: quia *caput Quod in dubiis infra eodem*, procedit in liquoribus, & in his, quæ commiſtione confunduntur, vt ibi clarius dicam; ſecus in aliis rebus. Hæc ibi. *In cap. Quod in dubiis, num. 5.* poſt alia, ſic fatur. Et in fine Gloſſæ non intelligas, quod filum non ſacrum, efficitur ſacrum: (quo ſcilicet reficitur veſtis ſacra,) quia vt dixi in *capite 1. ſupra eodem*, iſte textus procedit in liquoribus, & in his, quæ miſtione confunduntur, ſed in aliis, quæ miſtione non confunduntur, vnum non tranſit in naturam alterius; & ſic argumentum Gloſſæ non colligitur ex textu. *In capite* tandem *Propoſuiſti*, ſic ait Abbas. Nec obſtat, ſi dicatur, quod ex quo fuit refecta priùs minor pars, traxit maior pars minorem partem ad naturam ſuam: argumentum *in cap. proximo in fine*, & ſic de aliis partibus. Nam dico, quod hoc non procedit in iſtis, quæ miſtione non confunduntur, vt dixi *in capite 1. ſupra eodem.* Hæc omnia Doctiſſimus Nicolaus Tudeſchus.

20 Reſtat nunc reſpondere ad id quod *num. 9.* dicebatur, de argumento à contrario ſenſu. Dico igitur, locum illum, non paucas admittere limitationes. Ex quibus, vna hæc eſt, quod argumentum à contrario ſenſu, vim non habet vllam, quando in caſu contrario, eadem, aut maior militat ratio. Ita Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo 3. libro 9. diſputat. 32. num. 11. pag. mihi 250.* cum Sylueſtro, *in Summa, verbo Ignorantia 8. D. 3.* & Euerardo, *in ſuis Topicis, loco à contrario ſenſu, num. 12.* Auguſtinus Barboſa, *dicto loco 27. num. 27. limitatione 8.* cum Gloſſa, *verbo Videtur, in L. Cum Prætor, ff. de Iudiciis.* Natta, *conſilio 126. num. 14.* Surdo, *deciſ. 18. num. 24.* Cardinali Tuſcho, *Practicarum concluſionum, tomo 1. litt. A. concluſ. 498. num. 108.* Franciſco Molina *de Ritu Nuptiali, lib. 3. quæſt. 51. num. 8.* & Caſtill. *Controuerſiarum, tomo 5. cap. 88. num. 32.* At eadem eſt ratio, quoad amiſſionem conſecrationis in euerſione, & refectione, ſeu in reædificatione Eccleſiæ ſucceſſiuè, & paulatim, ac in inſimultanea: cum vti vidimus, quomodocumque deſtruatur, ſiue ſimul, ſiue paulatim, & ſucceſſiuè, æquè parietum ſubſtantia, deperditur: & per neceſſarium conſequens, amittatur etiam qualitas conſecrationis, quæ illi accidentaliter inhærebat: quia qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto, vti iam diximus, & docet, ac probat Ioannes Baptiſta Lezana, *in Turri Dauidica, ad finem tomi 4. conſultorum ſuorum, cap. 4. num. 219. pag. mihi 537.* ex *Lege eius, qui in Prouincia, ff. Si certum petatur*, & quàm plurimis Doctoribus, à Sacra Rota congeſtis, coram Ludouiſio, Gregorio XV. nuncupato in aſſumptione ad Summum Pontificatum, inter impreſſas illius deciſiones, *La 381. num. 3. 4. & 5.* Ergo in præſenti noſtro caſu non valet argumentum à contrario ſenſu. Amittit conſecrationem Eccleſia ſi inſimul deſtruatur, & reficiatur. Ergo illam non amittit ſi per partes, & paulatim, ac ſucceſſiuè.

DISQISITIO VII.

De Pollutione Capellæ; Altaris; Ambonis; Chori; Confeſſonarij; Sedis; Sepulchri; Menianæ vulgo *Columna*; Propylæi, ſeu Portici, quæ eſt ante Eccleſiam; Portæ ipſius Eccleſiæ; Scalæ iſtius; Sacriſtiæ; Cubiculi Eccleſiæ, vulgo *Tribuna*: Turris campanarum; Cryptæ, vulgo *Cueua*; ac Tecti.

An polluta Eccleſia, polluta cenſeatur, quæ in Diſquiſitionis recenſentur titulo, Capellæ, Altaria, &c. & an iſtorum quolibet polluto, polluta cenſeatur Eccleſia?

BReuiter me difficultate expediam, propoſita, variis illam concluſionibus dilucidando, reſoluendo, pro varietate rerum, quas in illius adnumeraui titulo.

BREVIARIVM.

Altare.

Altare fixum, pars Eccleſiæ eſt. n.1.

Pollutum cenſetur ad Eccleſiæ pollutionem, & polluto Altari fixo, Eccleſia polluitur. n.1.

Non exſacratur Altare ad Eccleſiæ exſacrationem, nec contra. n.2.3.

Ambo, ſeu Pulpitum.

Ad Eccleſiæ pollutionem polluitur, & è contra. n.5.

Pars eſt Eccleſiæ, & ſub eius venit nomine. n.5.

Campanile.

Si intra Eccleſiæ ambitum exiſtat, ad illius polluitur pollutionem; ſecus ſi extra Eccleſiam, vti frequenter contingit, exiſtat. n.6.

Si intra Eccleſiam ſit, ad eius pollutionem Eccleſia polluitur. n.6.

Capellæ.

Si intra Eccleſiæ corpus ſitæ ſint, ad illius pollutionem, pollutæ cenſentur, & è contrà. Et idem eſt ſi ad eas per Eccleſiam aditus pateat. n.7.16.

Secus verò ſi aditus iſte non pateat. n.7.

Chorus.

Si intra Eccleſiæ exiſtat corpus, ad Eccleſiæ pollutionem, polluitur Chorus; & è contra ad Chori pollutionem, polluitur Eccleſia. Secus dicendum, ſi extra Eccleſiæ ambitum ille ſit. n.8.

Cœmeteria.

Plura, ſunt Cœmeteria, & non vnum, quando pariete medio ſeiunguntur. n.9.

Confeſſionalia.

Si exiſtant intra concauum parietum Eccleſiæ, ab Eccleſia pariete diuiſa, & feneſtella cratibus obducta, ad Eccleſiæ pollutionem polluuntur, & è contra. Et idem eſt, ſi pariete non diuidantur, ſed linteo cerato, aut tabulis fixis; ſecus ſi velo, quod complari, & plicari poſſit, aut tabella vncis ferreis nexa, vulgo con gonzes, diuidantur. n.9.

Quando polluuntur, ſolum eſt, quoad partem, quæ Eccleſiam reſpicit. n.9.

Cryptæ, ſeu Cauernæ.

Si deſtinatæ ſint ad diuina celebranda, vel ad Sepulturas, ad Eccleſiæ pollutionem polluuntur, & è contra, Eccleſia polluitur ad pollutionem earum: Dummodò tamen ad eas pateat per Eccleſiam aditus. n.11.

Cubicula, vulgo *Tribunas.*

Polluta non cenſentur, per actiones pollutionis, inductiuas. n.10.

Meniana, ſeu Valcones, &c.

Si intra Eccleſiæ ſint corpus, polluuntur ad Eccleſiæ pollutionem, & è contrà. n.12.

Paſtophoria.

Idem ſignificat, quod thalamus, ſeu interius cubilum, domicilium Præpoſiti Templi. n.17.

Pollutio loci ſacri.

Omnes eius afficit partes, cum eius corpus ſit vnitum, & indiuiſum. n.1.3.4.

Vide Altare. Ambo. Campanile. Capellæ. Chorus. Confeſſonaria. Cryptæ. Cubicula. Meniana. Porta Eccleſiæ. Propylæi. Sacriſtia. Scala. Sedes. Sepulchra. Tectum.

Porta Eccleſiæ.

Actio inductiua pollutionis loci ſacri, facta in linea, quam attingunt valuæ in liminibus portæ Eccleſiæ, Eccleſiam polluit, & polluta Eccleſia, linea illa polluta cenſetur; ſecus ſi actio extra illam fiat lineam. n.13.

Propylæi, ſeu Cornijas.

Si intra corpus exiſtant Eccleſiæ, ad iſtius pollutionem, polluuntur, & è contra. n.14.

Sacriſtia.

Ad Eccleſiæ pollutionem polluitur, & è conuerſo, dummodo ad Diuina celebranda, vel ad Sepulturas ſit deſtinata, & per Eccleſiam pateat ad eam aditus. Secus ſi iſte non pateat, nec deſtinata ad præfata. n.15.17.

Scala.

Per actionem inductiuam pollutionis loci ſacri, in ſcala Eccleſiæ factam polluitur Eccleſia, & è contra, ſi Scala intra corpus ſit Eccleſiæ; ſecus ſi extra illud ſit. n.20.

Sedes.

Si in ſedibus intra Eccleſiam exiſtentibus, actio fiat pollutionis inductiua, per illam Eccleſia polluitur. n.19.

Sepulchra.

Si in Sepulchris intra Eccleſiam, aut in Cryptis, ſub Eccleſiæ pauimento, ad quas pateat per Eccleſiam aditus, actio fiat pollutionis inductiua, Eccleſia polluitur, & è contra. n.21.

Tectum.

Nulla actio ſupra tectũ loci ſacri facta, illum polluit; ſecus ſi infra illud fiat inductiua pollutionis. n.22.

CONCLVSIO I.

De Altaribus.

POlluta Eccleſia, polluta cenſentur Altaria, & è contra, polluto Altari, per aliquam actionem inductiuam pollutionis loci ſacri in illo factam polluitur Eccleſia. Procedit Concluſio de Altari fixo. 1

Illam

Illam tenet Nicolaus Tudeſchus, Abbas Panormitanus, *in cap. Propoſuiſti, num.* 10. *el* 4. *de Conſecratione Eccleſiæ.* Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Reſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 99. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tomo, parte* 3. *verbo Altare, num.* 21. cum Sylueſtro, *in Summa, verbo eodem, quæſtione* 11. Paſqualigus *de Sacrific. Miſſ. tom.* 1. *q.* 697. *n.* 2. cum Abbate *loco cit. & in cap.* 1. *n.* 1. *de Conſecrat.* Tabiena, *verbo Altare, n.* 9. Angelo, *n.* 4. Armilla. *n.* 12. Azorio, *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 20. *q.* 14. & Franc. Lugo. *de Sacramentis, lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 3. *n.* 31.

Ratio autem concluſionis eſt. Quia Altaria partes Eccleſiæ ſunt. Pollutio autem Eccleſiæ totum eius reſpicit, concernit corpus, cum ſit vnitum, & indiuiduum. Ergo polluta Eccleſia, polluuntur Altaria fixa, & pollutis Altaribus fixis, polluitur & ipſa Eccleſia.

2 Sed dices. Altare fixum non exſacratur, ad Eccleſię exſacrationem, vti docent Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo* 3. *diſputat.* 23. *quæſt.* 6. *n.* 4. *verſic. Hoc autem*, cum Sylueſtro, *vbi proximè*, & Ludouico Miranda, *in Manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæſt.* 39. *artic.* 7. *concluſ. vnica.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *n.* 26. cum eiſdem, & Raguſio, *de Miſſa in Eccleſia, quæſt.* 34. *&* 35. Pax Iordanus, *dicto lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 55. Bartholomæus Gauantus. *in Manuali Epiſcoporum, verbo Altare, nu.* 14. & Lezana, *loco allegato* Paſqualigus *dicta q.* 697. *n.* 1. quod probat *ex cap.* 1. *de Conſecratione Eccleſiæ.* Ergo nec polluitur Altare fixum, ad Eccleſiæ pollutionem. Patet conſequentia, quia non apparet maior ratio pro pollutione, quàm pro exſacratione.

3 Reſpondeo conceſſo antecedente, negando conſequentiam, cum Abbate Panormitano, Lezana, Pace Iordano, Barboſa *in cap. Ad hæc num* 4. *el* 1. *de Conſecratione Eccleſiæ.* Quia diuerſa eſt vtriuſque ratio. Conſecratio enim Eccleſiæ, diſtincta eſt ab Altaris conſecratione: cum illa in parietibus conſiſtat, & muribus, iſta verò, in Altaris ipſius conſecrati integritate, & inamouibilitate. Vndè exſacrari poteſt Eccleſia muris collapſis, vel combuſtis, remanente Altaris conſectatione, quia ipſum integrum permanet. Violatio autem, ſeu pollutio Eccleſiæ, totam Eccleſiam concernit. Vndè illa polluta, quælibet illius polluitur pars, Et ſic Altare fixum, & è contra.

4 Sed audiamus Nicolaum Tudeſchum. Sed dubitatur (inquit) numquid exſacrata Eccleſia, debeat etiam reconſecrari Altare, & quid in pollutione? Concludunt Doctores, hîc, quod poſſibile eſt, quod Eccleſia indigeat reconſecratione, & non Altare. Et idem eſt è contra; ſecus eſt in pollutione. Ratio diuerſitatis: nam conſecratio Eccleſiæ, quæ conſiſtit in parietibus, eſt ſeparata à conſecratione Altarium. Vndè poteſt violari conſecratio Eccleſiæ, puta, quia parietes ſunt combuſti, vel corruerunt, conſecratione Altarium remanente intacta: & ita è contra. Nam Altaria poſſunt deſtrui parietibus Eccleſiæ remanentibus illæſis. Sed pollutio concernit totum corpus Eccleſiæ. Nam ex homicidio commiſſo in Eccleſia, totum corpus cum ſit vnitum, & indiuiduum, polluitur, ideò etiam in Altaribus non poteſt celebrari ante reconciliationem, cum ſint in corpore Eccleſiæ. Hæc omnia Abbas Panormitanus. Plura de Altaris exſacratione dicenda occurrunt, quæ commodiori loco, *in Diſquiſitione* 9. dilucidare decreui.

CONCLVSIO II.

De Ambonibus.

SI in Ambonibus, ſeu Pulpitis in quibus Epiſtolę, & Euangelia canuntur, concionéſve ſacræ fiunt, actio pollutionem inducens exerceatur, ad illorum pollutionem tota polluitur Eccleſia. Et idem aſſero de Ambonibus, quæ ad organa, ad muſicalem concentum, aut ad alia intra Eccleſiæ corpus fiunt, & de Organorum loco, ſi in eis dicta exerceatur actio pollutionis inductiua loci ſacri. 5

Hanc tenent concluſionem Thomas Sanchez, *tomo* 3. *de Matrimonio, lib.* 9. *diſputatione* 15. *n.* 33. *in fine.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 72. *verſic. Noto* 5. & Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Reſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 76. Et ratio eſt, quia omnia recenſita, ſub Eccleſiæ nomine veniunt: cum intra eam, vti illius partes exiſtant. Vndè, è conuerſo, Eccleſia polluta, polluta etiam illa cenſentur.

CONCLVSIO III.

De Campanili.

SI actio inductiua pollutionis, in Campanili, exiſtenti intra Eccleſiam, id, eſt eius ambitum, inter tectum, & pauimentum, & inter illius parietes, ipſa polluitur Eccleſia; ſecus verò aſſero, ſi actio exequatur illa extra Eccleſiam id eſt extra loca modo recenſita. 6

Ita quoad vtramque concluſionis partem, tenet Antonius Naldus, *in Summa verbo Eccleſia, nu.* 29. & quoad ſecundam, Tho. Sanchez, *vbi proximè, n.* 30. cum Angleſ, Suarez, Emmanuele, Ludouico Lopez. Vega, Cañedo, & Henriquez, *lib* 5. *de Pœnitentia, cap.* 6. *n.* 5. *in Cõmentario litt. H.* Iacobus de Graffis, *in deciſionibus aureis, part.* 1. *libro* 2. *cap.* 83. *n.* 10. ibi. Aut campanilia. Pax Iordanus *dicto tit.* 12. *n.* 85. cum Nauarro *in Manuali, cap.* 16. *n.* 34. Machadus, *en el perfecto Confeſſor. tomo* 2. *lib.* 2. *part.* 3. *tractatu.* 4. *documẽto* 4. *n.* 9. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 6. *tract.* 3. *de Euchariſtia, dub.* 4. *verſic. Addo* 11.

Et ratio eſt. Quia in primo caſu, Campanili eſt Eccleſiæ pars, cum intra illam exiſtat, in ſecundo autem, cum extra illam ſitum exiſtat, nequit eſſe illius pars. Vndè in primo caſu, polluto Campanili, polluitur Eccleſia, & è conuerſo, polluta Eccleſia, Campanile polluitur. In ſecundo verò, nullo modo Campanile polluitur, cum ad hunc effectum locus ſacer non ſit; cum tamen alias locus dicatur ſacer, vti obſeruant Iacobus de Graffis, & penes eum Nauarrus, *dicto c.* 16. *n.* 3. *& c.* 25. *num.* 17.

CONCLVSIO IV.

de Capellis.

SI Capellæ intra Eccleſiæ corpus conſtructæ ſunt 7 id eſt, infra illius tectum, ſupra pauimentum, & intra parietes quatuor, qui ipſam conſtituunt Eccleſiam materialem, polluta Eccleſia, polluuntur Capellæ, & è contra. Et idem eſt, ſi Capellæ ſupra tectum, aut infra pauimentum ſitæ, aut extra parietes, habeant aditus per ipſam Eccleſiam. Si verò Capellæ intra Eccleſiam non ſint, nec ad illas pateant aditus per Eccleſiam, non polluuntur Capellæ ad Eccleſiæ pollutionem, nec è conuerſo.

Ita docent Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo.* 3. *lib.* 9. *diſputat.* 15. *n.* 25. *&* 26. Thomas Del-

bene;*de Immunitate Eccleſiaſtica,part.*1.*c.*2.*ſect.*7. *n.*2.*& ſect.*8.*n.*3 Franciſc.Pellizzarius,*in Manuali Regularium, tomo* 2.*part.*1.*tract.*8.*c.*5.*n.*72.*verſic. Noto* 5. Ioannes Bapt.Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tomo* 2.*part.*3.*verbo Eccleſia,n.*13.cum Paulo Laymano,*lib.*5.*tract.*5.*c.*5.*n.*10.Pax Iordanus, *volum.*1.*de Reſacra,lib.* 5. *tit.* 12. *n.*83.88. *&* 89.

Ratio omnium eſt. Quia quando Capellæ intra Eccleſiæ exiſtunt corpus, aut habent per Eccleſiam aditus,partes ipſius Eccleſiæ ſunt; quando verò nec exiſtunt intra Eccleſiam,nec per illam patet aditus, nec ſunt Eccleſiæ partes,nec tales cenſentur. Vnde in primo caſu,polluta Eccleſia, neceſſario polluuntur Capellæ,& è conuerſo;ſecus verò in ſecundo.

CONCLVSIO V.

de Choro.

8 SI Chorus intra corpus Eccleſiæ ſitus ſit : intra quatuor ſcilicet parietes, inter tectum, & pauimentum Eccleſiæ, ſiue in ipſo ſit pauimento, ſiue in edito loco, & in eo actio pollutionem inducens exerceatur,ad illius pollutionem polluitur ipſa Eccleſia, & ad Eccleſiæ pollutionem,Chorus polluitur ipſe,Si verò Chorus ſitus ſit extra Eccleſiæ corpus,ad Eccleſiæ pollutionem non polluitur ille;nec è contra quando ſcilicet ſunt intermedij parietes,qui quaſi diſtinctam efficiant Cameram.

Hanc tenent Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tom.*3.*lib.*9.*diſputat.*15.*num.*33.*pag.mihi* 212. vbi allegat D. Antoninum, *in Summa,part.* 2.*tit.*1. *cap.* 21. §. 1. *circa medium*, qui tamen ibi, nihil de hac differit materia. Pax Iordanus, *volumin* 1. *de Reſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 77. Pelizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *part.* 1. *tract.*8. *c.*5. *num.* 72. *verſic. Noto* 5. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſt. part.* 1.*cap.*2.*dubitat.* 2.*ſect.*7. *num.* 2. & Lezana, *in Summa QQ.Regular. tom.*2. *part.* 3.*verbo Eccleſia,num.*13.

Ratio autem concluſionis eſt. Quia in primo caſu Chorus eſt ipſius Eccleſiæ pars; non verò in ſecundo. Vnde in primo, neceſſe eſt, vt illa eſt polluta, pollutus & ipſe ſit; ſecùs in ſecundo, cum nihil ſit vtrique commune.

CONCLVSIO VI.

de Confeſſionaliis.

9 SI Confeſſionalia, ſeu ſedes ad Confeſſiones excipiendas expoſitæ, ſint intra parietum Eccleſiæ concauum, atque pariete ab Eccleſia diuiſæ, feneſtellaque, cratibus obiectis clauſæ, pars, quæ Eccleſiam reſpicit polluitur ad Eccleſiæ pollutionem, & è contra ad pollutionem illius partis ſedis, ſeu Confeſſionalij, Eccleſia polluitur. Secus autem aſſero de Confeſſionalij parte, quæ Eccleſiam non reſpicit: non ſolum ſi à parte exteriori Eccleſiæ ſit Confeſſionalium fabricatũ, ſed etiamſi ab interiori.

Han tenent concluſionem Thomas Sanchez, *tomo* 3. *de Matrimonio,lib.*9. *diſputat.* 15.*num.*24. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Reſacra, lib.*5.*tit.* 12. *num.* 81. Franciſc. Pelizzarius, *in Manuali, Regularium, tomo* 2. *part.* 1.*tract.*8.*cap.*5.*num.* 72. cum Fagundez.

Thomam Sanchez audiamus, ſecundam partem concluſionis primariò fulcientem: ex cuius probatione, prima ſatis fundata manet. Sic igitur fatur. Si verò de ea parte, in qua eſt Confeſſarius, credo non claudi nomine Eccleſiæ, etiamſi ſit intra ipſius parietis concauum: vbi enim extra eſſet, nulla verſaretur difficultas,quamuis locus omnino patens,nullaque re intermedia diuiſus eſſet. Quia iam eſt extra Eccleſiam. Ducor. Quoniam paries ille intermedius ſeparat, atque templo excludit,ita vt pars illa pro diſtincto domicilio habenda ſit, vt expreſsè probat textus, *cap.vnic.de Conſecratione Eccleſiæ, in* 6.ibi: Non vnum, ſed plura Cœmeteria eſſe noſcuntur, quæ quamuis ſibi cohærentia,pariete tamen medio ſeiunguntur. Ex quo textu parietem diuidere, ita vt res ſic diuiſæ dicantur duæ, obſeruant ibi Gloſſa, *verbo Pariete*, & ibi Archidiaconus, *fin.* Ancharranus, *num.*2.*notabili* 5. Dominicus *n. finali,*Francus *num.*3. Idem cenſeo,ſi partes illæ linteo cerato, aut tabella fixis, & immouibilibus ſcientiæ ſint. Quoniam cum illa ſint fixa, & immobilia, inſtar parietis habentur. Secùs ſi volo, quod complicari, aut explicari poteſt, aut tabella ferreis nexa vncis (vulgò *con gonzes*) diuidantur. Quia ea facile, mobilia, fixo parieti minimè æquiparantur. Quod ſi ſit paries quidam tenuis (vulgò *tabique*) ſecernens eas partes, portaque clauſi obſerata, per quam aditus ex vno loco ad alium patet,adhuc credo partem Confeſſarij externam non claudi nomine Eccleſiæ. Quia teſtibus Ancharrano, Dominico,*n.*3. Franco *proximè relatis*, paries intermedius diuidit, licet ſit porta, per quam de vno ad alium tranſitur locum. Hæc omnia Pater Sanchez, poſtquam dixit de ea parte, in qua mulieres ſunt,manifeſtum eſſe, eam eſſe Eccleſiæ partem. Cum intra ipſius(inquit) contineatur ambitum, nulloque pariete intermedio ſecernatur.

Ex doctrina huius magni Doctoris,probationem noſtræ habemus concluſionis. Violari, ſeu pollui ſcilicet Confeſſionalium,quoad,reſpicientem Eccleſiam,partem,polluta Eccleſia:& Eccleſiam pollui, polluta parte Confeſſionalij Eccleſiam reſpiciente. Quia illa, Eccleſiæ pars eſt. Secus verò,& ob contrariam rationem, quoad Confeſſalij partem,Eccleſiam non reſpicientem. Paries enim ille,quamuis tenuis,ſedem quoad illam ſeparat partem,ab Eccleſia.

CONCLVSIO VII.

de Cubiculis, vulgo Tribunas.

CVbicula Eccleſiæ ad Miſſam audiendam deſtinata,ſi in eis fiat actio aliqua,pollutionem loco ſacro inducere valens, Eccleſiæ pollutionem non communicant. 10

Ita docent Iacobus de Graffis, *in deciſionibus aureis, part.* 1. *lib* 2.*c.*83.*n.*10.*fol. mihi* 242. Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo* 3. *lib.*9. *diſputat.* 15.*n.*19.*&* 35.cum Soto,*in* 4.*diſtin.* 33. *quæſt. vnica, artic.*3.*concluſ.*3.Nauarro,*in Manuali,c.*16. *num.*32.*verſic.*4.Angles,*in Floribus,*1.*parte,de Matrimonio, quæſt.*6.*de ſoluendo debito,in fine.* Suarez, *tom.*3.*in* 3.*part.D.Th.quæſt.*83.*artic.*3.*diſputat.*81. *ſect.*4.§. 3.*violatur.* Ludouico Lopez, 1.*part. Inſtructorij,c.*82.§.*At vero de redditione* Emmanuele Roderiquez,*in Summa, part.* 1.*editionis* 2. *c.* 154. *n.*10.*concluſ.*9.*&* c.243.*n.*19.Vega,*in Summa,lib.* 1. *c.*78.*caſu* 1.& Cañnedo *in Summa Sacramentorum, tract.de Matrimonio, c.*8.*n.*75.Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2.*parte* 1.*tractatu* 8.*c.*5.*n.*72.*verſic. Noto* 5.cum Fagundez. Ioannes Machadus, *en el perfecto Confeſſor, y Cura de Almas,lib.*2. *part.* 3.*tract.*4.*documento* 4.*n.*9.& Pax Iordanus, *volum.*1 *de Reſacra,lib.*5.*tit.*12.*n.*80.

Et ratio concluſionis eſt. Quia huiuſmodi Cameræ,

ræ, partes Eccleſiæ non ſunt, nec ſub nomine Eccleſiæ veniunt, quoad hunc ſaltem effectum pollutionis, cum mediet paries, & non ſint cultui diuino mancipatæ.

CONCLVSIO VIII.

de Cryptis.

11 SI in Cryptis, vulgò *Cauernas, Cuenas, ô Grutas,* ſubtus Eccleſiam ædificatis actio fiat pollutionē inducens, eſto illa ad diuina celebranda, vel ad fidelium ſepulturam ſint deſtinatæ, non polluitur Eccleſia ſub qua ſunt, nec illæ ad Eccleſiæ pollutionem polluuntur.

Procedit concluſio, in caſu, quo Cryptæ non habeant aditum per Eccleſiam. Tunc enim aliter dicendum eſt, vt in ſimili, de Capellis, *concluſ.* 4. dixi, & de Sepulchris, *concluſ.* 15. dicam.

Illam tenent Gloſſa, *in cap. Si Eccleſiam pollui, verbo Sanguinis, vnico de Conſecratione Eccleſiæ lib.* 6. Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, num.* 13. *verſic. Primo.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo eod. num.* 28. Thomas Sanchez, *dicta diſputat.* 15. *num.* 27. cum Ioanne Andrea, Ancharrano, Dominico, Franco, Syluestro, Tabiena Armilla, Nauarro, Ledeſma, Suarez, Ludouico Lopez, Vega, Roderiquez. Ioannes Baptiſta Iezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo* 2. *part.* 3. *verbo Eccleſia, num.* 13. Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 86. & Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 6. *tract.* 3. *cap. dub.* 4. *verſic. Addo II.*

Ratio concluſionis eſt. Quia Cryptæ ad quas non patet aditus per Eccleſiam, Eccleſiæ partes non ſunt, nec ſub illius nomine veniunt, cum mediet. Eccleſiæ ſolum. Cryptæ autem, ad quas patet aditus per Eccleſiam, quia illius partes reputantur, polluuntur ad illius pollutionem, & è conuerſo, Naldus *dicto nu.* 29. Pax Iordanus, *num.* 89. & Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.* 1. *cap.* 2. *dubitat.* 2. *ſect.* 7. *num.* 2.

CONCLVSIO IX.

De Menianis.

12 MEniana, ſic à Menio eius Authore dicta ſunt ædificia, quæ Hiſpanè loquendo, *buelan por el ayre, y ſalen hazia à fuera, como Salidizos, Balcones, y Corredores,* quæ ſi intra Eccleſiæ corpus exiſtant, polluuntur ad Eccleſiæ pollutionem: & è conuerſo, ſi in eis actio fiat pollutionis inductiua, Eccleſia ipſa polluitur.

Ita docet Pax Iordanus, *dicto titulo* 12. *num.* 75. & probatur. Quia huiuſmodi ædificia, partes Eccleſię ſunt, cum intra illius parietes, ſupra pauimentum, & infra tectum exiſtant. Ergo ad Eccleſiæ pollutionem polluuntur, & è conuerſo.

CONCLVSIO X.

De Porta Eccleſiæ.

13 AD pollutionem portæ, per actionem inductiuam pollutionis in ea factam intra lineam, quam attingunt valuæ in liminibus, polluitur Eccleſia, & è contra, ſecus verò, ſi actio fiat extra limen, & clauſuram ipſius portæ, & Eccleſiæ: hoc eſt extra lineam, quam valuæ attingunt.

Ita docent Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 90. cum Dominico, *in cap. ſi Eccleſiam pollui, vnico, de Conſecratione Eccleſiæ, lib.* 6. Syluestro, *in Summa, verbo Cœmiterium, quæſt.* 3. Angelo, *verbo Conſecratio Cœmeterij,* §. 3. Tabiena, *verbo Conſecratio* 4. *quæſt.* 2. Armilla, *verbo Cœmeterium, num.* 4. Auguſtinus Barboſa, *de poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 28. *num.* 20. cum Gambarupta, *de Caſibus reſeruatis, cap.* 15. *caſu* 6. *num.* 5. & Geminiano, *in dictum caput, ſi Eccleſiam pollui.* Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *parte* 5. *tract.* 5. *diſputat.* 1. §. 5. 5. *quæſt.* 48. cum Bartolo, *in L.* 1. *ff. de Cloacis*, Mario Alterio, *diſputat.* 3. *de interdicto, cap.* 2. *colum.* 3 *verſic. Eodem modo*, & Auila, *de Cenſuris, part* 5. *diſputat* 7. *dubitat.* 2. *concluſione* 4.

Et ratio concluſionis eſt. Quia in primo illius caſu, actio pollutionis inductiua, in parte Eccleſiæ fit, non verò in ſecundo. Vnde in illo Eccleſia polluitur; non autem in ſecundo.

CONCLVSIO XI.

de Propylæis.

SI actio pollutionem inducens, fiat in Propylæis, 14
intrinſecùs, per Templi, ſiue Eccleſiæ ſummitatem, ad puluerem tuto excutiendum, vulgò *en las Cornijas, o andenes, que ay en las paredes de la Yglesia por de dentro, para ſacudir el poluo de ellas*, Eccleſia ipſa polluitur. Et idem eſt de propylæis, quæ ad ornatum, & ad circumeundam Eccleſiam facta ſunt.

Concluſionem tenent Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tomo* 3. *lib.* 9. *diſput.* 15. *n.* 32. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *parte* 1. *tract.* 8. *c.* 5. *n.* 72. *verſic. Noto* 5. Pax Iordanus, *vbi ſuprà, n.* 74. Hermanus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ lib.* 6. *tract.* 3. *de Euchariſtia. dub.* 4. *verſic. Addo* 11. Ratio autem ſæpe repetita eſt in præcedentibus concluſionibus. Quia ſcilicet huiuſmodi Propylæa verè Eccleſiæ ſunt, cum intra illius ambitum ſint.

CONCLVSIO XII.

de Sacriſtia.

PEr actiones inductiuas pollutionis, in Sacriſtia 15
factas, non polluitur Eccleſia, quamuis per vnam ad aliam pateat aditus.

Ita docent Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.* 1. *c.* 2. *ſect.* 8. *dubitat.* 2. *n.* 3. Thomas Sanchez, *de Matrimonio, vbi proximè, n.* 31. Anton. Naldus, *in Summa verbo Eccleſia, n.* 29. Machadus, *en el Perfecto Confeſſor, y Cura de Almas, tomo* 2. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 4. *documen.* 4. *n.* 9. Buſembaum, *vbi proximè.* Pellizzarius, *loco citato circa finem*, cum Fagundez. Pax Iordanus, *dicto tit.* 12. *n.* 78. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo* 2. *part.* 3. *verbo Eccleſia, num.* 13.

Et ratio eſt. Quia Sacriſtia non eſt Eccleſiæ pars, dummodo intermedius exiſtat paries, quamuis de vna ad aliam pateat aditus. Ergo ad pollutionem vnius, altera polluta non cenſetur.

Sed dices. Capellæ extra corpus Eccleſiæ exi- 16
ſtentes, ſi de iſta ad illas pateat aditus, & ingreſſus, eſto inter illas mediet paries, partes illius reputantur, & ad iſtius pollutionem, illæ pollutæ cenſentur, & è contra. Ergo ſimiliter, eſto mediet paries inter Eccleſiam, & Sacriſtiam, ſi de vna ad aliam pateat aditus, & ingreſſus, per actionē pollutionis inductiuam, in Sacriſtia factam Eccleſia pariter polluta cenſebitur.

Reſpondeo, conceſſo antecedente, negando con- 17
ſequentiam. Diſparitatem reddo, cum Sanchez, Pace Iordano, Lezana, *locis alleg.* Quia Capellæ, & Eccleſia pariter ſunt deſtinatæ ad idem munus, nempè ad diuina Officia celebranda, & ad ſepulturas Fidelium; Sacriſtia autem, ad veſtium Sacrarum, & aliorum

ſacrorum cuſtodiam. Eſtque ad inſtar aliorum cubiculorum Eccleſiæ, de quibus concluſione ſeptima dixi. Pro qua quidem diuerſitate facit, quod antiquitùs, vti obſeruat Pax Iordanus, ſeparato nomine ab Eccleſia nuncupabantur Sacriſtiæ, nimirum Paſtophoria, vti apparet, ex Sancto Clemente Romano, *lib. 2. Conſtitutionum, cap. 62.* Vbi præcipit Eccleſias habere duas Paſtophorias. Quæ vox, vti exponit D. Hieronymus *in Ezechielem, cap. 42. & in Iſaiam*, apud eundem Iordanum, & Paſſeratium, *in Dictionario, verbo Paſtophorium*, idem ſonat, quod thalamus, ſeu interius cubiculum, in quo habitat Præpoſitus Templi, ſeu eius domicilium. Quocirca apud Eſdram legitur. Exurgens Eſdras in Paſtophorium Ionathæ, & hoſpitatus illic, non guſtauit panem, nec bibit aquam. Cum igitur Sacriſtiæ non ſint in plurimum deſtinatæ ad diuina Officia celebranda, & ad fidelium ſepulturas, ſicut Eccleſiæ ſunt, & Capellæ deſtinatæ, hinc eſt, quod diſpar militet ratio ad cõtrahendam pollutionis pœnam, quamuis Capellæ, & Sacriſtiæ æquè ſint Eccleſiis contiguæ, & æquè de vna, ad aliam aditus pateat, & acceſſus.

18 Cum quo tamen ſtat, quod ſi adſit Sacriſtia quæ etiam ſit ad diuina officia celebranda, & ad fidelium ſepulturam deſtinata, & ad illam pateat immediatus de Eccleſia aditus, ad vnius pollutionem, altera polluta cenſeatur. Quia tunc eadem militat in Sacriſtia, ac in Capella ratio: & non minus illa pars Eccleſiæ cenſeatur, quam iſta. Et cum limitatione intelligi debet noſtra concluſio.

CONCLVSIO XIII.

De Sedibus.

19 SI in Sedibus intra Eccleſiam exiſtentibus, actio fiat aliqua ex inducentibus pollutionem loco ſacro, ex illa Eccleſia ipſa polluitur. Ratio eſt. Quia non minus pertinent ad Eccleſiam huiuſmodi ſedes, quam Ambones, ſeu Pulpita. Sed per actionem pollutionis inductiuam in iſtis factam, polluta cenſetur Eccleſia, vti diximus concluſ. 2. cum Sanchez, Pellizzario, & Pace Iordano. Ergo idem dici debet de actione in ſedibus, ſeu ſcamnis in Eccleſia exiſtentibus facta, ob paritatem rationis, ſeu potius, ob iſtius identitatem,

CONCLVSIO XIV.

De Scala.

20 PEr nullam actionem, pollutionis inductiuam, in Scala Eccleſiæ factam, ipſa polluta cenſetur Eccleſia, ſi Scala extra Eccleſiæ exiſtat corpus, qualis adeſſe ſolet pro aſcenſu ad Turrim, ſeu Campanile, & ad Cameras, vulgò *Tribunas*, ac ad Chorum; polluitur tamen, ſi intra Eccleſiæ ambitum ſcala ſit, ſiue pro ad Aram maiorem aſcenſu, ſiue pro aſcenſu ad Chorum, vel Campanile, qualis non rarò etiam inueniri ſolet.

Hanc tenet Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 9.* Et ratio eſt, quia Scala in primo caſu, pars Eccleſiæ non cenſetur, cum non ſit à tecto interiori ad pauimentum, nec à Summa Ara, ad parietem oppoſitum; in ſecundo verò caſu, ob contrariam rationem, Scala, pars eſt Eccleſiæ. Ergo per nullam actionem factam in Scala polluitur Eccleſia, ſi Scala extra Eccleſiæ corpus ſit, & per quamlibet actionem pollutionis inductiuam polluetur, ſi Scala intra ambitum Eccleſiæ exiſtat. Et hanc quidem concluſionem tenere debent Doctores omnes, pro præcedentibus allegati. Quia rationi, pro præſenti, adductæ innixi, aſſerunt, per actionem in Ambonibus, Campanili, Capellis, Choro, Confeſſionalibus, & Menianis, &c. intra Eccleſiæ ambitum exiſtentibus factam, Eccleſiam pollui, quia ex quo intra illius corpus exiſtunt, partes ſunt ipſius Eccleſiæ; & è contra non pollui, quando intra illius ambitum non exiſtunt, quia non reputantur illius partes.

CONCLVSIO XV.

De Sepulchris.

SI ſepulchra intra Eccleſiam ſint, aut ad illa per 21
ipſam aditus pateat, etiamſi infrà Eccleſiæ pauimentum exiſtant, polluta cenſentur ad Eccleſiæ pollutionem, & è conuerſo, ad ſepulchrorum pollutionem, polluta cenſetur Eccleſia.

Ita docet Pax Iordanus, *vbi proximè, num. 87.* & probatur. Quia cum ſint ad ſepulturam deſtinata Fidelium, & ad illa pateat aditus per Eccleſiam, illius partes cenſentur. Ac per conſequens, polluta Eccleſia, polluta cenſentur Sepulchra præfata, & è contra ſepulchris pollutis, polluta etiam cenſetur Eccleſia in qua exiſtunt, aut per quam patet ad illa acceſſus, aditus.

CONCLVSIO XVI.

De Tecto.

NVlla actio in tecto exteriori Eccleſiæ facta, 22
illam polluere valet.

Sic docent Thomas Sanchez, *tomo 3. de matrimonio, diſputat. 15. num. 26. libro 9.* Pax Iordanus, *volum. 1. lib. 5. tit. 12. num. 82.* cum Gloſſa *in cap. Si Eccleſiam pollui, vnico de Conſecratione Eccleſiæ, lib. 6.* & ibi Ioann. Andr. *num. 2.* Dominic. *num. 8.* Ancharran. *verſic. Tangit Gloſſa.* Quibus addit Sanchez, Francum *in dict. cap. Si Eccleſiam, num. 6. in fine.* Archidiaconum, *in cap. Eccleſiis, num. 2. de Conſecratione, diſtinct. 1.* Henricum, *in cap. fin. num. 4. de Conſecratione Eccleſiæ.* Roſellam, *in Summa, verbo Conſecratio 1. num. 7.* Angelum *verbo Conſecratio Eccleſiæ, num. 5.* Sylueſtrum, *verbo Conſecratio 2. quæſt. 5. caſu 1.* Tabienam, *eodem verbo 2. quæſt. 5. & 6.* Nauarrum, *in Manuali. cap. 27. num. 256.* Ledeſmam, *2. part. 4. quæſt. 26. à 2. ad finem, paulo ante t. de Caſibus reſeruatis.* Franciſcum Suarez, *in 3. partem D. Thomæ, tomo 3. quæſt. 83. artic. 3. diſputat. 81. ſect. 4. paulo poſt principium* Iacobum de Graffis, *in deciſionibus aureis, parte 1. lib. 2. cap. 48. de Sacrilegij ſpeciebus, num. 24. folio mihi 166.* Vegam, *in Summa, tom. 2. cap. 94. caſu 5.* Ludouicum Lopez, *2. part. Inſtructorij, de Euchariſtia, cap. 79. §. Præterea ſeries*, Emmanuelem Sa *in Summa, verbo Eccleſia, §. Polluitur Eccleſia*, & Emmanuelem Roderiquez, *in Summa, tom. 1. ſecundæ editionis, cap. 154. num. 10. concluſ. 9 & num. 7. concluſ. 6.* Docet etiam Buſembaum, *in Medulla Theologiæ lib. 6. tract. 3. de Euchariſtia, cap. 3. dub. 4. verſic. Addo 11.*

Conſultò dixi, *in tecto exteriori*: quia ſi quis ſuſpendatur à parte interiori tecti Eccleſiæ, quæ pauimentum illius reſpicit, dubio procul, Eccleſia polluta remanebit, vti bene obſeruant Sanchez, & Pax Iordanus: quia intra Eccleſiæ corpus actio exercetur pollutionis inductiua. è contra autem quando ſuſpenderetur ſupra tectum in parte exteriori, quæ pauimentum Eccleſiæ non reſpicit, aut ibi actio, alia, quæ pollutionẽ cauſare ex ſe poſſet, exerceretur, nullatenus Eccleſia pollueretur, quia extra illã fieret. Corpus enim Eccleſiæ, vt non ſemel dixi, conſtat ex

ambitu

ambitu qui eſt à tecto interiori, ad pauimentum, à parietè Summæ Aræ, ad parietem oppoſitum, & ab vno pariete colaterali, ad alium colateralem.

DISQVISITIO VIII.

De Cœmeteriorum pollutione.

An polluta Eccleſia, pollutum cenſeatur eius Cœmeterium, & è contra: & vbi plura Cœmeteria ſunt, an vno polluto, reliqua polluta cenſeantur?

BREVIARIVM.

Acceſſorium.

Sequitur naturam ſui principalis. n. 3. 7.
Acceſſorum alterum acceſſorium non ſequitur, etiamſi ſit contiguum. n. 7.
Corruit acceſſorium ſublato ſuo principali. n. 3.
Acceſſorium ſuum principale ad ſe non trahit. n. 4.

Cœmeteria.

Cœmeterium Eccleſiæ contiguum, ad Eccleſiæ pollutionem polluitur. n. 1. 2. 3.
Cœmeterium Eccleſiæ contiguum ſub Eccleſiæ nomine venit, tanquam eius acceſſorium. n. 3.
Cœmeterium Eccleſiæ non contiguum ad Eccleſiæ pollutionem non polluitur. n. 3. & 5.
Si plura ſint Cœmeteria vnius Eccleſiæ ab inuicem ſeparata ſolo pariete, etiamſi pateat aditus vnius ad alterum per portam intermediam, vno polluto, aliud non polluitur. n. 6 7.
Cœmeterium, à Cis *dicitur, quod eſt* Ante. *Id eſt, ante Eccleſiam.* n. 9.

Contigua.

Illa ſunt, quorum extrema inuicem ſe contingunt. n. 2. *Seu, quorum terminus eſt vnus.* n. 7.

Continua.

Illa continua ſunt, quæ vnum corpus conſtituunt. num. 7.

Eccleſia.

Non polluitur ad pollutionem Cœmeterij, etiam ſibi contigui. n. 4.

Minus dignum.

Ad ſe non trahit magis dignum. n. 4.

Pollutio loci ſacri.

Vide verbo Cœmeterium: *& verbo* Eccleſia.

CONCLVSIO I.

1 SI Cœmeterium Eccleſiæ ſuæ contiguum ſit, polluta illa, pollutum cenſetur Cœmeterium.

Ita docent Gloſſa, *in cap. Si Eccleſiam pollui, in formatione caſus, ad finem, vnico, de Conſecratione Eccleſiæ, lib. 6.* Azorius, *inſtitution. Moral. lib. 10, partis 1. cap. 16. quæſt. 13. & part. 2. lib. 9. cap. 6. q. 2.* Emmanuel Sa *verbo Eccleſia, num. 22. verſic. Polluta Eccleſia*, Anton. Naldus, *in Summa, verbo cod. num. 29* Ægidius Coninch, *de Sacramentis, quæſt. 83. artic. 3. dub. 1. num. 234.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. diſput. 23. quæſit. 11. n. 7.* Thom. Delbene, *de Immnnitate Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 9. n. 1.* cum Syluestro, *in Summa, verbo Cœmeterium quæſt. 1.* Fumo, *verbo eodem*, R.P. Fr. P. de Murga, Diſquiſ. Tom. I. *num. 2.* Nauarro, *in Manuali, cap. 27. n. 5.* & Auila, *de Cenſuris, part. 5. diſput. 7. dubitat. 2.* Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2 lib. 2. cap. 9. num. 9. pag. mihi 66.* cum pluribus, quos recenſet. Pax Iordanus, *volum 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 91. 98. & 99.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa, tom. 2 part. 3. verbo Cœmeterium, num. 4.* cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib. 5. c. 16. n. 18.* Baconio, *in 4. diſt 11. artic. 2.* Franciſ. Suarez, *tom. 3. in 3. partem D. Thomæ, diſputat. 81. ſect. 4. §. Quintò violatur.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2 tract. 8. cap. 5. num. 72. verſic. Nota 12.* Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tract. 23. diſp. 3. ſect. 3. num. 73.* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo 2. lib. 6. quæſt. 9 cap. 4. n. 16.* & Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſp. 1. §. 5. quæſt. 44.* cum Henriquez, *in Summa, lib. 9. cap. 27. num. 5. litt. N.* Nauarro, *vbi proximè, n. 253.* Alterio, *diſput. 3. de Interdicto, cap. 2. quæſt. 2.* & Viualdo, *eodem tract. num. 78.*

Et probatur concluſio, *ex cap. Si ciuitas, el 17. de ſententia excommunicationis, lib. 6.* Vbi in ſimili de Interdicto, ſic Bonifacius Papa Octauus decernit. Ratione quoque ſimili ſi ſit Eccleſia Interdicto ſuppoſita, vel ſubiecta, nec in Capella eius celebrari, nec in Cœmeterio ipſius eidem Eccleſiæ contiguis poterit ſepeliri. Hæc in Decretali illa. Vbi Gloſſa, *verbo Contiguis*, hanc dictionem exponit dicens. Contigua ſunt, quorum extrema ſe inuicem contingunt. Et in terminis de Pollutione, eſt textus expreſſus, *in cap. Vnico de Conſecratione, in 6.* Vbi ſic præfatus Bonifacius Octauus. Si Eccleſiam pollui ſanguinis, aut ſeminis effuſione contingat, ipſius Cœmeterium, ſi contiguum ſit eidem, cenſetur eſſe pollutum. Vnde antequàm reconciliatum fuerit, non debet in eo aliquis ſepeliri. Hæc Bonifacius. 2

Ratione etiam probatur. Quia Cœmeteria Eccleſiæ contigua, ſub Eccleſiæ nomine veniunt, tanquam illi acceſſoria. Sed acceſſoria ſequuntur naturam ſui principalis, Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate 4. num. 1. ex L. etiam, Cod. de. Iure dotium. Regula Acceſſorium, de Regulis Iuris, lib. 6.* cum Socin. *Reg. 5.* Puteo, *deciſ. 1 lib. 1.* Menochio, *conſilio 58. à num. 13.* Surdo, *de Alimentis, tit. 9. quæſt. 31. à n. 8. & deciſ 88. n 10.* Cardinali Tuſcho, *Practicarum concluſionum, tomo 1. litt. A. concl 76.* & quàm pluribus aliis. Et acceſſorium corruit ſublato principali. Idem Barboſa, *eodem axiomate, num. 12. ex L. Qui liberis, ff. de Vulgari, & pupillari ſubſtitutione, L. Cum principalis*, vbi Dec. *de Regulis Iuris, § Fideiuſſores, Inſtit. de Fideiuſſoribus. §. Si quis ancillas, Inſtit. de Legatis.* Ancharrano, *conſil. 394. Dubium eſt, num. 3.* Card. Tuſcho, *dicta litt. A. concluſ 77.* Menochio, *conſil 8. n. 135. & conſil. 58. num. 14.* & de Præſumptionibus, *lib. 5. præſumpt. 21. nnm. 26.* Caſtill. *Controuerſiarum, lib. 5. part. 2. cap. 168. à num. 12.* & Thoma de Thomaſet, *in Floribus legum, Regula 92.* Vbi declarat procedere in coniunctis, & vbi militat eadem ratio. Ergo cum Cœmeterium ſit Eccleſiæ acceſſorium, vti ex ſe patet, & eadem pollutionis ratio militet in Cœmeterio, ac in Eccleſia, corruente iſta, & ſublata facultate celebrandi in illa Diuina, & ſepeliendi Eccleſiaſtico more, corruet, & Cœmeterium, & eadem facultas ablata cenſebitur. 3

CONCLVSIO II.

4 POlluto Cœmeterio Eccleſiæ contiguo, non cenſetur polluta ipſa Eccleſia.

Ita communiter Doctores tenent, tam pro prima allegati concluſione, quàm alij.

Et expreſsè deffiniuit Bonifacius Papa Octauus, *in cap. Si Eccleſiam pollui*, pro prima recenſito concluſione, nam poſt verba ibi reddita, ſubdit. Non » ſic quoque in caſu conuerſo ſentimus, vt videlicet » polluto Cœmeterio (quamuis Eccleſiæ contiguo) » debeat Eccleſia reputari polluta: ne minùs dignum » maius: aut acceſſorium principale, ad ſe trahere vi» deatur. Hæc omnia textus. Et Gloſſa, *verbo Violatum*, ait: multò ergo minùs principale ſequetur acceſſorium.

CONCLVSIO III.

5 SI Cœmeterium non ſit Eccleſiæ contiguum, ad iſtius pollutionem, illud nullatenus pollutum eſt cenſendum.

Iſtam tenent concluſionem Ægidius Coninch, & Barboſa, *locis num. 1. allegatis*, Lezana, *dicto n. 4.* cum Franciſco Suarez, *dicto §. Quintò violatur*, & Sylueſtro, *verbo Cœmeterium, n. 2.*

Probatur primò, & expreſsè quidem, *ex dicto cap. Si Eccleſiam pollui*, Vbi poſt verba reddita *n. 2.* » Videlicet. Vnde antequàm reconciliatum fuerit, » non debet in eo aliquis ſepeliri immediatè ſubiun» git. Secùs ſi remotum fuerit ab eadem.

» Secundò probatur. Quia Cœmeterium Eccleſiæ non contiguum, ſeu remotum, non eſt illius pars, nec minùs principale, minúſve dignum reſpectu illius. Ergo ad Eccleſiæ pollutionem huiuſmodi Cœmeterium pollutum cenſendum non eſt.

CONCLVSIO IV.

6 SI plura ſunt Cœmeteria vnius Eccleſiæ ab inuicem ſeparata, vel ſolo pariete intermedio, etiamſi aditus pateat vnius ad alterum per portam intermediam, vno polluto, impollutum manet alterum.

Ita docent Azorius, *part. 2. lib. 9. cap. 6. quæſt. 3. colum. mihi* 1019. Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, num. 23.* Coninch, *de Sacramentis, quæſt. 83. art. 3. dub. 1. num.* 234. Thom. Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. dubitat. 2. ſect. 9. n. 6.* cum Angelo, Theologo, *verbo Conſecratio Cœmeterij, n. 2.* Geminiano, *in cap. Si Eccleſiam pollui*, ſæpè citatum, Auila, *de Cenſuris, part. 5. diſput. 7. in fine*, & Durando, *in Rationali, lib. 1. cap. 16. propè finem.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 12. num. 95.* cum Vgolino, *de Officio, Epiſcopi, cap. 29. §. 6. num. 2. in exceptionibus.* Pro quo, (inquit ipſe Iordanus) facit illud vulgare: *par in parem, & c. L. ille à quo. §. Tempeſtiuum, ff. ad Trebellianum.* Et Leander à Sanctiſſimo Sacramento, *part. 5. tract. 5. diſputat. 1. §. 5. quæſt. 46.* cum Sylueſtro, *verbo Cœmeterium §. 3.* Mario Alterio, *diſput. 3. de Interdicto, cap. 2. colum. 3. verſic. Poſtulabit quis*, & cum Viualdo, *eodem tract. num. 81.*

7 Concluſio eſt expreſsè deffinita à Bonifacio Papa Octauo, in dicto *cap. ſi Eccleſiam pollui*, ſub hoc te» nore. Non vnum, ſed plura Cœmeteria eſſe noſcun» tur; quæ quamuis ſibi cohærentia, pariete tamen » medio, ſe iunguntur: Ideóque violato eorum alte» ro, alterum (licet de vno ad aliud per portam inter» mediam habeatur acceſſus) non propter hoc repu» tabitur violatum. Hæc Bonifacius in Decretali illa. » Vbi Gloſſa, *verbo Violatum*, ſic ait. Nota, quod licet acceſſorium ſequatur principale contiguum; non tamen ſequitur acceſſorium etiam contiguũ, vt hîc. Quid autem ſit Contiguum, & quid continuum; explicat *verbo Contiguum*, dicens. *Contigua dicuntur, quorum extrema ſe contingunt.* Fuit dictum Ariſtotelis, 5. *Phyſicorum*, qui ſubdit, *illa eſſe contigua*, (additio eſt Ioannis Andreæ) *quorum terminus eſt vnus*: & idem datur exemplum de aqua in vaſe. Eſt enim vaſi contigua; ſed in ſe continua. Gloſſa, *in cap. Si ciuitas, verbo Contiguis, el 17. de ſentent. excommunicat. lib. 6.* eadem repetit. Et conſonat Pax Iordanus *Vbi proximè num. 92.* cum Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap 20. §. 6. numer. 2.* ac Dominico, *in citat. cap. Si Eccleſiam pollui.* Et ſic Philoſophi refert verba. Videlicet: *illa eſſe contigua, quorum terminus eſt vnus; continua verò, quæ vnum corpus conſtituunt.* Et vtriuſque exemplum præfatum de vaſe aqua recenſet ipſe Pax dicens. V. gratia, Aqua in vaſe dicitur continua reſpectu ſui, vaſi autem dicitur contigua. Vide & Leandrum à Sanctiſſimo Sacramento, *part. 4, tract. 5. diſput. 1. quæſt. 15. fol. mihi* 379.

Aduertit tamen prædictus Pax Iordanus, *n. 93.* 8 quod ſi Cœmeterium circundatum ſit parietibus, quamuis aditus, & ingreſſus pateret ad ipſum, ex Eccleſia non cenſetur contiguum, quia tunc extrema non ſe contingunt: & conſequenter (ait,) non violaretur ex Eccleſiæ pollutione. Quod probat ex Gloſſa, *in formatione caſus, in dict. cap. Si Eccleſiam pollui, ad finem*, dicente. Nota, vlterius, quòd paries intermedius, diuidit res diuerſas, vt cenſeantur res diuerſæ. Et Nota, quod porta, ingreſſus, vel aditus, non facit propter hoc contigua,

Sed quod dicunt Gloſſa, & Iordanus, de pariete 9 intermedio, & de parietibus, quibus circundatum ſit Cœmeterium, intelligendum eſt, citra omne dubium, quando aliquis paries præter Eccleſiæ parietem, inter ipſam, & Cœmeterium mediat. Aliàs enim nullum vnquam daretur contiguum Eccleſiæ Cœmeterium, cum hoc extra Eccleſiam ſemper ſit, Cœmeterium namque, à *Cis*, quod eſt *Ante*, Etymon habet, quia ſcilicet ante Eccleſiam fieri ſolet, vti ex Sylueſtro, *verbo Cœmeterium, num. 1.* obſeruat Lezana, *tom. 2. part. 3. verbo eodem, num. 2.* & Franciſcus Maria Samuelius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 1. controuer. 1. concluſ. 9.* Ergo quodlibet, quantumuis contiguum Cœmeterium ante parietes Eccleſia conſtituentes materialem eſſe debet, ac per conſeqnens, vt Cœmeterium non ſit Eccleſiæ contiguum, debet dari duplex paries inter Eccleſiæ ſolum, & ſolum Cœmeterij, quorum alter, proprium circundet ſolum.

DVBIVM Vnicum.

Si actio pollutionem inducens, in porta duobus Cœmeteriis communi fiat, quodnam polluetur illorum?

BREVIARIVM.

Cœmeterium.

Si duo Cœmeteria cum communi porta ſint, & in illa actio pollutionem inducens fiat, illud polluitur, cuius cauſa facta fuit ipſa porta. n. 1.

Si non ſciatur, cuius cauſa fuerit facta porta, illud polluetur, cui proximiùs actio fuerit facta. n. 2.

Si in medio portæ fuerit actio facta, & non ſciatur cuius cauſa fuerit porta facta, probabile eſt vtrumque

que pollui. n.3. *Et etiam est probabile neutrum illorum pollui.*n.4.

Pœnæ.

Imponi non debent, nisi exprimatur in lege, quod sint imponendæ. n.4.

CONLCVSIO I.

2 SI sciatur, cuius Cœmeterij causa, porta, pro illius accessu fuerit facta, illud polluetur,quando in porta communi duobus Cœmeteriis, actio pollutionem inducere valens loco sacro, facta fuerit.

Istam conclusionem tenent Emmanuel Sa, *in Summa, verbo Ecclesia,num.*23. Pax Iordanus,*vol.*1. *de Re sacra, lib.*5. *tit.*12.*num.*97. argumento Legis. *Etsi non sunt, ff. de Auro, & argento legato,* ibi. Spectamus, quæ res, cuius rei ornandæ fuerit adhibita, non quæ sit pretiosior. Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, part.*1. *cap.*2. *sectione* 9. *num.*8. cum Geminiano, *in cap. Si Ecclesiam pollui, vnico de Consecratione, lib.*6. & Angelo Theologo, *verbo Consecratio Cœmeterij, num.*2. & Leander à Sanctissimo Sacramento, *part.*5.*tract.*5. *disputat.*1. §.5. *quæst.*74. cum Ancharrano, & Franco recensitis, & sequutis à Sylvestro, & cum Mario Alterio, *disput.*3.*de Interdicto,cap.*2.*colum.*3.*versic.Sed quid dicendum,* ac cum Auila,*de Censuris, part.*5.*disp.*7. *dubit.*2.*conclus.*3.

Et ratio conclusionis nostræ est.Quia porta,quæ pro accessu, & aditu Cœmeterij facta est, pars illius est. Ergo polluta porta, quæ certò scitur facta,pro accessu determinati Cœmeterij, illud pollutum censendum est.

CONCLVSIO II.

SI non sciatur,cuius Cœmeterij gratia porta duobus communis facta fuerit, ad ingressum, & accessum illius,& actio loci sacri pollutiua,non in medio portæ fiat,sed in viciniori parte alterutri eorum, illud solùm pollutum censebitur.

Hanc tenent Emmanuel Sa, Pax Iordanus, & Leander, *vbi proximè.* Et penes Leandrum Ancharranus, Francus, Sylvester, Alterius, & Auila, *locis modò redditis.*

Fundamentum huius est,quia censetur facta porta, pro accessu illius Cœmeterij, & illius causa,ac gratia.

CONCLVSIO III.

3 SI actio inductiua pollutionis, in medio portæ duorum Cœmeteriorum exequatur, & nesciatur, cuiusnam illorum gratia fuerit porta facta,probabile est, vtrumque pollui Cœmeterium; & etiam est probabile neutrum pollui.

Quod vtrumque polluatur, docet Th. Delbene cum Geminiano, & Angelo, *vbi suprà.* Pax Iordanus cum Dominico, & Ioanne Andrea *in cap. Si Ecclesiam pollui,vnico de Consecratione in* 6. & cum Vgolino, *de Officio Episcopi, cap.*29. § 6.*n.*2.*vers. At quid.* & Sylvestro, *verbo Cœmeterium, quæst.* 2. & Leander, *dicta quæst.* 47. cum Ancharrano, & Franco ab eodem allegatis Sylvestro, & cum Alterio, & Auila,*n.*1. redditis.

Ratio huius sententiæ est, quia tunc paries præsumitur factus, & porta facta, non accessoriè,sed ad diuidenda illa duo Cœmeteria paries, & porta ad vtriusque accessum, & ingressum.Et sic tam paries, quàm porta pars censebitur vtriusque Cœmeterij. Ac per consequens, polluta porta, vtrumque Cœmeterium pollutum censeri debet, quia polluta parte, totum polluitur.

Quod autem neutrum polluatur Cœmeterium, 4 docet Emmanuel Sa, *dicto num.*23. vbi ita fatur. In dubio autem, cuius causa (scilicet porta facta fuerit,) quidam dicunt vtrumque pollui; ego neutrum dicerem. Si enim cum certum est alterum esse pollutum (de quo casu diximus *in Disquisitione,conclus.*4.) alterum non polluitur, quanto minùs cum dubium est? Hæc Doctor ille, cuius certè placitum mihi magis arridet, plausibilius est. Ducor, quia Leges sacræ loco sacro pollutionem indicentes pœnales sunt, & odiosæ. Pœnæ autem imponi non debent, nisi exprimatur in Lege, quod sint imponendæ, vti benè Glossa, *in cap. Transmissa,verbo Ex vi el final. de Iure patronatus,* & *in Clementinam vnicam de Consanguinitate, verbo Eos.* Priori enim loco sic ait. Quia cum sit illud pœna, non debet imponi, nisi exprimatur quòd sit imponenda. Posteriori verò, sic. Tamen non est locus huius pœnæ, quia in his casibus, & similibus expressa non est. Hæc Glossa. Cum igitur nullibi habeatur à Iure expressum, qnod in casu proposito, vtrumque Cœmeterium, aut eorum aliquod habeatur pro polluto, neutrum censeri debet pollutum. Et ita quidem adimplentur Iuris dispositiones,*in cap.Odia restringi el* 15. *& in cap. In pœnis, el* 49. *de Regulis Iuris, lib.*6. Ibi enim, sic decernitur. Odia restringi, fauores conuenit ampliari. Hic autem sic. In pœnis, benignior est interpretatio facienda.

DISQVISITIO IX.

Incidens, de Altarium exsacratione.

Quomodo exsacrentur Altaria, tam fixa, quàm mobilia?

BREVIARIVM.

Altaria.

Ex lapide fieri debent tam fixa, quàm mobilia. n.1.

*Consecrarentur tanquam ab ordinario Ministro à solo insignito Ordine Episcopali.*n.1.

*Nequeunt illa consecrare Abbates non priuilegiati, etiamsi benedicti sint.*n.1.2.

*Abbates Congregationis Casinensis illa consecrare possunt.*n.1.2.3.

Illa etiam consecrare possunt Abbates nostræ Hispanæ Congregationis. n.4. *Et de facto consecrant.* n.7.

Ara.

*Altare paruum est, & mobile.*n.1.

Consecrare.

Abbates nostri consecrant Altaria, Calices, Patenas, & Campanas. n.7.

Oracula.

Priuilegia concessa Mendicantibus, & nostræ Congregationi per viuæ vocis Oracula ante Pium V. & Gregorium XIII. iam non sunt Oracula, sed Bullata. n.5.

Non sunt reuocata per Gregorium XV. nec per Vrbanum

banum VIII. iſta priuilegia. n.5.6. & ſequentibus.

Plura de Oraculis traduntur vſque ad. n.29.

Priuilegia.

Quæ conceſſa ſunt Congregationi Caſinenſi, & cuilibet illius, & noſtræ Monaſterio, Domui, & loco, omnibus aliis Monaſteriis, Domibus, & locis illius communia ſunt per communicationem. n.4.

Varia priuilegia extenſionis aliorum, noſtræ Congregationi facta, recenſentur. n.4.

1 DVo Altarium genera ſunt in vſu apud Romanam Eccleſiam. Alia enim ſunt ſtabilia, & fixa ſemper in eodem loco; alia verò, quæ vt facilè moueri queant de vno ad alium locum, parua ſunt, & vulgo *Aras* vocantur: Et tam fixa, quàm mobilia ex Lapide fiunt, ita decernente Sancto Syluestro Papa, qui primus Altare lapideum Chriſmate delibutum erexit in Dedicatione Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtolorum Principis, atque ex eo tempore Sanciuit, ne deinceps ex alia fieret materia.

Ritus autem, quibus Altaria conſecrari debeant, præſcribuntur in Pontificali Romano, authoritate, & iuſſu Clementis Papæ Octaui edito, & in Ceremoniali Epiſcoporum. Miniſter Ordinarius conſecrationis Altarium, eſt ſolùm, qui Ordine Epiſcopali eſt inſignitus. Licet enim quis iuriſdictione polleat Epiſcopali, & licèt ſit Abbas benedictus, de iure, conſecrare nequibit Altaria, Calices, Patenas, Campanas, aut quid aliud benedicere, in cuius benedictione vnctio requiritur Chriſmatis.

Poterit tamen ſic benedicere, & conſecrare à Sede Apoſtolica priuilegiatus, vti priuilegiatus fuit Abbas Sancti Æmiliani de la Cololla anno 1505. per Iulium Papam Secundum, vti apparet ex priuilegio 121. Bullarij noſtræ Congregationis Hiſpanæ, authentico, expedito per Franciſcum, Diaconum Cardinalem tit. S. Sabinæ, & Patriarcham Conſtantinopolitanum, & vti priuilegiati fuerunt omnes, & ſinguli Abbates Congregationis Caſinenſis die 6. Iunij, de Anno 1575. per Pium Papam Quintum vti refertur in Decreto Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, ad fauorem dictæ Caſinenſis Congregationis editam ſub die decima Septembris, 1614. quod exſcribit Abbas Aſcanius Tambarinus, *de Iure Abbatum, tom.3. diſput.23. quæſito 1. num.5. fol. mihi* 378. quod etiam recenſent Antonius Naldus, *in Summa, verbo Abbas, num.4. pag.3.* Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.2. tract.8. cap.5. num.3. pag.*388. in quo ſic habetur Decreto.

2 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, declarauit Deciſionem aliàs à ſe editam, quod Abbates vtcumque benedicti, benedicere non poſſint eam quibus vnctio requiritur, non obſtare quo minùs ijdem munus prædictæ benedictionis, quoad ea, in quibus vnctio requiritur, impendere queant, ſi ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ priuilegiis, quibus idem Concilium nequaquam derogat, muniti fuerint. Datum *die* 10. *Septembris* 1614. P. Cardinalis Atigon.

3 Hæc in prædicto Decreto Sacra declarauit Congregatio, pro præfata Caſinenſi Congregatione. Pro qua aliud etiam edidit *die 5. Aprilis de Anno* 1620. ſub hoc tenore. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum cenſuit, Abbates Congregationis Caſinenſis, vti hac in parte. Sedis Apoſtolicæ priuilegiis munitos, poſſe vtique in locis eorum iuriſdictioni ſubiectis, Campanas, & Calices benedicere. *Die 5. Aprilis*, 1620. R. Cardinalis Vbaldinus. Quod Decretum idem refert Abbas Tamburinus, *dicto tom.3. diſput.23. quæſit.2.*

Quibus quidem priuilegiis, omnes, & ſinguli 4
Abbates noſtræ Benedictinæ Congregationis Hiſpanæ, ſeu Valliſoletanæ potiuntur, & gaudent. Æmilianenſi vtique, in vim Conſtitutionis Clementis Papæ Octaui, incipit *Romanus Pontifex, ſub die* 30. *Septembris, de Anno* 1592. expedita, *la* 123. *dicti Bullarij, fol.*242. in qua, poſtquàm in præcedenti, omnia priuilegia dictæ Congregationis confirmauerat, ſic §.2. ait. Et pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula in eis contenta, & comprehenſa eidem Monaſterio Sancti Benedicti, ac ſingulis de eius obſeruantia Monaſterij, Dominus, & locis concedimus, & de vno eorum Monaſterio ad aliud concedendo, ſine vlla differentia extendimus. »

Caſinenſibus etiam omnibus priuilegiis gaudent, in vim Conſtitutionum Iulij Papæ Secundi *de Anno* 1505. Leonis X. ac Clementis VII. de Anno 1523. *La* 51. *fol.*1.83. *fol.*166. *dicti Bullarij.* Potiuntur etiam in vim priuilegij Clementis Papæ Octaui, incipit Romanus Pontifex, *de Anno* 1593. facultate ab Innocentio Papa Octauo facta 5. *Idus Aprilis, de Anno* 1489. Abbati Monaſterij Ciſtertij, & Abbatibus aliorum quatuor principalium Monaſteriorum illius Congregationis, in Conſtitutione *Expoſcit, la* 118. *primi tomi Bullarij illius*, in qua ſic §.4. *fol. mihi* 157. decernit. Nos, qui Ordinem » ipſum præ cæteris in viſceribus gerimus charitatis, » & illum intendimus non minoribus gratis, & priuilegiis, quàm prædeceſſores noſtri fecerint decorare: tuis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, » & ſucceſſoribus tuis, ac dictis Abbatibus Aliorum » quatuor Monaſteriorum prædictorum, nunc, & pro » tempore exiſtentibus: vt de cætero perpetuis futuris temporibus, prædicta (pallas ſcilicet, & etiam » illas, quæ ad Monaſteria, & loca dicti Ordinis non » expectarent,) & quæcumque alia veſtimenta, ac ornamenta Eccleſiaſtica, Corporalibus, Vaſculiſque » ad reponendum Sacram Euchariſtiam, ac Imaginibus quibuſlibet comprehenſis, in locis, & Domibus dicti Ordinis benedicere: & Calices conſecrare, tam de dicto Ordine, quàm ſi ad vos aliunde » nonnunquam deferantur. Ac Altaria de nouo conſtructa, ſeu tranſlata, reſtaurata, aut mutata in » quibuſlibet locis dicti Ordinis, Chriſmate ſacro » priùs ab aliquo Catholico Antiſtite recepto, conſecrare: & etiam benedictionem ſolemnem poſt » Miſſarum, Veſperarum, & Matutinarum ſolemnia, in quibuſlibet Monaſteriis, Domibus, atque locis dicti Ordinis vtriuſque ſexus, ſeruatis gradibus ſuperioritatis inter vos, elargiri: Ac ne Monachi dicti Ordinis pro ſuſcipiendis Subdiaconnatus, & Diaconatus Ordinibus extra clauſtrum » hinc inde diſcurrere cogantur: tibi, & ſucceſſoribus tuis, vt quibuſcunque dicti Ordinis Monachis: » aliis verò quatuor Abbatibus præfatis, ac eorum » ſucceſſoribus, vt ſuorum Monaſteriorum prædictorum Religioſis, quos ad id idoneos repereritis, Subdiaconatus, & Diaconatus Ordinis huiuſmodi aliàs » ritè conferre. Hæc omnia in dicta Conſtitutione Innocentius Papa, cuius facultate benedicendi, & conſecrandi in illa contenta, gaudere Abbates aliorum » Otdinum, etiam non benedictos, docet Pellizarius » *vbi ſuprà n.*104.

Nec obſtat, quod priuilegium conceſſerit prædictum Iulius Secundus Abbati Sancti Æmiliani viuæ vocis Oraculo: & quod reuocata iam exiſtant viuæ vocis Oracula per Gregorium Papam XV. & Vrbanum VIII. in Conſtitutionibus Romanus Pontifex,

Pontifex, & *Aliàs fœlicis*, quæ ſunt *la* 27. *Gregorij apud Angeli Cherubini Bullarium*, *tom.* 3. *edita* 2. *Iulij* 1622. *& la* 121. *Vrbani, tomo* 4. *edita* 20. *Decembris* 1631.

Non inquam obſtat, quia priuilegia Regularibus viuæ vocis Oraculo conceſſa ante Pium Papam Quintum, Mendicantibus maximè, & noſtræ Congregationi, ab ipſo Piiſſimo Pontificè fuerunt facta bullata per confirmationes, quas expreſsè de illis fecit, pro Mendicantibus, in Bulla *Etſi Mendicantium Ordines*, edita 17. *Kalendas Iulij*, *de Anno* 1567. & pro noſtra Congregatione Valliſoletana, in Bulla, *Cum intra mentis noſtræ arcana*, expedita 8. *Kalendas Septembris eiuſdem Anni*, cum inſertione primodictæ. *Etſi Mendicantium*, quæ authentica in Archiuio mei Hyrachenſis Cœnobij aſſeruatur. In qua ſic præfatus Pontifex ſtatuit.

„ Ac inſuper vt faciliùs præmiſſa omnia illibata „ perſiſtant, omnia, & ſingula priuilegia, immuni„ tates, indulgentias, facultates, libertates, indul„ ta, diſpenſationes, fauores, & gratias, quæ De„ cretis Concilij Tridentini aliàs quàm ſuperius eſt „ dictum, conceſſum, & declaratum non contra„ riantur expreſsè eiſdem Fratribus necnon Monia„ libus quibuſcumque, & Sororibus Tertij Ordinis „ prædictorum Ordinum reſpectiuè, Ordinibus, ac „ illorum Eccleſiis, Domibus, & perſonis, etiam „ *Viuæ vocis Oraculo*, in genere, vel in ſpecie, tam „ per recolendæ memoriæ Eugenium Quartum, Six„ tum Quartum, Leonem Decimum, Paulum Ter„ tium, ac dictum Paulum Quartum, & Pium etiam „ Quartum, quàm alios quoſcumque Romanos „ Pontifices etiam prædeceſſores noſtros, ac Nos, „ & Sedem eandem quomodolibet conceſſa, confir„ mata, & innouata, necnon noſtras, & prædeceſ„ ſorum noſtrorum, ac aliàs quaſcumque deſuper „ confectas litteras, quarum omnium tenores, ac „ eorumdem prædeceſſorum noſtrorum nomina, & „ alia de neceſſitate exprimenda, ac ſi de verbo ad ver„ bum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tra„ dita obſeruata inſerti forent, etiam præſentibus „ pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, autho„ritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò ap„ probamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & „ inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, eaque perpe„ tuis futuris temporibus, inuiolabiliter obſeruari „ debere, ac Fratribus, Superioribus, & perſonis „ Ordinum huiuſmodi, necnon aliis quibuſcumque, „ quos illa concernunt, ſuffragari debere, ſeu poſſe „ volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facul„ tates, libertates, indulta, diſpenſationes, exemptio„ nes, fauores, & gratias, tam ſpirituales, quàm tem„ porales, modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, „ etiam per viam communacationis, & extenſionis „ actiuè, & paſſiuè inter ſe, & alios quoſcumque Or„ dines reſpectiuè, *de nouo concedimus*. Hactenus Pius „ Quintus, in dicta Bulla. *Etſi mendicantium Ordi„ nes*, *la* 41. *in tom.* 2. *Bullarij Angeli Cherubini*, §. 5. „ *pag. mihi* 231.

6 Et præterquam quod præfata Pij Quinti noua conceſſio, euidentet diſſoluit obiectionem, in contrarium propoſitam, libuit addere, ad illus ſolutionem, ſufficere confirmationem Oraculorum, per ipſum factam Pium, ad hoc, vt ipſa ſtante confirmatione, illa deſinant eſſe Oracula, & incipiant eſſe priuilegia Bullata. Ita enim docent grauiſſimi Doctores. Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis Regularium*, *tomo* 3. *capite* 12. *ad dictam Vrbani Conſtitutionem, Aliàs fœlicis*, *num.* 1. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regularium*, *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Oracula*, *num.* 7. quos recenſui, & ſequutus ſui *in Diſquiſitione de Iure Prioris annexi*, *num.* 34. Bruno etiam Chaſſaing, *de Priuilegiis Regularium*, *tract.* 1. *cap.* 2. *propoſitione* 6. *pag.* 34. Marcus Vidal, *in Arca Vitali*, *tit. de Iuriſdictione*, *inquiſitione* 4. *num.* 17. Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium*, *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 1. *à num.* 130. *ad num.* 133. *& part.* 2. *tract.* 10. *cap.* 10. *num.* 76. Et addere poſſum quàm plures grauiſſimos, & doctos Viros, Theologos, & in vtroque Iure peritos, qui prædictam meam *Diſquiſitionem* approbauere, & commendauere, in cenſuris appoſitis, in principio mearum quæſtionum Paſtoralium, *de Iure, & Poteſtate Parochi Eccleſiarum vnitarum*. Videlicet RR.PP. Magiſtros, Petrum Bergaño, totius illius operis, pro Ordine noſtro Cenſorum; Dominicum de Caſa noua; Andream Salo; & Ludouicum Diaz de Morentin, è Societate Ieſu; Ioannem Bobé, & Alexandrum Richar, Ordinis Patrum Prædicatorum, & Theologos Pariſienſes, & DD.DD. Michaëlem de Olondriz, & Ioannem Montero de Eſpinoſa, celeberrimos Iuriſconſultos, in Regio, & Supremo Pampilonenſi Senatu Aduocatos: qui omnes, & alij non pauci, qui per Epiſtolas ad me miſſas, *Diſquiſitionem*, illam approbauerunt, & ſuam fecerunt: qui enim alterius approbant doctrinam, propriam illam faciunt.

Pro maiori doctrinæ dilucidatione, operæ pre- 7 tium duxi, aliquas ex Doctoribus allegatis, ad amuſſim recenſere. In primis enim Laurentius de Peyrinis, ad præfatam Vrbanam Conſtitutionem, *la* 18. *apud ipſum*, ſic *dicto cap.* 12. *à num.* 1. *pag. mihi* 512, ait. Noto 1. quod iſta reuocatio, non intelligitur de Viuæ vocis Oraculis conceſſis ante Pium Quintum. Nam iſte Pontifex, illa omnia innouauit, & de nouo conceſſit cum clauſula, *Quorum tenores, ac ſi de verbo, ad verbum, &c.* Quæ clauſula operatur, vt confirmatio, & innouatio ſint ex certa ſcientia, vt probaui *tom.* 2. *noſtrorum priuilegiorum*, *in Conſtitutione* 4. *Pauli Tertij*, *numer.* 11. vt conſtat *ex Conſtitutione ſeptima*, *Pij Quinti*, *tom.* 2. *noſtrorum priuilegiorum* (ſuprà à nobis citata eſt, quæ. *Etſi Mendicantium*, incipit) §. 31. Immò nec etiam intelligitur de Viuæ vocis Oraculis conceſſis ante Gregorium XIII. ſeu etiam ab ipſo Gregorio ante confirmationem, de qua mox. Quia iſte etiam Pontifex ea omnia confirmauit per ſuam Conſtitutionem primam, ex certa ſcientia, quam habes, *tomo* 2. *noſtrorum priuilegiorum*, in Gregor. XIII. quæ clauſula vim habet nouæ conceſſionis. Cum itaque iſti duo Pontifices, per confirmationem, & innouationem ex certa ſcientia, quæ nouæ conceſſionis vim habet, priuilegia Viuæ vocis Oraculis conceſſa confirmarint in genere, & in ſpecie per ſuas particulares Conſtitutiones, iam illa deſinunt eſſe conceſſa per Viuæ vocis Oraculum, ſed ſunt conceſſa per nouas dictorum Pontificum Conſtitutiones. Quare ſub iſta reuocatione cadere non videntur, ſaluo ſaltem meliori iudicio, & ſtylo Curiæ Romanæ aliter interpretante, & ſentiente. Neque etiam cadunt ſub iſta reuocatione Viuæ vocis Oracula concedentia indulgentias: quia hæc non nominantur, nec venire commodè poſſunt nomine priuilegiorum, aut gratiarum, ſed ſunt omnino diuerſa: & à diuerſis non fit illatio, præſertim in odioſis, qualis eſt hæc Conſtitutio, cum ſit reuocatoria tot priuilegiorum. Immò audio,

Peyrinus, *circa viua vocis Oracula, refertur.*

Clauſula Quorum tenores, &c. Quid importet.

Viuæ vocis Oracula ceſſa ante Pium V. & Greg. XIII. Regularibus, per illos ſunt confirmata.

Confirmatio ex certa ſcientia, noua conceſſionis vim habet.

Oracula per Bullam confirmata, deſinunt eſſe Oracula, & fiunt bullata.

Oracula indulgentias concedentia, non reuocantur per Greg. Vrbanum.

Indulgentiæ non veniunt nomine priui-

legiorum, aut gratiarum.

dio, quod aliqui putarunt iſtam Conſtitutionem non obligare in foro conſcientiæ, interpretantes illam tanquam odioſam, vt minus lædat, quàm fieri poteſt: cum conueniens eſſe dicant, vt priuilegia Regularibus conceſſa, conſeruentur, cum fuerint conceſſa intuitu meritorum, & ſanguinis ſparſi pro conſeruatione, & augmento S. Romanæ Eccleſiæ. Pro qua doctrina citant Baldum de Periglis, *in tract. de Exempt. num.* 22. qui habetur *tom.* 12. *tract. fol.* 195. Sed ego in his non me immiſceo. Puto, ſtandum eſſe illi interpretationi, quam ſtylus Romanæ Curiæ admittit, & ſeruat.

Per reuocationem Oraculorum, non reuocatur Oraculum concedens communicationem priuilegij per ſcripturam conceſſi.

8 Neque etiam puto, hanc reuocationem comprehendere viuæ vocis Oracula communicantia aliquod priuilegium alicui Religioni, aliàs conceſſum per diploma. Nam in his non cadit ratio iſtius reuocationis, cum gratia conceſſa per viuæ vocis Oraculum hoc modo intelligatur omnino, ſicut Apoſtolicum diploma. Ita Turrianus *part.* 2. *ſelectarum diſputationum, diſput.* 16. *dub.* 5.

Per reuocationem Oraculorum, non reuocantur explicationes, & declarationes factæ Viuæ vocis Oraculo.

9 Noto 2. quòd per iſtam derogationem viuæ vocis Oraculorum, non derogatur his viuæ vocis Oraculis, quibus Sanctitas, aut alij Summi Pontifices priuilegia Religionibus conceſſa, aut Decreta Summorum Pontificum, aut ſacros Canones, & Decreta Tridentini, aut aliorum Conciliorum explicant, aut declarant, dummodò hæc viuæ vocis Oracula non contineant aliquam gratiam, priuilegium, aut indultum. Ita Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. cap.* 3. *num.* 21. & probaui *tom.* 2. *priuilegiorum Regularium, in Conſtitutionem* 8. *Pauli Quinti, num.* 1.

Non reuocantur Oracula, quæ ſortita ſunt effectum etiamſi iſte tractum habeat ſucceſſiuum.

10 Noto 3. quod viuæ vocis Oracula, quæ ſortita ſunt effectum ante hanc derogationem, licet effectus habeat tractum ſucceſſiuum in futurum, non creduntur reuocata per hanc Conſtitutionem. Ita Lezana, *loco citato.* & dixi *tomo* 2. *priuilegiorum, in Conſtitutionem* 3. *Gregorij XV. num.* 1. Quia Papa id non explicat. Hæc ita dicta velim, dummodò ſtylus Curiæ Romanæ aliter non ſeruet, aut ſentiat. Nam aliàs ex nunc ea caſſanda decerno.

Bruno Chaſſaing, circa ſubſiſtentiam Viuæ vocis Oraculorum recenſetur.

11 Hactenus doctus Laurentius de Peyrinis, in explicatione dictæ Conſtitutionis Vrbani Papæ Octaui, reuocatoriæ viuæ vocis Oraculorum. Bruno Chaſſaing, *vbi ſuprà, in Propoſit.* 6. quæ huiuſmodi eſt: *Priuilegia omnia viuæ vocis Oraculo conceſſa, firma ſunt, vbi Conſtitutiones Gregorij XV. & Vrbani, non fuerunt debitè publicatæ, & Regularibus intimatæ, & aliqua ex ipſis vbi etiam fuerunt publicatæ*: ſic vt ſequitur fatur.

Tangere ſacra Fratribus Laicis conceſſum fuit per Viuæ vocis Oraculum.

Quamuis poſſimus in hac materia aſſerere, nullum eſſe viuæ vocis Oraculum, quin in Bullis Pontificum reperiatur, excepto priuilegio tangendi ſacra Laïcis, ſeu Conuerſis Fratribus facto, vt obſeruauit quidam vir Regularis doctiſſimus, ex conſequenti nullum eſſe viuæ vocis Oraculum, niſi vnum: nihilominus aſſentiendo propoſitioni poſitæ, illius prima pars probatur. I. Ex præcedentibns, in quibus oſtenſum eſt vniuerſaliter priuilegia ſubſiſtere. Ergo & priuilegia viuæ vocis, &c.

Viuæ vocis Oraculæ, & omnia alia priuilegia Pius V. Regularibus confirmauit.

12 II. Quoniam priuilegia multorum Ordinum à multis Pontificibus ea ſpecialiter innouantibus ex certa ſcientia confirmata fuerunt, & præcipuè à Pio V. Bulla inchoata, *Etſi Mendicantium*, eadem in fauorem omnium Mendicantium innouante his verbis: *Etiam viuæ vocis Oraculo, in genere, vel in ſpecie*, tam per recolendæ memoriæ Eugen. IV. Sixtum IV. Leonem X. Paulum III. ac dictum Paulum IV. & Pium etiam IV. quàm alios quoſcumque Romanos Pontifices etiam prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem eandem conceſſa, & perpetuò approbamus, & confirmamus.

Oracula, quæ ſortita ſunt effectum, excipiuntur à Gregor. XV. in reuocatione ſuæ. Excipiuntur, & conceſſa Cardinalibus pro Regularibus. Item Regibus conceſſa, ſeu ad inſtantiam eorum.

13 Quoad verò 2. partem, probatur 1. Quoniam Bulla Gregorij XV. inchoata, *Romanus Pontifex*, reuocat priuilegia viuæ vocis Oraculo conceſſa, etiam quomodolibet confirmata, & innouata, excipiendo illa, quæ ſortita fuerant effectum: & alia Cardinalibus in fauorem Regularium, &c. data, & ab eiſdem propria manu firmata: nec non etiam illa quæ ad inſtantiam Regum impartita reperiebantur.

Oracula reuocationes per Gregorium XV. & Vrbanum VIII. non ſortiuntur effectum niſi intimatæ fuerint, & publicatæ, ordine ab Vrbano præſcripto.

14 II. Quia Bulla Vrbani VIII. quæ incipit *Aliàs felicis recordat.* de die 20. Decembris, 1631. nullius Oraculi exceptionem facit, ponitque clauſulam reuocatoriam eandem, quàm Gregorius, cum clauſula alia reuocatoria ſuæ regulæ, *de non tollendo Iure quæſito, &c.* Vult tamen, vt publicatio, & intimatio huius ſuæ Conſtitutionis fiat per Generales, Prouincialibus; & per Prouinciales Prælatis localibus; & per hos, aliis. Quod ſi facta non fuerit, non eſt curandum de contentis in hac Bulla: quòd ſimiliter dicendum de contentis in Bulla Gregorij, ſi publicata, & intimata non fuerit.

15 Quoad verò 3. partem, videlicet quod aliqua priuilegia huiuſmodi vim habeant, non obſtante publicatione dictarum Bullarum, probatur I. Ex conceſſione, ſeu potius declaratione eiuſdem Vrbani, inchoata etiam *Aliàs felicis*, de die 11. Aprilis 1635. quàm refert Angelus Maria Cherubinus, *in Appendice tom.* 4. *pag.* 49. & poſt illum Barboſa, *proximè citandus*: quia declarauit Officiales, ſeu miniſtros, quibus aliàs, ante emanatas prædictas Conſtitutiones, ex Officiorum ſuorum authoritate, & prærogatiua de Oraculo per eos à Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus habito, fides haberi ſolebat, quoad ea, quæ vt præfertur ad cuiuſlibet eorum officium, ſeu munus, quo funguntur pertinent, in litteris etiam prædictis ſuper reuocatione Oraculorum huiuſmodi emanatis, minimè comprehenſos fuiſſe, nec comprehendi debere. Et ad abundantiorem cautelam eoſdem Officiales, ſeu miniſtros aduerſus eaſdem Conſtitutiones, quatenus opus ſit, reſtituit, & plenariè reintegrat in omnibus, & per omnia.

Oracula, quæ ſortita ſunt effectum, non reuocantur per Gregor. XV.

16 II. Quoniam exiſtente Bulla præfata Gregorij, multi Doctores exiſtimarunt multa priuilegia huiuſmodi non eſſe reuocata, vt ſunt illa, quæ ſortita erant effectum, licet executio haberet tractum ſucceſſiuum. Sic Barboſa, cum his, quos citat *in Collectanea Apoſtolicarum Deciſionum, Collect.* 538.

Idem, quod in num. præcedenti dicitur.

17 III. Quoniam priuilegia, & gratiæ viuæ vocis Oraculo Miniſtris, Vicariis, & Procuratoribus Generalibus factæ, & eorum Ordinibus conceſſæ, quæ ſortitæ fuerunt effectum ante Gregorij XV. reuocationem præfatam, licet effectus habeat tractum ſucceſſiuum, vel aliàs reſpiciant particulares perſonas vt ſunt Præſentaturæ, vel Magiſteria in dicta reuocatoria Gregorij non comprehenduntur, nullaque reualidatione indigent, vt Sacra Congregatio Regularium 2. Aprilis, 1625. declarauit, teſtibus Caſtellino, *de Election. 5. n.* 37. *verſic. Pro parte.* Laurentio de Peyrinis, *Priuilegiis Regularium, ad Conſtitutionem* 3. *Gregorij XV. n.* 1. Quæ priuilegia Vrbanus VIII. minimè reuocat, cum approbet præfatam Gregorij Conſtitutionem, & ſuperaddat reſtrictiones ſuperiùs poſitas.

Ex

18 *Priuilegiis omnibus per Tridentinum expreſſe reuocatis poſſunt vti Regulares in foro conſcientiæ vbi Bulla* Vrbani *Oraculorum reuocatoria non eſt publicata, & intimata.*

Ex quibus ſequitur, quod vbi prædicta Bulla Vrbani Oraculorum reuocatoria non eſt publicata, & intimata, vt ſuprà, poſſunt Regulares in foro conſcientiæ vti omnibus priuilegiis per Tridentinum expreſsè reuocatis, ex conceſſione Pij Quinti ad ſupplicationem Generalis Ordinis Minorum facta coram Cardinali Antonio de Monelia, quæ habetur Romæ in Conuentu Aracœlitano, quam referunt Collectores priuilegiorum, *verbo Concilium*: & Ioannes de la Cruz, *in Speculo Coniug. ad finem*: ac ſic in vi illius Oraculi *proximè citati*, exiſtimarunt Henriquez *lib. 7. de Pœnitentia, tomo 1. cap. 24. ad finem, cum Gloſſa, littera R.* Rodriquez, *tomo 1. qq. Regular. quæſtione 8. art. 9.* Beia, *part. 4. caſu 138.* Vega *in Summa, tomo 1. capit. 62. caſu 4.* Sanchez, *in Summa, tom. 2. lib. 5. capite 4. num. 16.* Llamas, *1. parte Methodi, cap. 3.* Hucuſque Pater Chaſſaing Pœnitentiarius prædictorum Summorum Pontificum Gregorij XV. & Vrbani VIII. in Baſilica Lateranenſi, Eccleſiarum Orbis prima.

19 Vidal, *circa Viua vocis Oracula, reddit.*

Marci Vidal, *dicti tituli de Iuriſdictione inquiſit. 4. num. 17.* verba, quæ ſequuntur ſunt. Reſpondetur ſecundò, quod viuæ vocis Oracula poſita in authentico llbro, & confirmata à Summis Pontificibus per authenticam Bullam, & ex certa ſcientia, ac ex plenitudine poteſtatis, deſinunt eſſe per viuæ vocis Oracula conceſſa, ſed deſumnnt conceſſionem per nouas Pontificum Conſtitutiones. Et ideò hîc, & nunc non videntur reuocata per dictam Conſtitutionem Vrbani Octaui, conſequens erit certum, dum probabitur antecedens. Probatur ergo. Primò, ita ſentit, & affirmat expreſsè doctiſſimus Laurentius de Peyrinis, *in Priuilegiis Minimorum, tom. 3. cap. 12. Conſtitut. 18. alias 28. Vrbani VIII. in Scholiis, num. 1.* Sed cùm authoritas tantum vnius Doctoris pij, & Religioſi reddat opinionem probabilem, & tutam in conſcientia, vt alibi dixi cum D. Thoma, & pluribus aliis doctoribus, ita etiam erit probabilis, & tuta in conſcientia hæc opinio doctiſſimi Laurentij, quam ſequi videntur Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tomo 1. capite 3. numer. 21.* Diana, *part. 5. tractat. 14. reſolut. 17.* Ergo, &c.

Oracula per Bullam confirmata, deſinunt eſſe Oracula, & fiunt bullata.

Opinio, Authoritate vnius tantum Doctoris pij, & Religioſi probabilis redditur, & tuta in conſcientia.

20 *Confirmatio ex certa ſcientia, vel ex plenitudine poteſtatis, aut non obſtante lege in contrarium, vim habet nouæ conceſſionis.*

Secundò probatur. Confirmatio priuilegiorum, in qua Summus Pontifex dicit ſe confirmare ex certa ſcientia, vel ex plenitudine poteſtatis, vel non obſtante Lege in contrarium, habet vim nouæ conceſſionis talium priuilegiorum. Ita Gloſſa, *in cap. Quia diuerſitatem, cap. Veniens de Tranſactionib. & cap. 2. de Pactis*, vt affirmant Cardinalis Tuſchus, *verbo Confirmatio ex certa ſcientia*, Portel. *de Dubiis Regularium, titul. Priuilegij confirmatio, num. 29.* Suarez, *lib. 8. de Legibus, capite 18. numer. 12.* Laymanus, *lib. 1. tract. 4. cap. 23. numer. 16. quæſt. 4.* & alij quàm plures. Ratio eſt, quia aliquod nouum Ius creat hæc confirmatio ex certa ſcientia, & vim habet reddendi actum, de inualido, validum, & illud nullum confirmandi. Sed omnia viuæ vocis Oracula conceſſa ante Pium Quintum, & ante Gregorium XIII. fuerunt ab his Pontificibus confirmata ex certa ſcientia per Bullas authenticas. Ergo vim habent nouæ conceſſionis. Ergo non ſunt annullata, & reuocata per dictam Conſtitutionem Vrbani VIII. Maior eſt certa. Minor ſimiliter videtur certa vt patet ex Compendio priuilegiorum Regularium. Ergo etiam prima conſequentia erit certa. Secunda verò probatur, quia cum viuæ vocis Oracula confirmata per particulares Conſtitutiones ex certa ſcientia, habeant vim nouæ conceſſionis, iam amittunt eſſe viuæ vocis Oracula, & fiunt, vt conceſſa propriè, & ſpecialiter per nouas horum Pontificum Conſtitutiones; & ideò cadere non videntur ſub iſta reuocatione.

Vim habet reddendi de inualido validum.

Oracula omnia Regularibus conceſſa ante Pium V. & Gregor. XIII. fuerunt ab illis ex certa ſcientia per Bullas confirmata.

Confirmata ex certa ſcientia per Bullam vim habent nouæ conceſſionis.

21 *Omnia viua vocis Oracula Regularibus conceſſa vſque ad* Gregorium XV. *non reuocantur per* Vrbanum VIII.

Probationes alias adducit Marcus Vidal, *à numer. 19.* & efficaces quidem; illas nihilominus omitto, quia recenſitæ ſufficiunt. Illa tamen, quæ *num. 22.* dicit, referre, etſi breuiter, operæ pretium duxi. Ibi enim aſſerit, omnia priuilegia ſuæ Religionis, Clericorum ſcilicet Regularium, fuiſſe motu proprio, & ex certa ſcientia confirmata à pluribus Summis Pontificibus, præſertim à Paulo V. *die 4. Aprilis, 1612.* qui expreſsè confirmauit (ait) & ſpecialiter, omnia viuæ vocis Oracula: & etiam à Gregorio XV. die 16. Octobris, 1621. qui non ſolùm motu proprio, & ex certa ſcientia confirmaſſe teſtatur omnia ſua priuilegia, ſed etiam omnia innouaſſe, his verbis: *eaque omnia, & ſingula priuilegia innouamus, ac de nouo etiam concedimus.* Et ſimul docet, Regulares cuiuſcumque Religionis, vti, & gaudere viciſſim, priuilegiis conceſſis aliis Religionibus, ſiue ad inſtar, ſiue æquè principaliter, per participationem, & communicationem habitam ex vi, & virtute Pontificiæ Conſtitutionis, quæ tribuit idem Ius ac ſi ſpecialiter ſingulis Religionibus ſigillatim omnia hæc priuilegia conceſſa fuiſſent. Et concludit ſic. Ergo à pari, hoc idem videtur affirmandum de Oraculis viuæ vocis, quæ per confirmationem ex certa ſcientia acquirunt idem Ius, & vim priuilegiorum, quæ ſunt conceſſa per authenticam Conſtitutionem. Igitur, cum hæc non annullentur per Conſtitutionem Vrbani VIII. neque etiam illa. Hæc omnia M. Vidal.

Priuilegia omnia Clericorum Regularium confirmauit Greg. XV. *ex certa ſcientia, & innouauit, & de nouo conceſſit.*

Regulares gaudent priuilegiis aliis Religionibus conceſſis.

Oracula confirmata ex certa ſcientia per Bullam, idem Ius acquirunt, ac habent, quæ ſunt conceſſa per authenticam Conſtitutionem.

22 Pellizzarius, *& eius doctrina circa viuæ vocis Oracula recenſetur.*

Pellizzarius, etiam *dicto tract. 8. cap. 1. numer. 130.* poſtquam recenſuit reuocationes Oraculorum per Gregorium, & Vrbanum præfatos factas, docet, quod ſub illis non comprehendantur, niſi ea viuæ vocis Oracula, quæ continent aliquam facultatem, licentiam, & gratiam: non item, quæ ſunt merè declarationes, aut explicationes factæ circa res concernentes ipſos Regulares; ſicut nec ea, quæ ante reuocationem ſuum effectum ſortita fuerant: idque eſto effectus tractum haberet ſucceſſiuum in futurum, vt notant Lezana, & Peyrinus. Sic ibi lego, cum ex mente Authoris: tum ex Peyrini, & Lezanæ ſententia. Vnde ex Typographi errore ſcriptum credo, *quæ ante reuocationem ſuum effectum ſortita non fuerant.* Addito ſcilicet illud *non*, quod inter ſortita mediat, & *fuerant*. In *numero* autem 131. *& ſeqq.* ſic vt ſequitur ait.

Oracula, quæ ſunt merè Declarationes, & explicationes, non ſunt reuocata per Gregor. *nec* Vrbanum. *Oracula, quæ effectum ſortita fuerant, etiamſi effectus tractum habeant ſucceſſiuum non ſunt reuocata.*

Quin etiam Peytinus, *tom. 3. priuilegiorum, cap. 12.* loquens de Bulla Vrbani Octaui, reuocatoria viuæ vocis Oraculorum, putat in hac reuocatione non includi viuæ vocis Oracula conceſſa Regularibus, tum ante Gregorium XIII. tum ab ipſo Gregorio: idque ex eò colligit, quod ipſe Gregorius 10. Octobr. 1575. per bullatam confirmationem, & innouationem ex certa ſcientia (quæ iuxta ſupra dicta, vim habet nouæ conceſſionis) confirmauerit Ordini Minimorum, & conſequenter etiam Ordinibus communicantibus de priuilegiis talis Ordinis, omnia priuilegia viuæ vocis Oraculo vſque ad illud tempus conceſſa à Summis Pontificibus; confirmauerit inquam,

23 *Confirmatio ex certa ſcientia, habet vim nouæ conceſſionis.*

tum in genere, tum in ſpecie & quidem per particulares Conſtitutiones: vt proindè præſentia ſpectari debeant tanquam priuilegia ſcripta, non autem tanquam viuæ vocis Oracula: quippe quæ ex vitalis confirmationis mutauerunt naturam: adeoque non amplius veniunt nomine viuæ vocis Oraculorum, ſed abſolutè, & ſimpliciter dici poſſunt, & debent priuilegia ſcripta. Ita Peyrinus, quàm probabiliter (maximè, quoad forum externum) viderit ipſe, & iudicent alij, non enim lubet in his immorari.

24 Addo, quod cum Paulus V. *die* 23. *Maij* 1605. priuilegia PP. Dominicanorum per quoſcumque Romanos Pontifices, per ipſum, & per Sedem Apoſtolicam ſub quacumque verborum forma, & expreſſione, in genere, & in ſpecie, & per ſolam ſignaturam, & *viuæ vocis Oraculo*, aut aliàs quomodolibet conceſſa, ac ſemel, ſeu pluries confirmata, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, Apoſtolica authoritate perpetuò confirmauerit, & approbauerit, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiecerit (ſingulas litteras, tam plumbo, quàm ſub forma Breuis, aut aliàs deſuper confectas, quarum tenores, & formas, datas, effectus, Decreta, & alia in illis contenta, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur huic ſuæ Bullæ pro ſufficienter expreſſis haberi volens) quatenus S. Concilij Tridentini Decretis, necnon Regularis Ordinis Dominicani inſtitutis non aduerſentur, ac reuocata non ſint, neque ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa: doctrina modò tradita pariter procedit, etiam quoad viuæ vocis Oracula Regularibus conceſſa à Summis Pontificibus vſque ad *diem* 23. *Maij*, *Anno* 1605. quod eſt benè aduertendum, quandocumque proponitur indultum aliquod viuæ vocis Oraculo conceſſum, vt conſtet, an ipſum comprehendatur ſub præfata Peyrini doctrina.

25 Quin etiam Gregorius XV. *die* 16. *Octobris* 1621. in Bulla *In Apoſtolicæ*, Theatinorum priuilegia per quoſcumque Romanos Pontifices ipſis conceſſa principaliter, aut per communicationem aliarum Religionum ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis ſimpliciter confirmauit: ſicque reualidauit etiam priuilegia aliàs reuocata, tam illorum propria, quàm aliorum iis communicata, & conſequenter etiam ea, quæ modo ſupradicto, cum fuiſſent *viuæ vocis Oraculo*, conceſſa, facta ſunt bullata. Siquidem confirmatio hæc fuit facta ſine iis clauſulis, *Quatenus tamen ſint in vſu, & non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis non aduerſentur*: alioquin confirmationes priuilegiorum, cum ſint quoddam priuilegium, & gratia, teſte Suarez *lib.* 8. *de Legibus*, *cap.* 19. *numero* 8. communicantur: Ita vt confirmatis priuilegiis vnius Ordinis in forma ſpecifica, confirmata cenſeantur priuilegia etiam aliorum Ordinum, qui cum eo communicant in priuilegiis: vt notat Bordonus, *tomo* 2. *reſolution.* 52. *numer.* 321. Rodriquez, Miranda, Portello, & Peregrino, monens id procedere quando confirmatio eſt vniuerſalis quoad priuilegia: ſi enim Papa confirmet ſolùm priuilegia propria vnius Ordinis, non ideò cenſetur confirmare priuilegia aliorum Ordinum; cum eius voluntas non operetur vltra intentionem, & plus confirmaret, quàm intenderet: Gregorius autem XV. confirmauit Theatinorum priuilegia, tum propria ipſorum, tum iis communicata ex aliis Ordinibus, vt patet ex tenore Bullæ.

Bordonus certè *reſolutione* 31. *numero* 5. reiicit 26
hanc doctrinam Peyrini, ex eo, quod confirmatio, ſeu innouatio *viuæ vocis Oraculorum* facta per Bullam, non immutat naturam illorum, aliàs ea non dicerentur confirmari, ſed recipere nouum eſſe; verum iſta ratio non videtur concludere contra Peyrinum: vt hinc patet, quod quamuis confirmatio, ſeu innouatio *viuæ vocis Oraculorum* facta *nouo viuæ vocis Oraculo*, non immutet illorum naturam, vt oſtendit ratio Bordoni; id tamen non procedit in caſu, quo dicta confirmatio, ſeu innouatio fiat per Bullam (vt in caſu noſtro:) tunc enim ſine dubio, immutatur natura *viuæ vocis Oraculorum*: cum *viuæ vocis Oraculum*, etiam ſecundùm Bordonum ſit conceſſio, ſeu gratia ore tenus facta ſine ſcriptura; quod vtique non verificatur de *viuæ vocis Oraculis* per Bullam confirmatis, ſeu innouatis, etiam ſolum in genere: cum data hypotheſi, iam ſint gratiæ factæ cum ſcriptura: quod eſt ea mutare naturam, & fieri priuilegia ſcripta, cum prius eſſent *viuæ vocis Oracula*.

Addit Bordonus *reſolut. citata*, ſub generali 27
reuocatione *viuæ vocis Oraculorum*, non comprehendi, neque indulgentias *viuæ vocis Oraculo* conceſſas (cum hæ, teſte Nauarro, *conſil.* 2. *de Pœnit. numero* 3. non veniant nomine indultorum, & gratiarum, quæ iuxta Cancellariæ Regulas à Papa initio ſuæ aſſumptionis, ſolent reuocari, quippe quæ ſunt maxima priuilegia, ideoque egent ſpeciali expreſſione) neque gratias omnino fauorabiles, nemini præiudiciales (v.g. quod Officium B.V. recitetur ſingulis Sabbatis non impeditis:) cum finis dictæ reuocationis fuerit, ne vſus *viuæ vocis Oraculorum* cederet in detrimentum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, vt colligitur ex illis verbis, *minus Canonica interpretatione extendi, & perperam, in Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimentum executioni demandari*: & aliàs cauſa finalis reſtringat, aut ampliet Conſtitutionem ad limites ſuos. *l. Cum pater*, §. *Dulciſſimis*, *ff. de Legatis* 2. quod vtique non euenit in noſtro caſu, cum potius reuocatio illa conſeruet diſciplinam Eccleſiaſticam, neque gratias fauore Prælatorum factas contra Religioſos ſubditos idque ob rationem modò allatam

Omnia ſupradicta, doctiſſimus P. Pellizzarius: 28
loco allegato dicit. Et *tractat.* 10. *cap.* 10. *num.* 76. iterum approbat præfati Laurentij de Peyrinis doctrinam. Vbi ex eodem recenſet Conſtitutionem Gregorij Papæ XIII. per quam confirmauit Minimis omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruationes, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, extenſionis inter ſe, & cum aliis Ordinibus Mendicantibus, & non Mendicantibus, ... etiam per ſolam ſignaturam, etiam *viuæ vocis Oraculo*. Et concludit dicens, quod prius id fecerat Pius V. per Bullam ſeptimo loco exſcriptam à Peyrinis, quæ incipit: *Etſi Mendicantium Ordines*. Quæ conceſſio vtique (addit Pellizzarius) per communicationem; ſuffragatur etiam Religioſis aliorum Ordinum.

Lezana

29 Lezana denique, verbo *Oracula viuæ vocis*, *numero* 7. ſic ait. Dubium tamen eſt, an per dictas Conſtitutiones reuocata etiam ſint *viuæ vocis Oracula*, quæ etſi primitùs verbo tenus conceſſa ſunt; poſtea tamen per Bullam, vel Breue fuerunt confirmata. Ad quod Bordonus, *ſuprà num.* 4. *&* 5. affirmatiuè reſpondet. Probabilius tamen credo contrarium cum Peyrinis, *loco relato* ex verb. priuileg. Minim. *num.* 1. Quod intelligo non ſolùm quando prædicta *viuæ vocis Oracula* nominatim, & expreſsè referuntur in dicta Bulla, ſeu Breui, ſed etiam quando in genere, aut in communi ſub nomine *viuæ vocis Oraculi* innouantur, aut confirmantur ex certa ſcientia, ſeu cum clauſula: *Quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, &c.* quia iam prædicta *viuæ vocis Oracula*, deſinunt eſſe talia, & fiunt veluti conceſſa per dictas Bullas, Breuia, ſeu Reſcripta Papæ. Vnde infert, idem Author, *viuæ vocis Oracula* conceſſa Religionibus Mendicantibus ante Pium. V. non reuocari per dictas Conſtitutiones, quia ipſe Pius V. in Bulla *Etſi Mendicantium*, quam retuli *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. confirmat omnia priuilegia, etiam *viuæ vocis Oraculo* conceſſa Mendicantibus, &c. Idemque dicit de *viuæ vocis Oraculis* conceſſis ante Gregor. XIII. propter aliam Bullam ipſius, in quibus pro Minimorum Ordine illa confirmat. Hæc ibi. Et *num.* 8. ait, quod ſi priuilegium Bullatum vni Religioni conceſſum, alteri communicetur per *viuæ vocis Oraculum*, hoc non reuocetur, per dictas Conſtitutiones, quia non eſt ſimpliciter *Oraculum*, ſed Bullatum.

§. I.

De Altari immobili.

BREVIARIVM.

Altare fixum.

Exſacratur Altare fixum, ſi mota ſit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret. n. 30.

Si tota Altaris menſa conſecrata exiſtit, & illa enormiter lædatur, exſacratur. n. 31.

CONCLVSIO I.

30 ALtare fixum, ſi mota ſit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret, ſeu ipſa menſa moueatur, exſacratum redditur.

Iſtam concluſionem tenet Gloſſa, *in cap. Quod in dubiis*, in formatione caſus, *el* 3. *de Conſecratione Eccleſiæ*, & ibi Abbas Panormitanus, *num.* 1. dicens. Nota 1. quòd totum Altare exſacratur, ſi tabula ſuperior mota fuit. Et nota, quod loquitur indiſtinctè. Non enim refert ſe ad caſum, quando conſecratio conſiſtit ſub tabula, ſed indiſtinctè loquitur. Hæc ibi. Ipſe Abbas, *in cap.* 1. *num.* 3. *dict. tit.* cum Innocentio. Ægidius Coninck, *de Cenſuris*, *quæſt.* 83. *art.* 3. *dub.* 2 *num.* 239. Ideoque amittunt (inquit) ſuam conſecrationem per enormen fractionem, vel per ſolam amotionem à baſi, cui affixa ſunt, per leuem autem fractionem, eam non amittunt. Tenent etiam Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Altare*, *num.* 20. Emmanuel Sa, *verbo eodem*, *num.* 1. ibi. Secundò, ſi fuit mota iunctura, qua menſa ſtipiti lapideo adhæret. Bartholom. Gauantus, *in Manuali Epiſcoporum*, *verbo Altare*, *numero* 13. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum*, *tom.* 1. *diſputat.* 23. *quæſito* 6. *num.* 4. ibi. Vel quando Altaris fixi menſa à ſtipite, vel columnis, quibus innititur, remouetur, vel ita frangitur, vt ad vſum, pro quo eſt conſecratum, non ſit amplius aptum deſeruire, quod relinquitur Ordinarij iudicio, qui rem oculis inſpectam, facilè poteſt diiudicare. Et Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi*, *part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 26. dicens. Deinde violatur, & exſacratur hoc Altare fixum, ſi mota fuit iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret. Allegat Ludouic. Mirandam, *in Manuali Prælatorum*, *tom.* 2. *quæſt.* 39. *articulo* 3. *concluſ.* 1.

Probatur primò concluſio noſtra *ex Canone Si motu*, *el* 19. *de Conſecratione*, *diſtinct.* 1. in quo ſic Iginius Papa decernit. Si motum fuerit Altare, „ denuò conſecratur Eccleſia. Id eſt Altare denuò „ conſecretur, vt ibi exponit Gloſſa, *verbo Eccleſia.* „

Probatur ſecundò, *ex capite Ad hæc*, *el* 1. *de Conſecratione Eccleſiæ*, *vel Altaris*, vbi Alexander Papa Tertius, ita decreuit. Ad hæc, ſi Altare „ motum fuerit, aut lapis ille ſolummodo ſuppoſi- „ tus, qui ſigillum continet, confractus, aut etiam di- „ minutus, debet denuò conſecrari. „

Tertiò probatur, ex dicto *cap. Quod in dubiis*, *el* 3. *eod. tit.* in quo ſic Innocentius Papa Tertius, „ Altare verò, in quo tabula, cui conſecrationis „ benedictio pontificali miniſterio adhibetur, ſi mota „ vel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò „ conſecrari.

Quartò probatur concluſio *ex cap. ligneis*, *el* 6. *eod. tit.* in quo idem Innocentius, ſic reſcribens decernit. Inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpon- „ dendum, quod cum parietes in ſua integritate per- „ manſerint, ſi tabula Altaris mota, vel enormiter læ- „ ſa non fuerit: ob cauſam prædictam (tecti ſcilicet „ conſumptionem caſualem) nec Eccleſia, vel Altare „ debet denuò conſecrari.

CONCLVSIO II.

SI tota tabula, ſeu menſa Altaris fixi conſecra- 31
ta exiſtit, & illa fuerit enormiter læſa, conſecrationem amittit, & denuò debet conſecrari.

Hanc tenent Abbas Panormitanus, *in dicto cap. Quod in dubiis*, *numero* 1. dicens: quia ex quo Altare amittit formam ſuam, licet locus conſecrationis remaneat inuiolatus, totum Altare exſacrabitur. Et per hoc quod dicitur in litera, dum dicit, idem eſſe ſi enormiter ſit fracta menſa Altaris. In quibus oſtenditur, formam Altaris amitti, tam amotione ſuperioris menſæ Altaris, quàm enormi illius fractioni. Idem Abbas, *in dicto cap. Ad hæc*, *in fine*, ait. Vndè ſi patitur enormem læſionem, amitti formam ſuam, & dicitur exſecratum: ideò debet denuò conſecrari. Et *in capite Ligneis*, *numero* 1. ſic fatur Abbas. Nota 2. quod Altare non exſacratur, ſi patitur modicam fracturam; ſecus ſi enormen. Gabriel Vazquez, *tomo* 3. *in* 3. *partem D. Thom. quæſt.* 83. *artic.* 2. *diſputat* 233. *cap.* 2. *numero* 12. vbi ſic ait. Et quamuis in capite illo primo, idem dicatur de Altari confracto, & diminuto, tamen diminutio intelligi debet ſicut

fractio, vt ſit notabilis Coninck, *vbi ſuprà*, ibi. Ideóque amittunt ſuam conſecrationem per enormem fractionem. Tamburinus Abbas, cuius verba, pro prima reddidi concluſione. Gauantus, & Barboſa, *locis recenſitis.* & Lezana, *dicto num.*20.cum Bacconio, *in* 4. *diſtinct.* 11. *artic.* 1. Sylueſtro, *in Summa, verbo Altare, quæſt.* 8. & Ioanne Azorio, *Inſtitutionum Moralium, par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 12.

Et probatur *ex cap. Ad hæc cap. Quod in dubiis, & ex cap. Ligneis*, ad probationem primæ adductis concluſionis, quæ quidem omnia Iura, æquè ſecundam probant.

§. II.

De Altari mobili.

BREVIARIVM.

Altare.

In Altaris conſecratione, loco Reliquiarum, partem Hoſtiæ conſecratæ reponi, abſurdum eſt. n. 39.

Non exſacratur Altare per, quod in eo celebret degradatus, interdictus, aut excommunicatus. n. 41.

Altare portatile, ad exſacrationem Eccleſiæ, non exſacratur. n. 42.

Exſacratur Altare portatile, quando ita frangitur, vt ea pars, quæ remanet, apta non ſit commodè capere Hoſtiam, & Calicem. n. 32.

Exſacratur quando anguli, in quibus Chriſma poſitum fuerat, franguntur. n. 33.

Non exſacratur, quando vnus tantum frangitur angulus. n. 33.

Non exſacratur quando ſeparatur à ligno cui aliquando innititur, vel circundatur. n. 34.

Limita, dummodò lapis ſit per ſe ſufficiens ad capiendam Hoſtiam, & Calicem, & independenter à ligno conſecratus ſit. n. 35.

Non exſacratur per remotionem, aut fractionem loculi vbi Reliquiæ poſitæ fuerant, qui Sepulchrum dicitur, & repoſitorium. n. 36.

De ſubſtantia conſecrationis Altaris, ſeu Aræ non eſt, quod Reliquiæ apponantur in ea n. 36.

Quænam Altaria, à Sacris damnentur Canonibus. n. 38.

Ara.

Vide Altare mobile, ſeu portatile.

Imagines.

Hæretici olim Imagines ex Templis auferebant. n. 39.

Indumenta ſacra.

Benedictionem non amittunt indumenta, ex eo, quod illis vtatur Schiſmaticus. n. 41.

Pollutio.

Eccleſia polluta, Altare mobile pollutum non cenſetur. n. 43.

Reliquiæ.

Auferebantur ab Hæreticis olim ex Templis. n. 39.

CONCLVSIO III.

32 EXſacratur Altare mobile, ſeu portatile, aut Ara, quando ita frangitur, vt ea pars, quæ remanet, non ſit apta commodè Calicem, & Hoſtiam capere.

Iſtam tenent Abbas Panormitanus, *in cap. ligneis, num.* 2. Suarez, *diſp.* 81. *de Euchariſt. ſect.* 5. Vaſquez, *tom.* 3. *p. diſp.* 233. *cap.* 2. *num.* 13. Azor. *p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *q.* 12. Roderiquez, *in Summ. cap.* 249. *concluſ.* 15. Henriquez, *in Sum. lib.* 9. *cap.* 28. *n.* 1. Layman, *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. Reginal, *lib.* 23. *cap.* 9. *ſect.* 6. *num.* 102. Coninck, *de Sacrament. q.* 113. *art.* 3. *dub.* 2. *n.* 239. & alii plurimi apud Paſqualigum *de Sacrific. q.* 696. Emmanuel Sa, *verbo Altare*, cum Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Th. diſputat.* 81. *ſect.* 6. Tamburinus Abbas, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 23. *quæſito* 6. *num.* 4. cum Henriquez, *in Summa, lib.* 9 *cap.* 28. §. 1. Gauantus, *in Manuali, verbo Altare, num.* 6. cum Sylueſtro, *eodem verbo, num.* 1. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 25. *& in cap. Ad hæc, num.* 3. *el* 1. *de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.* Lezana, *in Summa, tom.* 2. *verbo Altare, num.* 22. & Pax Iordanus, *volum* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 54.

Et ratio concluſionis eſt. Quia per huiuſmodi fractionem, inutile redditur Altare, ad quod fuerat conſecratum. Et ſic ſuam formam amiſit. Ait tamen Paſqualigus *loco citato*, poſſe contingere quod Ara fuerit tantæ magnitudinis, quod in quatuor partes fracta, quælibet illarum capiat Hoſtiam, & pedem Calicis, & tunc negari non poteſt (ait) quod exſacrata remaneat: quia ex enormi fractura amittit Ara conſecrationem, *cap. Quod in dubiis, de Conſecratione Eccleſiæ*, ſicut Eccleſia deſtructa, quoad maiorem partem, amittit conſecrationem, eſto pars, quæ remanet adhuc ſit apta vbi in ea celebretur, vti & nos diximus.

Quòd ſi petas, quando fractura cenſeatur enormis? Reſpondet Paſqualigus, *numero* 4. quod ex proportione ad læſionem enormem iudicari debeat. Tunc autem læſio enormis (inquit) dicitur quando eſt ſupra ſextam partem. *L. Vndè ſi Niueruæ, ff. Pro ſocio*, & notat Bar. *in L. Societatem*, §. *Arbitrorum, eod. tit.* vel ſaltem (addit) ſi ſit vltra dimidiam partem. *L.* 2. *Cod. de Reſcindenda venditione* vbi Bald. *init. & in L.* 2. §. *Sed & ſi quis, Cod. Communia, de legatis.*

CONCLVSIO IV.

EXſacratur etiam Altare mobile, quando anguli 33
ipſius, in quibus Chriſma fuerat poſitum franguntur.

Ita docent Abbas Tamburinus, *dicto numero* 4. ibi. Vel quando cornua, quæ iniunguntur, fuerunt fracta. Lezana, *numero* 22. cum Portellio *in Dubiis Regularium, verbo Altare, numero* 4. Auguſtinus Barboſa, *dicta allegat.* 27. *numero* 25. ibi: aut quando omnia cornua, quæ inunguntur ſunt fracta.

Vndè quando vnum tantum frangitur cornu, Altare mobile, & portatile conſecrationem non amittit. Quia ſic confractum, non eſt enormiter læſum, vt patet. Ergo non amittit conſecrationem. Patet. conſequentia à ſimili de Altari fixo. Si enim hoc per leuem fractionem non amittit conſecrationem, quare illam portatile amittet; dummodò commodè capere valeat poſt fractionem Calicis pedem, & Patenam cum Hoſtia ſuperpoſita, ſine labendi periculo?

Ratio autem concluſionis, in promptu eſt. Quia confracta Ara, quoad duo ſaltem cornua inuncta, formam ſuam amittit, eſto ita ſit capax, vt bene Calicem,

Calicem, & Patenam modo præfato capere valeat,& enormiter manet læsa. Ergo consecrationem per huiusmodi amittit fractionem, exsacrata manet.

CONCLVSIO V.

34 PEr separationem à lignis, quibus aliquando innititur Ara, vel quibus circundatur, illa non exsacratur.

Hanc tenet Abbas antiquus & Panormitanus approbat (licet cum limitatione, *num.* 35. recensenda) *in cap. Ligneis, num.* 2. *de Consecratione Ecclesiæ, & Altaris,* Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Altare, num.* 22. cum Suarez, *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Tho. disputat.* 81. *sect.* 5. Cardinali de Lugo, *de Sacramento Eucharistiæ, disputat.* 20. *sectio.* 2. *num.* 72. & 75. Augustinus Barbosa, *alleg.* 27. *num.* 25. cum Vgolino, *de Potestate Episcopi, cap.* 30. *num.* 4. & Fusco, *de Visitatione, cap.* 21. *num.* 6. & *cap.* 22. *num.* 2. & Pax Iordanus, *volum.* 1. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 54.

Hanc igitur Conclusionem Panormitanus Abbas tenet *loco citato* Vbi sic difficultatem proponit, & resoluit. Et per istum textum (ait) infert Abbas ad quæstionem quotidianam, nunquid Altare viaticum sit exsacratum, si lapis remoueatur à ligno? Nam sæpè Altare viaticum fit ex lapide paruo inserto in ligno, & concludit, quod non. Et credo, quod vult arguere à simili. Nam sicut corruente tecto Ecclesiæ manentibus parietibus, non fit reconsecratio, ita sublata illa tabula, seu ligno, cui inhærebat lapis, non debet fieri reconsecratio. Ioannes Andreas hoc faretur, si sepulchrum sit in ipso lapide; secùs autem si in ligno esset Sepulchrum, siue foramen, & ibi esset consecratio, & lapis esset loco sigilli: & hoc est indubitatum: nam tunc non violatur consecratio.

35 Sed ego dubito etiam in priori casu, ponendo quod Altare recipiat formam suam ex ligno, & lapide: puta quia lapis est ita paruus, quod per se non sufficeret ad formam Altaris viatici. Nam licet consecratio sit in ipso lapide; tamen sublato ligno, verum est dicere, quod ipsum Altare patitur enormem fracturam, & sic perdit formam suam. Ad hoc adduco istum textum in secunda parte. Nam hoc casu, quando lignum, vel tabula est de forma Altaris, consecratio fuit facta in toto Altari, licet foramen sit in certa parte fractum: & hoc credo verius. Hactenus doctissimus Nicolaus Tudeschus, cui lubens subscribo, & in hoc sensu nostram statuo conclusionem, quod non exsacretur Ara per separationem à ligno, si lapis per se solum sit sufficiens ad formam Altaris (vt capiat scilicet Calicem, & patenam modo iam dicto,) & indè pendenter à ligno sit consecratus.

CONCLVSIO VI.

6 NOn exsacratur Altare per remotionem, aut fractionem Sepulchri, Repositorij, seu loculi vbi collocatæ fuerant Reliquiæ.

Ita grauissimi, & doctissimi tenent Teologi, quorum aliqui pro contraria recensentur sententia, sed immeritò quidem, cum nostram potius tueantur. Illam igitur tenent Gabriel Vazquez, *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Th. disputatio.* 2. 33. *cap.* 2. *num.* 16. & 18. cum Soto, *in* 4. *distinct.* 13. *quæst.* 2. *artic.* 3. §. *Rursus etiam.* Ægidius Conink, *de Sacramentis, quæst.* 83. *artic.* 3. *dub.* 2. *de Ritu venerabilis Sacramenti, num.* 240. 241, & 242. Emmanuel Sa, *in Summa, verbo Altare, versic. Victione.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *disputat.* 23. *quæsito* 6. *num.* 3. *versic. Altera opinio,* quatenus asserit, validam esse consecrationem Altarium sine Reliquiis factam, nec esse de substantia consecrationis Altaris, huius Reliquiarum appositionem. Et licet *num.* 4. *sequenti* dicat vtrumque Altare fixum, & viaticum consecrationem amittere, quando signum Sepulchri in quo conditæ sunt Reliquiæ frangeretur, remoueretur, vel minueretur: hoc non in propria opinione, sed in sententia Azoris, *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæst.* 12. & aliorum dicit,

Et hanc esse Ascanij mentem, pro comperto mihi est; cum, ex modo loquendi: cum post illud: *vel minueretur*: immediatè addat: *vt ait Azor, &c.* Quasi diceret: *iuxta mentem Azoris &c.* Tum etiam, quia non est verosimile Doctorem tantùm sentire, indigere reconsecratione Altare per fractionem, remotionem, vel diminutionem illius, quod non est de substantia consecrationis ipsius. Nec credi potest mutauisse sententiam, cum vndecim tantum lineæ ab eo reperiantur scriptæ, inter lineam, in qua veriorem pronuntiauit sententiam, & opinionem eorum, qui docent non esse de substantia consecrationis Altarium, Reliquiarum appositionem, & lineam, in qua id, quod de Signo Sepulchri Reliquiarum scripsit. Pro nobis allego pariter Emmanuelem Sa, eo quòd etiam dicat, quod Reliquiæ Sanctorum, non spectant ad consecrationis essentiam.

Tenent etiam conclusionem nostram Ioann. Bapt. Lezana, *tom* 2. *part.* 3. *verbo Altare, num.* 6. & 20. cum Bacconio, cum Suarez, *tom* 3. *in* 3. *part. D. Th. disputat* 81. *sect.* 5. & Paulo Laymano, *lib.* 5. *de Sacrificio Missæ, tract.* 5. *cap.* 6. *numero* 8. Leander à sanctissimo Sacramento, *part.* 2. *tract.* 8. *disputat.* 7. *quæst.* 6. cum Thoma Hurtado, *tom.* 1. *Moralium Resolutionum, tract.* 2. *disputat.* 4 *difficult.* 8. Petro Ledesma, *de Eucharistia, cap.* 20. Iacobo Granado, *tract.* 14. *disputat.* 12. *num.* 2. Zerola, *in Praxi Episcoporum, part.* 1. *verbo Altare, pag.* 63. & apud illum Selua, Fagundez, *in præcepta, præcepto* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 6. 7. 8. Cardinali de Lugo, *disputat.* 20. *num.* 75. Victorello, *in notis ad Emmanuelem Sa, verbo Altare,* Valero, *verbo Missa, difficult.* 2. *in fine.* Dicastillo, *tract.* 5. *disputat.* 4. *dub.* 8. *num.* 147. & Pasqualigo, *decis.* 46. & 47. qui id etiam tenet *de Sacrificio, q.* 691.

Opponunt contrariæ sententiæ Authores nonnul- 37
los sacros Canones, præcipuè *Can. Placuit, de Consecratione, distinct.* 1. in quo iubetur Episcopo euertere Altaria, quæ passim per agros, & villas sine Reliquiis Martyrum extruebantur. *Canonem etiam septimum septimæ Synodi Generalis,* in quo præcipitur deponi, qui Templum, sine Sanctis Reliquiis consecrarit. Opponunt etiam *cap. Adhæc, el* 1. *de Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris,* cuius verba supra reddidi, *num.* 30. ad secundam primæ conclusionis probationem.

Sed respondet Vasquez, *dicto numero* 16. *versic. Alterum est.* licet in aliquibus Canonibus statutum fuerit, (omnia illius verba sunt) vt nullum Altare consecretur sine Reliquiis Sanctorum, nihilominus consuetudine contrarium obtentum esse, cum vix fieri possit, vt pro tot Altaribus Reliquiæ Sanctorum inueniantur.

Coninck autem *dicto numero* 241. respon- 38
det *Canonem placuit,* tantum intelligi, de illis Altaribus, in quibus committebantur superstitiones

ſtitiones in aliquorum cultu, qui quales eſſent, neſciebantur, vt ex textu colligitur ibi: Et ideò, nulla memoria Martyrum probabiliter accipiatur, niſi aut vbi corpus, & Reliquiæ certæ ſunt, aut vbi origo alicuius habitationis, vel poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi reuelationes quorumlibet hominum vbicumque conſtituuntur Altaria, omninò reprobantur. Hæc in Canone illo, deſumpto *ex Concilio Africano, cap.* 1. Et Gloſſa *in caſus formatione* ita fatur. Quidam propter ſomnia, & inanes cauſas conſtruebant Altaria in agris, & in villis ſine Reliquiis Sanctorum: quare præcipitur hîc, vt ab Epiſcopis deſtruantur; vel ſi fortè propter ſcandalum populi ab Epiſcopis non poſſint deſtrui, populus admoneatur, vt illa loca debeat euitare. Hæc ibi. *Verbo autem Paſſim*, adnotat Conciliare hoc Decretum procedere, non in Eccleſiis, ſiue earum Altaribus; Sed in Altaribus, quæ paſſim per agros fiebant.

39 Ad *Canonem ſeptimum ſeptimæ Synodi*, reſpondet idem Coninck dupliciter. Primò, ex illo nihil contra noſtram probari ſententiam. Quia ex eo, quod Templum non poſſit ſine Reliquiis conſecrari, non ſequitur neceſſariò, idem de Altaribus dicendum. Secundò, quia illud præcipitur ibi, in odium hæreticorum illius temporis, qui vt ibi dicitur, omnes ex Templis Imagines, ac Reliquias abſtulerant. Sic Ægidius, *num.* 242. ait. Nota tertiò, quoſdam apud Sylueſtrum, *ſuprà num.* 4. docere, quando Reliquiæ haberi non poſſunt, earum loco in conſecratione Altaris, debere in eo reponi partem Hoſtiæ conſecratæ. Sed hoc omninò abſurdum eſt, & contra reuerentiam tanti Sacramenti. Hæc ille, cuius placitum ſequitur Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 22. dicens. Sed nullo modo earum loco (Reliquiarum ſcilicet) cum non inueniuntur, poteſt poni aliquod fragmentiolum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, vt aduertunt Sylueſter, *verbo Altare, num.* 4. Fagundez, *in quinque præcepta Eccleſiæ, part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 6. & 9. cum eodem Sylueſtro, *citato loco, num.* 3.

40 Ad *caput Ad hæc, de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, reſpondet dictus Ægidius, *num.* 240. quod ex illo non ſequatur, quod Sigillum, ſiue Sepulchrum ſit de neceſſitate Altaris, nec quod in eo huius forma conſiſtat: quia ibi tantum dicitur, Altare amittere conſecrationem ſi tabula, ſiue menſa eius, in qua eſt Sigillum, frangatur. Non quidem quia Sigillum frangatur, cum ea fractio fieri poſſit etſi Sigillum maneat integrum; ſed quia menſa, quæ immediatè conſecratur, frangitur.

CONCLVSIO VII.

41 NOn exſacratur Altare, per hoc, quod in eo celebret degradatus, interdictus, aut excommunicatus.

Hanc tenent Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 23. *quæſito* 6. *num.* 4. *verſic. Si degradatus*, cum Fuſco *de Viſitatione, cap.* 22. *num.* 5. Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 26. Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Altare, num.* 23. & Pax Iordanus *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 58.

Et probatur *ex cap. A Nobis, el* 2. *de Sacramentis non iterandis*, vbi id Honorius Papa Tertius expreſsè decernit, de Altaribus, in quibus Presbyteri degradati celebrarunt, ac pariter de Indumentis, cum quibus celebrarunt. Nos autem (inquit) inquiſitioni veſtræ breuiter reſpondemus, quod non credimus ob hoc duntaxat, ſepultos (à Schiſmaticis ſcilicet, & Schiſmatis tempore) huiuſmodi exhumandos: aut debere Indumenta talia iterum benedici, vel reconciliari Altaria ſupradicta. Hæc Honorius. Vbi Gloſſa, *verbo Altaria*, hanc reddit rationem: quia propter hoc non ſunt exſacrata, ſicut nec Eccleſia licet polluatur ſanguine, *de Conſecratione, diſtinct.* 1. *In Eccleſiis.*

CONCLVSIO VIII.

AD exſacrationem Eccleſiæ, Altare portatile, ſeu Ara non exſacratur. 42

Iſtam tenent Ioann. Bapt. Lezana, *verbo Altare, num.* 22. & 23. & Pax Iordanus *dicto tit.* 10. *numero* 55.

Probatur concluſio. Minorem habet connexionem cum Eccleſia Altare portatile, quam habet, Altare fixum, ſiquidem ſine conſecrarionis amiſſione, poteſt de vno, ad alium transferri locum, quod de fixo fieri non poteſt, vti concluſione dictum eſt prima. Ergo ſi Eccleſia exſacrata, non exſacratur Altare fixum, neque portatile, & mobile exſacrabitur. Conſequentia patet, quia ſi exſacraretur, eſſet ratione connexionis. Ergo ſi non exſacratur, quod maiorem habet connexionem, neque quod minorem habet exſacrabitur. *Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis.*

Immò addit Lezana, *loco citato*, quòd polluta, 43
ſeu violata Eccleſia, non cenſeatur pollutum, ſeu violatum Altare viaticum, & mobile. Et allegat Sylueſtrum *in Summa, verbo Altare, quæſt.* 11. & Azorium, *part.* 1. *Inſtitutionum Moral. lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 14. qui quidem *columna mihi* 1156. ita fatur. Decimo quarto quæritur, An polluta, & violata Eccleſia, Altare quoque pro polluto, violatoque haberi debeat? Reſpondeo, quandocumque violatur Eccleſia, Altare, videlicet ſtabile, non portabile, in ea contentum, aut certè poſitum in loco, qui cum Eccleſia coniungitur, pollui, & violari, & è contrario. Rationem autem reddit Lezana, quam *numero præcedente* reddidi pro concluſionis probatione. Paſqualigus in eadem eſt ſententia, *de Sacrificio Miſſ. to.* 1. *q.* 698. *n.* 3. cum Abbate *in cap. Propoſuiſti, de Conſecrat. Eccleſ.* Gloſſa & cæteri Canoniſtæ, *in c. Eccleſiæ, de Conſecrat. diſt.* 1. Tabiena, *verbo Altare, n.* 9., Angelo, *n.* 4. Armilla, *n.* 12. Miranda, *in Manu. to.* 2. *q.* 39. *artic.* 7. Fuſco, *de Viſitat. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 7. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi allegat.* 27. *num.* 26. Franc. Lugo, *de Sacram. lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 3. *num.* 3. & Iordano *tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 55.

***

DISQISITIO X.

Incidens de Calicis, & Patenæ Exſacratione.

Quomodo Calix, & Patena exſacrentur.

BREVIARIVM.

Accidens.

Sine ſubſtantia, cui ſemel adhæret, ad aliam ſubſtantiam naturaliter tranſire nequit accidens. n.22.

Aqua benedicta.

Si aquæ benedictæ, non benedicta in maiori quantitate addatur, benedictionem illa amittit. n.24.

Calix.

Eius materia aurea, argentea, vel ſtanea. n.1.

Conſecrationem amittit, quando ita notabiliter frangitur, vt commodè Sanguinem Chriſti continere non poſſit. n.1.

Item, quando foramen etiam modiciſſimum in cupæ fundo fit, eſto illud ab artifice concinnetur. n.2.

Quando non torneatilis, à columna, vel pede ſeparatur ſuo. n.3.4

Quando denuò auro tegitur. n.10.19.20.

Conſecrationem non amittit per aliquos ictus, dummodo notabiliter non frangatur, aut interna ſuperficies, quæ Sanguinem tangit, mutetur. n.5.6.7.

Nec illam amittit, contra aliquorum ſententiam, quando paulatim in parte interiori totam deperdit ſuperficiem auri. n.11.

Nec torneatilis, per ſeparationem cupæ à columna, & pede ſine fractione facta. n.27.

Calix, ſtatim ac Chriſti Sanguinem recipit conſecratur ſpeciali, altiori, & efficaciori modo, ac per Chriſma conſecraretur. n.12. & ſeqq.

Vt licitè primo Calice vtatur, debet Chriſmate inungi. Non autem poſtquam illo vſus fuit Sacerdos, ſemel ſaltem celebrando n.13.

Ideò conſecratur vt habilis reddatur ad contactum Sanguinis Chriſti. n.15.19.20.

Non conſecratur tota illius materia, ſed ſolùm ſuperficies interior remanet per inunctionem conſecrata. n.19.21.

Pars Calicis conſecrata, ad ſe non trahit partem non conſecratam præexiſtentem, aut ſuperadditam: illam non conſecrat. n.22.

Chriſma.

Si oleum in maiori quantitate Chriſmati addatur, conſecrationem amittit Chriſma. n.24.

Conſecratio.

Non tantum eſt opus humanum conſecratio, ſed efficax eſt ex Chriſti Sacerdotio. n.7.8.

Per conſecrationem habiles redduntur res, ad excitandam in nobis reuerentiam, & deuotionem. n.7.

Conſecratis rebus, præſens eſt Deus, quarto, & ſpeciali modo, ſicut inſtrumento ad excitandam reuerentiam, & deuotionem circa Diuinum cultum. n.7.

Circa conſecrationem, aut exſacrationem rerum, nihil conſuetudo operari poteſt. n.8.

Conſuetudo.

Impotens omninò eſt in ſpiritualia. n.8.

Nulla introduci poteſt contra legem Diuinam, poſitiuam, aut naturalem. n.9.

Ex eo habet vim derogandi legibus, quia earum conditores conſentientes eidem deferunt conſuetudini. n.9.

A pœna excuſat temporali non à gehennali. n.8.

Deus.

Omnibus rebus, præſens eſt, præſentia, eſſentia, & potentia: & rebus conſecratis, etiam alio quarto modo, tanquam inſtrumento ad excitandam reuerentiam, & deuotionem circa cultum diuinum. n.7.

Miſſa.

Ideo poſt Sanguinis ſumptionem præcipitur vt vinum & aqua in maiori quantitate miſceantur, quàm erant ſpecies Sacramentales, vt iſtæ ab illis in ſeipſas conuertantur, & nulla conſecratarum in Calice permaneat, ac per conſequens nec Sanguis Domini. n.24.25.26.

Patena.

Eius materia & Calicis aurea &c. n.1.

Amittit conſecrationem quando ita frangitur, vt commodè continere non valeat Corpus Chriſti ſub ſpecie panis. n.1.

Per aliquos ictus, non exſacratur, ſi tamen non frangatur notabiliter, aut ſuperficiem, quæ Corpus Domini tangit, mutet. n.5.6.7.

Exſacratur quando denuo auro tegitur. n.10.19.20.

Non amittit conſecrationem, quando paulatim aurum ſuperficiei deperditur. n.11.

Statim ac Patena non conſecrata, recipit Corpus Domini altiori modo conſecratur. à n.12. ad 18.

Vt licitè deſeruiat Patena prima vice, prærequiritur in ea conſecratio; poſtea alia non eget conſecratione, quàm acquiſita per contactum Corporis Domini. n.13.

Ideò conſecratur vt ad dictum contactum habilis reddatur. n.15.19.20.

Non conſecratur tota illius materia, ſed ſola ſuperficies, quæ tangit Corpus Domini. n.19.21.

Pars conſecrata Patenæ alias ſuas partes non conſecrat. n.22.

Tactus.

Corporis Chriſti aquas reddit ad Baptiſmum aptas. n.7.

Calicem, & Patenam conſecrat. à n.12. ad 18.

CONCLVSIO I.

CAlix & Patena conſecrationem amittunt, quando ita notabiliter franguntur, vt inſeruire nequeant ad vſum, ad quem inſtituta exiſtunt: Calix videlicet ad commodè Sanguinem Chriſti continendum: & Patena ad Hoſtiam conſecratam, & eiuſdem Chriſti Corpus contrectandum, ita vt illud ſub panis ſpecie capere valeat. 1

Ita docent Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum tom. 1. diſputat. 23. quæſito 3. num. 3.* Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tomo 2. verbo Calix, num. 5.* cum Gabriele Vaſquez, *tom. 3. in 3. part. D. Th. diſputat. 233. cap. 4.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 27. num. 37. & 38.* cum D. Thoma, *3. part. quæſt. 83. artic. 3.* cum Vaſquez *loco citato num. 34.* Cardinali Belarmino, *lib. 2. Miſſæ, cap. 24.* & cum Steph. Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, parte 1. lib. 3. c. 21. n. 16.* Ibi tamen D. Thomas nihil de Calicis, aut Patenæ agit conſecratione, ſed ſolùm

de materia ex qua fieri debeant, aurea ſcilicet, argentea, aut ſaltem ſtanea. Docent etiam Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. tract. 8. cap 5. num.* 117. Diana, *part. 1. tract. 8. reſolut.* 31. *in fine* & Thomas Tamburinus, *Opuſculo de Sacrificio Miſſæ, lib. 1. c. 1. §. 5.* cum Cardinali de Lugo, *de Euchariſtia, diſputatio 2. ſect. 4. n. 93.* Thomæ Tamburini verba hæc ſunt.

2 Amittitur conſecratio per fractionem, vel per talem diminutionem, quæ illa inutilia reddat, ſeu inepta ad Sacrificij vſum. Quare de quodam Calice, qui demodiciſſimum foramen habebat in fundo cuppæ, quod tamen promiſerat Artifex, ita artificioſè concinnare, vt vix præteritus defectus apparere poſſet, idque ſine vlla Calicis immutatione, dixi eum conſecrationem amiſiſſe. Quia propter illud foramen, vndè Sanctiſſimæ ſpecies exudabant, aptus nequaquam remanſerat ad Sacrificium. Huc vſque Tamburinus.

CONCLVSIO II.

3 CAlix non torneatilis conſecrationem amittit per cuppæ à columna, vel pede ſeparationem.

Hanc aſſertionem tenent Ioannes Azorius, *Inſtitutionum Moralium part. 1. lib. 10. cap. 28. quæſt. 7.* ex vnanimi omnium conſenſu. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 23. quæſito 3. num. 6. verſic. Retinet*, cum Henriquez, *in Summa, lib. 9. cap 28. num. 2. litt. N.* Bartholomæo ab Angelo *Dialogo 5. de Miſſa*, §. 326. Franciſco Suarez, *tomo 3. in 3. part. D. Th. diſputat. 81. ſect. 7. verſic. Rurſus inquiri poteſt.* Nugno, *quæſt. 83. artic. 3. dub. 4.* Ægid. Coninck, *de Sacramentis, quæſt. 83. articulo 3. dub. 2. num. 248.* Ioannes Bapt. Lezana *vbi ſuprà, num. 6. in fine:* Thomas Tamburinus, *vbi proximè, num. 2.* Barboſa, *dicta allegat. 27. num. 40. in fine*, cum Valerio Reginaldo, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib. 29. num. 200.* & Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part. 1. lib. 3. cap. 21. num. 17.*

4 Ratio concluſionis eſt, quia ſcyphus, ſeu cuppa Calicis, per ſeparationem à columna, & pede, amittit formam ſuam, & non eſt aptus ad vſum ad quem Calix factus fuerat. Et quia ſicut Altare fixum exſacratur, ſi mouetur iunctura, qua menſa ſtipiti adhæret, vti diximus *diſquiſitione 9. concluſ. 1.* ita Calix fixus ſeu non torneatilis pariter exſacrabitur per ſeparationem cuppæ à columna, & pede.

CONCLVSIO III.

5 CAlix, & Patena per aliquos ictus à fabro inflictos, conſecrationem non amittunt, dummodo notabiliter non frangantur, nec mutetur interne ſuperficies illa, qua Corpus, & Sanguis Chriſti Domini continetur.

Iſtam docent Ioann. Azorius *vbi proximè quæſt. 5.* cum Syluestro, Tabiena, Armilla, & Paludano Auguſtinus Barboſa, *dicta allegat. 27. num. 39.* cum eodem Armilla, *verbo Calix, num. 4.* Bartholomæo ab Angelo, *loco reddito*, §. 323. Thomas Tamburinus, *dicto Opuſculo, de Sacrificio Miſſæ, lib. 1. cap. 1. §. 5. num. 9.* & ſtando in id quod Iuris eſt, nobiſcum ſentiunt Antonius Naldus, *in Summa, verbo Calix, numero 1.* & Lezana *eodem verbo num. 7.* Addunt tamen duo iſti Authores, quod conſuetudine receptum ſit, vt habeantur pro exſacratis, & noua indigeant conſecratione. Sed contrarium verum exiſtimo, ob ea, quæ Thomas docet Tamburinus, in ſequentia prorumpens.

Illa (inquit) per hanc occaſionem eſt aliquorum 6
ſententia corrigenda: non enim eſt verum, quod aliqui vniuerſaliter affirmant, per ictum mallei Calicem, vel Patenam amittere conſecrationem. Sanè ſi per ictum frangatur, vel ineptus quoad ſubſtantiam pro Sacrificio fiat, amittere non eſt dubium; at ſi ineptus non fiat, cur dici poſſit amittere? amitteret etiamſi in terram ſuper lapidem Calix ſine vlla prorſus mutatione concideret, quod nemo dixit. Immò licet aliquantulùm tunc contorqueretur, ita vt mallei vi, cum dexteritate concinari poſſit, non amitteret: quia ſemper remanet idem conſecratus Calix. Hæc omnia recenſitus Author, cui lubens ſubſcribo. Vndè non capio, qua de cauſa conſuetudo introducere valeat, quave facultate, vt Calix conſecratus, qui formam non amiſit, conſecrationem amittat.

Conſecrationes ſiquidem Eccleſiaſticæ non ſunt 7
humana tantum opera (periodum exhibeo Cardinalis Caietani, *in 3. partem. D. Thomæ, quæſt. 73. artic. 3.*) ſed ſunt efficaces ex Chriſti Sacerdotio: à quo ſicut per ſeipſum efficaciam habent Sacramentales operationes, quia ab ipſo ſunt immediatè inſtituta Sacramenta, ita participatum in miniſtris ſuis efficaciam præbet conſecrationibus, quæ ab ipſis fiunt, ita quòd ex Chriſti Sacerdotio diffuſo, participato in nobis, res conſecratæ habiles redduntur ad excitandam in nobis reuerentiam, & deuotionem, ſicut aquæ ex tactu carnis Chriſti redditæ ſunt habiles ad baptiſmum: & huiuſmodi habilitas, vocatur ſpiritualis virtus inchoatiuè. Et hinc apparet, quod Deus, qui ante conſecrationem erat Eccleſiæ præſens, ſicut aliis rebus per præſentiam, eſſentiam, & potentiam, fit poſtea præſens Altari Eccleſiæ, & aliis huiuſmodi ſpeciali modo, ſicut nouo inſtrumento ad excitandam reuerentiam, & deuotionem circa Diuinum cultum. Perducitur autem ad complementum huiuſmodi virtus cum diuina huiuſmodi aſſiſtentia actualiter vtitur re conſecrata ad excitandam deuotionem, reuerentiam, & aliquem alium effectum, ad quem res conſecrata eſt faciendum.

Hucuſque doctiſſimus Caietanus, ex cuius do- 8
ctrina ſatis apparet, conſuetudinem nihil operari poſſe circa conſecrationem, aut exſecrationem Calicum, Patenarum, aut aliarum rerum. Si enim conſecrationes Eccleſiaſticæ non ſunt tantum opera humana, ſed habent efficaciam ex Chriſti Sacerdotio, ex Chriſti inſtitutione, quid conſuetudo hominum valebit ad efficiendum vt res antea conſecrata, habeatur pro exſacrata, & noua indigeat conſecratione? Nihil omnino. Quia conſuetudo in ſpiritualia impotens omnino eſt. Vndè licet à pœna excuſet temporali, ſed non à gehennali, vti ait Gloſſa *in Canone Denique Sacerdotes, verbo Conſuetudine, 4. diſtinct.* quam ſequuntur Gloſſa marginalis *in cap. Cum venerabilis el 7. de Conſuetudine*, & vtrobique, & *in tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Conſuetudo*, Auguſtinus Barboſa, cum pluribus, quos pro more ſuo recenſet, & Abbas Parnormitanus *indict. cap. 7. n. 5.*

Et quod nihil operari valeat conſuetudo, in his, quæ Iuris diuini ſunt, ſiue naturalis, ſiue poſitiui, declarat præfatus Barboſa, *in Rubrica dicti tituli de Conſuetudine, n. 8. & 9.* vbi in ſequentia prorumpit. Alia (inquit) eſt conſuetudo contra ius diuinum, alia contra ius humanum introducitur. Memi-

nit

nit huius diuisionis textus *in c. finali de Consuetudine.* Inter vtrumque, illa consideratur differentia, quod prior; nequaquàm valere, nec introduci potest, siue Ius diuinum positiuum sit, siue naturale consideretur. Constat namque tale Ius immutabile esse, sicut immutabilis est Author illius, textus *in cap.* 1. ibi. Incommutabilis, *de Summa Trinitate.*

9 Accedit, quod consuetudo, ex eo habet vim derogandi legibus, quia ipsarum conditores, iustis de causis, consentientes eidem consuetudini deferunt, quasi consensu deficiente, potestas consuetudinis deficiat: ac subindè, cum Author legis diuinæ nunquam tale Ius derogandi respectu suæ legis tribuisset, quin immò contrarium apparet ex illo *Lucæ* 21. *Cœlum, & terra transibunt, &c.* vtique videtur dicendum, nullam introduci posse consuetudinem contra Ius diuinum obligans, siue positiuum, siue naturale.

10 Nec probatur quidem mihi, quòd Azorius, *loco citato* ait: quod scilicet consuetudine receptum sit, vt cùm denuò Calix auro tegitur, aurificis opera, iterum non consecretur. Tum, ob modò ex Caietano dicta, & circa consuetudinem. Tum etiam, ob ea, quæ *Disquisitione sexta.* Sicut enim consecratio Ecclesiæ in superficie interiori consistit, ita vt exsacretur illa, si parietes decrustentur, si comburantur, si dealbentur, & consecratio præexistens amittitur, & denuò debent consecrari: ita similiter à paritate rationis, dici debet de Calice, & de Patena: vt enim denuò auro tegantur artificis opera, decrustantur, siue circumraduntur per totam interiorem superficiem, comburuntur, & quasi dealbantur, dum auro denuò teguntur. Ergo sicut ibi exsacratur Ecclesia, ita & hîc Calix, & Patena.

11 Si paulatim in parte interiori Calix, & Patena totum perdant aurum, quod inunctum fuerat Chrismate, in illorum consecratione, non ideò amittere consecrationem, docent Azorius, *dicta parte* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæst.* 6. cum Angelo, Armilla, Syluestro, & Tabiena, *in Summis suis, verbo Calix,* Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstionum Regularium, tomo* 2. *parte* 3. *verbo eodem, num.* 5. *versic. Non tamen*, cum Franc. Suarez. *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Th. disputat.* 81. *sect.* 7. §. *Rursus inquiri potest*, & Thomas Tamburinus, *Opusculo de Sacrificio Missæ, lib.* 1. *cap.* 1. §. 5. *num.* 3. cum Hurtado, *de Sacrificio, disp.* 4. *difficult.* 10.

Rationem reddunt Doctores citati, dicentes, quod licet inunctio, vel consecratio immediatè circa superficiem inauratam versetur, totus tamen Calix, & tota Patena consecrantur per modum vnius. Et sic etiamsi superficies illa auri deperdatur, non amitteretur Calicis, & Patenæ consecratio, cum remaneat, corpus Calicis, & Patenæ, idem enim contingit, in Calice, & Patena argenteis non inauratis: superficies enim interna, quæ consecratione inungitur, paulatim per vsum deperditur, & per attritionem, noua apparet argentea superficies, & successiuè tractu temporis alia, & alia superficies apparet. Sicut igitur in his casibus, non denuò consecrantur Calix, & Patena, ita nec in illo amissionis superficiei aureæ, debent denuò consecrari.

Sed hæc ratio, meum non vrget intellectum, ad assentiendum istis Doctoribus, quamuis grauissimis. Quia per inunctionem superficiei internæ, non magis consecratum redditur totum corpus Calicis, & Patenæ, quàm totum corpus parietum Ecclesiæ. Sed per decrustationem totalem, immò & notabilem parietum Ecclesiæ, Sacro Chrismate inunctorum, exsacratur Ecclesia tota. Ergo si alia non subsit causa, ad ablationem superficiei, siue aureæ, siue argenteæ Calicis, & Patenæ, totum illorum corpus, exsacratum remanebit. Et idem potest argumentum confici ex Altari, seu ex Ara, quæ tota redditur exsacrata quando anguli franguntur, in quibus Chrisma fuerat appositum. De vtroque simili egimus *in Disquisitionibus* 6. *&* 9. *huius Tractatus.* Sit igitur pro vera sententia.

CONCLVSIO IV.

CAlix, & Patena, si superficie Chrismate inuncta, tempore deperdita, à corpore, & Sanguine Christi Domini nostri physicè tangantur; denuò acquirunt consecrationem. 12

Ratio, quæ pro firmanda nostra conclusione, mihi magis probatur est, quia per immediatum Corporis, & Sanguinis Iesu Christi Domini, & Saluatoris Nostri contactum, altiori, & efficaciori modo consecrantur Calix, & Patena statim, ac illa recipiunt, post amissionem superficiei, per inunctionem consecratæ, quàm per ipsam Chrismatis inunctionem fuerant consecrata. Ac proinde Calix v. gr. non remanet consecratus post inaurationem amissam, quia ad inunctionem aureæ superficiei totum Calicis corpus fuerit consecratum: nec quia qualibet permanente parte superficiei consecratæ, tanquam dignior, trahat ad se, quæ sequuntur Calicis partes, tanquam minus dignas. Plura in hoc dico numero, quæ seorsim, & sigillatim dilucidare, & illustrare operæ pretium duxi.

Primum est, consecrari Calicem, & Patenam per immediatum contactum Corporis, & Sanguinis Domini, ita vt nulla alia indigeant consecratione ad futurum illorum vsum, post Christi contactum, pro Missæ Sacrificio. *Ad futurum illorum vsum, post Christi contactum*, consultò dixi, quia ad præcedentem, necessaria illa fuit, vt licitè illis vteretur. Et procedit dictum nostrum, tam in casu, quo Sacerdos bona celebret fide, credendo Calicem, & Patenam inunctos fuisse; quàm in casu, quo Sacerdos sciret nondum fuisse consecratos, & sic mala fide. In vtroque namque, locum habet dictum, quod ad contactum illum consecratus reddatur Calix, pariter & Patena, consecrata fiat. Et licet recensendi Doctores, in casu loquantur bonæ fidei, idem dici debet in malæ fidei casu: quia bona, aut mala fides nihil confert ad consecrationem, vti benè docet Pater Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 101. cum Martino Azpilcueta, Doctore Nauarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 256. Stepha. Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcepto* 5 *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 15. & cum Paulo Layman, *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 13. 13

Dictum nostrum prius protulerunt Antoninus Diana, *part.* 2. *tract.* 14. *de Celebratione Missarum, resolut.* 69. *&* *part.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 6. cum Franc. Nigro, Trimarcho, Cœlestino, & aliis. Ausonius Noctinot, *in Summa eiusdem Dianæ, verbo Vasa sacra, num.* 1. illum sequitur. Et Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 6. *tract.* 3. *de Eucharistia, cap.* 5. *num.* 4. vbi ita ait. Sub mortali requiritur Calix, & Patena consecrata, si tamen in nondum consecratis aliquis bonâ, immò addit Bordonus, & Tamburinus malâ fide celebrasset (licet celebrando peccasset mortaliter) probabile esse, quod hoc ipso censeantur

conſecrata, liceatque in iis celebrare, contra Cardinalem de Lugo, & Laymanum docet Diana, *part. 2. tractatu 14. parte 5. tract. 13. reſolut. 60. & parte 9. tract. 7. reſolut. 18.* ex aliis octo idemque de Sacris veſtibus, item de Corporali, Pixide, &c. quæ immediatè tangunt ſpecies, cenſet Tamburinus, *de Exp. ſacr. lib. 1. cap. 3. §. 1.*

Diana autem *in præallegata reſolut. 60.* ſic difficultatem proponit, & reſoluit. An ſi in Calice non conſecrato, quis celebret bona fide, remaneat conſecratus. Affirmatiuam ſententiam ego docui *in 2. parte, tractatu de celebratione Miſſarum, reſolut. 69.* Sed nouiſſimè contra me ſurgit amiciſſimus Pater Lugo, *in 3. partem, tomo 2. de Sacramento Euchariſtiæ, diſputat. 20. ſect. 4. num. 91.* Verum aduerſum illum, nominatim in mei defenſionem colluctatur Franciſcus de Nigro, *in Additionibus ad Ruyz, parte ſexta, animaduerſione 8. num. 4.* vbi ſic ait.

Vtrum Calix, & Patena nondum conſecrata, ex eo tantùm conſecrata remaneant; ſi cum eis bona fide ante conſecrationem celebretur? Negat Lugo; affirmat Diana. Et licet ipſe nullum Authorem pro ſua ſententia adducat, tamen illam docet Pater Trimarchi, & probabilem putat P. de Peyrinis, quibus adhæreo. Poſſet probari primò hæc ſcientia: quia Eccleſia polluta, non eget alia reconciliatione, ſi quis in ea bona fide celebrauit. Igitur Calix non egebit conſecratione, vel benedictione, poſtquam in illo celebratum eſt. Antecedens non continet doctrinam falſam, vt contra Dianam ait Lugo, ſed continet doctrinam veram, & grauium, ac claſſicorum Theologorum, Caſtri, *lib. 2. de Lege pœnali, cap. vltimò* Emmanuelis Sa, *verbo Eccleſia, num. 19.* Auilæ *de Cenſuris, part. 5. diſputat. 7. dubitat. 3. concluſ. 1.* Henriquez, *lib. 9. de Miſſa, cap. 27. num. 6.* ac aliorum. Et patet: quia Sacrificij dignitas habet, vt ſanctificet locum ſine alia reconciliatione. Conſequentia verò probatur. Quia ſicut Eccleſia ſanctificatur per Sacrificium, ita & Calix. Et addit P. Trimarchi contra Lugum in Dianæ defenſionem, quod Doctorum parietates, currere non debent quatuor pedibus, ſed duobus tantùm modo humano.

14 Secundò probatur, quia per contactum ſanguinis Chriſti, ſanctificatur Calix. Ergo non indiget alia conſecratione, vel benedictione. Nam quærit P. Trimarchi à Lugo: cur requiritur conſecratio in Calice? Reſpondebit Lugus: quia Calix non conſecratus, eſt materia profana, & per conſecrationem non eſt amplius profana, ſed ſacra. Sic argumentatur. Sed per contactum Sanguinis Chriſti, Calix iam non eſt amplius materia profana, ſed ſacra, quod nemo negabit. Ergo & Calix non conſecratus non eget conſecratione, ſi in eo bona fide celebretur.

Hucuſque Nigro pro me, contra Lugum: vnde canendum eſt mihi illud Ouidianum.

Sæpe præmente Deo, fert Deus alter opem.

Notandum eſt etiam noſtram ſententiam, præter Doctores, docere nouiſſimè etiam Cœleſtinum, *in Compendio Theologiæ Moralis, tract. 8. c. 5. quæſt. 9.* vbi ſic ait.

Vtrum Sacerdos poſſit celebrare in Patena, & Calice nondum conſecrato, ſi alius Sacerdos bona fide, cum ipſis Miſſam ante celebrauit? Reſpondeo, quod ſic. Quia per talem Miſſam bona fide celebratam benedicta remanſerunt.

Ita ille, & reuera, quia alia conſecratione dicendum eſt indigere Calicem, & Patenam, per contactum Sanguinis, & Corporis Chriſti ſanctificata.

Hæc omnia Pater Antoninus Diana, in cuius vltima iſta clauſula, incuria Typographi, mendum exiſtere credo, vel enim addere debuit aduerbium *non* poſt *dicendum eſt* vel pro *quia* apponere debuit *qua*: & in fine, hanc interrogantis notam?

Præfatum primum dictum noſtrum etiam colligo ex Cardinali Caietano, *3. parte, q. 83. art. 3. ad 3.* 15 quem *ſuprà numero 7.* recenſui, & ex eo illud probo. Conſecratio Calicis, & Patenæ ideò fit, vt habilitentur ad contactum Corporis, & ſanguinis Chriſti. Sed, hæc habilitas, recipit complementum cum actualiter continet Corpus, & Sanguinem Chriſti. Ergò per huiuſmodi contactum conſecrantur Calix, & Patena, & altiori, ac efficaciori modo, quàm per inunctionem Chriſmatis conſecrarentur. Maior certa eſt, quia vti Aſcanius Tamburinus ait *tomo 1. de Iure Abbatum, diſputat. 23. quæſito 3. n. 4.* Calix, & Patena conſecrantur præcipuè propter Corporis, & Sanguinis Chriſti contactum, & idem omnes alij dicunt Doctores. Minor etiam certiſſima eſt, quia nihil aliud excogitari poteſt, per quod habilitas illa perfici, & compleri queat, quàm per actualem contactum, & continentiam Corporis, & Sanguinis Domini. Conſequentia vero, bene ex præmiſſis deducitur.

Et altiori, ac efficaciori modo conſecrari dixi, per 16 actualem contactum, quàm per Chriſmatis vnctionem. Quia ideò inunctio Chriſmatis conſecrat, quia participat Chriſti Sacerdotio diffuſo, & participato in nobis, vti Caietanus *loco citato* docet, & à quo habet efficaciam. Ergo per immediatum contactum Corporis, & Sanguinis Chriſti altiori, & efficaciori modo Calix, & Patena conſecrata manebunt. Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis. Et hoc certè declarat ipſius Chriſti Domini nomen: *Chriſti enim* nomen (verba ſunt D. Auguſtini, *tract. 33. in Ioannem, poſt initium*, & S. Matris Eccleſiæ, in Officio Sabbati poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ) *à Chriſmate dictum eſt: Chriſma autem* Græcè, Latinè *vnctio nominatur.*

Et roboratur exemplo à Caietano adducto. 17 Aquæ ex contactu carnis Chriſti, redditæ ſunt habiles ad Baptiſmum: conſecratæ ſunt: (conſecratio enim eſt rem habilem reddere ad faciendum effectum, ad quem eſt deſtinata.) Ergo à ſimili, ex contactu Corporis, & Sanguinis Chriſti Calix, & Patena habiles redduntur, conſecrantur, & altiori quidem modo, per contactum immediatum Corporis, & Sanguinis ipſius Chriſti Domini, quàm per Chriſmatis vnctionem.

Et hoc vtiquè non parùm ſuadet communis 18 doctrina aſſerentium, quòd ſi parietes Eccleſiæ per partes paulatim reficiantur, & ſi aurum Calicis, & Patenæ non penitus decidat, & aliqua illius parte remanente, denuò inaurentur, non amittitur Eccleſiæ, Calicis, & Patenæ conſecratio: quia pars (inquiunt Authores illam ſequentes) conſecrata, tanquam magis digna, trahit ad ſe partem non conſecratam minus dignam. Ex qua certè doctrina, (quæ mihi aliàs non ſatis probatur, ob iam dicta *in Diſquiſit. 6. num. 16. 17. & 19.* & ob modo dicenda) benè deducitur, quod intendimus: conſecrari ſcilicet Calicem, & Patenam ad contactum Corporis, & Sanguinis Chriſti. Quia Chriſtus minorem virtutem non habet

ad

ad conſecrandum per ſui contactum, quàm per Chriſmatis contactum, immò incomparabiliter multò maiorem, cum totam virtutem ipſe Chriſmati, miniſterio communicet Sacerdotali: & minorem efficaciam non habent Corpus, & Sanguis Chriſti, quàm pars parietis, aut auri conſecrati præexiſtens habet, nec magis vnitur nouus paries, & nouum aurum iam præexiſtentibus, quàm Corpus, & Sanguis Domini, Calici, & Patenæ à quibus continentur. Si ergo in Authorum illorum ſententia, pars parietis, aut auri conſecrata præexiſtens, potens eſt, partes de nouo aduenientes ad ſe trahere, & conſecrare, cur id denegant Corpori, & Sanguini Chriſti?

19 *Secundum*, quòd dico eſt, totam materiam Calicis, & Patenæ non conſecrari per inunctionem Chriſmatis; ſed ſolùm ſuperficies interior per illam habilis redditur, & conſecratur propter contactum Corporis, & Sanguinis Chriſti. Vnde conſecrationem amittunt hæc vaſa, vti benè Aſcanius Tamburinus, *loco citato, num.* 3. ſi cum ſunt inaurata (verba illius reddo,) & vſu aurum conteritur, poſtea iterum deaurantur quoad illam ſuperficiem, quæ tangit Corpus, & Sanguinem Chriſti: quia qui mutat, vel addit materiam, nouum opus videtur facere, *L.* 1. § *Opus nouum, ff. de Noui operis nunciatione.* Tum, quia eſt alia ſuperficies, & antiqua eſſe deſiit: & Calicis, ac Patenæ conſecratio in ſuperficie conſiſtit.

20 Tum etiam, quia Calix, & Patena conſecrantur præcipuè propter Corporis, & Sanguinis Chriſti contactum; cum autem de nouo auro teguntur, contactus non poteſt fieri in parte conſecrata: quia aurum additum non eſt conſecratum. Ita tenent Sylueſter, Angelus, Armilla, Roſſella, Tabiena, *in verbo Calix*, quos refert, & ſequitur Azorius, *Inſtitutionum, Moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 28. *quæſt.* 4. & *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 7. *quæſt.* 3. Bartholomæus ab Angelo, *Dialogo* 5. *de Miſſis*, §. 324. Roderiquez, *in Summa, tom.* 1. *cap.* 249. *num.* 21. Suarez *tomo* 3. *diſput.* 81. *ſect.* 7. §. *Alia autem forma, verſic. Solet verò.* Reginaldus, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.* 29. *num.* 199. Vgolinus, *de Poteſtate Epiſcopi, cap.* 31. *num.* 3. *verſic.* 2. D. Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 38. contra Emmanuelem Sa, *in Aphoriſmis, verbo Calix*, Syluam, *de Beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 99. Ægidium de Coninck, *de Sacramentis, quæſt.* 83. *artic.* 3. *dub.* 3. *num.* 246.

Hactenus noſter Tamburinus, cui, & ab eo recenſitis Doctoribus addo Antonium Naldum, *in Summa, verbo Calix, num.* 1. Baſſæum, *in Floribus Theologiæ Moralis, tomo* 1. *verbo eodem, num.* 3. cum Gabriele Vazquez, *in* 3. *part. D. Thomæ, diſputat.* 233. *cap.* 4. *num.* 33. Filliucio, *tract.* 5. *num.* 132. Henriquez, *lib.* 9. *cap.* 28. *num.* 2. & Syluio, *in eandem,* 3. *partem, quæſt.* 83. *art.* 3. *quæſito* 6. Lezanam, *in Summa quæſtionum Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Calix, num.* 5. *verſic. Amittunt, in fine.* Fabium Incarnatum, *in Scrutinio Sacerdotali, part.* 2. *tract.* 2. *de Sacrificio Miſſæ, pag. mihi* 34. & penes Barboſam, *dicto num.* 38. Durandum, *in Rationali Diuinorum, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 35. & Stephanum Fagundez, *in quinque Eccleſiæ præcepta, part.* 1. *lib.* 3 *cap.* 21. *num.* 24. & penes Dianam, *part.* 2. *tract.* 15. *reſolut.* 3. addo Pitigianum, *in* 4. *ſententiarum, tom.* 1. *diſput.* 13. *quæſt.* 2. *artic. vnico.* Molfeſſium, *in Summa, tom.* 1. *tract.* 3. *cap.* 12. *num.* 53. Petrum Ledeſma, *in Summa, tomo* 1. *de Sacramento Euchariſtiæ, cap.* 21. *fol.* 148. Scorziam, *de Sacrificio Miſſæ, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8. & communem Doctorum. Et ita certam eſſe hanc ſententiam putant Reginaldus, *tomo* 2. *dicto lib.* 29. *ſect.* 6. *num.* 199. & alij, vt contraria, quam ſequuntur præter citatos Sa, Syluam, & Ægidium Coninck, Laymanus, Cardinalis de Lugo, Diana, & Thomas Tamburinus, doceant periculoſam.

Qua communi ſententia ſuppoſita, & veritate 21
Tertij noſtri Dicti, numero ſequenti ſcribendi, concludenter demonſtratur, nihil Calicis, aut Patenæ conſecrari præter ſuperficies eorum interiores, & iſtis ſemel amiſſis, inſimul, aut denuò aliis ſuperadditis, exſacrari Calicem, & Patenam, & vtrumque ad Sacrificium ineptum remanere. Et reſpectu Eccleſiæ, idem probatum reliquimus *Diſquiſit.* 6. *num.* 3. & *ſeqq.* Ibi enim oſtendimus exſacrari Eccleſiam per ſolam parietum exuſtionem, & decruſtationem, licet non illi corruant, quia non conſiſtit in alio illius conſecratio, quàm in delinitione, & vnctione, cum Crucibus, in ſuperficie interori muri, ſeu parietum quod vtique ſignum manifeſtum eſt, totum Eccleſiæ ædificium, aut totum parietum corpus, non conſecrari. Sic ſimiliter in Calice, & Patena philoſophandum eſt. Aliàs ſi tota materia parietum, Calicis, & Patenæ conſecraretur, & vera eſſet in vniuerſum ſententia, etſi communis, quod pars conſecrata præexiſtens, trahat ad ſe de nouo additas, & illas conſecratas reddat, vti volunt Tamburinus Abbas, *num.* 5. Lezana, *verſic. Non tamen*, Pellizzarius *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tractat.* 8. *cap.* 5. *num.* 118. & alij quàm plurimi, etiamſi de nouo ſæpè Eccleſia dealbaretur, & incruſtaretur, & Calix, ac Patena inaurarentur, non indigerent vnquam noua conſecratione, quia materia parietum, Calicis, & Patenæ præexiſtens conſecrata, traheret ad ſe nouam cruſtam, & inaurationem, ſeu auri ſuperficiem ſuperadditam. Si enim parui auri pars prioris deaurationis non deperdita, ratione conſecrationis, quam retinet, poteſt in iſtorum ſententia Doctorum ad ſe attrahere nouum aurum ſuperadditum, & illud conſecrare, cur non idem efficere valebit totum corpus, ſeu materia parietum, Calicis, Patenæ, ſi conſecrata illa remanet.

Tertium, quod dico eſt, partem Calicis, Patenæ, 22
aut ſuperficiei illorum conſecratam, ad ſe tanquam dignioré non trahere partem aliquam Corporis Calicis vel Patenæ præexiſtentem, nec ſuperficiei auri de nouo aduenientis, & illam non conſecrare. Hoc dictum, vti modò dixi, communi ſententiæ opponitur, ſed illud verum eſſe, conſtanter teneo, ob ea, quæ *Diſquiſit.* 6. *à num.* 15. dixi. Pars enim ſuperficiei conſecrata ſuperaddita corpori Calicis, aut Patenæ, non eſt eadem in ſubſtantia cum eodem corpore, & idem eſt de eadem ſuperficie reſpectu ſuperficiei ei ſuperueniétis in noua deaureatione. Ergo accidens conſecrationis, quod in ſe habet huiuſmodi ſuperficies communicare nequit, neque corpori Calicis, aut Patenæ, cui adhæret, neque nouæ auri ſuperficiei de nouo aduenienti.

Antecedens patet, quia ſuperficies conſecrata non habet virtutem ad conuertendum in propriam ſubſtantiam ſuam, corpus Calicis, & Patenæ, nec nouam auri ſuperficiem ſuperuenientem, nec è contra. Ergo non eſt idem in ſubſtantia cum illis. Conſequentia verò probatur. Quia accidens, ſine ſubſtantia, cui ſemel adhæret, ad aliam ſubſtantiam, & ſubiectum naturaliter tranſire non poteſt. Ergo accidens conſecrationis, quod ſiue partialiter, ſiue integrè reperitur in Calicis, & Patenæ ſuperficie, communicari nequit corpori Calicis, & Patenæ, cui adhæret

hæret, neque nouæ auri ſuperficiei, per nouam inaureationem ſuperuenienti.

23 Neque ſuperficies conſecrata corporī Calicis, & Patenæ, aut ſuperficiei denuò aduenienti continua eſt, ſed contigua, cum eorum extrema ſint ſimul, & nullus eorum in ſeipſo augetur per iuxta poſitionem alterius, & ſic vnius accidens, in alio eſſe non poteſt. Secus contingere diximus, ob contrariam rationem, in Aqua Benedicta, & in Oleo conſecrato, quia ſi eis addatur in minori quantitate aqua, aut oleum ſimplex, totum benedictum, aut conſecratum reddetur. Augetur enim per ſuperuenientem partem in ſeipſa Aqua Benedicta, & idem eſt de Oleo, vel per iuxta poſitionem, vel per virtutem actiuam, quam habet pars maior, conuerſiuam ſuperuenientis in propriam ſubſtantiam. Et ſic ſuperueniens eadem benedictione, aut conſecratione gaudebit, quâ præexiſtens gaudebat.

24 Secùs autem contingit in caſu, quo maior Aquæ, aut Olei pars, Aquæ Benedictæ, aut Oleo conſecrato aduenit, ob contrariam rationem: quia adueniens de nouo, augetur per præexiſtentem, & iſta amitteret ſuam benedictionis, aut conſecrationis qualitatem. Quod dubio procul, Rituale demonſtrat Romanum, *in Rubricis de Materia Baptiſmi, & de Sacris Oleis*, dum diſponit, quod ſi Aqua, aut Oleum Sacrum in minori quantitate ſint, quàm conueniat, adiiciatur aqua, aut oleum non benedictum, in minori tamen quantitate. Et in Miſſa ad conſecrationem, miſceri aqua in minori quantitate vino, præcipitur, vt ab iſto in propriam conuertatur ſubſtantiam. Et poſt Dominici Sanguinis ſumptionem, præcipitur pro ablutione, vt in Calice apponatur vinum ſemel, & illo hauſto, vinum, & aqua pro ſecunda ablutione, & in maiori quidem quantitate, quàm ſpecies Sacramentales erant, debet ablutio adhiberi, vt illæ ab ſpeciebus non conſecratis in ſe ipſas conuertantur, & nulla conſecratarum permaneat in Calice, ac per conſequens nec Chriſti Domini Sanguis.

25 Hæc doctrina contra Ælgium Baſſæum eſt, aſſerentem, *tomo 1. verbo Euchariſtia I. num. 24.* & dicentem: hinc, ſi gutta ſpecierum vini conſecratarum miſceatur cum alio vino eiuſdem ſpeciei non conſecrato, Sanguis Chriſti non deſineret eſſe ſub illa gutta: quia per illam mixtionem non corrumperetur vinum, ſed potius conſeruaretur. Hæc ille. Noſtra tamen doctrina veriſſima eſt. Illam tenet Gloſſa, *in cap. Quod in dubiis, verbo Conſecrato, el 3. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*: ibi enim ſic ait. Et ita Sacrum, tanquam dignius trahit ad ſe non Sacrum.... ſecus ſi vinum apponatur Sanguini, *cap. Cum Marthæ, §. Quæſiuiſti, verbo Præterea.* In maiori ſcilicet quantitate, quàm eſſet ſanguis. Abbas etiam Panormitanus, *ibidem, num. 3.* dicens. Nota ſecundò in fine, quod compoſitum ex diuerſis aſſumit naturam ſimplicis dignioris, & hoc tene menti. Nam quotidie iſta littera allegatur, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum.... In *Gloſſa fin.* ibi: ſecus ſi vinum apponatur Sanguini. Nam ſi poſt tranſubſtantiationem factam per Sacerdotem in Altari apponeretur vinum in Calice, remaneret vinum, nec aſſumit naturam Sanguinis Chriſti, vt in *cap. Cum Marthæ.*

Clariùs D. Thomas, *3. parte, quæſt. 77. artic. 8. in corpore.* Libuit Angelicam, ad amuſſim, doctrinam reddere.

Reſpondeo dicendum, quod iſtius quæſtionis veritas manifeſta eſt ex præmiſſis, (ſcilicet *art. 1. & 3. eiuſdem quæſt. 77.*) dictum eſt enim ſuprà, quod ſpecies in hoc Sacramento remanentes, ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationis modum eſſendi ſubſtantiæ, ita etiam conſequuntur modum agendi, & patiendi: vt ſcilicet agere, & pati poſſint, quicquid ageret, vel pateretur ſubſtantia ſi ibi præſens exiſteret. Manifeſtum eſt autem, quod ſi eſſet ibi ſubſtantia vini, liquor aliquis poſſet ei permiſceri. Huius tamen permiſtionis diuerſus eſſet effectus, & ſecundùm formam liquoris, & ſecundùm quantitatem. Si enim permiſceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quod poſſet diffundi per totum vinum, totum fieret permiſtum: quod autem eſt commiſtum ex duobus, neutrum miſcibilium eſt; ſed vtrumque tranſit in quoddam tertium, ex his compoſitum. Vnde ſequeretur, quod vinum priùs exiſtens, non remaneret, ſed liquor permiſtus, eſſet alterius ſpeciei (puta ſi permiſceretur aqua) ſolueretur ſpecies vini, & eſſet liquor alterius ſpeciei. Si autem eſſet eiuſdem ſpeciei liquor adiunctus (puta ſi vinum permiſceretur vino, remaneret quidem eadem ſpecies, ſed non remaneret idem numero vinum: quod declarat diuerſitas accidentium: puta, ſi vnum vinum eſſet album, & aliud rubeum.

Si verò liquor adiunctus eſſet tam paruæ quantitatis, quod non poſſet perfundi per totum, non fieret totum vinum permiſtum, ſed aliqua pars eius. Quæ quidem non remaneret eadem numero, propter permiſtionem extraneæ materiæ; remaneret tamen eadem ſpecie, non ſolùm ſi paruus liquor permiſtus eſſet eiuſdem ſpeciei, ſed etiamſi eſſet alterius ſpeciei. Quia gutta aquæ multo vino permiſta, tranſit in ſpeciem vini, vt dicitur *in primo de Generatione*. Manifeſtum eſt autem ex prædictis (ſcilicet *artic. 4. eiuſdem quæſtionis, & quæſt. 76. artic. 6. ad 3.*) quòd Corpus, & Sanguis Chriſti remanet in hoc Sacramento quandiu illæ ſpecies manent eædem numero. Conſecratur enim hic panis, & hoc vinum. Vnde ſi fiat tanta permiſtio liquoris cuiuſcumque, quod pertingat ad totum vinum conſecratum, & fiat permiſtum, erit aliud numero, & non remanebit ibi Sanguis Chriſti; ſi verò fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quod non poſſit diffundi per totum, ſed vſque ad aliquam partem ſpecierum, deſinet eſſe Sanguis Chriſti ſub illa parte vini conſecrati, remanebit tamen ſub alia. 26

Hæc omnia Angelicus Doctor, qui totus pro nobis eſt: & ita apertè dictum noſtrum fulcit, vt nulla alia indigeat probatione, ſicut nec doctrina eius, explicatione aliqua. Et hac vtique de cauſa, Caietani commentario caret.

CONCLVSIO V.

CAlix torneatilis per ſeparationem cupæ à columna, & pede, ſine fractione facta, conſecrationem non amittit. 27

Ita docent Ioannes Azorius, *Inſtitution. Moralium part. 1. lib. 10. cap. 28. quæſt. 7.* cum Armilla, *verbo Calix, num. 2.* Antonius Naldus *in Summa, verbo eodem, num. 3. pag. mihi* 101. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. diſput. 23. quæſito 3. num. 6. verſic. Pertinet*, & cum Henriquez, *in Summa, lib. 9. cap. 28. num. 2. litt. N.* Bartholomæo ab Angelo, *Dialogo 5. de Miſſa, §. 326.* Suarez, *tomo 3. in 3. partem, D. Thom. diſput. 81. ſect. 7. verſic. Rurſus inquiri poteſt.* Nugno, *quæſt. 83. art. 3. dub. 4.* Coninck, *de Sacramentis, quæſt. 83. artic. 3. dub. 3. num. 248.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom. 2. part. 3. verbo Calix, num. 6.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 27.*

gat.27. num.40. cum Valerio Reginaldo, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.29. num.200.* & Fagundez, *in quinque Ecclesiæ præcepta part.1. lib.3. cap.21. numero 17.* Thomas Tamburinus, *in Opusculo de Sacrificio Missæ, lib.1. cap.1. §.5.* & Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part.1. tract.8. cap.5. num.118. in fine,* cum Paulo Laymano, *lib.5. tract.5. c.6. n.5.*

Probatur conclusio. Quia licet cupa Calicis, abassi, & pede separetur, apta non sit ad Sacrificium, tamen apta est cum illa, & columna, & pes coniunguntur. Et ex alia parte est idem moraliter Calix, ac erat ante partium separationem. Vnde consecratus erit, sicut fuit ante separationem huiusmodi. Quod idem Calix sit, horologij benè explicatur exemplo. Si enim horologij partes dissoluantur, & iterum vniantur, eædem sunt, ac antea erant; secus autem si frangantur, & iterum ministerio compingantur Artificis. Aliis etiam sub exemplis id Azorius explicat. Ita enim proponit difficultatem, resoluit, & probat. Videlicet.

Sed dubiæ quæstionis est, An amittat consecrationem Calix, quando ita est à principio elaboratus, vt scyphus à pede amoueri, & adaptari iterum, & coniungi pro arbitrio nostro facilè queat? Respondeo cum Armilla, *verbo Calix, num.2.* huiusmodi Calicem adhuc consecrationem retinere: quia Calix à principio ita factus, vt faciliùs, & commodiùs separatim ex loco, in locum transferri queat. Sic enim plerumque fiunt vestes, aut mensæ funiculis, fibulisve colligatæ, & adstrictæ, quæ si deinde sacrarentur, non ideò consecrationis fierent expertes, si annullis illis, funiculis, fibulisve solutis, in partes seponerentur. Talis enim partium diuisio, mensam, aut vestem non scindit, sed vinculis, quibus est alligata, soluti. Idem planè est de Calice iudicandum: aliquando enim cum separatur scyphus à pede, Calix ille verè dicitur scindi, & proinde consecratione priuari: aliquando vero separatur, quia nexu, & vinculo soluitur, quo cum pede cohæret, & tunc non scinditur verè: & idcirco seruat consecrationem. Hactenus P. Azorius.

DISQVISITIO XI.

De reconciliatione loci sacri, & de eius reconsecratione.

BREVIARIVM.

Abbas.

Potestatem Ordinis, & dignitatis Episcopalis participat. n.2.

Basilica.

Eodem gaudet priuilegio, quo Ecclesia. n.2.

Benedicere.

Prælati Regulares benedicere possunt suas Ecclesias, Cœmeteria, Capitula, Oratoria, ac Paramenta, Ornamenta, & omnia alia ad cultum diuinum necessaria, pro suorum vsu; in quibus tamen Chrisma non interuenit. n.5.

Consecratio.

De Iure tantum humano reseruata est Ordini Episcopali Consecratio, & reconsecratio. n.2.

Consecratio, in crusta, & superficie imprimitur. n.6.

Excommunicatus.

Si non sit toleratus, & in loco sacro tumuletur, vt iste reconciliari possit, debet ille exhumari. n.17.

Si tamen ante mortem signa dedit pœnitentiæ, extumulari non debet. n.19.20. & 21.

Debet tamen in hoc casu post mortem ab Excommunicatione absolui. n.20.

Exsacratio.

An idem sint Exsacratio, & violatio, ac Consecrationis amissio. n.1.

Exsacratio, per solam nouam aufertur consecrationem. n.1.

Per dealbationem exsacratur Ecclesia. n.12.13.14. & 15.

Forma.

Mutata forma, interimitur substantia rei. n.14.

Interdictus.

Si pœnitentiæ signa dederit, poterit in loco sacro sepeliri. n.21.

Iudicium.

Dei iudicium, veritati, quæ nec falli potest, nec fallere, semper innititur. n.20.

Ecclesiæ iudicium, nonnunquam sequitur opinionem, quam & fallere, & falli sæpè contingit. n.20.

Papa.

Omnia, quæ de Iure humano sunt statuta, alterare benè potest. n.2.

Pollutio loci sacri.

Per reconciliationem tollitur pollutio Altaris, & loci sacri. n.1.

Polluitur locus sacer per homicidium, effusionem sanguinis, & per sepulturam hominis excommunicati non tolerati. n.6.

Reconciliare. Reconciliatio.

Simplex Sacerdos, potest de Episcopi licentia, locum sacrum reconciliare cum aqua à seipso benedicta. n.2.

Prælati Regulares, reconciliare possunt Basilicas, Ecclesias, & alia sua loca sacra polluta. n.3.4.5. & 6.

Possunt, ad id, aquam benedicere dicti Prælati. n.5. 6.23.24.

Reconciliatio vt fiat, prius extrahi debent, & procul iactari corpora, per quorum humationem locus sacer fuit pollutus. n.7.8.9.10.

Dummodo tamen ab aliis corporibus non profanis, discerni possint. n.9.17. & 18.

Excommunicati etiam non tolerati corpus extrahi non debet, si ante mortem signa dedit pœnitentiæ, sed debet absolui. n.19.

Parietes etiam radi debent ante reconciliationem. n.9.10. *& quomodo.* n.11.12.13.

Radi non debent si Ecclesia sit consecrata. n.13. 14. 15.

Reconsecratio.

Iure communi attento, solus Episcopus Diœcesis, potest reconsecrare Ecclesiam, & Episcopus alienus, de proprij licentia, cum aqua à Diœcesano benedicta cum vino, sale, & cinere. n.2.

Abbas, immò & simplex Sacerdos, reconsecrare potest Ecclesiam, si habeat priuilegium, à Papa concessum. n.4.

Reconsecrari debet Ecclesia, si eius parietes in toto, aut in maiori eorum parte exusti sint, aut simul, vel successiuè corruerint. n.16.

Sepultura.

Nihil obeſt iuſtis, quod in nulla, vel in vili tumulentur ſepultura: nec prodeſt impiis, quod in celebri ſepeliantur, aut ſpecioſo humentur ſepulchro. n. 18.

1 PRo intelligentia præſentis materiæ, & tituli, operæ pretium duxi aduertere differentiam, quæ verſatur inter reconciliationem, & reconſecrationem loci ſacri, per quarum quamlibet aufertur prohibitio celebrandi diuina, & ſepeliendi Fidelium cadauera in loco ſacro, cauſata quidem per actiones inducentes exſacrationem, aut pollutionem illius. Differentia quoad earum effectus, in hoc ſita eſt, quod impedimentum, ſeu prohibitio reſultans in exſacratione, violatione, aut in conſecrationis amiſſione (omnia enim iſta nomina, in ſententia Pacis Iordani, *volum. 1. de Re ſacra, lib. 5. tit. 11. num. 1.* Idem important,) aufertur per nouam conſecrationem, & locum non habet niſi reſpectu Altaris, aut loci antea conſecrati. Impedimentum autem pollutionis, quod reſultat in loco ſacro benedicto, & etiam in conſecrato per actiones *in Diſquiſitionibus præcedentibus* recenſitas, per reconciliationem tollitur. Quod docuit Nicolaus Tudeſchus, Abbas Panormitanus, *in cap. Propoſuiſti, el 4. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris.* Sic enim dicit *num. 4.* Vltimò nota, quod Eccleſia quandoque polluitur, & non indiget reconſecratione, ſed reconciliatione; quandoque exſacratur, & indiget reconſecratione, nec ſufficit reconciliatio.

2 Secundò differunt, quoad cauſam efficientem earum. Reconſecratio enim, Iure communi attento, *in cap. Tua, el 2. de Conſecratione Eccleſiæ*, fieri non poteſt, niſi ab Epiſcopo, & ita docent Abbas *in dictum cap. Tua, num. 2. & in cap. Aqua, num. 12. el 9. eiuſdem tituli.* Pax Iordanus, *dicto lib. 5. tit. 10. num. 5.* & Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa QQ. Regular. tomo 2. part 3. verbo Eccleſia, num. 14.* cum Bacconio, *in 4. diſtinct. 11. artic. 3.* Soto, *in 4. diſtinct. 13. quæſt 2. artic. 3.* & Ludouico de Miranda, *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæſt. 39. artic. 8. concluſ. 2.* Benè tamen fieri valet à ſimplici Sacerdote, habente ad id priuilegium Apoſtolicum, qualem poſſe Papam, pro Eccleſiis, Abbatibus noſtris concedere, nefas ſit dubitare, cum poteſtatem Ordinis, & dignitatis Epiſcopalis participent, vti docet Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 1. diſput. 1. quæſito 8. num. 7.* & cum pro Altarium conſecratione, illam eis dederit, vti vidimus *Diſquiſitione 9.*

Et ratio eſt, quia licet conſecratio, & reconſecratio Eccleſiarum, reſeruata ſit Ordini Epiſcopali, huiuſmodi reſeruatio, Iure humano Eccleſiaſtico tantùm, introducta eſt, ſicut etiam conſecratio Altarium, quæ eidem exiſtit Ordini reſeruata: ea autem omnia, quæ Iure Eccleſiaſtico humano ſtatuta ſunt, benè poteſt Summus Pontifex alterare, tanquam poſitus ſuprà ipſum Ius humanum, vti benè Abbas *in dictum caput Aqua, num. 8.* Azorius, *parte 2. lib. 9. cap. 5. quæſt. 5.* Aſcan. Tamburinus, *de Iure Abbatum tom. 1. diſput. 23. quæſt. 10. num. 2.* Caſtrus Palaus, *part. 4. tract. 22. diſput. vnica, punct. 8. num. 13.* Ioann. Bapt. Lezana, *vbi proximè, num. 15.* Emmanuel Roderiquez, *tomo 1. QQ. Regular. quæſt 19. artic. 6.* cum Sylueſtro, *verbo Eccleſiæ conſecratio, §. 2.* & Armilla *eodem verbo, §. 9.* Pax Iordanus *lib. citato, tit. 12. num. 162.* Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 28. num. 56.* cum Vgolino, *eodem tractatu, cap. 29. §. 8. num. 2.* Mario Alterio, *de Cenſuris, tom. 2. diſput. 3. de Interdicto, cap. 4.* Qui omnes, in terminis de Eccleſiæ reconciliatione id docent, aſſerentes, quod licet verum ſit, quod reconciliatio Eccleſiæ conſecratæ, fieri ab alio nequeat, quàm ab Epiſcopo Diœceſano, vel ab alio Epiſcopo, de illius licentia, & cum aqua à Diœceſano ipſo benedicta, & ſacrata cum ſale, vino, & cinere, poſſe tamen fieri a ſimplici Sacerdote, de Summi Pontificis mandato, aut venia, conſtanter tenent, ſicut & poſſe reconciliari Baſilicam, ſeu Eccleſiam non conſecratam, de ſola Epiſcopi loci licentia, cum aqua benedicta à quolibet Sacerdote pro communi Eccleſiarum, & Fidelium vſu: quia licet ille locus non conſecratus (ait Abbas, *cap. ſi Eccleſia, num. 6. in fine, el final de Conſecratione Eccleſiæ*) gaudeat eodem priuilegio cum conſecrato, non tamen ſequitur, quod in reconciliationis actu, debeat ſeruari eadem forma. Nam cum magis delinquatur in loco conſecrato, expedit vt maior fiat demonſtratio in actu reconciliationis.

Quod poſſint Prælati Regulares ſuas Eccleſias, & loca ſacra, non ſolùm benedicta, ſed conſecrata reconciliare poſt pollutionem, docent Emmanuel Roderiquez *dicto artic. 6.* Aſcanius Tamburinus, *loco proximè citato, num. 3.* Pax Iordanus, *eodem tit. 12. num. 164.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis Regularium, ad Conſtitutionem 1. Iulij Secundi, §. 22. ad Conſtitutionem 18. Leonis Decimi, §. 3. & in ſecunda parte ſui Ritualis, notabil. 4. 7. 8. & 9.* Caſtrus Palaus, *dicto num. 13. §. Caterum,* & Lezana, *dicto num. 15.* cum Paulo Laymano, *lib. 5. tract. 5. cap. 5. num. 12.* & Antonio Nouario, *in Summa Bullarij, tit. de Pollutione Eccleſiarum, num. 7.* Zachar. Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ tom. 1. quæſt. 610.* ex Roderiquez, *in Summ. part. 1. cap. 28. concluſ. 2. & tom. 1. QQ. Regular. quæſt. 19. artic. 3. & 6.* Sayro, *de Cenſur. lib. 5. cap. 16. num. 31.* Henriq. *in Summa lib. 9. cap. 27. num. 6. & in Comment. litt. D.* Armilla, *verbo Conſecratio, num. 12. in fine.* Auila, *de Cenſur part. 5. diſput. 7. dub. 4. concluſ. 3. in fin.* Vgolino, *de Poteſt. Epiſcop. p. 2. cap. 29. §. 8. num. 2.* Barboſa, *eod. tract. allegat. 28. num. 64.* Portel. *in Dub. Regular. verbo Eccleſiæ reconciliatio, num. 1.* & aliis ex pluribus, quos nominat. 3

Iulius enim Papa Secundus in Bulla, *Cum ad ſacrum Ordinem, 5. Kalendas Auguſti, de Anno 1506.* quam exſcribit P. Peyrinus, inter alia, quæ Ordini ſancti Franciſci de Paula conceſſit, hoc *in eius, §. 22.* Lego. Ac quod ipſius Ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles, ac Prouinciales, eorúmque vicegerentes, omnes, & ſingulas eiuſdem Ordinis Minimorum Eccleſias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria, tam in dicta Diœceſi Hiſpalenſi, quàm vbicumque receptas, ſeu recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, *ſolemni benedictione benedicere*: ac etiam illas, ſeu illa & earum quamlibet ſanguinis, ſiue ſeminis effuſione, ſiue aliàs quomodocumque pollutas, ſeu polluta, quoties opus foret, aqua tamen priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem (vt moris eſt) benedicta, reconciliare. 4

Leo etiam Decimus, in Bulla *Religionis honeſtas, la 18.* apud eundem Laurent. de Peyrinis, ſic Minoribus conceſſit, *die 3. Februarij 1514. §. 3.* Ac veſtri Ordinis Generalibus, & Prouincialibus, Vicariis, & Cuſtodibus, ac Guardianis pro tempore exiſtentibus præfatis, vt omnia, & ſingula eiuſdem Ordinis, & obſeruantiæ Eccleſias, Cœmeteria, ac Capitula, & Oratoria vbicumque exiſtentia, receptas, & recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ac paramenta, 5

„ menta, & ornamenta, ac alia quæcumque ad Diui-
„ num cultum, & vsum vestrum necessaria, in quibus
„ Chrisma non interuenit, pro vestro vsu tantum,
„ *solemni benedictione*, ac etiam per Vicarium, seu
„ Guardianos, seu alios in vestris Capitulis Genera-
„ libus prouidè deputandos, benedicere, ac illas, seu
„ illa, & eorum quodlibet, sanguinis, aut seminis effu-
„ sione, seu alias quomodolibet pollutas, seu polluta,
„ quoties opus fuerit, aqua *per vos*, præsertim in locis
„ remotis, vbi Episcopum aquam benedicentem per
„ duas dictas distantem adire non poteritis, benedicta,
„ reconciliare liberè, & licitè valeatis, authoritate
„ Apostolica, tenore præsentium concedimus, & in-
„ dulgemus. Hactenus Leonina Constitutio.

De his, & de aliis nostris Abbatibus, concessis priuilegiis, latiùs egimus suprà *Disquis. 3. tract. 1. de Cœmeterio, & de eius constitutione.*

6 Poterunt igitur Regulares Prælati Ecclesias etiam consecratas reconciliare, in quibus homicidia, aut vulnera fiunt, cum aqua benedicta vino, oleo, & cinere mista ab Ordinario Episcopo, aut à seipsis benedicta, iuxta recensita Apostolica diplomata: in his enim casibus Ecclesia non exsacratur, sed tantum polluitur, vt decernitur *in cap. Proposuisti*, vbi Abbas, *num. 1. el 4. de Consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.* Poterunt etiam reconciliare Cœmeteria in quibus excommunicati non tolerati tumulati extiterint, cum aspersione dictæ aquæ solemniter benedictæ cum vino, oleo & cinere, iuxta *cap. Consuluisti*, & ibi Abbas, *num. 1. el 7. de Consecratione.* Poterunt, & à fortiori reconciliare Ecclesias non consecratas, seu Basilicas, cum aqua benedicta à quolibet Sacerdote, pro communi vsu, sanguinis, aut seminis effusione pollutas, iuxta statuta *in cap. si Ecclesia, el final eiusdem tituli.*

7 Sed vt reconciliatio Ecclesiæ, Basilicæ, & Cœmeterij polluti, per prohibitam Sepulturam, quæ præsentis nostri instituti proprior est, ritè, & rectè fiat, à quocumque ministro Sæculari, aut Regulari, operæ pretium duxi aduertere, quod ante reconciliationem huiusmodi loci sacri, cadauer infidelis, aut excommunicati non tolerati, exhumari debet, & foras iactari, & proiici. Siue illud sit hominis adulti, siue infantis infidelis, aut fidelis filij, dummodo intra matris fidelis ventrem non fuerit iste tumulatus: tunc enim pars ventris materni, ab Ecclesia reputatur.

8 De qua vtique ex tumulatione, & proiectione huiusmodi profanorum cadauerum facienda, communis est Doctorum sententia. Glossa, *in cap. Ecclesiam, verbo eodem, el 26. & in Can. Ecclesiam, in casus formatione, & verbo Sanctificare, & verbo Eualsis, el 27. de Consecratione, distinct. 1. in cap. Sacris, verbo Exhumari, el 12. de Sepulturis, & in cap. Consuluisti, verbo Cœmeteria, el 7. de Consecrationi Ecclesiæ*, vbi Abbas Panormit. *num. 1.* Nauarrus, *tom. 2. Conciliorum, lib. 5. tit. de Hæreticis, consil. 10. num. 4 versic. Ad quartum.* Azorius, *Institutionum Moralium, part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 1. versic. Quæres.* Bassæus, *tom. 1. verbo Sacrilegium l. num. 7.* Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiastica, part. 1. cap. 2. dubit. 2. sect. 6. num. 6.* Pax Iordanus, *volum. 1. de Re sacra, lib. 5. tit. 12. num. 124.* Leander à sanctissimo Sacramento, *part. 4. tract. 2. disput. 8. quæst. 7 & part. 5. tract. 5. disput. 1 §. 4. q. 38. & disput. 3. q. 8.*

9 Quod & sæpè diffiniuit Ecclesia. In Concilio enim Aurelianensi, *cap. 3.* ex quo desumptus fuit dictus *Canon. Ecclesiam, el 26.* sic habetur. Ecclesiam „ in qua paganus sepultus est, non licet consecrare, ne- „ que Missas in ea celebrare, sed iactare foras, & mundare oportet. In *Canon. 27. sequenti*, Concilium Agripinense; non solum id de pagano statuit, sed de fideli etiam excommunicato, & parietes radi debere decernit. Ecclesiam (inquit) in qua mortuorum cadauera fidelium, siue infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videntur ad consecrandum, inde euulsis corporibus, & rasis parietibus, vel tignis eius loci reædificetur. Et *in dicto cap. Sacris*, ita Innocentius Papa Tertius, de excommunicatis decernit. Vnde si contingat interdùm, quod vel excommunicatorum corpora per violentiam aliquorum, vel alio casu in Cœmeterio Ecclesiastico tumulentur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari debent, & procul ab Ecclesiastica sepultura iactari.

De rasura præfata parietum loci sacri, exhumatione paganorum, seu infidelium, aut excommunicatorum polluti facienda, agunt præter recensita Iura, Glossa *in dictum Canon. Ecclesiam, el 27. de Consecrat. distinct. 1. in casus formatione, & verbo Rasis.* Azorius, *part. 1. lib. 10 cap. 26. q. 13. versic. Quartò.* Emmanuel Sa, *verbo Ecclesia, num. 16* Delbene, *vbi proximè, num. 7.* Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom. 2. part. 3. verbo Ecclesia, seu Templum, num. 12.* Barbosa, *de Potest. Episcopi, part. 2. allegat. 28. num. 53.* cum Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib. 5. cap. 16. num. 25.* Pax Iordanus, *dicto num. 124.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 23. quæsito 11. num. 4. in casu* sepelitionis infidelis; negat tamen in casu, quo excommunicatus fuerit tumulatus. Quod etiam insinuare videtur Sa, cum asserat fieri debere rasuram post infidelis tumulationem, nihil de excommunicato dicens.

Quomodò autem rasura ista fiat, vel in quo consistat, dicit Glossa, *in præallegato Canone 27. verbo Et rasis*, dicens. Et rasis, id est dealbatis. *Et verbo Reædificetur*, sic ait. Reædificetur, id est ipsa rasura debet dealbari. Delbene, *num. 9.* inquit. Modus autem radendi parietes Ecclesiæ, est illos dealbare. Consonat P. Leander *part. 5. tract. 5 disput. 3. quæst. 8.* cum Auila, *de Censuris, part. 5. disput. 7. dubitat 4.* Mario Alterio, *de Interdicto, disput. 3. cap. 4. colum. 3. in fine*, & cum communi Doctorum.

Crederem tamen, hanc doctrinam esse solum veram, quando Ecclesia non est consecrata, & vt propriè, & rigorosè loquar, quando Basilica per profani cadaueris humationem adest polluta, nō verò quando ex eadem actione, Ecclesia propriè dicta, consecrata scilicet, polluta remanet; nisi in hoc casu dealbentur parietes in aliis, quàm in partibus, sacro delinitis Chrismate. Ducor, quia si istæ etiam dealbarentur, exsacraretur Ecclesia per nouam incrustationem superadditam, media dealbatione, prioribus crustis Chrismate inunctis ablatis, vel saltem noua crusta coopertis, iuxta ea, quæ dicta relinquo *in Disquisitione 6. num. 18.* Vnde minus arridet Pax Iordanus, *dicto num. 24.* dum ait. Non erit fortè inconueniens Ecclesiam consecratam ob eiusmodi causam dealbari simpliciter, non sublata incrustatione. Inconueniens enim, & magnum quidem aderit, in huiusmodi casu, si dealbata incrustatione consecrata, amittit Ecclesia, vt opinor, consecrationem, quæ illi inerat in crusta, in superficie interiori.

Doctrina igitur præfata de rasura parietum, ac tignorum, vulgò *las vigas*, & omne genus materiæ, ex qua corpus internum Ecclesiæ, aut loci sacri constat, iuxta Vlpianum, *ff. de Tigno iniuncto, L. 1. & ff. Ad exhibendum, L. Gemma*, §. *Tigni & ff. de Verborum significatione, L. Tigni*, apud Sebastianum Brant, *in expositione dicti tituli, de Tigno iniuncto,*

iuncto,& Calepinum Paſſeratij, *in Dictionario, verbo Materia, ſeu Materies, & verbo Tignus, & Tignum*, fallentiam hanc patitur, quod radi non debeat Eccleſia conſecrata. Et ita docent Gloſſa, *in Canon. Eccleſiam, el 27. de Conſecratione diſtinct.1.* tam *in caſus formatione*, ibi : *ſi Eccleſia conſecrata eſt, ibi poterit Miſſa celebrari* : id eſt ſine raſura,& noua conſecratione, cum ſola reconciliatione : quam, *in verbo, Eccleſiam in qua* quam ſic per paraphraſim explicat : *non conſecratam.* Abbas, *in cap. Conſuluiſti, num.4. el 7. de Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, ibi. Sed quæro, quid ſi excommunicatus ſepeliretur in Eccleſia ? Solutio. Sentit hic Ioannes Andreas, quod Eccleſia debet reconciliari, & parietes etiam ſunt radendi, & corpora excommunicatorum ſunt reiicienda, *de Conſecratione diſtinct.1. Eccleſia.* Et idem ſi pagani ſepelirentur. Sed hoc dictum, non placet, quatenus docet, quod parietes ſunt radendi. Nam per hoc violaretur conſecratio Eccleſiæ, & ſic eſſet reconſecranda. Nec obſtat *cap. Eccleſia* allegatum per Ioannem Andream, quia loquitur in Eccleſia nondum conſecrata. Tunc enim eſt verum, quod prædixi ; ſecus autem, ſi Eccleſia eſt conſecrata, ratione prædicta. Hactenus magnus Eccleſiaſticæ diſciplinæ Corypheus Nicolaus Tudeſchus, Abbas dictus Panormitanus, quem ſequuntur Ioannes Azorius, *parte 1. lib.10. cap.26. q.13. verſic. Quarto modo, & parte 2. lib.9. cap.5. quæſt.1. verſ. Quæres, an in his caſibus.* Emmanuel Sa, *verbo Eccleſia, num.16.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dub.2. ſect.6. n.7.*

14 Et ratio huius eſt, quam tetigi. Quia ſi raderentur parietes Eccleſiæ conſecratæ, eius amitteretur conſecratio. *Nam mutata forma, interimitur ſubſtantia rei, ff. Ad exhibendum, L. Iulianus, § ſed & ſi quis.* Verba ſunt Gloſſæ modò recenſitæ, *verbo, & raſis.* Et illius veritas illuſtratur ex dictis *in Diſquiſitione 9. à num.32.* Quæ certè interpretatio, textui conſonat illius Canonis, ibi : & raſis parietibus, vel tignis eius loci, reædificetur. Non enim reædificari poteſt, quod nondum fuerit deſtructum. Reædifico namque verbum, idem, quod ædificium collapſum reſtituo, teſte Paſſeratio, ſignificat. Si ergo ex illo Canone, raſis parietibus, & tignis Eccleſiæ, ex ſepultura infidelium, & fidelium excommunicatorum pollutæ, reædificari illa debet, per raſuram præfatam illius deperditur conſecratio. Quod quidem, & benè docent poſt Panormitanum, *vbi proximè*, Sa, & Thomas Delbene, *loco citato n.8.* cum Tabiena, *verbo Conſecratio 4. num.2.* & Sylueſtro, *eodem verbo 2. num.5. caſu 4.* & Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *part.5. tract.5. diſput.3. quæſt.8.* cum Auila, *de Cenſuris, part.5. diſputat.7. dubitat.4.* Mario Alterio, *diſput.3. de Interdicto, cap.4. colum.3. in fine*, & cum communi Doctorum ſententia.

15 Quare, ſalua tanti Doctoris venia, non ita placet Pax Iordanus, *volum.1. lib.5. tit.12. num.124.* dum, quod recenſui ait. Videlicet. Non erit fortè inconueniens Eccleſiam conſecratam, ob eiuſmodi cauſam dealbari ſimpliciter, non ſublata incruſtatione. Quia per nouam incruſtationem, quæ per nouam fit dealbationem, interimitur, aufertur præexiſtens incruſtatio, quoad Eccleſiæ illius corpus, quod in ſuperficiebus interioribus parietum, tuti, & pauimenti benè, & perfectè ſaluatur, ita vt, ſi impoſſibile, noua dealbatio ſine vlla præexiſtenti Eccleſiæ fabrica, per ſe ſtare poſſet, verè eſſet Eccleſia, ſeu Baſilica. Quod benè probat exemplum P. Gabrielis Vazquez, de laminis argenteis, vel aureis, quibus tota tegeretur Eccleſia, de quo ſuprà, *Diſquiſit.6. num.19.* quod & non obſcurè manifeſtat Concilium Agripinenſe *in præfato Canone Eccleſiam, in qua, el 27. de Conſecratione, diſtinct.1.* Siquidem in raſura parietum, ac tignorum Eccleſiæ, eius deſtructionem conſiderat; reædificationem autem eiuſdem, in dealbatione.

Vnde benè Azorius, *part.1. lib.10. cap.26. q.10.* 16
dicit, conſecrandam eſſe Eccleſiam, cum parietes, aut aut ex toto, aut maiori ex parte igne exuſti ſunt, *cap. Eccleſiis, diſtinct.68. & cap. Eccleſiis, de Conſecratione diſtinct.1.* Item, ſi caſu ſimul corruerint, vel alio modo ſimul, non paulatim cruſtam amiſerint : nam teſte Abbate, *in cap. Propoſuiſti, de Conſecratione Eccleſiæ*, conſecrationis forma, in cruſta, & ſuperficie imprimitur. Hæc Azorius. Cuius vltima verba, ſi benè expendantur, ſicut & illa : *vel alio modo :* non parum nobis proſunt. Quibus certè non cohæret illud : *non paulatim* : quia ſi forma in cruſta conſiſtit, ſi iſta amittatur, ſiue ſimul, ſiue paulatim, forma tamen amittitur. Non enim, vti ſæpè ſuprà diximus, pars præexiſtens, communicari poteſt aduenienti, niſi in liquoribus.

Doctrina etiam illa, *de exhumatione cadauerum* 17
profanorum, & de illorum electione, fallentias etiam patitur, limitationes. *Prima* eſt, exhumari, & iactari non debere, quando diſcerni non poteſt, quænam ſint profana, infidelium ſcilicet, vel excommunicatorum non toleratorum, quænam non, vel fidelium ſepultura dignorum cadauera. Tunc enim, nec procul iactari, nec exhumari vlla illorum debent.

Ita limitat Gloſſa, *in cap. Conſuluiſti, verbo Cœmeteria, el 7. de Conſecratione Eccleſiæ*, ibi : ſi à corporibus fidelium diſcerni poterunt. Et *in cap. Ad hæc, verbo Eiiciant, el 5. de Priuilegiis*, ibi : ſi potuerint diſcerni oſſa eorum, ab oſſibus fidelium ; aliàs non. *In cap. Sacris, in caſus formatione el 12. de Sepulturis & in Can. Eccleſiam, el 27. de Conſecratione, diſtinct. verbo Si fideles*, ibi : Vbi autem diſcerni non poſſunt fideles ab infidelibus, neutri ſunt exhumandi. Limitant etiam Abbas *in dict. cap. Sacris, num.1.* Pax Iordanus, *vbi proximè, num.124. citato.* Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, part.1. cap.2. dubitat.2. ſect.6. num.6.* Baſſæus, *in Floribus Theologiæ, tom.1. verbo Sacrilegium I. num.7.* & Leander à ſanctiſſimo Sacramento, *parte 5. tractat.5. diſputat.1. §.4. quæſt.33. diſput.3. quæſt.8.*

Et quidem ita declarauit Innocentius Papa Ter- 18
tius, *in dicto cap. Sacris, el 12. de Sepulturis*, dicens. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, vt cum excommunicatorum oſſibus, corpora extumulentur fidelium : cum licet non obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, impiis tamen, celebris, vel ſpecioſa non proſit. Hæc textus ille, quibus ſimilia profert Gloſſa, *in caſus formatione.*

Secunda fallentia eſt, quando excommunicatus, 19
etiam non toleratus, cum ſignis contritionis, diem clauſit extremum, deceſſit, obiit. Tunc enim exhumari non debet huiuſmodi excommunicatus, qui Eccleſiaſticæ fuerit traditus Sepulturæ. Hanc tenet limitationem Gloſſa, *in cap. A Nobis, verbo Forma ſeruetur, el 28. de ſentent. excommunicationis*, vbi ſic inquirit de excommunicato, cum ſignis contritionis mortuo, & ſepulturæ tradito Eccleſiaſticæ. Sed nunquid exhumabitur corpus, ſi ſepultum fuit in Cœmeterio Eccleſiæ. Sicque quæſitum reſoluit. Non credo, quod debeat exhumari : ſi alibi ſepultum fuerit, tunc debet exhumari, & abſolui quoad Eccleſiam, cum iam ſit quoad Deum abſolutus, *argument. 11. quæſt.3. Tunc vera, & poſtea abſolui.*

Gloſſa

Gloſſa etiam *in cap. Ad hæc, verbo Eiiciant, el 5. de Priuilegiis*, eodem modo quæſitui reſpondet, dicens. Niſi fortè tales fuerint, qui petierunt abſolui, & per eos non ſtetit, quominùs fuerint abſoluti: & quia poſt mortem ſunt abſoluendi. Hæc ibi.

Gloſſam recenſet, ſequitur, & commendat Nicolaus Tudeſchus, Abbas Panormitanus, *in dicto cap. Ad hæc, num. 3.* Cum illis, ſentiunt, & pro nobis ſunt Bartholom. Gauantus, *in Manuali Epiſcoporum, verbo Eccleſiæ reconciliatio, num. 2.* Pax Iordanus, *dicto volum. 1. lib. 5. tit. 12. num. 130.* & Thomas Delbene, *loco citato, num. 10.* Vbi ita fatur, rationem limitationis reddens. Denique cum dixi exhumandum eſſe corpus excommunicati non tolerati, ſi diſcerni poſſit: intellige, ſi is mortuus fuerit ſine ſignis contritionis; ſecus ſi cum ſignis. Quia ſi in tali caſu, poteſt poſt mortem, in communi ſententia, à cenſura abſolui, & ſepeliri, poterit multò magis, à cenſura abſolui, & in ſepultura retineri. Hæc P. Delbene.

20 Probari etiam poteſt *ex dicto cap. Sacris, el 12. de Sepulturis*, ibi: vt careant Eccleſiaſtica ſepultura,
» qui priùs ab Eccleſiaſtica vnitate præciſi, nec in ar-
» ticulo mortis Eccleſiæ reconciliati fuerint. Hæc In-
» nocentius Papa Tertius. Ex quo etiam *in cap. A*
» *Nobis, el 28. de ſententia excommunicationis*, ſecunda deſumi poteſt probatio. Ibi enim ſic vt ſequitur decernit.

» A Nobis eſt ſæpe quæſitum, vtrum ſi aliquis ex-
» communicatus in quo indicia fuerint pœnitentiæ
» manifeſta, nec per eum ſteterit, quominus reconci-
» liaretur Eccleſiaſticæ vnitati, non ſuſcepto benefi-
» cio abſolutionis deceſſerit, pro abſoluto ab Eccleſia
» ſit habendus? & vtrum pro tali recipienda ſit elee-
» moſyna, & à fidelibus ſit orandum? & infra. Nos
» igitur conſultationi tuæ breuiter reſpondemus,
» quod iudicium Dei, veritati, quæ non fallit, nec fal-
» litur, ſemper innititur; iudicium autem Eccleſiæ,
» nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere
» ſæpe contingit, & falli. Propter quod contingit in-
» terdum, vt qui ligatus eſt, apud Deum, apud Eccle-
» ſiam ſit ſolutus; & qui liber eſt apud Deum, Eccle-
» ſiaſtica ſit ſententia innodatus. Vinculum ergo, quo
» peccator ligatus eſt, apud Deum in culpæ remiſſione
» diſſoluitur; illud autem, quo ligatus eſt apud Eccle-
» ſiam, cum ſententia remittitur, relaxatur. Quod in
» ſuſcitatione Lazari, ſermo Euangelicus manifeſtat:
» quem prius ſuſcitauit, & Apoſtolis præcepit poſt-
» modum ſoluere ſuſcitatum. Vnde quantumcumque
» ſe quis iuramento præſtito, quod Eccleſiæ mandato
» pareret, humiliare curauerit, quantacumque pœni-
» tentiæ ſigna in eo præceſſerint, ſi tamen morte
» præuentus, abſolutionis non potuerit beneficium
» obtinere, quamuis abſolutus apud Deum fuiſſe cre-
» datur, nondum tamen habendus eſt apud Eccle-
» ſiam abſolutus. Poteſt tamen, & debet ei Eccleſiæ
» beneficio ſubueniri, vt ſi de ipſius viuentis pœniten-
» tia per euidentia ſigna conſtiterit, defuncto etiam,
» abſolutionis beneficium impendat.

Hæc omnia in Decretali illa: ex qua dixi deſumi poſſe probationem limitationis, & fallentiæ ſecundæ: quia ſi defuncto cum ſignis pœnitentiæ, abſolutionis beneficium impendi poteſt, & debet, multò magis retineri ille debebit in Sepultura, quam poſſidet, & cui tradi deberet poſt abſolutionem.

21 Probatur denique limitatio præfata *ex cap. is, cui, el 20. de ſententia excommunicationis, lib. 6.* Vbi Bonifacius Papa Octauus, de interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ decernit. Talis quoque, ſi hoc interdicto durante decedat, non debet in Eccleſia, vel Cœmeterio Eccleſiaſtico (*niſi pœnituerit*) ſepeliri. Ergo ſi pœnituerit, ſepeliri debet. Ergo à fortiori, qui excommunicatus, pœnitens mortuus fuerit, & in Eccleſia, aut Cœmeterio ſepultus, exhumari neutiquam debebit, ſed abſolui, & in ſepultura retineri valebit. Liceat mihi (ſalua omni reuerentia, & obedientia Eccleſiæ debita) illud vulgare proloquium, hîc in medium proferre. *Turpius reiicitur, quàm non admittitur hoſpes.* Non enim decens videtur, vt exhumetur, coram Deo abſolutus, vt ab Eccleſia abſoluatur, & iterum ſepulturæ tradatur. Decenter vtique non potuit ante Eccleſiæ abſolutionem ſepeliri; ſed tamen iam ſepultus, non ita decenter exhumabitur.

Sed dices contra ea, quæ *num. 6.* dixi: Benedictio 22
aquæ cum vino ſale, & cinere, pro reconciliatione Eccleſiæ conſecratæ neceſſariæ, ita annexa eſt, & debita Epiſcopo Diœceſano, vt fieri nequeat ab alio, etiam ab Epiſcopo reconciliaturo Eccleſiam de licentia Diœceſani, ita decernente Gregorio Papa Nono, *in cap. Aqua, el 9. de Conſecratione Eccleſiæ*, cuius verba reddidi *Diſquiſit. 2. huius Tractatus n. 7. verſic. Secundum.* Ergo Prælati Regulares, qui habent per ſua priuilegia licentiam ad ſuas Eccleſias pollutas reconciliandas, neceſſariò vti debent aqua benedicta cum vino, ſale & cinere ab Epiſcopo loci, ſeu à Diœceſano; melioris enim conditionis eſſe non debent, quàm Epiſcopus extraneus, cui munus reconciliandi, committit Diœceſanus.

Reſpondeo diſtinguendo antecedens. Benedictio 23
cum vino, ſale & cinere, eſt Diœceſano Epiſcopo annexa, & fieri non poteſt ab alieno Epiſcopo, de Iure communi humano: concedo antecedens, de Iure diuino, & de Iure particulari priuilegij Apoſtolici, ita vt illud concedi non poſſit à Papa alteri quàm Epiſcopo Diœceſis nego antecedens. Minus enim eſt benedicere aquã, cum vino, ſale, & cinere pro reconciliatione Eccleſiæ pollutæ, quàm illam conſecrare, & Chriſmate ſacro inungere. Et hoc, quod maius eſt, non eſt reſeruatum Epiſcopo Diœceſano de Iure diuino, nec Epiſcopo quidem, & poteſt à Summo Pontifice, contra Iuris communis diſpoſitionem, mediante priuilegio, Abbatibus, ſicut conſecratio Altarium, Calicum, Patenarum, Campanarum concedi, immò, & cuilibet ſimplici Sacerdoti, vti diximus. Ergo benedictio præfata Diœceſano minus erit reſeruata.

Vnde nego conſequentiam, quia Summi Ponti- 24
fices, in priuilegiis iam redditis, conceſſerunt Regularibus Prælatis facultatem ad benedicendam aquam neceſſariam ad Eccleſias pollutas reconciliandas, & ad iſtarum reconciliationem. Nec erit inconueniens, quod Prælati Regulares, ratione priuilegiorum, quibus potiuntur, & gaudent, melioris conditionis exiſtant de facto, quàm Epiſcopi, quibus illa cõceſſa non ſint: quia cum id ex libera depẽdeat Summorum Pontificum voluntate, non cedit in detrimentum Epiſcopalis dignitatis. Cùm enim ſuo vtantur Iure in priuilegiorum conceſſione, Epiſcopis nullam faciunt iniuriam, nec illorum dignitati, & authoritati derogatur.

Nec valet dicere, priuilegia prædicta ita intelli- 25
genda ſunt, vt quantò minus fieri poſſit, Iuri præiudicent communi. Intelligi enim poteſt illorum conceſſio, vt poſſint Prælati Regulares Eccleſias non conſecratas, ſeu Baſilicas ſuas, cum aqua, pro communi Eccleſiæ, & fidelium vſu, ab ipſis Prælatis benedicta, reconciliare. Sic enim & vitatur Iuris communis correctio, & verba priuilegiorum eluſoria

non ſunt, ſiquidem per illa conceditur Prælatis præfatis, generalis, & abſoluta facultas reconciliandi ſuas Baſilicas pollutas, independenter à Diœceſanis, ad quos de Iure pertinebat priuatiuè, Baſilicas omnes intra Diœceſim exiſtentes per ſeipſos, aut per alios de eorum licentia reconciliare.

26 Non inquam valet. Tum, quia priuilegia Regularibus conceſſa, ad inſtar Iuris communis latè interpretanda ſunt. Tum, quia priuilegia huiuſmodi, & illius verba, in ſenſu formali, ſtricto, & proprio intelligi debent, non autem in improprio, & lato. Verbum enim Eccleſia, in ſenſu proprio, de ſola intelligitur conſecrata, non autem de Baſilica. Tum etiam, quia conceſſio vniuerſalis eſt, & comprehendit omnes, & ſingulas Eccleſias. Ergo & conſecratas. Dictio enim, *Omnis*, reſtrictionem nullam recipit. Barboſa, *Tract. de Dictionibus, dict.* 241. *num.*4. cum Barthol. *in L. Generali, §. Vxori, ff. de vſufructu legato.* Ruin. *conſil.*61. *num.*15. *volum.*5. & Rolando, *conſil.* 27. *num.* 22. *& ſeqq. & conſil.* 76. *numero* 49. *tomo* 4. & hæc pro nunc, dicta ſufficiant.

Dictio Omnis, nullam reſtrictionem permittit.

TRACTATVS TERTIVS.

DE SEPVLTVRA, ET DE EIVS LOCO.

PROOEMIVM.

Recenſentur varia Sepulturæ nomina.

BREVIARIVM.

Sepultura.

Varia explicantur nomina, quibus appellatur locus, in quo cadauera, ſeu hominum corpora, poſt illorum mortem collocantur. n. 1. & ſeq.

1 LOCA in quibus mortuorum corpora ſepeliuntur, variis ſolebant appellari nominibus. Polyandrium, ſcilicet; Monumentum; Pyramis; Mauſoleum; Arca; Buſtum; Dormitorium; Tumulus; Sarcophagus; Vrna; Cenotaphium; Puticuli; Ergaſtulum; Sacra quies; Sedes; Arca; Theſaurus; Orciuum; Conditorium, ſeu Conditiuum; Domus æterna; Feretrum; Depoſitum; Sepulchrum, & Sepultura. De quibus omnibus, latiùs Franciſcus Maria Samuellius *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 1. *controuerſ.* 3. per ſexdecim concluſiones, in quarum fine aduertit, omnia dicta nomina, pro ſynonimis in præſenti accipi Tractatu, licet nomine, ſeu in voce differant, *ex L. ſi idem, Cod. de Codicillis.* Et quamuis ſcire, qua ex cauſa, res eadem, quæ Sepultura communiter nuncupatur, præfatis dicatur nominibus, magis ad bonarum litterarum ſcientiam, ſeu ad amatores illarum, quàm ad praxim ſpectare non dubitem, quia tamen vtriuſque profeſſoribus non erit ingratum, iniucundum, operæ pretium duxi, ex his, quæ prædictus Author tradit, quæ ſufficiant recenſere, nomen vnum poſt aliud, ordine alphabetico, aliquatenùs dilucidando.

Arca.

2 De iſto nomine fecit mentionem D. Auguſt. *de Ciuitate Dei, lib.* 18. *cap.* 5, dicit enim ibi. Arca enim, in qua mortuus ponitur, quod omnes iam Sarcophagum vocant, à noſtris pro Sepulchro vſurpatur. De illo etiam, penes dictum Samuellium *concluſ.* 13. Caſſiodorus, *lib.* 6. *cap.* 8. Tibullus, *lib.* 3. *eleg.* 2. Tertulianus, *de Reſurrectione carnis, cap.* 37. Accius Poëta, apud Gellium, *lib.* 1. *cap.* 24. & Plinius, *lib.* 7. *cap.* 16. Allegat etiam *L. penultimam Cod. de Sepulchro violato. & L. Qui in Inſulis, §. diuerſos, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.*

Arca.

Nomen iſtud deſumptum fuiſſe ab Areis in quibus frumentum trituratur, ait Samuellius, *concluſ.* 5. penes quem ita D. Cyprianus ratiocinans *in actis paſſionis*, inquit. Eius corpus propter Gentilium curioſitatem, in proximo poſitum eſt cum cæreis, & Scholaribus in Areis Macrobij Candidi Procuratoris. Tertulianus etiam *ad Scapul.* Sub Hilarino Præſide, cum de Areis ſepulturarum noſtrarum acclamaſſent, Areæ non ſint, Areæ ipſorum non fuerunt, meſſes enim ſuas non egerunt. Hæc Tertulianus. In Martyrologio item Romano, *die Septembris* 3. Sic legitur. Sancta Serapia paſſa eſt *quarto Kalendas Auguſti*: & à B. Sabina in ſuo Monumento, iuxta Aream Vindiciani, ſepulta eſt. 3

Buſtum.

Hoc nomen ait P. Samuellius ſumitur pro loco, in quo mortui Corpus fuit combuſtum, & ſepultum, *quaſi benè vſtum.* Ita ille, *concluſione* 10. Nullam adducit probationem. Plures congerit Paſſeratius *in ſuo Dictionario, verbo Buſtum.* Allegat enim Feſtum. Seruium, *in* 12. *Æneid.* dicentem. Pyra, eſt lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit, dicitur: *Buſtum* vero, iam exuſtum vocatur. Quem ordinem ait ſeruare Poëtam dicentem, Conſtituere Pyras. Item, ſubiectiſque ignibus atris, Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis Decurrere rogos. Item poſtea, Semiuſtaque ſeruant *Buſta.* Liuium etiam recenſet *lib.* 5. ſcribentem, locum fuiſſe iuxta æquimelium, nomine *Buſta Gallica*, quoniam aceruatos cumulos ſuorum defunctorum ex peſtilentia vſſerant Galli. Ciceronem etiam *lib.* 3. *de Legibus*, dicentem: Pœna fuit Solonis Lege conſtituta, ſi quis *Buſtum* (tumbam ſcilicet, ſeu Monumentum) aut violaſſet, aut deieciſſet. Et *ad Attic.* ſic fantem. Vnas video à te non eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad *Buſtum* Baſilij vulneratus, deſpoliatus eſt. Et apud Soſipatrum *lib.* 1. dicit Paſſeratius, quod *Buſtar*, ille locus interpretetur, vbi mortuorum cremantur corpora. Et tandem concludit Paſſeratius dicens. *Buſticeta*, Sepulchra in agro. 4

Cenotaphium.

Nomen iſtud, ſignificat Spulchrum honoris duntaxat,

taxat, & memoriæ cauſa factum, non vt in illo cadauer vllum exiſtat, quod à Græcis ſepulchrum inane, & tumulus. Sic Samuellius, *concluſione* 12. De quo, ait, Cenotaphio, fit memoria *in L. vel quæ, 6. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, §. Si adhuc.* Vbi Aſinius, *fol.*204. dum diſputat, An Cenotaphium dicatur Religioſum. Et *num.* 2. aſtruit, affirmat honorarium appellari. Apud Athenienſes eſſe hoc nomen maximè vſurpatum, ait præfatus Samuellius.

Conditorium, ſeu Conditiuum.

6 Hoc nomine pro ſepultura vtuntur Samuellius, *concluſ.* 13. *Lex penultima, Cod. de Sepulchro violato. Lex, Qui in inſulis, §. Diuerſos, ff. de Religioſis, & ſumptibus funeris.* Tertulianus, *de Reſurrectione carnis, cap.* 37. Noſter Caſſiodorus, *lib.6. Epiſt.*8. Plinius, *lib.7. cap.*16. & Accius, apud Gellium, *lib.*1.*cap.*24. Paſſeratius, *in Dictionario, verbo Conditorium,* vbi addit, quod Suetonius, *in Auguſt.c.*18.*& in Caligul.c.*52.illud accipit pro ipſa capſa, vulgo *Ataud,* in qua mortui reconduntur, cum ait, Alexandri Magni conditorium aureum fuiſſe.

Depoſitum.

7 Nomen *Depoſitum* ſumitur pro capſa in altum poſita, in qua corpora defunctorum ponuntur. Quæ depoſita ſtrictè prohibuit Pius Papa Quintus 1. *Aprilis, de Anno* 1566. *in Conſtitut. Cùm primùm, §. & vt in Eccleſiis,* in Bullario Magno Angeli Cherubini, *tomo* 2. *la fol. mihi* & Paulus Papa Quintus in Rituali Romano, *tit. de Exequiis,* ibi. Cui locus ſepulturæ dabitur in Eccleſia, humi tantum detur. De qua prohibitione videantur Samuellius, *concluſ.*15. Ioannes Bap. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo* 2.*part.*4. *verbo Sepultura, num.*20. cum Antonio Naldo *in Summ. verbo eodem, num.* 12. Auguſtinus Barboſa *Apoſtolicarum Deciſionum, collectan.*671. *num.*5.

Domus æterna.

8 Sub hoc nomine loquuti ſunt *de Sepultura,* teſte Samuellio, *concluſ.*13. Tertulianus, *de Reſurrectione carnis, cap.*37. Caſſiodorus, *lib.6.epiſt.*8. Tibullus, *lib.*3.*eleg.*2. Accius Poëta, apud Gellium, *lib.*1. *cap.*24. Plinius, *lib.*7.*cap.*16. *L.penult. Cod. de Sepulchro violato. Et L. Qui in Inſulis, §.Diuerſos, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Et ſic non incongruè appellari poteſt Sepultura. Domus quidem, quia quodcumque habitaculum, Domus dicitur. Paſſeratius *verbo Domus.* Vndè & Templa, & auium nidi, domus dicuntur. Pro quo carmina iſta Virgilij affert. Videlicet *ex lib.*6.

Oſtia iamque domus patuere ingentia centum.
Sponte ſua.

Et 8. *Æneid.*

Antiquaſque domos auium cũ ſtirpibus imis
Eruit

Æterna etiam, quia, ibi collocatur corpus, pro toto huius mundi tempore. Vſque ad vuiuerſalem reſurrectionem.

Dormitorium.

9 Sic etiam appellatur Sepultura, à Dormiendo. In ea enim dormiunt, & requieſcunt fidelium corpora, vſque ad nouiſſimum diem, in quo mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, vti Apoſtolus ait Paulus, 1. *ad Theſſalonienſes, capite* 4.*verſic.*15. vbi *verſic.*12. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, &c. & *verſic.*13. Ita & Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adductum eo. Et Ioannes, *Apocalypſis* 14. *verſic.*13. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit Spiritus vt requieſcant à laboribus ſuis. In ſepulchris Chriſtianorum requies defunctorum eſt, ait D. Ambroſius *in lib.de Officiis,* Refertur, *in c. Aurum.*

Ergaſtulum.

Appellatur *Ergaſtulum* Sepultura, vel per anti- 10
phraſim, à verbo Græco, quod *operari,* vel *laborare* ſignificat; quaſi quod cadauera in ſepultura non laborent, ſed requieſcant à laboribus ſuis, iuxta modò allegatum textum Apocalypſis. Et ita ſentit Samuellius, *concl.*11. Vel ſic appellatur, quia ſic corpora includuntur in Sepultura, ſicut in Ergaſtulo ſerui. Vulgo *en la carcel.*

Feretrum.

Appellatur etiam *Feretrum*, Sepultura. Et ali- 11
quando ſignificat plebeiorum Sepulturam, & damnatorum, vti Samuellius, *concluſ.*14. ex Gloſſa, *in L. Quicumque, § Libiſtinarij, ff. de Inſtitoria actione.* Aliquandò verò Potentum Sepulturam ſignificat. Ita idem Samuellius, *ex* 2. *lib.Regum, cap.*3.

Mauſoleum.

Sepultura, vel Sepulchrum Regis, aut Principis 12
Mauſoleum dicitur à Mauſolo Rege Cariæ, cuius vxor Artimiſia, pudicitia inſignis, Sepulchrum miræ conſtruxit pulchritudinis, quod inter ſeptem Orbis miracula adſcribitur, hac potiſſimum de cauſa, quod in illo erat columna, in qua ſculpenda, quatuor illi excellentiſſimi, & eminentiſſimi Sculptores, Scopus, Briſxes, Thimoteus, & Leochares claruerunt. Hinc alia Sepulchra Regia, pretioſa, & pulchra, per antonomoſyam Mauſolea appellari ſolent De Mauſoleo præfati Regis Cariæ in Aſia, memoriam fuerunt, & de Arthemiſia illius ędificatrice, Gloſſa, *in can. Bene quidem, verbo In Mauſoleo, el* 1.*diſt.*96. Samuellius, *concl.*8. & Paſſerat. *verbo Mauſoleum,* vbi hæc Martialis carmina, *de Amphitheatro Domitiani* recenſet,

Ære nec vacuo procedentia Mauſolea.
Laudibus immodici Cares in aſtra ferant.

Teſtatur idem Paſſeratius, ſicut & Gloſſa reddita, & Samuellius, quòd dixi, ab huius ſcilicet operis ſimilitudine, Sepulchra omnia ſumptuoſiora, Mauſolea eſſe appellata: & hinc Suetonium Cęſarum Sepulchrum, Mauſoleum appellauiſſe. Et addit Paſſeratius, tam ingenti amore proſecutam fuiſſe Mauſolum Regem, Arthemiſiam illius vxorem, vt eius fato perfuncti cineres, vino permiſtos tradatur ebibiſſe.

Monumentum.

Sic appellatur propriè, quicquid honoris cauſa ad 13
perpetuam memoriã fit, nullo corpore in eo exiſtente, quaſi monens mentem. Generaliter Monumentum eſt res memoriæ cauſa in poſterum prodita (ait Paſſeratius *verbo Monumentum,*) in quam ſi corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet Sepulchrum: ſi verò nihil eorum inferatur, erit Monumentum, memoriæ cauſa factum. Quocirca Varro, *lib.*5.*de Lingua Latina,* penes ipſum, ſic ait. Monumenta, à monendo, quæ ſunt in Sepulchris. Et ideo ſecundùm viam, quo prætereuntes admoneant, & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Ab eo cætera quoque ſcripta, ac facta memoriæ cauſa, Monumenta dicta. Hæc Varro.

Diuus etiam Auguſtinus, *in tract.de Cura habenda pro mortuis, c.*4. quem recenſet Samuellius, *concluſ.*4. *n.*8. in ſequentia prorumpit. Non ob aliud, vel memoriæ, vel monumentum, dicuntur ea, quæ inſignita fiunt Sepulchra mortuorum, niſi quia eos, qui Viuentium oculis morte ſubtracti ſunt, ne obliuione etiam ſubtrahantur, in memoriam reuocant, & admonenda faciunt cogitare. Hactenus Auguſtinus, ex quo, & ex Varrone benè colligitur, Sepulchrum, non ſolum vacuum, ſed potiori ratione, cadauer continens poſſe, & debere Monumentum appellari, quia viuentes admonet eſſe mortales, & in cinerem reuerſuros.

Orciuum.

14 Pro Sepultura, hoc nomine vtitur Pater Samuellius, *concluſ.* 13. & penes eum Tertulianus, *de Reſurrectione carnis, c.* 37. Caſſiodorus, *lib.6.Epiſt.*8. Plinius, *lib.*7.*cap.* 16. Arcius Poëta, apud Gellium, *lib.*1.*cap.*24. Pro quo etiam allegat *L.penult.Codice de Sepulchro violato & L. Qui inſulis*, §. *Diuerſos*, *ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.*

Pyramis.

15 Nomen *Pyramis*, ſumptum eſt à *Pyra* quæ erat aceruus lignorum accenſorum, dum comburebantur corpora, quorum cineres in Pyramidibus poſtea collocabantur, quæ altæ erant, & acutæ. De quibus Martialis cecinit.

Barbara Pyramidum, ſileat miracula Memphis.

Nonnullæ recenſentur Pyramides tam ab Authoribus profanis, quàm ſacris admirabilis magnitudinis, & artificij. Inter quas celebrauit antiquitas, & adnumerauit inter ſeptem Orbis miracula tres Ægypti Pyramides, præſertim Pyramidem ampliſſimam, ex Arabicis conſtantem lapidibus, de qua dicitur fuiſſe viginti annis conſtructam, opera trecenta & quadraginta ſex millia hominum, vti tradunt apud Samuellium, *concluſ.*7. Plinius, *lib.*32.*cap.*21. Herodotus, *lib.*2. Ariſtoteles, *Politic.* Diodorus, *lib.*2. Phyloſtratus, *lib.*1. Plutarchus, *lib.*5.*de Pyramidum Diſtinctione.* Epigrammatarius Græcus, *lib.*4. Marcellinus, *lib.*22. & Villalpadus, *in Ezechielem, tomo* 2.*part.*2.*lib.*5.*diſputat.*4.*c.*63.*fol.*559. & alij.

Celebris etiam fuit Pyramis immenſæ magnitudinis, Cluſi in Tuſcia, vulgò *en la Toſcana*, Italiæ parte, Ciuitas eſt Regalis, *Chiuſi* Italicè dicta. In Pyramide illa tumulatus fuit Porſena Rex Hetruſcorum, & cineres aliorum Regum, & Imperatorum, & in duabus aliis vltra Nilum prope Babylonem exiſtentibus, ſeruari ſolebant.

Polyandrium.

16 Sepultura etiam appellati ſolet *Polyandrium.* Samuellius enim *concluſ.* 3. Pollyandrum, ſeu Polyandrium dicitur quaſi *pollutum antrum* propter cadauera ibi ſepulta; vel Polyandrium dicitur, vbi publica ſepulchra reperiuntur. Hæc ille. Paſſeratius, *verbo Polyandrium*, ſic ait. Polyandrium, aduerbium, locus vbi multi viri ſunt. Deinde vbi multi homines. Vſurpatur pro Sepulcho, vbi multi ſepulti. Et infra. Polyandrion....in Græciæ ciuitatibus dicebatur commune hoſpitum ſepulchrum: ita dictum à multitudine ſepultorum. Vnde habemus, ſepulturam, Polyandrium dici non poſſe, quando vnius tantum cadaueris habitaculum, & hoſpitium eſt, ſed bene quando plurium.

Puticuli.

17 Nomen hoc *Puticuli* tribui ſolet ſepulturæ, ex loco publico Romæ vltra Exquilias, dicto *Puticuli*, eo, quod ibi cadauera putreſcerent, Paſſeratius *verbo Puticuli*, ex Feſto, & Samuellius *concluſ.* 10. Præfatus Romanus locus, commune ſepulchrum fuit miſeræ plebi, ait Paſſeratius. Et Samuellius, Puticuli (inquit) in quibus cadauera plebeiorum humabantur.

Sacra quies.

18 Hoc nomen Sepulturæ traditur à Samuellio, *concluſ.*13.*ex L.penult.Cod.de Sepulchro violato, & ex L.Qui in Inſulis*, §. *Diuerſos, ff.de Religioſis & ſumptibus funerum*, ex Tertuliano, *de Reſurrectione carnis, c.*37. Caſſiadoro, *lib.6 epiſtola* 8. & ex aliis. Et merito Sepulturæ, dictum nomen tribuit, quia in ea fidelium defunctorum cineres, & oſſa, dulciter quieſcunt, & Saluatoris aduentum ſpectant.

Sarcophagus.

Nomen hoc *Sarcophagus*, nomen græcum eſt la- 19
pidis, ſiue marmoris genus, quod circa aſſum Troadis ſcinditur: in quo corpora Defunctorum condita, intra quadrageſimum abſumuntur diem, exceptis dentibus, vti ex Plinio, *lib.* 36.*c.*17. tradit Paſſeratius, *verbo Sarcophagus*, & Samuellius, *concluſ.*9. Et dictus lapis præfatum habet nomen *à carne edenda.* Et inde pro Sepulchro, aut Sepultura conuenienter, à citatis Authoribus, vſurpatur. Allegat Paſſeratius Iuuenalem, *ſat.*10. dicentem. *Sarcophago contentus erit.* Et D. Auguſtinum, quem etiam recenſet Samuellius *lib.* 18. *de Ciuitate Dei, c.*5.*tomo* 5. dicentem. Arca enim; in qua mortuus ponitur, quod omnes iam, Sarchophagum vocant, à noſtris pro Sepulchro vſurpatur. Allegat etiam Samuellius, *Legem Libertis, ff.de Alimentis, & cibariis legatis.* Plinium, *lib.*2.*c.*96. *& lib.*35. *cap.*17. *Hiſtoria*, & Valerium Maximum, *lib.* 11.

Sedes.

Sepultura etiam *Sedes* dicitur, appellatur. Pro 20
quo Samuellius, *concluſ.* 13. allegat *L. penultimam Cod.de Sepulcrho violato, L. Qui in Inſulis*, §. *Diuerſos, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Tertulianum, *de Reſurrectione carnis, c.*37. Caſſiodorum, *lib.6.Epiſt.*8. Plinium, *lib.*7.*c.*16. Acciumque poëtam apud Gellium, *lib.*1.*c.*24. quos ipſe ſequitus Samuellius. Addo & Paſſeratium, *verbo Sedes* & penes eum, Principem poetarum Virgilium, ſic *6. Æneid.* canentem.

Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.

Et quidem non immerito nomen *Sedis*, traditur *Sepulturæ.* Quia *Sedes* interdum ponitur pro habitatione, & domicilio, tam in ſingulari numero, quàm in plurali, vti idem Paſſeratius, paulò ante dixerat. Pro qua veritate firmanda, recenſet Ciceronem, *de Prouinc. Conſular.* In ſequentia prorumpentem. Nam ſi ille aditus Gallis patuiſſet, nunquam hæc vrbs ſummo imperio domicilium, & ſedem præbuiſſet. Allegat eundem Cicer. pro *Cluentio*, dicentem, Sederatorum ſedes. Virgilium etiam 1. *Æneid* ſic canentem

Hic tamen ille vrbem Pataui, ſedéſque locauit Teucrorum.

Refert & Ouidium, *Eleg. lib.* 1. *Triſt.*

Quáſque petam ſedes hoſpes in vrbe liber.

Et *lib.*4. *Eleg.*1.

Hic ego ſolitæ iaceo nouus incola ſedis.

Allegat etiam Senecam, *cap.* 2.*de Conſol.ad Mart.* ibi. In ſedem ſuam animum reponere.

Item & Suetonium, *in Aug.c.*28. dicentem. In ſua ſede Rempublicam ſiſtere. Cum igitur Sepultura domicilium ſit nobis poſt mortem, ita vt illam habitare perpetuò debeamus vſque ad conſummationem mundi, quouſque Tuba illa canat, de qua *Matthæi c.* 24.*verſic.*31. dicitur. Et mitter Angelos ſuos » cum tuba, & voce magna: & congregabunt electros » eius à quatuor ventis, à ſummis cœlorum, vſque ad » terminos eorum: Optimo Iure, appellari poteſt *Se-* » *des*, provt nomen iſtud, habitationem, ſignificat.

Sepulchrum.

Nomen *Sepulchrum*, quod vti Paſſeratius *eodem* 21
verbo, & Samuellius, *concluſione* 16. aiunt, à ſepeliendo dictum eſt; vel à ſeorſum; eſt à pulchro. *A ſeorſum* quidem, quia à viuis ibi cadauera ſepeliantur, hoc eſt ſeparantur. Et à *Pulchro*, quaſi *ſemi Pulchro*; cum non ita intus, vt foris eſt, pulchrum exiſtat. Nomen igitur Sepulchrum pro omni loco Sepulturæ vſurpatur. Paſſeratius, & Samuellius *ex L. Prætor ait, ff.de Sepulchro violato.*

Sepultura.

22 Hoc nomen, quandoque pro funeratione, & actu ipso sepeliendi vsurpatur. Vndè Plinius apud Passeratium dixit. Post sepulturam, aliæ Manium ambages sunt. Cicero 1. *Tusc.* Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione, & Sepultura dicendum existimem. Quandoquè etiam pro loco ipso in quo mortuorum corpora collocantur, vt in præsentia accipitur. In qua acceptione, illo vsus est, apud ipsummet Passeratium Sulpic. *ad Ciceronem lib.* 4. cum dixit. Ab Athenienſibus locum Sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui. Et de vtraque acceptione, ego ipse alibi.

Manius *prænomen eorum, qui manè nati sunt.* Lucius *prænomen eorum, qui prima luce nati sunt.*

Pro Plinij loco, hic ex Passeratio recensito, ex eodem adnoto, nomen *Manius*, pronomen esse, quo quidam Romanorum appellati sunt, quod manè nati essent: sicut Lucij prænomen erat iis, qui prima luce nascebantur. Sic ille *verbo Manius*, vbi ait: Hoc prænomine appellatus est Martius quidam, qui (vt scribit Plinius, *lib.* 8. *capite* 5.) in summa annonæ caritate, populo singulos frumenti modios, singulis assibus vendidit. Omnia verba, Passeratij sunt. Ex quibus colligo, *Manios*, de quibus idem Plinius, in loco ante allegato, fuisse de iis, qui sic appellati sunt, quod manè nati essent.

Thesaurus.

23 Sepulturæ hoc nomen tribuitur, à Francisco Maria Samuellio, *conclus.* 13. qui pro se allegat *Legem penult. Cod. de Sepulchro violato. L. Qui in insultis* §. *Diuersos, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Tertulianum, *de Resurrectione Carnis, cap.* 37. Cassiodorum, *lib.* 6. *epist.* 8. Plinium, *libro* 7. *cap.* 16. & Accium Poëtam apud Gellium, *lib.* 1. *cap.* 24. Et fortè hoc nomen, Sepulturæ tribuitur, quia licet Thesaurus propriè sit, vt ait Paulo Iure consulto, *de Acquirendo rerum dominio, L. vnquam*, sit tam vetus dispositio pecuniæ, vt eius non extet memoria, & iam dominum non habeat: accipitur etiam pro quibusuis diuitiis repositis, vti Passeratius *verbo Thesaurus*, ait ex Cicerone *in Epist.* Ibi. Non si Varronis Thesauros haberem, tantos sumptus sustinere possem. Et ex eodem 2. *de finib.* Suppeditare alicui aliquid de suis Thesauris; at per translationem accipitur pro quodam quasi penu, vulgo *Prouision*, quarumuis rerum repositarum, vti ait Passeratius *verbo Thesaurus* ex Quintil. *lib.* 2. *cap.* 7. dicente: Abundabunt autem, copia verborum optimorum, & compositione, ac figuris iam non quæsitis, sed sponte, & ex reposito velut thesauro se offerentibus. Tribuitur igitur, vt autumo hoc nomen, Sepulturæ, ob istam vltimam Thesauri acceptionem, quia scilicet reponuntur in ea hominum cadauera vt seruentur.

Tumulus.

24 Nominis istius, ethymologia est, vti Passeratius *eodem verbo*, & Samuellius, *conclus.* 6. quasi tumens humus, quæ sepulto homine eleuatur: solet enim vbi aliquis sepelitur, terra eminere. Vsurpatur hæc vox *Tumulus*, pro sepultura, tam in Sacra Scriptura, » quàm in profanis litteris. Fuissem quasi non essem, » de vtero translatus ad tumulum, ait Sanctus Iob. » *cap.* 10. *&* *cap.* 17. Spiritus meus attenuabitur, dies » mei breuiabuntur, & solùm mihi supereſt Sepul» chrum. Pro eadem re, sepultura scilicet, vsus est, *Sepulchro* hîc, *Tumulo*, ibi. Quo etiam vsus fuit, penes Samuellium, D. Hieronymus, *in cap.* 10. *Matthæi*, & penes eundem, & Passeratium Virgilius. 3. *Æneid.* Ibi.

O felix vna ante alias Priameïa Virgo.
Hostilem ad tumulum Troiæ sub manibus altis
Iussa mori.

Et Cicero, *lib.* 3. *Quæstionum Tusculan.* ex Homero.

Quò magis est æquum tumulis mandare peremptos.
Firmo animo, & luctum lacrymis finire decernis.

Vrna.

Nomen denique *Vrna*, aliquando Sepulturæ da- 25
tur. Authores sunt Passeratius *verbo Vrna*, & Franciſc. Maria Samuellius, *conclus.* 10. eo quod olim mortuorum cineres in vrna seruabantur. Vndè Cicero, 1. *Tusc.* Quid Poëtæ? nonne post mortem nobilitari volunt? vndè ergo illud?

Aspicite, ô Ciues senis Enni imaginis vrnam.

Vnde vox, quandoque sumitur pro vase, quo aqua è puteis, vel è fluminibus hauritur, *vulgo cantaro, pozador, ô vasija para sacer aqua.* Quandoque vsurpatur pro vase, quo Iudicum, aut votum decisiuum in re aliqua habentium, Suffragia colliguntur Quandoque etiam accipitur pro mensuræ genere capiente quatuor congios, hoc est amphoræ dimidium, *Congius*, est mensura liquidorum, sex continens Sextarios. *Sextarius* est mensura binas cotulas, quæ & heminæ dicuntur capiens. *Hemina* mensura exigua est. Vndè Quint. *lib.* 6. *c.* 4. Fabius Maximus (inquit) incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur exiguitatem, heminaria esse dixit, id est tenuia, & exigua. Hæc Passeratius, *verbo Hemina.* Hæc certè vini mensura, assignata est *in Sancta Regula, cap.* 40. à Sanctissimo Patriarcha nostro Benedicto, ibi. Tam in infirmorum contuentes, imbecillitatem, credimus *Heminam* vini per singulos sufficere per diem. In quem locum Nicolaus Brauo, *num.* 4. *pag.* 236. sic vt sequitur, ait.

Congius *qualis mensura sit.* Sextarius, *genus est mensuræ.* Hemina, *mensura est exigua.*

Ex quibus mihi persuadeo, designatam mensuram vini, à Regula concessam, non esse adeò amplam, vt aliqui autumant; neque in hoc cum Declaratorio illo Congregationis Casinensis, seu sanctæ Iustinæ, conuenio (concedente scilicet suis de vino, quantum expedit, ita vt iuxta Regulam, non subrepat satietas, vel ebrietas;) propriúsque ad rem accedere existimationem Episcopi Vrgellensis reor, & iam si omni adminiculo nudam protulerit. Hæc ille. Existimatio autem D. Antonij Perez est, *Heminam* idem mensuræ genus importare, quod quartæ partis minutæ mensuræ, quæ Hispanicè *Azumbre* dicitur, quæ quidem quarta pars, vulgo etiam *Quartello* appellatur.

DISQVISITIO I.

Quid sit Sepultura, & quotuplex?

BREVIARIVM.

Berchorius.

Monachus fuit Benedictinus. n. 1.

Sepultura.

Triplex Sepulturæ genus distinguitur, & explicatur. n. 1. 2. 3. 4.

Sepultura Ecclesiastica, quæ corporalis dicitur, materialiter sumitur, & formaliter. n. 5.

CONCLVSIO I.

TRiplex est genus Sepulturæ. Corporalis. Vir- 1
tualis. Et Supernaturalis.

Ita Sepulturas distinguit Magnus Petrus Berchorius Pictauiensis, Benedictinus Monachus, *in Dictionario Morali, verbo Sepelire*, sicque explicat.

Sepul

Sepultura Corporalis, est illa, quâ humana corpora sepeliuntur, & quâ post mortem, iuxta Ecclesiæ morem, reconduntur. Primo enim sudario inuoluuntur: secundo, in feretro ornato ponuntur: tertiò, circa ea ipsa cerei accenduntur: quartò, ad foueam deferuntur: quintò, à cantantibus Sacerdotibus conducuntur: & sextò, in terra inferiùs inhumantur. Quod quidem Sepulturæ genus demonstratur, cum dicitur. *Dormiuit.* Per dormitionem enim Sepultura intelligitur, quia sicut homo volens dormire, infra pannos solet in lectum intrare, & ibi requiescere, sic per mortem homo dormire volens, pannis sudarij solet inuolui, & sic in loco sepulchri requiescit corporaliter, & sopitur, & ibidem absconditur, & velatur. Vnde *in Psalmo* dicitur. Sicut vulnerati dormientes in Sepulchris. *&* 3. *Regum* 11. Dormiuit Salomon cum patribus suis, & sepultus est.

2 Et hæc quidem Sepultura meditanda est, frequentanda, deflenda, & cum mœstitia deploranda, iuxta illud *Ecclesiastici* 38. Fili, in mortuum produc lacrymas, & quasi dira potestas, incipe plorare, & non despicias sepulturam eius. Et ob multa certè, quæ præfatus demostrat Doctor, dicens. Ad Pietatis officium exercendum: Orationis, & eleemosynæ suffragium impendendum: Communis casus naufragium meditandum, Amicorum suspirium consolandum: Vanæ gloriæ dispendium detestandum: Humanæ vitæ compendium cogitandum.

3 *Sepultura Virtualis*, illa est, quâ quilibet virtuosus, & perfectus homo per humilitatem sepultus, & in seipso reconditus, & absconsus est. Vndè *Geneseos* 15. ad Abram dicitur: Tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus, in senectute bona. Sicut enim ille, qui corporaliter sepelitur, sudario inuoluitur: in feretro ornato ponitur: circa illum cerei accenduntur: ad foueam defertur: cantantibus Sacerdotibus conducitur: & tandem in terra inferiùs humatur: ita iustus debet poni in sudario puritatis conscientiæ: in feretro ornato exteriùs honestate apparentiæ: cereis, & luminaribus, sapientiæ scilicet claritate circundari: ad foueam mortis, per mortis, & humanæ defluentiæ considerationem deferri: circa eum cantus diuinæ laudis, & spiritualis lætitiæ audiri: & inhumari per sepulturam, & absconsionem suæ virtutis, & existentiæ.

4 *Sepultura* tandem *Supernaturalis*, est Sepultura animarum beatarum, quæ in paradiso sepeliri dicuntur, in quantum à nostris visibus absconduntur: quod ostenditur cum dicitur: *In Ciuitate*: id est, Cœlestium Ciuium fœlicitate. De qua Sepultura *Iob.* 3. dicitur. Gaudentque vehementer cum inuenerint Sepulchrum.

Hac de diuisione Sepulturæ. Sed omisso secundo, & tertio illius genere, ad primum, de quo in præsenti opere nostro, differendum nobis est, redeamus. Sit pro eo.

CONCLVSIO II.

5 SEpultura Corporalis, & Ecclesiastica dupliciter sumitur: materialiter scilicet, & formaliter. *Sepultura*, in prima acceptione, est locus in quo cadauer mortui reconditur. Ista descriptio, doctrinę Petri Berchorij modò traditæ consonat, & traditur à Martino Bonacina *tomo* 2. *de Contractibus, disputat.* 3. *q.* 21. *puncto* 1. *num.* 2. vbi addit etymologiam nominis, quod scilicet Sepultura dicitur *à sepeliendo*, seu *à sepiendo*: eo quod cadauer humo, veluti sepe circundatur, & circumsepiatur. Qui quidem locus etiam sepulchrum communiter vocari solet, sicut & Sepultura, vti Samuellius ait, *conclus.* 16. *ex L. Prætor ait*, §. *Sepulchrum*, *ff. de Sepulchro violato.* Quare in hoc opere, nunc Sepulturæ nomine, nunc Sepulchri appellatione, seu vocabulo, pro eadem omninò vtemur re. Sepultura autem formaliter sumpta, est actio ipsa, seu officium sepeliendi. Ita idem Bonacina *num.* 3. docet.

DISQVISITIO II.

Quid sit Ecclesiasticæ Sepulturæ locus?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Quibus ritibus, & locis pro cadaueribus tumulandis, vsi fuerint Gentiles, & Iudæi, remissiuè. n. 1.

Locus pro Sepulturis fidelium Christianorum, quinam sit. n. 2

CONSVLTÒ agimus in præsenti de 1
Sepultura Ecclesiastica, & de eius loco, relictis variis modis, & locis tumulandi mortuorum cadauera apud Gentiles, & Hebræos obseruatis: quorum ritus, quoad funera, cadauera, atque Sepulchra, Aloysius Nouarinus, in suis satis eruditis Schediasmatibus, seu obseruationibus sacro-profanis, & alij recensent. Cum autem non sit meum de iis instituere sermonem, eos lubens omitto, & de Sepultura ab Ecclesia, pro suis humandis fidelium corporibus statuta, agere aggredior: & ea, quæ scitu digniora inueni, in sequentibus tractatibus, & disquisitionibus, auidè illustrare decreui. Et pro præsentis, breui resolutione sit.

CONCLVSIO.

LOcus pro Sepulturis Ecclesiasticis, ad fidelium 2
cadauera tumulanda, fuit, & est Cœmeterium: locus scilicet, in plurimum, iuxta Ecclesias, & Basilicas destinatus, designatus. Et iam etiam hodie, ferè omnes Ecclesiæ, & Basilicæ Parochiales, & Regulares, aptæ sunt, & capaces, vt in eis Sepulturæ fiant, quibus fidelium corpora recondantur.

Hæc conclusio, manifestè constat, ex dictis *Tractatu primo*, *Disquisitione prima*: & ita omnibus illius veritas nota est, ex communi, & vniuersali Ecclesiæ praxi, vt nulla, aut parua probatione indigeat. Sed pro illius exacta dilucidatione sit.

DISQVISITIO III.

An tempore perantiquo intra Ecclesiam licuerit fidelium cadauera tumulari: & an liceat hodie, intra cuiusſibet Ecclesiæ ambitum illa sepelire?

BREVIARIVM.

Clotarius.

Obiit Rex Francorum Clotarius anno 565. n. 20.

Cœme

Cœmeterium.
Congruenter constitui potest aliquantulùm remotè ab Ecclesia propter fœtorem, præsertim pro cadaueribus eorum, qui peste infecti decesserunt. n. 31.
Concilium.
Moguntinum I. celebratum est anno 813. *sub Carolo Magno Imperatore.*n.13.
Triburense fuit celebratum anno 895. *sub Arnulpho Cæsare.* n. 13.
Constantinus.
Imperator Constantinus Magnus obiit anno 337. *& sepultus est in vestibulo Basilicæ Sanctorum Apostolorum.*n.2.
Consuetudo.
Inducere valet ius, & priuilegium conferre. n.36.
Dictio *Vel.*
Quandoque copulatiua non est, sed id importat, quod vel etiam. n. 13.
Eleemosynæ.
Non omnibus prosunt; sed his tantum, pro quibus, dum viuunt, cooperantur vt prosint. n. 29.
S. Gregorius Magnus.
Creatus fuit Summus Pontifex anno Domini 590. *& obiit anno* 604.n.6.
*Magnis nobilitauit prærogatiuis Cœnobium sui, & nostri Ordinis, in honorem Sancti Medardi constructum.*n.20.
Eius sententia circa Sepulturam, de iis, qui in lethali culpa decedunt. n. 29.
Honorius I.
Cathedram ascendit Summi Pontificatus, anno Domini 122.n.5.
Orationes.
*Non omnibus prosunt; sed his tantum, pro quibus dum viuunt, cooperantur vt prosint.*n. 29.
Paschalis II.
Ex Benedictino Monacho, Pontifex creatus fuit Paschalis Secundus, anno 1099. n.16.
Peccator.
In lethali decedens culpa à nemine iuuari potest eleemosynis, orationibus, aut Sacrificiis. n. 28. & 29.
Sepelire; Sepeliri; Sepultura.
Prope Altare sepelire non licet. n. 4.8.
Qui habet propriam Sepulturam prohibere potest ne aliquis in ea sepeliatur. n.11.
*Propriam illam habet, & omnes præeminentias in Ecclesia de Amurrio Domus de Murga.*n. 9. 10. & 11.
*Olim intra Ecclesiam sepeliri, omnibus fuit à Iure prohibitum.*A n.3.
Quare id fuerit interdictum ostenditur. n.8.
*Fuit postea permissum, intra Ecclesiam sepelire viros eximiæ virtutis, & sanctitatis, & in dignitate Ecclesiastica, aut Sacerdotali constitutos.*A n.12.
*Indifferenter tandem permissum est omnibus fidelibus vt in Ecclesiis sepelirentur.*A n. 15. *Et quare* n.19.
Quilibet fidelis (habens tamen velle, & nolle) si excommunicatus, aut alius interdictus non sit, potest sibi eligere sepulturam in Monasteriis, & in aliis locis. n. 16.
Procedit etiamsi Ecclesiæ Parochiales non sint. n. 33. 36.
*Procedit & in Ecclesiis exterioribus Sanctimonialium; sed non in interiori parte, intra clausuram; nisi Sepultura familiaris sit, aut hæreditaria, nam tunc procedit.*n. 37.
*Qui tumulat, quem sepelire non poterat, debet illius ossa restituere illi Ecclesiæ ad quam pertinebat.*n.17.
Debet etiam illi restituere, omnia quæ occasione Sepulturæ recipit. n. 18.
*Sepeliri iuxta Sanctorum corpora optatissimum ab antiquis fuit sæculis.*n.20. *Et quare.* n.21.& 27.
*Sepeliri in loco sacro prodest iustis.*n.21.27 & 28.
Obest tamen improbis, à n.21.ad 29.
Horribilibus exemplis comprobatur A n. 23.ad 26.
Locus aptus, & licitus pro Sepulturis est Ecclesia, Basilica, Cœmeterium, & quilibet alius locus Ecclesiæ proximus ad Sepulturas ab Episcopo destinatus. n. 30. *Vel à Prælatis Regularibus respectiuè in propriis locis.* n. 32.
Pro Sepulturis, tam Regularium, quàm Sæcularium, assignari possunt Sacristia, Claustra, & Capitula Regularium. n. 31.
*Recensentur varia Apostolica diplomata nostræ, & aliis Religionibus concessa, pro libera Sepulturarum electione.*n.33.34.& 35.
Infans, & Comes Don Vela.
Ayalæ Domus Fundator fuit, Maior, & origo omnium fere Principum Hispaniæ, Regum Christianorum, & Imperatorum Alemaniæ. Sepultus iacet extra Ecclesiam. n.1.

MAGNA II, & multi reperiuntur in Ecclesia mores, & vsus circa locum Sepulturæ, iuxta temporum diuersitatem, & Iurium dispositionem. Vnde distinguere libuit tempora, vt concordem iura. Quod certè, vt autumo, meliori non possum facere, & clariori modo, quàm *Disquisitionis* resolutionem, in plures assertiones diuidendo.

Consulrò indefinitè, & in vniuersum inquiro, 1
An licuerit fidelium cadauera in Ecclesia tumulari. Quia non solùm ignobilium hominum cadauera, sed Nobilium etiam, Magnatum, Principum, Regum, & Imperatorum mos olim, & consuetudo fuit extra Ecclesias, & Basilicas tumulandi. Infans Comes Don Vela, Dominus Domus de Ayala, eius fundator, Maior Comitum de Ayala, & fere omnium Hispaniæ Dignitatum, seu Principum sæcularium, imo & Regum Christianorum, & Imperatorum, vti in Genealogia Domuum de Ayala, & de Murga, nondum excussa ostendo, extra Basilicam Sanctæ Mariæ de Respaldiza, ante eius portam sepultus fuit in Prouincia de Ayala, in distantia duarum leucarum ab Orduña Ciuitate, vbi postquam in Arca lapidea, in qua fuit tumulatus, quingentis ab hinc annis, vsque ad hodiernum diem integer perseuerat, vti illius incolæ testantur. Et Amiax, *l.3.c.3.fol.*125. Vincentius Blascus de Lanuza, *lib.4.cap.*43. & Alphonsus Lupus de Haro, *in suo Nobiliario*, vbi de Domo de Zarate, huius Principis nobilem faciunt commemorationem.

De Constantino etiam Magno, qui anno 337. 2
obiit, testatur ex Cardinali Cæsare Baronio, Henricus Spondanus eodem anno, in eius Compendio, ausum neutiquam fuisse tumulari in Basilica Apostolorum, sed foris in eius atrio, seu vestibulo, Quod & narrat D. Ioannes Chrisostomus, & in gloriam extollit Apostolorum, *homilia 26. in Epistolam ad Corinthios 2. & hom.66.ad Populum Antiochenum.* De quo Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*1. *disputat.*1. *controuers.*1. *conclus.*7. vbi etiam recenset Optatum Mileuitanum, *de Schismate Donatistarum* Theodoretum, *Epistola ad Aurelium Presbyterum*, & alios. Sit ergo.

CONCLVSIO I.

OLim, ex Ecclesiastico iure, intra Ecclesiæ ambitum, nulla defunctorum corpora sepelire licebat, ipso iure Ecclesiastico prohibente. 3

Ita docent Gloſſa, *in Can. Præcipiendum, verbo Sepeliantur*, 13. *quæſt.* 2. Ioannes Azorius, *Inſtitut. Moralium, part.* 2. *lib.* 2. *c.* 6. *verſic. Cautum.* Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 6. *De officio, & poteſtate Parochi, cap.* 26. *n.* 6. *& in Canon. Præcipiendum, el* 15. 16. *q.* 2. Samuellius, *vbi proximè, concluſ.* 4. vbi allegat *Legem Nemo, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Burchardum, *l.* 3. *c.* 157. Durandum, de modo celebrandi *Concilia Generalia, part.* 3. *c.* 11. Et alij paſſim Doctores grauiſſimi, ſi cautumant.

4 Probatur *primò* concluſio, *ex Canone Præcipiendum*, §. *Prohibendum eſt, el* 16. 13. *quæſt.* 2. deſumpto ex Concilio Varenſi, in hunc modum definiente. „ Prohibendum eſt etiam ſecundùm Maiorum inſti- „ tuta, vt in Eccleſia, nullatenus ſepeliantur, ſed in „ atrio, aut porticu, aut in exhædris Eccleſiæ. Intra „ Eccleſias verò aut prope Altare, vbi Corpus, & „ Sanguis Domini conficitur, nullatenus ſepeliantur. „ Homines ſcilicet: de hominibus enim ſepeliendis: „ abſolutè, & indiſtinctè loquitur Conciliare illud Decretum.

5 *Secundò* probatur *ex Concilio* Bracharenſi, ſub Honorio Papa Primo, *celebrato*, vti refert Bartholomæus Carranza, & Miranda Toletanus Archiepiſcopus, *in Summa Conciliorum.* Qui quidem Pontifex Summus Honorius, Sedem aſcendit Petri, anno Domini centeſimo, vigeſimo ſecundo. Definitio Concilij, *in Can.* 56. provt à Petro Creſpetio, „ Cœleſtino Monacho recenſetur, *in Summa Eccle-* „ *ſiaſtica diſciplina, verbo Sepultura*, talis eſt. Placuit, „ vt corpora defunctorum, nullo modo intra Baſili- „ cam Sanctorum ſepeliantur; ſed ſi neceſſe eſt, foris circa murum Baſilicæ vſque adeo non abhorret.

6 Probatur *Tertiò* ex *Epiſtola Decretali, de conſtruenda Eccleſia*, Epiſcopo Meſſanenſi, à D. Gregorio Magno Papa huius nominis Primo, quæ habe- „ tur in eius Regiſtro, *lib.* 12. *indictione* 7. *la* 10. in qua „ ſic ait. Et ideo frater chariſſime, ſi in tuæ Diœceſis „ ciuitatis iure conſiſtit, & nullum corpus ibidem conſtat humatum, &c. Creatus fuit Pontifex præfatus Gregorius, *anno Domini* 590. & abiit ad Cœlum, *anno* 604.

7 *Quartò* probatur concluſio, *ex Can. Eccleſiam, el* 27. *de Conſecratione, diſtinct.* 1. deſumpto ex Con- „ cilio Agripinenſi, in quo ſic habetur. Eccleſiam in „ qua mortuorum cadauera fidelium, ſiue infidelium „ ſepeliuntur, ſanctificare non licet; ſed ſi apta vide- „ tur ad conſecrandum inde euulſis corporibus, & ra- „ ſis parietibus, vel tignis eius loci, reædificetur: ſed „ ſi hæc conſecrata ante fuerit, Miſſas in ea celebrari „ licet, tamen ſi Fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt. „ Hæc ibi. Vbi ſatis apertè diffinitur non licuiſſe, in Eccleſia ſepelire.

8 Ratio autem quare in Eccleſia fuerit fidelibus interdicta Sepultura, *ex dicto Canone Præcipiendum* facilè colligitur ibi: Vbi corpus, & Sanguis Domini conficitur. Quia ſcilicet Eccleſia locus eſt ſpecialiter Deo dicatus, cui mors vltra non dominabitur. *Roman.* 6. *verſic.* 9. Vbi quotidie colitur, & veneratur. Vnde indecorum videtur, & turpe receptaculum fieri mortuorum. Quocirca Gloſſa *in dictum Canonem*, ita fatur. Immo prohibetur fieri Sepultura in Eccleſia: quia locus ille ſpecialiter Deo dicatus eſt, cui mors vltra non dominabitur. Hæc Gloſſa Videatur etiam Samuellius, *loco reddito concluſ.* 6. cum Gratiano, *Diſceptationum forentium tom.* 2. *cap.* 110. *num.* 34 & cum Rota *in Pampilonenſi Sepulturæ*, 30. Maij, 1591.

Quæ vtique ratio, ſemper viget, cum Paulus Papa Quintus, *in Rituali Romano*; *in Rubrica de Exequiis* dicat. Vbi viget antiqua conſuetudo ſepeliendi mortuos in Cœmeteriis, retineatur, & vbi „ fieri poteſt, reſtituatur; at vero cui locus Sepultu- „ ræ dabitur in Eccleſia, humi tantum detur. Cadaue- „ ra autem prope Altare, non ſepeliantur. Expende „ verba *prope Altare*, quæ etiam *in recenſito* conti- „ nentur *Canone*.

9 Procedit autem prohibitio, non ſolùm in Capella maiori Eccleſiæ vti autumare, aſſerere videtur præfatus Samuellius, *vbi proximè, numero* 7. per hæc verba. Quæ dicta prohibitio, procedit in Capella maiori, vt declarauit Rota, *in Calagurritana de Amurrio* 12. *Decembris*, 1603. coram Ludouiſio, qui fuit poſtea Gregorius XV. Papa. Hæc ille. Sed procedit in tota Eccleſia, vti *ex redditis textibus* euidenter demonſtratur. Prædicta autem Rotæ Deciſio, quam etiam refert Martinus Bonacina, *in Summa, tomo* 2. *diſputat.* 3. *de Contractibus, quæſt.* 21. *punct.* 3. *numero* 4. non loquitur in genere, ſed in ſpecie, de Sepultura, quam habet in Parochiali Eccleſia Sanctæ Mariæ de Amurrio Domus, & Palatium de Murga. De qua, & de eorum Dominis, ſic Rota in ſententia diffinitiua coram R. P. D. Petro Franciſco Gipſio, in ſecunda, & tertia inſtantia per alias confirmata ſententias, & executioni demandata, *vndecima die Maij, de anno* 1598. *& Vigeſima Octaua menſis Septembris, de Anno* 1605. Videlicet.

10 Decernimus, ſententiamus, & diffinimus dicto Domino Lupo de Murga, ſuisque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum Dominis Domus, & Palatij de Murga pro tempore exiſtentibus, ſpectare, & pertinere præeminentias, antelationes, & Ius ſedendi in dicta Eccleſia, in primo, & præeminentiori loco: necnon in offerendo, in eundo proceſſionibus, in ſumendo pacem ante dictos Ioannem de Vrrutia, & ante Mariam Venero coniuges, & ante cæteros alios Parochianos, incolas, & habitatores dicti loci, eorumque vxores, filios, & fœminas quaſcumque reſpectiuè; videlicet, hominibus, ante homines; & fœminis, ante fœminas; exceptis tamen Dominis Domus de Ayala, & Amurrio, & Clericis dictæ Eccleſiæ. Et proinde, attento, quod dicta Eccleſia de nouo eſt ampliata, & Altare maius ex illo loco, vbi anteà erat, fuit mutatum, necnon ſepulturam, quam habebat Domus de Murga in dicta Eccleſia antea quàm illa eſſet mutata, eſſe transferendam ad Capellam maiorem nouiter ampliatam, ſiue ædificatam, in eadem parietate, & diſtantia trium pedum à gradibus Altaris Maioris Sanctiſſimi Sacramenti, & ante dictum Altare, in quo ſeu qua ante ampliationem dictæ Eccleſiæ exiſtebat.

11 Hæc omnia ad amuſſim *in præfata Rotæ ſententia* continentur. Et in Deciſione recenſita Ludouiſi fuit dictum, Dominum Palatij de Murga potuiſſe impedire, ne in dicta ſua Sepultura, & Capella maiori Eccleſiæ de Amurrio, aliquis ſepeliretur, abſque ipſiuſmet Domini licentia: quia vſus fuit Iure ſuo. Vnde ex ea, non benè Samuellius docet prohibitiones antiquorum Iurium, de non ſepeliendo intra Eccleſias, procedere in Capella maiori.

CONCLVSIO II.

12 Licet olim nemini licuerit in Eccleſia, aut in Baſilica quidem ſepeliri; in progreſſu tamen temporis aliquibus perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica, aut in Sacerdotali conſtitutis, & in virtute, & ſanctitate

sanctitate præstantissimis, permissum fuit à Conciliis, & à Summis Pontificibus, in Basilicis, ac in Ecclesiis tumulari.

Hanc tenent Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuers. 1. conclus. 5.* cum Euagrio, *lib. 4. cap. 3. & 30.* Burchardo, *lib. 3. cap. 17.* Optato Mileuitano, *lib. 3. de Schismate Donatistarum*, Nicephoro, *lib. 14. cap. 58.* & Augustinus Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, lib. 2. cap. 10. num. 6. & 7. partis secundæ, pag. mihi 69. & de Officio, & potestate Parochi, cap. 26. num. 7.* cum Glossa, & Turrecremata, *in Can. Nullus mortuus*, mox citandum, *in fine.* Conrad. Brun. *de Ceremon. lib. 2. capite secundo, versic. Illud tamen*, Petro Gregorio *Syntagm. Iuris, lib. 2. cap. 12. num. 12.* & aliis, (de quibus Cenedus *ad Decretum, Collectan. 46. num. 1.*) interpretantibus textum, ibi: fideles Laici: non de omnibus fidelibus ex fide Baptismi, sed de his, qui ex fidei virtute, & constantia, Sancti habiti sunt, miraculisve coruscant, vel aliàs insignes personæ extiterunt. Verba sunt Barbosæ, satis quidem opportuna *pro expositione statim dicto Canoni* à me reddenda.

13 Probatur *primò* conclusio ex Concilio Moguntino, seu Magocensi I. sub Carolo Magno celebrato *anno Domini* 813. teste Baronio, & Spondano illius Compendiatore, qui quidem Canon adest *causa 13. quæst. 2.* sub verborum tenore. Nullus mortuus infra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles Laici. Hæc ibi. Vbi non concedit Concilium, fideles Laicos posse in Ecclesia sepeliri, immò excludit. Dictio enim *Vel*, ibi copulatiua non est, sed idem quod *etiam* significat. Quasi diceret. Nullus præter Episcopos, Abbates, & dignos Presbyteros etiam si fideles Laici sint, infra Ecclesiam sepeliatur.

Sic præfatum intelligo Concilium. Cum, quia dicta dictio *Vel*, licet plerumquè coniunctio disiunctiua sit, idem quod dictio *aut* significans, non tamen rarò pro *etiam*, vel pro *vel etiam* ponitur. Passeratium testor. Tum etiam, quia Concilium Triburrense, sub Arnulpo Cæsare, *anno Domini 895.* celebratum, *in Can. 17.* in hunc modum definiuit. " Secundum statuta Sanctorum Patrum, & experimenta miraculorum prohibemus, & præcipimus, " vt deinceps nullus Laicus in Ecclesia sepeliatur, nisi " fortè talis sit persona Sacerdotis, aut cuiuslibet iusti " hominis, qui per vitæ meritum, talem, viuendo, " suo corpori defuncto, locum acquisiuit. Hactenus " in illo Conciliari Decreto à Petro Crespetio *in Summa Ecclesiasticæ disciplinæ, verbo Sepultura* relato, interpretationem genuinam Concilij Moguntini desumo, & secundam huius conclusionis, concludentem probationem.

14 *Tertiò* probatur *ex Concilio Mannetensi*, ab eodem Crespetio, *vbi proximè* recensito, quod *in cap. 6.* Signanter vetat, ne vllatenus Laici in Ecclesia sepeliantur, sed in atrio, aut in porticu, aut extra Ecclesiam.

CONCLVSIO III.

15 Pia tandem mater Ecclesia, omnibus fidelibus indifferenter indulsit, vt sibi benè valeant eligere sepulturam, non in Cœmeteriis solùm, sed in Basilicis. & in Ecclesiis.

Hanc tenent Glossa *in cap. Ex parte, in casus formatione, & verbo Parochianum, el 5. de Sepulturis, & in cap. Cum liberum, in casus etiam formatione, & verbo Disposuit, el 6. eod. tit.* Augustinus Barbosa, *vtrobiquè. Et de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 8. ac de Officio Parochi, cap. 26. num. 8.* cum pluribus, quos pro more recenset suo. Et Samuellius, *dicta disputat. 1. controuersia 2. conclus. 4.*

Probatur *primò* ex nostro Benedictino Paschali 16
Papa Secundo, qui in Sede Petri sedit anno 1099. allegato *parte 43. Concilij Lateranensis* sub Alexandro Papa Tertio, *cap. 1.* qui vti exscribit Petrus Crespetius, *vbi proximè, pag. mihi* 844. sic statuit. Vo- "
lumus, ac iuxta Canonum sententiam nobis proba- "
bile videtur, vt sicut morienti conceditur rerum sua- "
rum iudicium facere, quocumque loco sibi placue- "
rit, sic nimirum iustum est sui corporis licentiam ha- "
bere eligendi sepulturam in quocumque loco volun- "
tas extiterit, siue in Monasteriis, siue in aliis locis. Hucusque Paschalis secundus.

Secundò probatur *ex cap. Ex parte el 5. de Se-* 17
pulturis, & ex cap. Cum liberum el 6. eod. tit. in quibus dictus Alexander Tertius supponit, Laicos facultatem habere, vt in Ecclesiis sepeliantur; In primo enim sic decernens ait. Ex parte Canonico- "
rum Obrigen. nobis est intimatum, quod Prior de "
Insula quendam Parochianum suum post appellatio- "
nem ad nos factam in sua Ecclesia sepeliuit, & in- "
frà. Mandamus, quatenus præfatum Priorem com- "
pellas, vt memoratis Canonicis prædicti Parochia- "
ni corpus restituat, & exindè amicabiliter conue- "
niat cum eisdem. Hæc ibi. In secundo verò sic ait.

Cum liberum sit: & infrà. Ad audientiam no- 18
stram peruenit, ex conquestione Abbatis, & Fratrum Sancti Martini Laudun. quod cum Presbyter "
quidam corpus cuiusdam mulieris (provt in vltima "
voluntate disposuit) ad eandem Ecclesiam sepelien- "
dum deferret, Monachi Sancti Vincentij Lauden. cor- "
pus ipsius violenter rapere, & in Ecclesia sua sepe- "
lire minimè dubitarunt: & infrà. Mandamus, qua- "
tenus si ita esse inueneritis, præfatos Monachos "
compellatis, vt ossa præfatæ mulieris, & beneficia, "
quæ occasione sepulturæ ipsius recepisse noscuntur, "
memoratis Fratribus cum integritate restituant, & "
de cætero talia facere non præsumant. Hactenus *in dicta Decretali*: ex qua, & ex præcedenti, secunda, & tertia resultat probatio.

Rationes ad hanc concessionem Summos Pon- 19
tifices mouentes, recensentur à Patre nostro Gregorio Magno, relato, *in Canone, cum grauia, el 37. 13. quæst. 2.* & à Glossa, *verbo Sepeliantur. Prima,* "
quam Gregorius assignat, est: quia eorum proxi- "
mi (mortuorum scilicet) quoties ad eandem Eccle- "
siam veniunt, suorúmque sepulturam aspiciunt, re- "
cordantur: & pro eis Domino preces fundunt. Huic "
aliàs addit Glossa, & est *secunda* in ordine: quia scilicet specialiter commendantur Patrociniis Sanctorum illorum, in quorum nomine dedicata est Ecclesia. *Tertia*, quia minus ibi vexantur à Spiritibus immundis. Et concludit Glossa. Et est hîc argumentum, quod ibi potius sepeliendi sunt homines, vbi maior est concursus populorum, vt in Cathedralibus Ecclesiis. Ita illa, quæ in hoc vltimo consonat *Canoni vbicumque, el 6. eadem causa 13. & quæst. 2.* ex Concilio Triburensi desumpto, in quo "
sic statuitur. Vbicumquè temporum, vel locorum "
facultas tulerit, apud maiorem Ecclesiam, vbi Se- "
des est Episcopi, sepulturæ celebrentur.

Vndè meritò, iuxta Sanctorum corpora sepe- 20
liri, ab antiquis sæculis, fidelibus optatissimum fuit. Quod Clotarij Francorum Regis, qui *anno 565.* obijt, exemplo comprobatur. Cuius corpus à filiis suis Suessionas translatum est, atque sepultum in

loco, quem ipſe delegerat ad Baſilicam conſtruendam in honorem nuper defuncti Sancti Medardi, quam poſtea Sigebertus filius ædificauit. Henricus Spondanus, in Compendio Annalium Eccleſiaſticorum Cæſaris Baronij, *tomo 2. anno citato, num. 4.* Ædificauit igitur Sigebertus celeberrimum noſtri Ordinis Cœnobium, & ad illius preces, præfatus Gregorius Magnus, Primus huius nominis Eccleſiæ Romanæ Pontifex, illud maximis nobilitauit prærogatiuis, *an. 593.* vti videre licet *in Conſtitutione expedita lib. 2. Regiſtri eius, indictione 11. poſt Epiſtolam 38. columna mihi 79.*

21 Meritò inquam optatiſſimum fuit ſæculis ſuperioribus iuxta Sanctorum ſepeliri corpora; ab iis tamen, quos grauia peccata non deprimunt; ſecus verò à peccatoribus, qui in lethali decedunt facinore. D. enim Auguſtinus relatus *in Canone Quibus peccata, el 16. 17. quæſt. 2.* ſic ait. Quibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis poſt mortem adiuuari non poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ſi in locis ſacris, ſe ſepeliri faciunt, reſtat vt de ſua præſumptione iudicentur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed de culpa temeritatis accuſant. Hæc S. Auguſtinus.

22 Accinit præfatus Magnus Gregorius, dicens. Nam quos peccata grauia deprimunt, non ad abſolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in Eccleſiis ponuntur. Quod melius oſtendere poterimus, ſi ea, quæ diebus noſtris, geſta ſunt, breuiter enarremus. Ita D. Gregorius *lib. 4. Dialogorum, cap. 50.* incipit, *Quos grauia*, & refertur *in Canone Cum grauia, el 17. dicta cauſa, & quæſtione.* Et in ſequentibus quatuor, nonnulla ſtupenda accidiſſe teſtatur, quæ licet breuiter, libuit recenſere, vtpotè, ad morum reformationem, maximè deſeruientia.

23 *In capite* igitur 51. teſtatur Sanctus hic Doctor, in Ciuitate Portuenſi fuiſſe quandam Sanctimonialem fœminam, quæ carnis quidem continentiam habuit, ſed linguæ procacitatem, atque ſtultiloquium non declinauit. Hæc defuncta eſt, atque in Eccleſia ſepulta. Eadem autem nocte cuſtos eiuſdem Eccleſiæ per reuelationem vidit, quia deducta ante ſacrum Altare per medium ſecabatur, & pars vna illius igne cremabatur, & pars altera intacta remanebat. Cumque hoc ſurgens mane Fratribus narraſſet, & locum oſtenderet in quo fuerat igne conſumpta, ipſa flammæ combuſtio, ita ante Altare in marmoribus apparuit, ac ſi illic eadem fœmina igne corporeo fuiſſet concremata. Qua ex re, apertè datur intelligi, quia, quibus peccata dimiſſa non fuerunt, ad euadendum iudicium, ſacris locis, poſt mortem, non valeant adiuuari.

24 *Cap. 52. ſequenti*, enarrat, Valerianum Patricium, in Brixia ciuitate defunctum, cum vſque ad ætatem decrepitam, leuis, ac lubricus extitiſſet, modúmque ſuis prauitatibus ponere contempſiſſet, & ſepultum in Eccleſia fuiſſe. Eadem verò nocte, qua ſepultus eſt, Beatus Fauſtinus Martyr, in cuius Eccleſia corpus illius fuerat humatum, Cuſtodi ſuo apparuit, dicens: Vade, & dic Epiſcopo, vt proijciat hinc fœtantes carnes, quas hîc poſuit: (Epiſcopus enim accepto pretio, locum ei in Eccleſia præbuit, in quo ſepeliri debuiſſet:) quod ſi non fecerit, die trigeſimo ipſe morietur. Quam viſionem Cuſtos Epiſcopo timuit confiteri, & rurſus admonitus declinauit. Die autem trigeſimo, eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus cum veſpertina hora, ſanus, atque incolumis ad lectum redijſſet, ſubitâ, & inopinatâ morte defunctus eſt.

In capite 53. refert, in Genuenſi vrbe obijſſe Valentinum, Eccleſiæ Mediolanenſis defenſorem, virum quidem valdè lubricum, & cunctis leuitatibus occupatum, & ſepultum fuiſſe in Eccleſia Sancti Syri Martyris. Nocte autem media, in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac ſi quis violenter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces, cucurrerunt Cuſtodes, & viderunt duos quoſdam teterrimos Spiritus, qui eiuſdem Valentini pedes quadam ligatura ſtrinxerant, & eum ab Eccleſia clamantem, ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet exterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſunt. Mane autem facto, aperientes ſepulchrum, in quo idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt. Cúmque extra Eccleſiam quærerent vbi proiectum eſſet, inuenerunt. Ex qua re Petre collige, quia his, quos peccata grauia deprimunt, ſi in loco ſacro ſepeliri ſe faciant, reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur: quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet. 25

Deniquè *capite* 54. Magnus enarrat Gregorius, quendam tinctorem in Vrbe Romæ obijſſe, & in Eccleſia Beati Ianuarij Martyris ſepultum fuiſſe. Sequenti autem nocte, ex eadem ſepultura, audiente cuſtode eius ſpiritum clamare cœpiſſe: *Ardeo: Ardeo*: Cum verò diu has duas voces emiſiſſet, cuſtos hoc eius nuntiauit vxori. Vxor verò illius eos, qui diligenter inſpicerent artis eiuſdem viros tranſmiſit ad Eccleſiam, volens cognoſcere, qualiter eius corpus eſſet in Sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes ſepulchrum, veſtimenta quidem intacta repererunt, quæ nunc vſque in eadem Eccleſia, pro eiuſdem cauſæ teſtimonio ſeruantur; corpus verò omninò non inuenerunt, ac ſi in ſepulchro eodem poſitum non fuiſſet. Hactenus præfatus Eccleſiæ Doctor, & Pontifex Summus, qui finem capiti imponit, addendo ſequentia. Qua ex re colligendum eſt, qua vltione eius anima damnata ſit, cuius & caro eſt ab Eccleſia proiecta. Quid igitur ſacra loca ſepultis proſunt, quando hi, qui indigni ſunt ab eiſdem ſacris locis diuinitùs puniuntur. Hæc D. Gregorius. 26

Sed ad rationes redeundo, ex quibus meritò optatiſſimum fuerit, ac ſit, in Eccleſia, & iuxta Sanctorum corpora, Fideles in Dei gratia decedentes ſepeliri, libuit recenſere *Canonem Non æſtimemus, §. Quod verò, el 19. 13. quæſt. 2.* ex Concilio Mogocienſi deſumptum, vbi ſic habetur. Quod verò quis apud memorias Martyrum ſepelitur, hoc tantùm videtur mihi prodeſſe defuncto, vt commendans eum, etiam Martyrum patrocinio affectus, pro illo, ſupplicationis augeatur. Hæc Concilium, mutuo ab Auguſtino, in libro, de agenda cura pro mortuis, accepit. Et obſerua, ly *memorias Martyrum*, pro Monumentis eorumdem ſupponere Martyrum, iuxta mentem eiuſdem Sancti Doctoris, quam ſuprà, dum de nominibus ſepulturæ, *num. 13. §. Diuus etiam Auguſtinus*, egimus. 27

Conſultò dixi in Dei gratia decedentes. Quia id ſolùm locum habere queit, eorum reſpectu, qui in gratia, & non ſatis purgati, diem compleuerunt extremum. Nam de illis, qui impœnitentes mortui ſunt, aliter dicendum venit. Quia in *Canone in præſenti, el 20. 13. quæſt. 2.* D. Hieronymus ait. In præſenti ſæculo ſcimus, ſiue orationibus, ſiue conſiliis inuicem poſſe nos adiuuari; cum autem ante tribunal Chriſti venerimus, nec Iob, nec Daniel, nec Noë rogare poſſe pro quoquam, ſed vnumquemque portare onus ſuum. Verùm hoc

de

de impœnitentibus accipiendum est, de quibus Propheta dicit: Non dabit Deo placationem suam, nec „ pretium redemptionis animæ suæ. Et ideò frater, „ non redimet eum, sed laborabit in æternum, & vi„ uet adhuc in finem. De aliis enim intelligi non potest. Hucusque D. Hieronymus, in exponendis sacris Scripturis Doctor maximus à Deo prouisus, vti canit Ecclesia. Et huc spectat illud D. Ambrosij, Mediolanensis Præsulis, & Ecclesiæ etiam Doctoris, relatum *in Canone Aurum Ecclesia habet, el* 70.12. *quæst.*2. vbi ita fatur. Nemo potest dolere, „ quia in sepulchris Christianorum requies defuncto„ rum est. Id est, defunctorum perfectorum, vel saltem „ pœnitentium Christianorum.

29 Ex dictis intelligendum venit quando verum habeat; quod Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disput.*1. *controuers.*1. *concl.*6. *num.*13. in hac ait propositione. *Non temerè sanè postea corpora fidelium in Ecclesia inoleuit tumulari.* Temerè enim in Ecclesia tumulantur, qui impœnitentes ex præsenti migrauerant vita; sine temeritate autem, qui sine culpæ lethalis conscientia, diem clauserunt extremum. Quia ita habetur in reddito *Canone Non æstimemus.* Quamuis (in„ quit ibi, D. Augustinus) non pro quibus fiunt (sa„ crificia scilicet, siue Altaris, siue orationum, siue „ eleemosynarum) omnibus prosint; sed his tantum, pro quibus dum viuunt, cooperantur vt prosint. Idem Augustinus, *in Canone, Quibus peccata, suprà, num.*21. relato, ait, quod decedentes in peccato mortali sacra loca non liberant, sed de culpa temeritatis accusant.

Gregorius etiam Magnus recensitus *num.*22. ait, „ Quos peccata grauia deprimunt, non ad absolutio„ nem potiùs, quàm ad maioris damnationis cumu„ lum, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur. Sed „ quia non discernimus, qui sunt, qui dum vixerunt „ cooperati fuerint, vt eis sacrificia prodessent, opor„ tet (inquit Augustinus, *in eodem Canone Non æsti„ memus*) ea pro regenerat'is omnibus facere: vt nul„ lus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia „ possint, & debeant peruenire. Meliùs enim super„ runt ista his, quibus nec obsunt, nec prosunt, quàm „ eis deerunt, quibus prosunt. Hæc D. Augustinus, cui consonat Petrus Lombardus, Magister Sententiarum, & Parisiensis Episcopus, (qui frater extitit insignium Virginum, nostri Gratiani, Decreti Compilatoris, & Petri Comestoris, & floruit tempore Conradi Tertij Imperatoris *anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo*) *in* 4. *distinct.* 45. vbi *de suffragiis Defunctorum.*

Petrus Lombardus Mag. Sentent. floruit Anno 1140.

CONCLVSIO IV.

30 LOcus ad sepulturam Fidelium in hoc nostro tempore aptus, & licitus, Ecclesia est, Cœmeterium, & quilibet alius locus Ecclesiæ proximus, ad Fideles sepeliendos deputatus ab Episcopo.

Conclusionem istam tenent D. Antoninus, *in Summa, part.*3. *titul.* 10. *de Sepulturis, cap.*5. §.2. Emmanuel Roderiquez, *tom.* 3. *QQ. Regularium, quæst.*58. *artic.*1. Hieronymus Roderiquez, *in illarum compendio, resolut.*128. *num.*1. cum Simanca, *de Catholicis Institutionibus, cap.*18. *num.*9. *ad medium*, & Durando, *in Rituali Diuinorum Officiorum, lib.*1. *cap.*5. *num.*12. Ioannes Baptista Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom.*2. *part.*4. *verbo Sepultura, num.*3. cum Angelo, *verbo eodem, num.*2. & Syluestro, *ibidem quæst.*1. & Eligius Bassæus, *in Floribus Theologiæ practicæ, verbo etiam Sepultura, num.*1. cum Paulo Laymano, *lib.*3. *sect.*5. *tract.*5. *cap.*12. *num.*1. & 2.

Notanter dixi: *& quilibet alius locus Ecclesiæ* 31
proximus: quia sic regulariter fit, licet congruenter constitui possit Cœmeterium, & locus pro Sepulturis, aliquantulùm ab Ecclesia remotus, propter fœtorem, præsertim pro cadaueribus eorum, qui peste moriuntur infecti, vti D. Antoninus, & Bassæus, *vbi proximè*. Quod & dixi, vt comprehenderem Sacristiam, Claustrum, immò & Capitulum Regularium, quæ pro Sepulturis tam Regularium, quam Sæcularium benè valent assignari, vti docet Mag. Lezana, *allegato in loco*, cum Pasqualigo, *in Decisionibus Moralibus, decis.*381. *& tom.*3. *in Marimagno Minimorum, circa* §.21. *n.*71.

Dixi etiam: *Deputatus ab Episcopo.* Non quia 32
ille solùm locus aptus sit ad Fidelium Sepulturas, qui ab Episcopo sit deputatus, cum illum etiam deputare valeant Abbates, & alij Regularium Prælati, iuxta ea, quæ diximus, *tract.*1. *disquisit.*3. *num.* 1.2.24.27. *& seqq.* sed quia de Iure communi, ad Episcopum huiusmodi spectet deputatio.

CONCLVSIO V.

QVæcumque Basilica, & Ecclesia Regularis, & 33
Sæcularis, etiamsi Parochialis non sit, potest recipere quemcumque sepulturam in eo eligentem.

Conclusio ista, quoad primam eius partem de Regularibus Basilicis, & Ecclesiis, probatur ex variis Summorum Pontificum diplomatibus. Alexander Papa Tertius, id meo dilectissimo Hyrachensi Asceterio, olim Sanctæ Mariæ de Monte Læto concessit 8. *Kalendas Iulij, Anni Incarnationis Dominicæ*, 1172 *in Bulla Plumbea, in illius Archiuo asseruata, & ad calcem Quæstionum mearum Pastoralium, de Iure Parochi Ecclesiarũ, vnitarum, exscripta*, In qua, inter alia hoc indultum fuit. Sepulturã quo- „ que illius loci, liberam esse concedimus, vt eorum „ deuotione, & extremæ voluntati, qui se illis sepeliri „ deliberauerint, nisi forte excommunicati, vel inter- „ dicti sint, nullus obsistat; saluâ tamen iustitiâ illa- „ rum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora as- „ sumuntur. Hæc Alexander. „

Similes concessiones fecerunt Alexander Papa 34
Quartus, insigni Cœnobio Sancti Æmiliani vulgo, *de la Cogolla*, 2. *Kalendas Maij*, *de Anno* 1259. apud Bullarium nostræ Congregationis, *priuilegio* 120.. & Eugenius Papa Quartus Congregationi Sanctæ Iustinæ, aliàs Casinensi, idem concessit 7. *Kalendas Martij, Anni* 1434. *& 6. Nonas Iulij, de Anno* 1436. penes idem Bullarium, *priuilegiis* 7. *&* 9. quibus, & aliis omnibus Congregationi Casinensi præfatæ concessis, nostra gaudet Hispana Congregatio per varia alia Apostolica diplomata, maximè *per primum dicti sui Bullarij*, à Iulio Papa concessum 18. *Kalendas Iulij Anni Dominicæ Incarnationis* 1505. & *per priuilegium* 83. *fol.*165. à Leone Papa Decimo concessum, 6. *Nonas Octobris, Anno sui Pontificatus Nono, & confirmato* per Clementem Papam Septimum, qui Bullam expediuit *die* 26. *Mensis Nouembris, Anni* 1523 eo quod literæ Leonis prædecessoris, eius obitu superueniente, confectæ non fuerant. Qui etiam Clemens Cœnobio Sancti Benedicti Vallisoletani, tunc nostræ Congregationis Capiti, libertatem Sepulturæ concessit, pro omnibus, qui apud illud istam eligere vellent. Diploma illius adest, *el* 24. *fol.*66.

Similem etiam facultatem fecerunt, Sixtus Papa

Quartus, Patribus Ordinis Prædicatorum, *Anno 1474. pridie Kalendas Septembris, in illorum Mari magno*, §.28. Idem Sixtus, Augustinianis, 7. *Idus Septembris eiusdem Anni*, §.2. Minoribus, *in Mari magno, pridie Kalendas eiusdem Mensis, & Anni*, §.30. Carmelitanis, *in Mari etiam magno*, 4. *Kalendas Decembris*, 1476. §.57. De quibus prolixè Lezana, *in Summa, QQ. Regularium, tom.*3. August. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part.*2. *lib.*2. *cap.*10. *num.*19. cum Vgolino, *de Officio Episcopi, cap.*17. *num.*2. Card. Tuscho, *in Practicis conclusionibus, litt. P. concluſ.*97. *num.*5. & Hieronymus Roderiquez, *in Compendio QQ. Regular. resolut.*128. *num.*3. id asserit de Minoribus, & Dominicanis *per Clementinam Dudum*, §. *Huiusmodi, de Sepulturis.* Et addit, quod postea Pius Papa Quintus, id ad reliquos ampliauit Religiosos. Et sic (inquit) electio Sepulturæ in Ecclesiis Regularium, nō potest à Parochis impediri, vt resoluit nouissimè Aloysius Riccius in Praxi rerum fori Ecclesiastici, *part.*4. *ref.*193.

36 Secundò probatur conclusio, quoad vtramque illius partem. Quia quælibet Ecclesia capax est, siue ex consuetudine, siue ex Episcopi authoritate, etiamsi Parochialis non sit, habendi Cœmeterium, & Ius sepeliendi. Barbosa, *de Potestate Parochi, par.*3. *cap.*26. *num.*14. *& de Iure Ecclesiastico, loco proxime allegato* cum Hostiensi, *in ea. Nonnulli, num.*3, *ad finem, versic. Quod si aliquis*, & ibi Ioanne Andrea, *num.*8. Butrio, *num.*10. Zabarella, *quæst.*11. *de Clerico non residente.* Hojeda, *de Incompatibilitate Beneficiorum, part.*1. *cap.*13. *num.*19. Rota, *decis.* 228. *num.*7. *part.*2. *Recentiorum, & in Mediolanensi Quartæ funeralis*, 14. *Maij*, 1622. coram R.P.D. Merlino. Et Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.*1. *disput.*6. *controuer.*14. *concl.*11. *pag. mihi* 297.

Nec contrarius nobis est D. Antoninus, *in Summa, part.*3. *tit.*10. *cap.*5. §.2. dum ait. Competit autem (Ius scilicet Sepulturæ) generaliter Ecclesiis Parochialibus, & etiam aliis, quibus à Iure, vel priuilegiis concessum est, non autem aliis. Sed potius pro nobis est. Quia consuetudo benè valet Ius, & priuilegium conferre. 38

Et non solum procedunt, & locum habent prædicta respectu Ecclesiarum Religiosorum, sed etiam respectu Ecclesiarum Sanctimonialium. Vnde Ioannes Baptista Ventriglia, *in Praxi rerum Notabilium, annotatione* 52. *num.*47. *pag.*479. ita ait. Nota vltimò, quòd electio Sepulturæ potest fieri in Ecclesia Monialium, dummodo hodie non fiat intra septa Monasterij. Ita Natta, *consi.*432. *volum.*2. Laborius, *variarum elucubrationum, tit.*2. *cap.*11. *n.*22. *&* 23. nisi intra septa prædicta reperiretur Sepulchrum Familiare, & Hæreditarium. Quia potest fieri electio. Docet Medices, *de Sepulturis.*1. *part. q.*9. *n.*11. Hæc Ventriglia.

TRACTATVS QVARTVS.

DE IVRE SEPVLCHRORVM ET SEPVLTVRARVM.

PRÆLVDIVM.

BREVIARIVM.

Actio.

Actio Confessoria *ei competit, qui sibi deberi seruitutem contendit.* n.14.

Actio Negatoria *possessori competit pro tuendo Iure suo, qui negat alium habere in re sua seruitutem.* num.14.

Actio vtilis in pignore creditori competit; vsufructuario in fundo; tributario, vulgo al Pechero, *in re quam in tributum, seu in pectam accepit emphyteutæ, in re quam in emphyteusim; feudatarioque in re quam in feudum accepit.* n.15. & 18. & 20. *respectu creditoris.*

Beneficium.

Statim ac Clericus acceptat Beneficium sibi collatum, Ius in re, & quasi dominium in illo acquirit. n.7. 9. & 20.

Præsentatus ad Beneficium, Ius ad illud habet, non autem habet Ius in illo ante collationem, & acceptationem. n.17. *Idem est de electo, & de postulato.* n.19.

Creditor.

Ius habet in pignore creditor, & ei datur actio vtilis. n.15.18. & 20.

Dominium.

Ius est de re corporali perfectè disponendi, nisi Lex obsistat, vel conuentio prohibeat. n.1.

Dominium aliud directum, & aliud vtile. n.2.

Dominium directum, secundùm se consideratum, est cum sola rei proprietate, & sine illius fructu, cum spe tamen consolidationis. n.2.

Sapè solet vtrumque in Domino rei esse consolidatum. n.2.

Dominium vtile, est cum vsufructu rei. n.2.

Est verum dominium. n.3.16.

Dominium perfectum solum est, quando directum, & vtile, consolidata sunt, in eodem scilicet subiecto; imperfectum verò, quando quodlibet eorum, sine alio datur. n.2. & 16.

Dominium fundi dotalis, quoad directum, & proprietatem, penes vxorem est; quoad vtile verò penes maritum. n.3.

Omne dominium, Ius est; non autem omne Ius est dominium. n.5.

Dominium, & Ius, in quinque differunt. n.6. & seqq.

Pater Ius habet in Filium, non verò dominium. n.5.

Vir habet Ius in vxorem, sed non dominium. n.5.

Dominium, solum rerum corporalium est. n.6.

Dominium non acquiritur ante traditionem veram, vel fictam à Iure approbatam. n.7.

Fallit in donatione, & priuilegio Principis, quando

de

de voluntate eius aliud non conſtat. n.8.11.

Quando aliquid donatur, venditur, aut relinquitur ciuitatibus, Eccleſiis, ſeu aliis piis locis, vel in captiuorum redemptionem, etiam illius acquiritur dominium ante traditionem. n.10.

*Idem contingit in contractu Societatis omnium bonorum per matrimonium.*n.10.

Idem etiam, quando aliquid donat quis ſub ea conditione, vt donatarius præbeat donatori alimenta, ſtatim ac iſta non præbeat, dominium, & poſſeſſio rei, ad donatorem abſque vlla redit traditione. num.11.

*Dominium ſolum eſt reſpectu proprietatis, non reſpectu poſſeſſionis.n.*13.

*Habenti dominium in re datur actio confeſſoria, non verò negatoria.*n.14.

*Qui dominium habet in re, habet Ius in re.*n.15.

Dominium, in hoc differt à proprietate, quod dominium, comprehendat directum, & vtile, ſiue ſimul in vno Domino, ſiue ſeorſim in duobus; proprietas verò de ſolo dominio directo dicitur. n16.

Dominium imperfectum datur, quando proprietas, & vſusfructus in eodem ſubiecto non ſunt, ſed in diuerſis. n.16.

*Dominium rei poteſt ſimul in duobus exiſtere ſubiectis: quoad proprietatem in vno, & quoad vſumfructum in alio.*n.18.

Quaſi dominium multipliciter dicitur. n.4.

Emphyteuta.

In re accepta in emphyteuſim, dominium directum non habet emphyteuta, ſed qui rem in Emphyteuſim dedit; habet tamen dominium vtile. n.3.

Habet in re illa Ius in re, & actio vtilis ei competit. num.15.

*Illius Dominus eſt, ſed non eſt proprietarius.*n.16.

Feudum.

*Qui rem accepit in feudum, Ius habet in ea, & actio vtilis ei competit.*n.15.

*Eſt illius Dominus, ſed non proprietatis.*n.16.

Hæreditas.

*Vt quis ſit verus hæreditatis Dominus, ſiue ad eum per teſtamentum, aut ab inteſtato pertineat, vt illa adeatur ſufficit, vt acceptetur.*n.9.

*Per acceptationem hæreditatis Ius in re acquirit in ea, & ei tribuit acceptatio, actionem realem in eam.*n.20.

Hypotheca.

Qui Ius habet in hypothecam, fructus ſuos facit. num.20.

*Ius hypothecæ ſine traditione, aut apprehenſione, ex ſola legis diſpoſitione, vel conuentione acquiritur.*n.12.

Ius.

*Ius dicitur poteſtas, ſeu facultas legitima quam quis habet circa rem, aut functionem, cuius violatio iniuſtitiam conſtituet.*n.19.

Ius ad rem, eſt, quod ſiue corporale, ſiue incorporale alicui debetur ex contractu, vel quaſi contractu: ex delicto, vel quaſi delicto; vel alia ex cauſa, aut Iure. n.17.

*Ius ad rem ſimul poteſt in duobus eſſe, & in vno: & quando eſt in vno, reſpectu diuerſorum.*n.18. *Vbi exemplis illuſtratur.*

*Ius ad rem non tribuit actionem in rem, ſed in perſonam, in Scortia ſententia.*n.19.

*Ius in re eſt tam reſpectu rerum corporalium, quàm incorporalium.*n 6.

*Ius in re ſpiritualium rerum, ſine vlla acquiritur traditione.*n.7.

*Ius in re, eſt tam proprietatis, quàm poſſeſſionis.*n.13.

*Habenti Ius in re, datur actio, tam negatoria, quàm confeſſoria.*n.14.

Qui Ius habet in re, non ſemper habet rei dominium. n.15.

*Ius in re, aliud directum, quod eſt facultas, qua quis plenè in ſuum commodum vti poteſt re corporali, vt libet, niſi Lex obſtet aut conuentio. Aliud facultatiuum, ſeu vtile, quod eſt facultas vtendi re, ſiue corporali, ſiue incorporali, ſecundùm vſus lege conceſſos.*n.17.

Ius in re, tribuit actionem realem in rem, quia rem habet obligatam. 20.

Legatum.

*Statim ac hæres hæreditatem acceptat, ſit legatarius verus legati Dominus.*n.10.

Pecta.

*Qui rem in Pectam habet, Ius habet in ea, & actio vtilis ei competit.*n.15.

*Dominus rei dicitur, ſed non proprietarius.*n.16.

*Plura de Pectæ qualitatibus, & effectibus, ſcitu dignißima traduntur.*n.11. & ſeqq.

Pignus.

Sine traditione, aut apprehenſione, ex ſola conuentione, vel legis diſpoſitione, Ius acquiritur pignoris. n.12.

*Vendi poteſt pignus, ſi debitor, illius Dominus noluerit, aut non potuerit debitum ſoluere.*n.18.

*In pignore Ius habet creditor, & ei actio vtilis datur.*n.15.18. & 20.

Poſſeſſio.

Niſi naturaliter apprehendatur, non acquiritur num.9.

Proprietas.

De ſolo directo dominio dicitur proprietas. n.16.

vendicare.

*Quilibet rem in qua habet Ius vendicare poteſt quocumque tranſeat, tanquam ſibi obſtrictam.*n.20.

Venditio.

Si res vendatur vni, & antequam emptori tradatur, alteri de nouo vendatur, & tradatur, primus emptor Ius ad rem venditam non habet, ſed ad venditorem: res enim per traditionem ſecundi emptoris fit, cum ipſa non fuerit obligata, Sed venditor. num.19.

Vſufructuarius.

*Ius habet in fundo vſufructuarius: & actio vtilis ei competit.*n.15.

DILVCIDATO in Tractatu præcedenti Sepulchrorum, & Sepulturatum loco, libuit in præſenti diſquirere ea, quæ ad Ius ſpectant Sepulturarum. Vbi Iuris appellatione intelligo, liberam facultatem, qua quis ſuo nomine, & authoritate, de re ſua, quidquid voluerit ipſe ſtatuere poteſt, ſiue in vita, ſiue in morte. Quæ quidem facultas verum Dominium eſt, cum Dominium, vti colligit Azorius, *Inſtitution. Moralium part.3.lib.1.cap.*10. *quæſt.*1. ex Bartolo, *in l.Si quis vi, §.Differentia, ff.de acquirenda poſſeſſione*, ſit Ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi lex obſiſtat, vel conuentio prohibeat. Vel vti Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.1. lib.3.quæſt.2.cap.1.num.*1. eſt Ius ſuper rem ad omnem eius vſum, ſublatis impedimentis. Aut tandem, vti vult Leonardus Leſſius, *de Iuſtitia, & Iure, lib. 2. cap.3. dubit.1 num.4.* Eſt Ius gubernandi, vel diſponendi de re aliqua tanquam ſua. Vel vti ipſemet Doctor, *dubit.2. num.7.* Dominium eſt Ius in re extendens ſe ad omnem eius vſum, ſeu diſpoſitionem, niſi Lege prohibeatur. Quæ tamen vltima 1

diffinitio,

diffinitio, ſolum dominio conuenit perfecto. Quod vt melius explicetur, & quæ in præſenti Tractatu agenda ſunt, exactè dilucidentur, operæ pretium duxi, aliqua, ſcitu neceſſaria, ſupponere.

2 *Primò* ſuppono cum Azorio, & Leſſio, *locis proximè allegatis*, duplex dari rerum dominium. Directum ſcilicet, & vtile. Directum dominium ſecundum ſe conſideratum, eſt ſine fructu rei, cum ſola rei proprietate; cum ſpe tamen conſolidationis. Ideò dixi: *ſecundùm ſe conſideratum*: quia aliquando, & ſæpe ſæpius vtrumque eſt in Domino rei conſolidatum dominium; dominium autem vtile eſt cum vſufructu rei. Exemplum directi dominij, à dominio vtili ſeparati, in Domino Pectæ ſit; vtilis verò, in eius Vaſallo, vulgò *Pechero*, illi tributum, Hiſpanè, Paſſeratio *verbo Tributum* teſte, *la Pecha* perſoluente. Sit etiam exemplum dominij directi, in emphyteuſis Domino, qui canonem percipit annualem, propter fundum ab eo in emphyteuſim conceſſum; vtilis verò in emphyteuta, qui canonem perſoluit huiuſmodi. Vtriuſque autem dominij conſolidati exemplum ſit in eo, qui propriam habet vineam, illamque propriis excolit expenſis, ac eius percipit fructus, & in proprios vſus conuertit. Quod vtique dominium, perfectum dominium dicitur: dominia verò tam vſusfructus, quàm proprietatis non conſolidata, impecta dominia dicuntur, & ſunt. Leſſius *dicta dubit. 1. n. 4.*

3 Quod Ius vtile, dominium dicendum ſit, communis docet Doctorum ſententia: & probat Ioann. Azorius, *vbi ſuprà, quæſt. 2. verſic Dubitabit, ex L. Quis vſumfructum, ff. Si vſusfructus petatur.* Vbi Iulianus dicit, vſumfructum dominium eſſe. Et *ex L. Semper, §. In hoc interdicto, ff. Quod vi, aut clam.* Vbi Vlpianus ait, eſſe dominium ſeruitutum, & vſusfructus, *ex L. ſemper, ff. de Iure dotum.* Vbi Triphonius dicit, penes maritum eſſe dominium fundi dotalis, cum revera non ſit penes eum, niſi Ius vtile; penes vxorem verò, Ius directum, & proprietatis: ac *ex L. Poſſeſſores, Cod. de Fundis Patrimonialibus, lib. 61.* Vbi Theodoſius appellat fundorum Dominos, eos, qui patrimoniales Principis fundos, & emphyteoticarios poſſident, cum tamen veri Domini quoad directum non ſint emphyteutæ, vt modò dixi, ſed qui rem ſuam in emphytèuſim dant. *L. 1. & L. Cum indubitanter, Cod. de Iure Emphyteutico. & L. 1. ff. Si ager Vectigalis.*

4 *Secundò* ſuppono, quaſi dominium, multipliciter apud Iuriſconſultos ſumi. Aliquando enim, quaſi dominium dicitur, Ius rei incorporalis, veluti ſeruitutum, actionum, & vſusfructus, poſſeſſionis, & obligationis. Aliquandò verò dicitur quaſi dominium habere ille, qui bona fide, & ignorans iuſta ex cauſa, aliquam rem ab eo accepit, qui non erat rei ipſius Dominus. *Inſtituta de Rerum diuiſione, §. Si quis à non Domino.* Aliquando denique, is quaſi dominium habere dicitur, qui vtile tantum rei dominium poſſidet. De quibus quaſi dominij diuiſionibus, Azorius videatur *loco ſæpè reddito, quæſt. 3.*

5 *Tertiò* ſuppono, quod licet diffiniatur dominium, per hoc, quod ſit ius; non tamen dominium, & Ius idem ſunt in veriori ſententia, quam ſequitur Azorius *in præcitato cap. 10. quæſt. 5.* ſed latius patet Ius. Quia vir in vxorem Ius habet, & pater in filium; neuter tamen habet dominium. Eandem ſequitur Leonardus Leſſius ſententiam, *dubitat. 2. n. 7.*

6 *Quartò* ſuppono, diſcrimina aliqua reperiri inter dominium, & Ius in re. *Primum* eſt, quod ius in re, eſt rerum corporalium, & etiam incorporalium: vt ſeruitutum, actionum, obligationum, & vſusfructus. V. gr. Ius eligendi, Ius nominandi, inſtituendi, & præſentandi ad Beneficium. Dominium autem propriè, & ſtrictè, eſt rerum corporalium tantum. *L. Rectè dicimus, ff. de Verborum ſignificatione.* Hoc aſſerit diſcrimen Azorius, *quæſt. 6.* Sed illud negat Leſſius, *num. 8.* ibi enim ita fatur. Tamen hæc differentia paſſim non ſeruatur, neque à vulgo, neque à Theologis, neque à Iuriſperitis, dicimur enim paſſim Domini redituum, & ſimilium iurium. Vndè quotidiè emuntur chirographa: & actiones perſonales, ac ſeruitutes.

Secundum diſcrimen eſt, quod Ius in re rerum 7
ſpiritualium, ſine vlla acquiritur traditione. Exempli gratia, ſtatim ac Superior legitimus alicui Beneficium confert, & iſte acceptationis præſtat conſen-„
ſum, Ius acquirit in ſibi collato Beneficio. Patet *ex* „
cap. Si tibi, el 17. de Præbendis, lib. 6. vbi ſic decernitur. Si tibi abſenti, per tuum Epiſcopum conferatur beneficium, licet per collationem huiuſmodi, donec eam ratam habueris Ius in ipſo beneficio, vt tuum dici valeat non acquiras, &c. & docent Ferdinand. Caſtrus Palaus, *parte 7. tract. 31. diſputat. vnica, punct. 8. num. 4.* Amicus, *in Curſu Theologico, tom. 5. diſputat. 13. num. 20.* & ante illos, Azorius, *parte 3. lib. 1. cap. 10. quæſt. 6.* & Leſſius, *lib. 2. de Inſtitia, & Iure, cap. 3. dubitat. 3. n. 16.* Dominium verò, ſine traditione non acquiritur. *L. Traditionibus, Cod. de Pactis. L. Nunquam nuda, ff. de Acquirendo rerum dominio.* Quod tamen intellige, de traditione vera, vel ficta, & ipſo Iure approbata *de rerum diuiſione, §. Theſauros. §. Per traditionem, §. Vendita, §. Interdum, & §. Item ſi quis.*

Excipiunt tamen Palaus, cum Couarruuia, 2. 8
Variarum reſolutionum, cap. 19. num. 3. Molina, *de Iuſtitia, tract. 2. diſputat. 3. poſt medium, verſic. Quia verò*, & cum Rebellio, *de obligation. Iuſtitiæ, lib. 1. quæſt. 8. ſect. 4. num. 19.* Leſſius, & Amicus, caſum donationis, aut priuilegij Principis. Quia ſi de illius voluntate aliud non conſtat, credendum eſt transferre dominium rei donatæ, abſque vlla traditione. Et Amicus refutat dicentes idem eſſe de his, quæ Princeps permutatiuè donat, ſed id tantum (addit) verum eſt de Donationibus, & priuilegiis, non de permutationibus, quas niſi certò conſtet, ſemper præſumitur Princeps celebrare iuxta legem, qua obligatur quoad vim directiuam.

Alios excipit caſus Leonardus Leſſius, *dicto n.* 9
16. Primus eſt, in Beneficiis. In his enim requiritur Ius in re, & quaſi dominium, per collationem, & acceptationem, vt patet *ex capite Si tibi abſenti*, modò recenſito. *Secundus* eſt, in hæreditate. Quia ad hoc vt quis fiat hæreditatis Dominus, ſiue per teſtamentum, ſiue ab inteſtato, non aliud requiritur, quàm vt hæreditas adeatur. Conſtat *ex L. cum hæredes, la 23. ff. de acquirenda, vel amittenda poſſeſſione.* Vbi ita habetur. Cum hæredes inſtituti ſumus, adita hæreditate, omnia quidem Iura ad nos „
tranſeunt; poſſeſſio autem niſi naturaliter appre- „
henſa ſit, ad nos non pertinet. Hæreditas autem „
aditur, quando verbo, vel facto acceptatur, vti patet *Inſtituta, de hæredum qualitate, §. vltimo.* Amicus, *vbi proximè, num. 20.*

Tertius caſus eſt in legato. Quia ſi res certa le- 10
gata ſit, ſtatim ac hæres acceptat hæreditatem, efficitur legatarius Dominus rei legatæ. Colligitur *ex* „
L. A Titio, la 64. ff. de Furtis, ibi: Quod res le- „
gata recta via ab eo, qui legauit, ad eum cui legata „
eſt, tranſeat.

Quartus caſus eſt, quando aliquid donatur, ven-
ditur

ditur; aut relinquitur ciuitatibus, Eccleſiis, aut piis aliis locis, aut in captiuorum redemptionem, colligitur, *ex l. Vt inter Ius Diuinum, la 22. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.*

Quintus caſus eſt, in contractu Societatis omnium bonorum, per matrimonium. Couarruuias, *Variarum reſolutionum, cap. 19. n. 1. & 2.*

11 *Sextus* eſt, quando quis alteri donat, & tradit domum, fundum, aut quid aliud ſimile, ſub ea conditione, vt donatori alimenta donatarius præbeat; illa iſto non præbente, vt debet, ſtatim recipit dominium, & poſſeſſionem rei donatæ, abſque vlla traditione, donatur. *L. 1. Cod. de Donationibus, quæ ſub modo conficiuntur.*

Septimus eſt, ſi Princeps contrahat cum aliquo, vel donet. Qui idem eſt cum eo, de quo *ſuprà n. 8.* quem benè probat Leſſius ratione iſta Quia ſicut ex voluntate Principis eſt, quod requiratur traditio ad acquiſitionem dominij, ita etiam ex eiuſdem voluntate poteſt acquiri dominium ſine traditione.

12 Iſti, & non alij ſunt de Iure Cæſareo caſus, in quibus dominium ſine traditione rei acquiratur iuxta Leonardi Legij ſententiam: qui tamen aduertit, quod ad Ius Hypothecæ, vel Pignoris acquirendum, non eſt neceſſaria traditio aut apprehenſio, ſed nuda conuentio ſufficit, vel Legis diſpoſitio, ex *l. 1. ff. de Pignoribus.*

13 *Tertium* diſcrimen inter dominium, & Ius in re repertum, eſt, quod Ius in re, eſt tum proprietatis, tum poſſeſſionis. Gloſſa, *in cap. Cum Eccleſia, verbo Quidquid Iuris, el 3. de Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, ibi: ſecundum quod iſti Clerici faciebant, qui dicebant ſe habere Ius in electione, & hoc deduxerunt in iudicium loco proprietatis, & poſſeſſionis. Dominium autem ſolùm eſt proprietatis, non poſſeſſionis.

14 *Quartum* diſcrimen eſt, quod habenti Ius in re, datur actio confeſſoria, & negatoria, ſed habenti dominium datur actio confeſſoria, non verò negatoria. Ita Gloſſa *proximè citata, verbo Quicquid Iuris. Inſtituta de Actionibus*, §. *Æquæ ſi agat.* Actio confeſſoria datur ei, qui ſibi deberi ſeruitutem contendit: ſecundum quod, Clerici *in dicto cap. Cum Eccleſia*, faciebant, qui dicebant ſe habere Ius in electione: & hoc deduxerunt in iudicium loco proprietatis, & poſſeſſorij. Actio verò negatoria, competit poſſeſſori pro tuendo Iure ſuo, qui negat alium ſeruitutem in re ſua habere. Quod in caſu dicti capitis faciebant Canonici, dum in iudicium deduxerunt negatoriam: negabant enim Clericos Ius habere in electione. De quibus Gloſſa reddita.

15 *Quintum* tandem diſcrimen eſt, quod Ius in re, latius patet, quàm dominium. Quia qui habet dominium in re, habet quoque Ius in re, non tamen è conuerſo, qui habet Ius in re, habet dominium. Vnde eſt Ius eligendi, Ius præſentandi, Ius poſſidendi, Ius habitandi, Ius paſcendi, Ius aquandi pecus. Creditor etiam Ius habet, in pignore, & ei actio vtilis datur. *L. Et qui, ff. de Seruitutibus.* Vſufructuarius ſimiliter habet Ius in fundo, & datur ei actio vtilis. *L. 1. ff. Si vſusfructus petatur.* Datur denique actio vtilis ei, qui in emphyteuſim, in feudum, aut pectam, rem aliquam accepit, ac habet. Pro hoc, & præcedentibus diſcriminibus, videatur P. Ioan. Azorius, *part. 3. lib. 1. cap. 10. q. 6.*

16 *Quartò* ſuppono, differre dominium à proprietate, in hoc, quod dominium latius patet, quàm proprietas. Comprehendit enim dominium, directum, & vtile: fructuarius enim dominium habet fructuum. *l. 3. ff. Si vſusfructus petatur.* Et is, cui data eſt res in emphyteuſim, aut feudum (& idem eſt, ſi in tributum vulgo *en pecha* fuerit data) dominium habere dicitur: proprietas autem, de ſolo directo dominio dicitur, & de vero, & proprio. *L. fin. ff. de Superficiebus*, & nunquam de dominio vtili dicitur: Ita præfatus Azorius, *loco proximè allegato, quæſt. 7.* cum Baldo, *in l. Cum res, Cod. de Probationibus.* Quibus conſonat Leonardus Leſſius, *de Iure, & iuſtitia, lib. 2. cap. 3. dubitat. 2. n. 8.* ibi. Proprium eſt perfecti dominij, vt poſſis re tua vti pro tuo arbitratu, eam vel tibi ſeruando, vel vendendo, vel donando, vel vaſtando. En proprietas. Et de dominio, pro vtile comprehendit, immediatè ſic Leonardus præfatus fatur. Hic excluduntur. *Primò*, omnia illa Iura, quæ etſi dicantur dominia, non ſunt tamen dominia plena: vt dominium directum, quod eſt dominium proprietatis nudæ, ſine vſufructu: & dominium vtile, quod eſt ſolius vſusfructus, vel vſus. Hactenus ille Doctor. Ex quo, & ex Azorio quidem habemus, dominium duas habere partes: proprietatem ſcilicet, & vſumfructum, vt perfectum illud ſit; imperfectum namque ſufficienter in proprietate ſaluatur, & in vſufructu ſeparato, vti contingit quando proprietas fundi, domus, aut ſimilis alterius rei, penes vnum reſidet; & penes alium, vſusfructus.

Suppono *Sextò*, Ius in re, & Ius ad rem differre 17
ſicut dominium. Aliud enim eſt Ius in re directum, & aliud Ius in re facultatiuum. Ius in re directum, eſt facultas, qua quis plenè in ſuum commodum vti poteſt re corporali, & incorporali vt libet, niſi Lex, aut conuentio obſtet. Ius autem in re facultatiuum, ſeu vtile, quod non eſt directum, eſt facultas vtendi re, ſiue corporali, ſiue incorporali ſecundùm vſus Lege conceſſos. Ius ad rem, eſt, quod ſiue corporale, ſiue incorporale debetur alicui ex contractu, vel quaſi contractu; ex delicto, vel quaſi delicto; vel ex alia cauſa, aut Iure, v. gr. Clericus à Patrono ad Beneficium præſentatus, habet Ius ad illud; ſed non habet Ius in illo.

Sicut autem dominium vnius rei poteſt eſſe, in 18
duobus Dominis ſimul, dominium ſcilicet proprietatis in vno, & dominium vſusfructus in alio, & aliquando vtrumque eſt in vno, ita & Ius ad rem poteſt ſimul eſſe in duobus, & in vno; ſed quando in vno, reſpectu diuerſorum. Exemplum primi. Petrus vendens Ioanni fundum pretio non ſoluto, nec Fide de ſoluendo habita, Ius habet in fundo Petrus; Ioannes autem Ius habet ad fundum. Exemplum ſecundi. Paulus debitor, qui pignus dedit Andreæ creditori, habet Ius in re pignorata: & directum quidem, quia niſi obſtaret conuentio, illa poſſet vti pro ſuo libito. Et habet Ius ad rem, quia illud habet ad recuperandum pignus, ſi Paulus, aut alius illud ei abſtulerit, & ad vendendum illud, ſi noluerit, aut non potuerit Paulus ei debitum ſolum. De his omnibus agit Azorius, *part. 3. lib. primo, cap. 10. quæſt. 8.*

Ioannes etiam Baptiſta Scortia, *in Selectas Sum-* 19
morum Pontificum Conſtitutiones, Theoremate 127. videndus etiam eſt, vbi Iuris nomine vtitur, pro poteſtate, & facultate legitima, quam quis habet circa rem, aut functionem aliquam, cuius violatio iniuſtitiam conſtituit. Ibi explicat Ius ad rem, dicens illud eſſe, quod non tribuit actionem in rem, ſed in perſonam tantum: vt quod tibi competit per ſtipulationem, per donationem, per emptionem, alioſque contractus ante traditionem rei. Si enim res illa alteri vendatur, & re ipſa emptori tradatur, illius fit, & illam vendicare nequit, quia res tibi non erat obligata, ſed tantùm habes actionem perſonalem

ſonalem in eum qui te illa fraudauit. Huius generis eſt Ius, quod quis habet ad acceſſionem hæreditatis antequam illam adeat, & quod ad Beneficium habet ante acceptationem, qui ad illud eſt electus, poſtulatus, vel præſentatus.

20 Ius verò in re, eſt, quod realem tribuit actionem, ſeu quod non habet obligatam. Huius generis eſt Ius, quod habetur per quemlibet contractum, rei traditione ſecuta: & quod habet Clericus in Beneficio poſt acceptationem collationis in eo factæ: quod habet hæres per teſtamentum, aut ſucceſſionem ab inteſtato, ſecuta acceptatione eius quoque hypothecæ, ac pignoris: & omne aliud Ius, quod rem aliquam ſiue corporalem, vt ſunt Domus, agri, &c. ſiue incorporalem, vt ſunt Officia, beneficia, redditus, & ſimilia, ita alicui obſtrictum tenet, vt poſſit ex ea fructus, emolumenta, ſeruitutem, vel honorem percipere, & quocumque res huiuſmodi tranſeat poſſit tanquam ſibi obſtricta vendicari.

Quibus ſuppoſitis euocationem præcipuarum difficultatum ad Sepulchrorum, ſeu Sepulturarum Ius pertinentium, ſpectantium aggrediamur.

DISQVISITIO I.

Quanam Sepulchrorum, & Sepulturarum Iura ſint?

BREVIARIVM.

Dominium.

Directum dominium, & proprietatis tunc alicuius rei datur, quando aliquis ſuo nomine, & authoritate propria, tanquam ſua vti poteſt ad omnem eius vſum, & diſpoſitionem, niſi Lex, aut conuentio in toto, aut in parte ſaltem prohibeat. num. 2.

Vtile dominium, tunc datur alicuius rei, quando aliquis, quoad vſum, ea vti poteſt tanquam ſua, & poteſt impedire, ne alius vtatur ea, quoad vſum, etiamſi ille alius ſit directus, & proprietarius illius rei dominij. n. 5.

Perfectum dominium rei datur, quoties proprietas, & vſusfructus illius, in vno reperiuntur ſubiecto. num. 7.

Emphyteuta.

Impedire benè poteſt, ne Dominus, rem emphyteuſim conceſſa, vtatur. n. 5.

Extumulare.

Prohibitum eſt ſub cenſuris, ne Fidelium oſſa extumulentur. n. 9.

Pecta.

Qui rem habet in pectam, poteſt impedire ne directus Dominus illa vtatur. n. 5.

Res Deo dicata.

Quod ſimul Deo fuit dicatum, in vſus profanos conuerti non poteſt. n. 3.

Sepultura.

Datur verum dominium directum, & proprietatis Sepulturæ. n. 1. 7.

Datur Ius Sepulturæ, quod ſit dominium illius vtile, ſeu vſusfructus illius. n. 4. 5.

Fideles habere non poſſunt dominium directum, & proprietatis Sepulturæ; ſed benè poſſunt dominium illius vtile habere. n. 4. & 5.

Inuito vſufructuario Sepulturæ, ſeu illius vſumfructum habente, non poteſt aliquis in ea inferri. n. 4.

Dominium directum, & proprietatis frequenter ſeparatum, à dominio illius vtili reperitur. n. 6.

Extincto illo, aut familia, cui fuit conceſſus vſusfructus Sepulchri, aut Sepulturæ, ſtatim ille ad Eccleſiam redit. n. 1. 7.

Extincta vſufructuaria Sepulchri, aut Sepulturæ familia, poteſt alteri illius vſus dari, in aliquorum ſententia; ſed verius credo non poſſe. n. 1. 7. 8. 9.

In Sepultura familiari, hæres extraneus etiamſi vniuerſalis hæres ſit, humari nequit. n. 8.

Vſuarius, vſufructuarius.

Qui vſum, aut vſumfructum rei alicuius habet, impedire poteſt, ne alter, etiamſi Dominus directus, & proprietarius ipſius rei ſit, illa vtatur. num. 5.

Vſuario, & vſufructuario extinctis, vſus, & vſusfructus redeunt ad eos, qui vſum conceſſerant, & vſumfructum. n. 8. 9.

CVm plura circa vnam, & eandem rem Iura eſſe queant, vti ex ſuprà, *in Præludio*, dictis fit notum, quæ in Sepulchris ſunt, ſeu in Sepulturis, & quæ ad eas pertineant, in hac Diſquiſitione enucleare duxi; quodlibet tamen eorum ſeorſim expedire; explanare decreui. Quod vt exactè, & quâ fas eſt claritate fiat, libuit diſtinctis, id exequi concluſionibus. Pro quo ſit.

CONCLVSIO I.

REſpectu Sepulchrorum, & Sepulturarum datur Ius, quod ſit verum illarum dominium directum, & proprietatis. 1

Ita tenuit Rota in Calagurritana Sepulturæ Mercurij, 17. Maij, de Anno 1606. coram R. P. D. Coccino Decano, *inter eius impreſſas, la 291. pagina mihi* 426. & Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Simonia, inquiſitione 1. n. 84.* in hæc prorumpens verba. Addo etiam (inquit) cum Sanchez, *loco citato (tomo* ſcilicet 1. *opuſculorum, lib. 2. cap. 2. dub. 14. n. 4.* quod mortuo eo, qui habebat, quoad vſum Ius in Sepulchro, & extincta eius familia, poteſt concedi vſus huius Sepulchri aliis ad beneplacitum: quia mortuo habente vſum, vſus redit ad proprietarium. Hæc Vidal.

Fundamentaliter probatur concluſio. Dominium directum verum, & quoad proprietatem alicuius rei tunc datur, quando aliquis ea vti poteſt ſuo nomine, & authoritate propria, tanquam re ſua ad omnem eius vſum, & diſpoſitionem, niſi Lex, aut conuentio id in toto, vel ſaltem in parte, prohibeat. Sed datur, qui ſuo nomine, & propria ex authoritate, tanquam re ſua vti poſſit Sepulchris, & Sepulturis ad vſum ſepelitionis, & tumulationis ſaltem. Ergo datur Ius Sepulchrorum, & Sepulturarum, quod ſit verum illorum dominium directum, & proprietatis. 2

Conſultò dixi, *ad vſum ſepelitionis ſaltem*: quia ad vſus profanos, Sepulchri Dominus, eo vti non poteſt. Lege enim prohibitum eſt, & ſtrictè quidem, ne res ſemel Deo dicata, in profanos conuertatur vſus. *Can. Ligna, el 37. can. Veſtimenta, el 41. de Conſecrat. diſt. 1. Can. Nullis liceat, el 13. 12. q. 2. Can. Quæ ſemel, el 4. 19. q. 3.* Et extra, *c. Ad hæc, el 4. de Religioſis Domibus, c. Conqueſtus, lib. de Foro competente, c. Semel, el 51. de Regul. Iuris, l. 6.* Gloſſ. in omnia allegata Iura, & ibi Aug. Barb. & Doctor. Paulus de Citadinis 3

de

de Iure patronatus, part. 3. quæſt. 3. Rochus de Curte, *eodem tract. verbo Eccleſiam, n. 3.* Ioan. Bapt. Scortia *in ſelectas Summorum Pontificium Conſtitutiones, theoremate 242. verſic. Alij, in fine.*

CONCLVSIO II.

4 DAtur reſpectu Sepulchrorum, & Sepulturarum Ius, quod ſit dominium vtile, ſeu vſusfructus illarum.

Hæc concluſio ſequitur ex ratione pro præcedente tradita. Illam tenent Abbas Panormitanus, *in cap. Abolendæ, n. 5. el 13. de Sepulturis.* Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo 51. n. 31.* communis Doctorum ſententia & Rota, *in ſuprà allegata Calagurritana,* vbi ſic *num. 1.* Lego.

Circumſcripto Iure apponendi ſtratum cum luminaribus, & oblationibus ſuper Sepulchro, & aliis: difficultas fuit reſtricta, an eſſet dandum mandatum de manutenendo Ioanni Lopez, quoad Ius ſepeliendi in loco vbi Maiores ſui fuerant tumulati. Circa quem articulum Doctores, *in cap. Abolendæ, de Sepulturis*, Hoſtienſis, *num. 18. in fine.* Butrius, *n. 3.* Abbas, *n. 5.* & latè Petrus de Vbaldis, *in tract. de Canonica Parochiali, cap. 10. n. 4. & 5.* dicunt, quòd Chriſti Fideles non poſſunt habere Sepulchrum in Eccleſia, vel Cœmeterio propriè, ſed ad quoad vſum tantùm, ita quòd inuito tali vſuario, alius nõ poteſt inferri in illo loco. Hactenùs S. Rota in dicta Deciſione. Ex qua etiam in alia etiam Calagurritana de Amurrio coram Gregorio XV. de qua *ſuprà tract. 3. Diſquiſitio. 3. n. 9. & 11.* & in ſententia diffinitiua in eadem cauſa lata ad fauorem Lupi de Murga, Domini Domus, & Palatij de Murga, *n. 10. eiuſdem diſquiſitionis* recenſita.

5 Et probatur ratione concluſio, & certè fundamentali. Ius, & dominium vtile alicuius rei, & vſusfructus eius tunc datur, quando aliquis quoad vſum, aut vſumfructũ, eâ vti poteſt tanquam ſuâ, & poteſt impedire ne alius eâ vtatur, quoad eundem vſum, aut vſumfructum, etiamſi ille alius ſit Dominus directus, & proprietarius eiuſdem rei, vt videre eſt in eo qui fundum in emphyteuſim, aut in tributum vulgò *a Pecha* accepit. Sed quàm plures ſunt, qui tanquam ſuo, vti poſſunt Sepulchro, immittendo ſcilicet, quem voluerint, & impediendo, ne alius, quamuis Dominus directus, & proprietarius ſit Sepulchri, eo, quoad eundem vſumfructum, ſeu cadaueris immiſſionem vtatur, vti Sacra Rota *vbi proximè*, & alibi ſæpè declarauit. Ergo datur reſpectu Sepulchrorum, ſeu Sepulturarum Ius, quod ſit dominium vtile, ſeu vſusfructus illarum.

6 Ex quibus benè fit, dari poſſe Iura, & dominia Sepulturarum quoad directum, & proprietatem ſeparata à dominiis, quoad vſum, & vſumfructum: & de facto ſeparata reperiri. In quo certè ſeparationis caſu, neque dominium vſusfructus, neque dominium directum, & proprietatis perfectum eſt, ſed vtrumque imperfectum dici poteſt, & verè eſt. Quia illud ſolùm perfectum dominium eſt, quod ſimul directum, & vſum implicat, inuoluit, continet.

CONCLVSIO III.

7 DAtur Ius in re, quod ſit perfectum Sepulturarum dominium.

Hanc probo. Ius in re, & perfectum alicuius rei dominium datur quoties vſusfructus, & proprietas eius in vno conſolidantur Domino. Sed vſusfructus, & proprietas Sepulturarum ſæpè in vno conſolidantur Domino. Ergo tunc datur Ius in re, quod ſit perfectum illarum dominium. Maior cum conſequentia patet. Minorem, præterquam quod nota ipſa eſt, probo ex Marco Vidal. *tit. de Simonia, inquiſit. 1. num. 1.* ibi. Quia mortuo habente vſum, vſus redit ad proprietarium. Franciſco Maria Samuellio, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuer. 4. concluſ. 4. pag. 30. num. 5.* dicente. Ius Sepulturæ acquiſitum cenſetur, per cadauerum Maiorum illationem cum inſignibus familiæ: & quando illorum deficit progenies, quibus tale Ius competit, & extinguitur, mox liberè ad Eccleſiam redit, quæ liberè eundem locum aliis vendere queit, ſicut de vſufructu, illo extincto, cui facta eſt conceſſio, *L. penult. Cod. de vſufructu.* Idem docet *controuerſ. 5. concluſ. 13. num. 17. pag. 35.* Probo denique minorum ex Sacra Rota, *in dicta Calagurritana Sepulturæ, de Anno 1606.* coram Coccino, in ſequentia *num. 3.* prorumpente. Hinc Petrus de Vbaldis, *loco prædicto, numer 6.* dixit, quòd ſi progenies illorum, quibus facta fuit conceſſio ſit extincta, extinguitur quoque vſus, & redit ad Eccleſiam liberè, ſicuti dicitur de vſu, & vſufructu, extincto illo cui fuit facta conceſſio, vt *in l. penult. Cod. de vſufructu.*

Præfata tamen Samuellij doctrina, quòd ex- 8
tincta familia; poſſit aliis Sepulchrum ad beneplacitum concedi, improbatur à Cæſare Lambertino, Inſulano Epiſcopo, *de Iure patronatus, articul. 4. quæſtionis quintæ principalis, numer. 18. & 19.* vbi ita contra Angelum Theologum, *in Summa verbo Sepultura, numer. 41. §. Allegando Petr. de Anchar. fatur.* Et ſubdit dicta Summa, quòd ſi eſſent extincti Dominus, & omnes deſcendentes per mortem, benè poſſet aliis concedi: quia mortuo vſurario, ille vſus redit ad proprietarium liberè. *Cod. de Vſufructu.* Quod vltimum ego non teneo, quia eſt contra 4. *Concluſionem præcedentem*, in qua dixi, in Sepulchro vnius, non eſſe ſepeliendos, niſi hæredes ſanguinis, & nullo modo extranei, quamuis eſſent hæredes vniuerſales.

Et mala eſt ratio Fratris Angeli, & eius ſimile: 9
nam mortuo vſurario ceſſat vſus rei, vt ille dixit; ſed mortuo fundatore Sepulchri, & omnibus de eius familia, tantò magis frequentatur vſus illius Sepulchri: quia illud eſt eorum hoſpitium, *dicto cap. Ebron. 13. quæſt. 2.* Sed Frater Angelus ſic dixit: quia ita faciunt Fratres, & malè: nam mortuis omnibus de vna familia, concedunt Capellam, ſeu Sepulchrum alteri familiæ: & quod peius eſt, iſti de familia noua, euacuant Sepulchra: & proiiciunt oſſa cadauerum primorum fundatorum, in aliquibus locis ſine aliqua religione: quod ego ſæpius vidi, & turbatus fui. Quibus antidotum dabitur, quia & eorum cadauera ita proiicientur finita eorum familia. Et dixi eos incurrere cenſuras, quas incurrunt extumulantes, oſſa Fidelium ab eorum Sepulchris.

Hucuſque Lambertinus præfatus, cuius ſententia plauſibilior mihi eſt, ob principium intrinſecum, ab eo adductum Quamuis contraria ſatis probabilis videatur, authoritate Doctorum illam ſequentium, extrinſecè fundante eorundem placitum.

Circa id, quod addit Pater Samuellius, ibi: quæ 10
liberè eundem locum aliis vendere queit: libuit accuratè eius diſcutere propoſitionem, inquirendo, An poſſit licitè, & ſine ſimoniæ labe Sepulchrum, ſeu Sepultura vendi? Eademque Diſquiſitio, de venditione procedit Capellæ: quæ grauis

quidem eſt, & frequenti, ac quotidianæ praxi pervtilis, neceſſaria. Pro cuius dilucidatione, operæ pretium duxi, eam *in ſpeciali Diſquiſitione* pertractare, ad quam, pro ſana Samuellis intelligentia, me, & lectorem remitto.

11 Pro *præſentis* autem *Diſquiſitionis* coronide, & pro illuſtranda propoſitione, à me non ſemel prolata, maximè *in Præludio huius Tractatus, num.16. & hîc, num.5.* Videlicet, illos, qui tributum, quod Hiſpanè *Pecha* communiter appellatur, percipiunt, directum, & proprietatis dominium habere bonorum, pro quibus eis tributum illud perſoluitur; perſoluentes autem illud, ſolùm habere vſumfructum eorumdem bonorum: & quod illis extinctis, dominium vſusfructus redeat ad directum Dominum, in quo vtique illud conſolidabitur cum directo, & proprietatis dominio, operæ pretium duxi, recenſere ad amuſſim aliqua, ex pluribus, quæ pro illa ſatis eruditè, & perdoctè ſcripſit, vt ſemper ſolet, Illuſtris Iuris peritus D. D. Ioannes Montero de Eſpinoſa, *in allegatione Iuris*, pro Regio Cœnobio S. Mariæ Oliuenſis, Ciſtercienſis Congregationis, contra Villam Carcaſtellum dictam; in cauſa quæ verſa fuit ſuper dominio directo, dictæ Villæ, Vaſallagio, & aliis, primo, & in prima inſtantia, in Curia Maiori, & Regia Regni Nauarræ; & Secundò, in Supremo Senatu Regio eiuſdem Regni, & in vtroque Tribunali, pro præfato obtinuit Cœnobio ſententias diffinitiuas, *Anno* 1664. in Officio Philippi de Errazo Secretarij.

12 Sic igitur, *in allegatione præfata*, quam mihi, pro ſua, erga me beneuolentia, dignatus eſt illius Author concedere, *concluſione* 1. *à numer.*28. fatur. *Y lo que mas es por eficaciſſimo argumento del dominio, no ſolo reſpecto de la Iuriſdicion, y proteccion,* ſino tambien del territorio, y de las heredades que poſeen los particulares, *vezinas de Carcaſtillo, ſe pondera* la Pecha, *que pagauan de pan metadenco a los Señores Reyes de Nauarra, y la pagan al Monaſterio, aunque reduzida, y moderada, como ſe dixo. Porque el dar parte de frutos de algun termino, y heredades, es reconocimiento de dominio, y quien los lleua, ſolo por percibirlos, ſin otra coſa ninguna, ſe preſume* Señor del. *l. Si vrbana prædia, ff. de Conditione indebiti. l. Colonus, ff. de vi, & vi armata.* Bald. *conſil.*130. *num.*1. *lib.*3. Speculator, *de Emphyteut.* §. *Nunc aliqua, num,*118. Auendaño, *de Exequendis mandatis*, 1. *part. cap.*5. *num.*8. *verſ. Item deducitur*, vbi ait, quod ſi aliquis poſſidet terram particularem, intra territorium, & terminos alicuius Ciuitatis, aut Villæ, & ob eam poſſeſſionem ſoluit tributum, ſiquidem ſoluit Regi, præſumitur eam antiquitùs à Rege habuiſſe. *Y luego añade eſtas palabras.* Et qui reſpondit *alicui de fructibus terræ, videtur terram habere ab eo pro quo reſpondit*: vt probat eleganter Baldus, *in* 3. *volumine, conſil.* 130. Velazquez de Auendano, *de Cenſ. cap.*12. *num.*9. & 10. donde con los textos, que refiere prueua, *que la preſtaçion de los frutos preſupone dominio, y propriedad de las tierras*, & ſequitur Maſcardus, *de Probationibus, concl.* 549. *num.*8. Solorzano expreſsè, *in Polit. Indiarum, lib.*2. *cap.* 21. *verſic.* Y aſſi los vemos. *Donde dize, que los Vaſallos de Eſpaña pagan oy a ſus Señores en eſpecie las miſmas fanegas de trigo, o çenada, en que fueron encabeſados de tiempo antiguo.*

Perceptio annua partis fructuum alicuius hæreditatis vel termini, arguit dominium proprietatis iſtius in percipiente.

Qui partem, hanc fructuũ alteri præſtat, videtur terram ab eo accepiſſe.

Huiuſmodi præſtatio, ſupponit, in percipiente proprietatis dominium.

13 *A que ſe añade, la Pecha, que pagauan al Rey de las quinze libras de la Cena, que es denotante, y evidente ſeñal del Vaſallage, como ſe puede ver en el Fuero* (Regni ſcilicet Nauarræ) tit.4. lib.3. de las Cenas de Pechas, e de los Solariegos, & tradunt Belluga, *Speculo Principum, rubrica* 46. *cap.*2. *n.*6. *& ſequent.* Seſſe, *de Inhibit. in cap.*4. § 7. *num* 5. Capiblanco, *de Varonibus, in Pragmat.* 1. *n.*334. Nouario, *de Grauaminibus Vaſſallorum, tom.*1. *Grauam.*146. Calixto Ramirez, *de Lege Regia*, §.27. num.5. *Donde dize, que todos los que habitan en el Reyno, ſon Vaſallos del Rey mediatos, o immediatos*; ſed quidam ſimplices ratione protectionis, & iuriſdictionis, nulla aſtricti ſeruitute. *Y luego dize*, Alij verò ſunt Vaſſalli qualificati, quia conditione ſeruitutis legati, quibuſdam oneribus cæteriſque tributis, & *peitis* ſunt obnoxij, qui demptis his oneribus realibus, & perſonalibus ad quæ tenentur, plena in cæteris omnibus, & integra libertate fruentur, &c. Seſſe, tom.4. deciſ.402. *donde habla tambien de Pechas, que ſe pagan por los hombres de eſta condicion, a los Señores de los lugares. Y de eſta condicion de gente ſujeta a ſeruicios, y tributos, que pagan perſonales a los Señores, como ſus Vaſſallos, habla Solorzano*, de Iure Indiarum, lib.1. c.23. n.47. & 48. *Y expreſſamente a nueſtro intento, Don Geronimo Altamirano*, in tit. Codicis, de Filiis Officialium, in rubrica, cap.3. n.46. *dize eſtas palabras.* Indidem hominum conditionis appellatio in Vaſallos emauauit, oneribus realibus, perſonalibúſque obnoxios, quia ſeruitutis conditione obſtricti ſunt, & tributa capitis pendere, & ſeruitia Regi præſtare. *Y cita a Calixto Ramirez, Seſſe, y Solorzano*, vbi proximè.

Cena præſtatio, ſignum eſt euidens Vaſſallagij.

Vaſſallij, alij ſimplices: alij qualificati.

Simplices Regis, omnes, qui in Regno habitant, Vaſſalli ſunt, ratione protectionis: qualificati, qui Regi aut alteri ſeruitium aut tributum præſtant. Et iſti ſunt percipientis Vaſſalli qualificati.

14 *Y ſe confirma mas, conſiderandoſe, que las Pechas en eſte Reyno ſon perſonales, como ſe prueba* por el cap.4 lib.3 tit.4. del Fuero general, ibi. *Dos mullieres, que no ſean caſadas, peyten como vn varon. Todo home que contreyto es, en toda fazienda paſſe a razon de vna muger. Otroſi paſſe el mozo a razon de mullier, haſta que ſea velloſo en ſu, &c. Y parece concordante de derecho comun la ley* Cum antea, *Cod. de Agricolis, & cenſitis, lib.*11. ibi: Cum anteà per ſingulis viros, per binas verò mulieres capitis norma ſit cenſa, nunc binis, ac ternis viris: mulieribus autem quaternis, vnius pendendi capitis attributum eſt. *Y la ley Ætatem*, ff. de Cenſibus, *donde ſe ponen exemplos de tributos perſonales. Lo miſmo ſe colige a la letra del miſmo fuero* (ſcilicet Regni Nauarræ) en el cap.1. del miſmo titulo, vt lib.2. ibi: *Dos mulieres non caſadas tanto peyten, como vn ayeſſadero (in aliis azadero) dos ayeſſadores, tanto peyten, como vn peytero, que tiene vn yugo de bueyes.* Y en el cap.2. del miſmo tit. ibi: *Partan la carne de diez caſadas peyteras, en juſto quantas caſas fueren.* Et ibi: *Conſendos robos de auena, e conſendos panes, que ſean feytos conſendos quartales de farina.* Y el cap.3. ibi: *En eſta Cena peyten dos mullieres non caſadas, tanto como vn hombre peytero. Y los miſmos Fueros eſtan en el reducido*, lib.1. tit.11. cap.1.2.3. & 4. Y en el miſmo lib.3. tit.8. en el cap.3. *ay de eſto Fuero expreſſo*, ibi: *Pero ſi moran las criaturas en las vezindades de aquel Señor, deben peytar, e ſer collazos del. Y eſtos, como ſe ve del Fuero, no tenian bienes algunos, porque vinian los padres?, y por la habitacion ſola, ſe les obliga a pagar la Pecha.* Y en el cap.4. ibi: *Si a eſta mullier digere el Señor, dame peyta, que filla eres de mi Villano. Donde por razon de la obligacion de la Pecha, ſe pone el ſer hija de ſu Villano.*

Las pechas en Nauarra ſon perſonales.

Filij Villanorũ degentes in locis Domini parentum ſuorum, ei debent pectam ſoluere, etiamſi ipſi bona non habeant vlla.

15 *Otros muchos Fueros ay, que diſponen, que dos peynes de azada, paguen tanto como vn pechero, que tiene*

tiene vn yugo de bueyes. Y se prueba mas este intento, por la ley del año 1531. *que es* la peticion 110. de las Ordenanzas antiguas, y la ley 1. tit. 5. lib. de la Recopilacion de los Syndicos, ibi: *Porque los labradores ningunas tierras, ni heredades pueden tener francas, y libres, sin pagar por ellas pecha, segun Fuero, y Ordenanza de este Reyno, &c. Segun esto, la tierra, que era libre, viene a ser pechera, por la persona del pechero.* Et paulò inferius, en la misma ley: *que quales quiera heredades de hijosdalgo, por qualquiera titulo, y manera, que vengan en Labradores, y pecheros, que mientras las tuuieren, y las tengan, ayan de pagar, y paguen por las tales heredades, pecha. Luego de la persona reciue la calidad de pechero la hazienda, y assi no es Real*, textus in dicta Lege *Ætatem, ff. de Censibus, & L. Cum antea, Cod. de Agricolis, & Censitis, lib.* 11.

Villani *nullas terras habere possunt, de quibus* pectam *non persoluant Domino suo.*

16 *Este mismo intento fauorece el Fuero* en el cap. 12. lib. 3. tit. 5. *por estas palabras. Nuil Villano, que aya padre, o madre pecheros, porque heredad pechera comprare, despues que el padre, e la madre fueren muertos, non peyte dos peytas, que assi manda el Fuero. Luego no se atiende a las heredades en quanto a la pecha, sino a las personas, pues de dos pechas, muertos los padres, se extingue la vna,* y el cap. 13. *la haze mas claramente personal, pues dize, que a los hijos, que no pagaren pecha de reconocimiento, muertos los padres, puede prender el Señor quando va al entierro.* Y en el cap. 14. ibi: *Deben dar al Señor de la pecha, los Varones pecha entegra, e las mugeres, que no han maridos, la mitad de la pecha. Y lo mismo se colige de casi todos los titulos 6.* y 7. del mismo libro, *donde claramente se prueba, que las pechas antes del año 1531. eran personales*, argumento eorum, quæ de onere posito per fumantes tradit Bartulus, *in L. Diximus, §. Si pater*, & ibi Glossa, *de Excusationibus tutorum, & in L. 4. §. Actor, num. 3. ff. de Re iudicata.* Platea, *in L. His, qui, Cod. de Filiisfamilias, & quemadmodum, &c.*

17 *Y aunque las consideremos, que son Reales, tambien en esta intelligencia se prueba el dominio, que tuuieron los Reyes en las tierras de Carcastillo, pues se dira, que pagauan las pechas por ellas, y que son Reales*, segun la ley 1. tit. 5. lib 3. de la Recopilacion de los Syndicos. *Laqual fue interpretacion de lo que passò anteriormente. Pero lo cierto es, que las pechas son mixtas, y que estan cargadas sobre las personas, y los bienes, y que antiguamente la pagauan los Labradores de todo genero de bienes, como se prueba de vna Ordenança del Rey Don Ioan, del año 1463. que està* en el libro 2. tit. 8. de las Ordenanças Reales del Consejo y es la Ordenança 14. §. 1. ibi: *Con deliberacion, proueyendo a todo lo sobredicho, ordenamos, declaramos, y mandamos, que como sea por Fuero, e por derecho, vso, estilo, e practica del Reyno, que en lo de las pechas, no solamente aquella sea fundada en las cosas, mas en la condicion de las personas, casas, bienes, muebles, e heredamiento, que siruen, e sirvieren en cada año en la possessionen cada año continuado pagar la dicha pecha, que non obstante la dicha cautela, e malicia nueuamente tomada por los dichos Labradores, que cada vno de los dichos tales pecheros aya de pagar, lo que ha vsado de pagar por las casas, y heredades, y gozos de los terminos, y montes que goza, y ha gozado, e tanto, quanto, e aqueyllo que ha vsado pagar, e a otra parte por las casas, que de nueuo han edificado, &c.*

Pecta *regale tributum est, soluitur enim pro terris.*

Pecta *est mixtum tributum, personale scilicet, & regale. Quia pro personis soluitur, & rebus.*

18 *Conque se vè, que en esta parte, no ay differencia de lo que passaua antes del año 1531. en Nauarra, a lo que passaua en Castilla. Otalora*, de Nobilitate, 3. part. cap. 9. num. 9. y en la 2. parte, cap. 1. num. 2. *De todo loqual resulta, que pues las pechas en este Reyno, comprehenden a las personas, y a los bienes, y las pagan los de Carcastillo concegil, y singularmente, por entrambos lados, se ha de reconocer este Dominio, y Vassallage, y no es improprio llamar al que debe, y paga pecha*, Vassallo, *que assi le llama, y tiene por tal el Fuero*, en el lib. 3. tit. 5. de los Villanos del Rey, e de los Monasterios, cap. 5.

Pecta *afficit in Nauarra, personas, & bona.*

Qui pectam *soluit, Vasallus eius est, cui illa soluitur.*

19 *Y no es estraño en los Reyes, hauer tenido en los principios de los Pueblos propriedad, y dominio en las heredades, y tierras particulares. Porque en la antiguedad, hallamos vestigios euidentes deste dominio, y se llamauan fundos patrimoniales, porque eran del Patrimonio del Principe, que estauan destinados para sus vsos especialmente*, vel ad supportanda onera Reipublicæ, *como lo diffine Lucas de Peña*, in L. Quicumque, 7. num. 2. Cod. de omni agro deserto, lib. 11. *Y estos, no eran enagenables*, nisi iussu Principis, *iuxta textum in Lege Iulianum*, §. 1. *ff. de Legatis* 1. *Lege* 2. §. *si quis à Principe, ff. Ne quid in loco publico, L. Sacra*, §. *Sciendum, de Rerum diuisione. L. Prohibere*, §. *Planè, cum Lege sequenti, ff. Quod vi, aut clam. L. Sed celsus*, 6. *de Contrahenda emptione. L. Cum seruus*, 8. §. *final, de Legatis* 1. *in L. Omnia, Cod. de Paganis. Y a esto pareze que corresponde la ley* 11. tit. 5. lib 7. y la ley 11. tit. 7. del mismo libro de la recopilacion de Castilla, *que hablan de las tierras valdias, en que tiene su Magestad fundada su intencion; para que se presuman ser Realengas, como de muchos lo escriue Bobadilla*, en su Politica lib. 2. cap. 16. num. 52. *y Renato Chopino*, de Dominio Franciæ, lib. 3. tit. 18. n. 3.

Reges *in Hispania in principio, propter debellationem Sarracenorum, dominium, & proprietatem terrarũ particularium acquisierũt.*

Terræ *particulares desertæ, Regalis patrimonij præsumuntur.*

20 *Y fundo desierto, se dize aquel, que hauiendole cultiuado primero, a quien el Principe le concedio*, qui nunc primum præcisus est, vt loquitur Diuus Hieronymus, *super Oscam*, relatus *in cap. 1. de Verborum significatione, le dexò despues de beneficiar, y sembrar: por loqual propriamente se llama desierto*, quia scilicet non seritur, & deseritur, *como elegantissimamente lo diffinio San Isidoro*, lib. 14. ethimologiarum, cap. penultimo, *y en esta accepcion se ha de entender la Rubrica* del tit. Cod. De omni agro deserto, *como lo notò alli Lucas de Peña. Y antiguamente los Principes solian, o donar estos predios graciosamente, como se prueba* de la ley final, Cod. de Locatione prædiorum ciuilium, in illis verbis: etiamsi alteri Imperator, vel exoratus, vel spontè donauerit. *Y mas claramente* de la ley 1. & 4. Cod. Theodosiano, de Collatione donatorum vel releuatorum possess. lib. 11. tit. 20. *Y la ley del Reyno de Castilla* 13. tit. 7. lib. 7. ibi: *Mandamos, que ninguna persona, a quien non hauemos hecho, o hizieremos merced de qualesquiera Cortijos, y heredamientos, y tierras. Y entonces no se pagaua nada al Principe, sino que los gozauan libres, por tenerlos, solo por su liberalidad*, dicta L. 1. *con estas palabras, verdaderamente Regias.* Admodum nobis videtur absurdum, & à nostrorum temporum trãquillitate submotum, vt hi, qui proscriptionis sortem pertulerũt, ad exemplum eorum, qui fundos donatos sacra liberalitate tenuerunt, auri, atque argenti collationibus redderentur obnoxij, quæ sub diuæ memoriæ Constantio adscripta est, cum multum interfit inter eum, qui principali munificentia perfruitur, & eos, qui propria recuperare meruerunt. *Y no menos elegantemente* en la ley 4. *que es del mismo Emperador Honorio, en tiempo, que imperaua con Theodosio*, ibi: Largitates,

„ tates, tam noſtræ clementiæ, quàm retrò Princi-
„ pum, quæ in bene meritos de Republica conferun-
„ tur, tenere perpetuam firmitatem præcepimus, nec
„ quidquam pro his poſſeſſionibus, quæ largitate
„ principali, iamdudum in ſingulos quoſque collatæ
„ ſunt, damnoſæ conuentionis moleſtiam pertimeſ-
cat.

21 *O los dauan en locacion*, & patet, ex L. 1. Cod. de Locatione prædiorum ciuilium, illic: Sed nec
„ locabitur alteri. *Y por ſu Rubrica, y todo aquel titu-*
„ *lo, o en emphiteuſi.* Dicta L. Qui fundos, Cod. de Omni agro deſerto. Et tradit Molina de Hiſpanorum primog. lib. 4. cap. 3. *y en entrambos caſos, no los gozauan los poſſeedores ſin pagar el canon, o penſion, que ſe conuenia, y acoſtumbraua*, vt liquet ex dicta Lege. Qui fundos, *en las palabras que pondera* Molina, ibi: Canone ſaluo ſuſceperit, *y de la ley* 4. Cod. eodem, ibi: Fiſcale onus agnoſcant. *L.* 4. Cod de
„ Fundis patrimonialibus, *lib.* 11. ibi: Vt ea, quæ in
„ noſtra poſſeſſione poſiti præſtiterint, & in poſterum
„ ſoluat. *Y conſuena* la ley 4. tit 6. lib. 7. Recopilatio-
„ nis Caſtellæ, *en aquellas palabras. Y ſi ballaren, que*
„ *los lugares ſon del todo yermos, ſe aya informacion ſi*
„ *tenian terminos, y deeſſas y egidos, y los que pare-*
„ *ciere, que gozan de los dichos terminos, ſean obliga-*
„ *dos a pagar, lo que en los pedidos cauia, ſaluo ſi qui-*
„ *ſieren dejar los tales terminos, y deeſſas para nos, y pa-*
„ *ra nueſtra Corona Real. Conque ſe perſuade facil-*
mente de la pecha que pagauan los de Carcaſtillo a los Reyes, y oy la pagan al Monaſterio, por las Donaciones Reales, que eran dueños de las heredades, que poſſeen, y poſſeyan los vezinos. Y finalmente ſe concluye por todos los medios ponderados, que los Señores Reyes de Nauarra tuuieron calificado dominio, y Vaſſallage en la dicha Villa, y hombres della, no ſolo por la Iuridicion, y proteccion, como ſupremos Principes; ſino tambien por ſer Señores del territorio, y heredades del, porque les pagauan la pecha.

22 Hucuſque doctiſſimus D. Ioannes Montero de Eſpinoſa *in præcitata concluſ.* 1. qui circa *concluſionem* 3. *num.* 52. ita ait. Ex his infertur, *que el Vaſſallage preſcindiendo lo de la Iuriſdicion, viene a conſiſtir en el prouecho, y frutos, que ſe ſacan de lleuar las impoſiciones, rentas, pechos, y derechos, que ſon los ſeruicios perſonales, y reales.* Et infra. *Y el pagar las pechas, ſe atribuye a reconocimiento del dominio, y del Vaſſallage. Y ſon textos expreſſos*, L. Hi, qui 4 de Agricolis, & cenſitis. *que hablando de los Señores, y deſtos derechos que ſe les pagan, dize.* Hi penes quos fundorum dominia ſunt, pro his colonis originalibus, quos in locis eiſdem cenſitos eſſe conſtauit, vel per ſe, vel per exactores proprios recepta compulſionis ſolicitudine implenda munia
„ functionis agnoſcant. *Y en los que por largo tranſ-*
„ *curſo de tiempo han percebido eſtos derechos, tubo por*
„ *indubitado el dominio el Emperador*, n L. Litibus, *Cod eodem*, ibi: Litibus imponentes celeritatem ſancimus, ſi quando coloni cuiuſcumque conditionis contra Dominos terræ declamauerint, ſuper hoc ipſo dubitantes, vtrum his terræ Dominus eſt, necne, an ipſi coloni dominium ſuæ terræ poſſident (eos tamen dicimus, qui non ex longo, prolixoque tempore, vel longinqua, & inueterata redituum ſuſceptione, ſufficientem habent cautelam in quibus caſibus, nec contradicendi quidem licentia colonis relinquitur, longi temporis præſcriptione, vel redituum frequentiſſima conſequentia colonorum impetu excludente. *Y todos los tierra tenientes, ſon los que pagan* onera mixta, nempè, quæ ſoluuntur à perſonis ratione rerum, & realia, quæ ab ipſis rebus debentur, *como lo ſon las pechas*, vt comprobauimus, *ſuprà num.* 32. de quo videri poſſunt, Leon, *deciſ. Valentina* 159. *part.* 2. Portoles, *in verbo Contributio, à numero* 1. Seſſe, *deciſ.* 7. & 129.

Vaſſallagiũ, *abſtractum à Iuriſdictione, in præſtatione ſeruitiorum regalium, & perſonalium conſiſtit.*

Pecta *ſoluitur in recognitionem dominij, & Vaſſallagij.*

Dominium terræ, comprobatur eſſe, penes eum, cui per longi temporis curſum annua fructuũ penſio fuerit perſoluta.

Hæc, & plura alia tradit præfatus celeberrimus vtriuſque Iuris peritus, quibus mea dicta propoſitio probari poſſet, ſed vt illa maneat ad ſatietatem probata, illuſtrata, dicta ſufficiant.

DISQVISITIO II.

Penes quem reſideat Ius Sepulchrorum, & Sepulturarum, quod dominium directum, & proprietatis illarum ſit? & penes quem ſimile ſit dominium ſedium in Eccleſia, & Cœmeterio exiſtentium?

BREVIARIVM.

Banchus; Scamnum; Sedile.

Laici, qui banchos, ſcamna, & ſedilia in loco ſacro apponunt, dominium directum, & proprietatis, quoad Ius ibi ſedendi non habent, ſed ſolùm dominium vtile ad ſummum, ex tolerantia, quæ ceſſare poteſt quotieſcumque Prælatus vult. à n. 13.

Capella.

Dominium proprietatis, & directum Capellæ, eſſe nequit penes Laicum. à n. 13.

Chriſtus.

Caput eſt Eccleſiæ, Chriſtus Dominus. n. 1.

Eccleſia

Dominium directum, & proprietatis omnium rerum Eccleſiaſticarum habet Vniuerſalis Eccleſia. n. 1.

Papa.

Vicarius eſt Chriſti Domini. n. 1.

Habet abſolutam adminiſtrationem rerum & Iurium Eccleſiaſticorum. n. 1.

Sacra.

Religioſa, & ſacra in dominio alicuius eſſe non poſſunt Laici, aut Eccleſiaſtici, quoad directum, & proprietatem. à n. 2.

Sepultura.

Dominium directum, & proprietatis Sepulturæ Eccleſiaſticæ, nullus fidelium habere poteſt à n. 2.

Immediatum dominium directum, & proprietatis Sepulturarum Eccleſiaſticarum, eſt penes Eccleſias in quibus, aut in quarum Cœmeteriis exiſtunt, & penes illarum miniſtros, eo modo quo reſidet penes Religioſos, dominij capaces in communi, rerum quas poſſident dominium. n. 10. *iuncto* 1.

NON procedit quæſtio præſens de dominio, quod Deus Opt. Maxim. habet rerũ omniũ, 1

quas

quas creauit, & conseruat, & sic locorum in quibus Sepulturæ consistunt: nec de dominio, quod acquisiuit in Sepulturas ipsas, ex illarum dedicatione ad suorum fidelium tumulationem, & requiem, donec à somno excitentur suo, & occurrant omnes in iudicium extremum, ad præmia bonorum suorum operum, vel maiorum punitionem percipiendum: nec de dominio supremo, quòd Christus, Dominus dominantium, provt Caput Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia, Congregatio scilicet omnium eiusdem Christi fidelium, quoad proprietatem habent omnium bonorum Ecclesiasticorum. Ecclesia enim, iuxta veriorem sententiam Innocentij, quam sequitur Nicolaus Tudeschus, Abbas Panormitanus, *in cap. Cum super, num.* 18. *el* 4. *de Causa possessionis, & proprietatis*, dominium directum, & proprietatis omnium Iurium, & rerum Ecclesiasticarum habet, & Summus Pontifex Christi Vicarius, administrationem habet illarum, non dominium. Quod
„ colligitur *ex Canone Non liceat, el* 20. 12. *quæst.* 2.
„ Vbi sic Symmachus Papa decernit. Non liceat Papæ, prædium Ecclesiæ alienare. Sed procedit de immediato dominio, illi simili, quod Religiones dominij capaces, in bona habent sua. De hoc igitur intelligenda sunt, quæ in hac dicemus Disquisitione. Pro cuius resolutione, sit.

CONCLVSIO I.

2 NVllus fidelium habet, aut habere quidem potest dominium directum, & proprietatis Sepulchrorum, & Sepulturarum Ecclesiasticarum.

Hanc conclusionem tenent communiter Doctores. Abbas, Nauarrus, Lambertinus, Rochuside Curte in diffinitionis Iuris patronatus explicatione *verbo In Ecclesia, num.* 13. Martinus Rauauit, *Enchirid. Iudicum Ecclesiasticorum Notabili* 240. Hostiensis, Butrius, Petrus de Vbaldis, Augustinus Barbosa, Samuellius, Moronus, Laurentius de Peyrinis, & ante omnes illos, & alios, Glossa *in cap. Quanto, verbo Connexa, el* 3. *de iudiciis*, quam, & aliquos, ex allegatis Doctoribus, & Rotam in Calagurritana Sepulturæ, 17. Maij, de Anno 1606. coram R. P. D. Coccino Decano, inter eius impressas *la* 291. quæ pro nostra etiam est conclusione, recensere libet.

3 In primis enim Glossa prædicta sic ibi ait, *in fine*, de Laico. Et tamen dominium Sepulturæ non habet, *Instituta, de Rerum diuisione*, §. *Nullus.*

4 Abbas Panormitanus, *in cap.* 1. *de Sepulturis, num.* 1. dixit. Dominium non potest quis habere (in Sepultura scilicet) quia res sacra, & religiosa, non possunt esse in dominio alicuius, vt *in L. In tantum*, §. *Sacræ, de rerum diuisione.* Et *in cap. Abolendæ, num.* 5. *el* 13. *eodem*, ita fatur. Sed quæritur nunc, an in Cœmeterio, vel Ecclesia possit Laicus habere Sepulturam, vel Ius sepeliendi? Dicit Hostiensis, & Goffredus, quod non, respectu proprietatis: quia vt dixi, loca sacra, & religiosa, non possunt esse in dominio alicuius. Hæc Nicolaus Tudeschus Archiepiscopus, & Cardinalis, Abbas dictus, qui licet de Laico inquirat; de omni tamen resoluit priuato, etiam Ecclesiastico. Ratio enim ab eo, in resolutionis probationem adducta, æquè in Ecclesiastico, ac in Laico militare, manifestè dignoscitur.

5 Lambertinus, *de Iure patronatus, part.* 1. *lib.* 3. *quæstione nona principali, artic.* 9. *num.* 4. Et ideò dicas (inquit) quem habere vsum tantùm in Sepulchro, & non dominium, nec possessionem, nisi abusiuè.

Martinus ab Azpilcueta, Doctor Nauarrus *lib.* 3. 6
Consiliorum, tit. de Sepulturis, consilio 1. *num.* 1. in hæc prorumpit verba. Nulli potest dari locus Sepulturæ, etiam cum authoritate Episcopi: quia rei sacræ dominium, nullus potest habere. *L. Inter stipulantem*, §. *Sacram, ff. de Verborum Obligationibus*, & §. *Sacræ, Instituta, de Rerum diuisione.* Hactenùs insignis ille Doctor qui absolutè de omnibus id asserit.

Barbosa, *de Iure Ecclesiastico part.* 2. *libro* 2. *cap.* 7
10. *num.* 11. nobiscum est, & *de officio*, & *de potestate Parochi, part.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. Vbi sic ait. Tribus modis (vt verbis vtar Nauarri, loco infrà citando) locus sepulturæ dari potest: primò, vt is, cui datur, fiat Dominus eius; secundò vt habeat Ius sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi, ne alij sepeliantur in eo; tertiò, vt possit sepelire aliquem in eo, vt satis videtur colligi, ex textu *in cap. Abolendæ, de Sepulturis*, & notatis per Innocentium, Panormitanum, & alios ibi, & *ex Clementina Dudum*, §. *Huiusmodi, eod tit.* iunctis traditis per Cardinalem, & alios, & per Hieronymum Rodriquez, *dicta resolut.* 128. *num.* 11. Primo modo, nulli dari potest locus Sepulturæ, etiam cum authoritate Episcopi, quia rei sacræ dominium, nullus potest habere. Hucusque Barbosa, qui etiam de omni, & non solùm de Laico dicta docet, & non solùm de Laico, iterùm dico, vti ex prima eius apparet inspectione.

Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 1. *controuer.* 4. *conclus.* 8. ita fatur. Ecclesia habet intentionem fundatam, quod illius Sepultura sit libera, & non alicuius priuatæ familiæ, *iuxta* §. *Sacræ, Institut. de Rerum diuisione.* Et *controuer.* 5. *conclus.* 5. sic ait. Sepulchrorum dominium nequit præscribi, sed duntaxat inferendorum cadauerum. *L. Monumenta, Cod. de Legibus.* Vbi satis clarè de dominio proprietatis, & directo, non posse præscribi asserit. Et in hoc sensu, dubio procul, locutus fuit *conclusione* 2. *eiusdem controuersiæ*, dum dixit Sepulchra particulari, seu singulari titulo transferri haud valent, vt *de Legato, L. Iulianum*, §. *fin. ff. de Legatis*, 1. comprehenditur tamen in legato Ius inferendorum Cadauerum.

Illuminatus Moronus, *in centum responsis, res-* 8
ponso 51. *num.* 31. sic etiam ait. De eadem etiam Sepultura tertio modo sumpta, vt videlicet dicit Ius, quod quis habet sepeliendi in aliquo loco, asserunt Doctores esse illud Ius, quod habet Ecclesia sepeliendi aliquos in suo Cœmeterio. Huius Iuris, quoad dominium, non possunt esse capaces Laici, secundùm Goffredum, & Hostiensem *in cap. Abolendæ, de Sepulturis.*

Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.* 3. *cap.* 4. *num.* 46. in sequentia prorumpit. Sed quæres modo, An qui emit. (Sepulturam scilicet in Ecclesia, de illa enim loquitur ibi,) acquirat dominium illius? Respond. negatiuè: quia Ecclesia, cum sit res sacra, & ideò merè spiritualis, non potest per Laicum possideri, nec in totum, nec in partem. *L. Quæ de tota, ff. de Rei vendicatione.* Quare dicendum est, Laicum habere vsum quidem Sepulturæ ab ipso emptæ in Ecclesia, vel Cœmeterio, non tamen dominium. Ita Lambertinus, *de Iure patronatus, libro* 3. Hactenus P. Peyrinus.

Sacra denique Rota in *præallegata Decisione co-* 9
ram Coccino, sic vt sequitur ait. Circa quem articulum, Doctores, *in cap. Abolendæ, de Sepulturis*, Hostiensis, *numero* 18. *in fine.* Butrius, *numero* 3.

Abbas,

Abbas, *num.* 5. & latè Petrus de Vbaldis, *in tractatu de Canonica Parochiali, cap.* 10. *n.* 4. *&* 5. dicunt, quod Christi Fideles non possunt habere Sepulchrum propriè. Id est, quoad proprietatem, & directum dominium, vti ex contextu, in sequentibus dictæ Decisionis verbis manifestè apparet.

Ex dictis, satis benè, & plenè probata manet nostra conclusio. Habet enim pro se plures grauissimos, & doctissimos Authores, qui per plura sæcula Ecclesiam illustrarunt: habet & Sacram Rotam. Habet & rationem, à pluribus Doctoribus tactam, & variis Iuribus fulcitam. Quia Sepultura scilicet, res est spiritualis: & spiritualia, in dominio, & proprietate alicuius esse nequeunt.

CONCLVSIO II.

10 Ecclesia in qua, aut in cuius Cœmeterio sitæ sunt Sepulturæ, & dictæ Ecclesiæ ministri habent dominium directum, & proprietatis immediatum illarum, eo modo, quo penes Religiosos dominij capaces in communi, rerum suarum residet dominium.

Hæc conclusio communis etiam est inter Doctores, eos maximè, quos pro prima allegaui. Illam etiam tenet Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Simonia, num.* 84. *inquisit.* 1. ibi: Quia mortuo habente vsum (sepulchri scilicet, de eo enim loquitur) vsus redit ad proprietarium, qui in præsenti est Ecclesia cum suis Ministris. Hæc ille. Moronus, *responso* 51. *num.* 67. Bonacina, *tomo* 2. *de Contractibus, disputat.* 3. *quæst.* 21. *punct.* 3. *num.* 5. Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract* 8. *cap.* 5. *ex Lege corruptionem, Cod. de Vsufructu.* Ante illos omnes, Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, quæst.* 3. *in principio.* & Rota in Calagurritana, de qua, *numero præcedente*, ibi: Quod si progenies illorum, quibus fuit facta concessio, sit, extincta, extinguitur quoque vsus, & redit liberè ad Ecclesiam, sicuti dicitur de vsu, & vsufructu, extincto illo, cui fuit facta concessio, vt *in L. penult. Cod. de Vsufructu.*

Et quidem in hoc Rotæ Vidalis, & aliorum dicendi, & sentiendi modo, sic potest efficaciter nostra probari conclusio. Quia dominium directum, & proprietatis ille habet solum, qui spem habet consolidationis vsusfructus rei, quando iste est ab illo separatus iuxta ea, quæ primo suppposui, *in præludio huius Tractatus, num.* 2. Sed in prædicto modo sentiendi, extincta familia illorum, qui habebant Sepulchri vsum, redit iste ad Ecclesiam, & ad eius Ministros. Ergo Ecclesia, & Ministri eius habent dominium directum, & proprietatem Sepulchrorum, & Sepulturarum in ea, aut in Cœmeterio eius existentium.

11 Consultò dixi: *in modo sentiendi Rotæ, Vidalis, & aliorum*: quia in sententia Lambertini, quàm *in Disquisitione præcedente numero* 9. probabiliorem censui, ductus ratione ab eo tradita, nihil probat argumentum, cum extinctis his, qui habebant Sepulchrorum vsum, iste non redeat liberè ad Ecclesiam, & ad eius Ministros, nisi in casu, quod vsuarij Sepulchris vsi nunquam fuerint. In illo enim, Lambertini ratio, locum non habet: cum Sepulchra non sint illorum hospitia, nondum enim in illis, vt suppono, recepti sunt, & sic dici non potest, quod extinctis dictis vsuariis, vsus Sepulchrorum frequentetur.

12 Alia etiam limitatio, Lambertini sententiæ addi, me iudice, debet; quod scilicet possit Ecclesia, in casu necessitatis, Sepulchrorum vsum extraneis concedere. Potest enim contingere, quod omnes iam Ecclesiæ, & Cœmeterij Sepulturæ concessæ priuatis personis, & illarum familiis sint, & quod aliquis, vel aliqui decedant sine propria ad vsum Sepultura: in quo certè casu, aliena debet ei concedi: ne dicamus, vel irrationabiliter esse inuitum vsurarium: vel irrationabiliter fuisse ei concessam Sepulturam, ad vsum irreuocabilem, in casu tantæ necessitatis. Sed de hoc, *Disquisitione sequenti* redibit sermo, de quo vide *n.* 7. 28.

CONCLVSIO III.

LAici Ius dominij directi, & proprietatis non habent in banchis, sedilibus, & sellis in Ecclesia, Capella, aut Sepultura appositis. 13

Hanc tenent Nicolaus Tudeschus, Abbas, dictus Panormitanus, Rochus de Curte, Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, quæst.* 3. Martin. Rauuit, *in Enchirid. Iudicum Ecclesiasticorum, notabili* 240. Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.* 3. *cap.* 4. *num.* 46. Marcus Vidal, *tit. de Simonia, num.* 84. *pag.* 490. cum Genuensi, *in Praxi Archiepiscopali, cap.* 32. *num.* 19. Illuminatus Moronus, *responso* 51. *num.* 33. Quorum omnium, licet verba ad vnguem non referam, libet tamen omnia non omittere, aliquorum, ad conclusionis maiorem probationem, recensere.

Abbas, *in cap. Abolendæ num.* 5. *de Sepulturis el* 13. postquam asseruit non posse Laicum habere Sepulturam, vel Ius sepeliendi respectu proprietatis, & directi dominij, in Ecclesia, vel Cœmeterio, quæ sequuntur addit. Et idem videtur dicendum, secundùm Hostiensem, in sedibus, seu banchis, quæ Laici in multis locis vendicant sibi in Ecclesis. Hæc Panormitanus.

Syluester autem ita fatur. Et idem videtur dicendum secundùm Panormitanum, & Hostiensem in sedibus, seu banchis: quia Laici tale Ius in Ecclesia acquirere non possunt, sed tolerantur ex gratia sola in huiusmodi, sicut & Iure patronatus, vt *in cap.* 3. *de Iure patronatus.* Ista ille.

Rochus de Curte *in expositione diffinitionis Iuris patronatus, verbo in Ecclesia, num.* 16. *pag. mihi* 360. *Codicis de Iure patronatus diuersorum, Francofurti editi, anno* 1581.

Laurentius de Peyrinis, postquam *loco citato* dixerat. Quare dicendum est, Laicum habere vsum quidem Sepulturæ ab ipso emptæ in Ecclesia, vel Cœmeterio, non tamen dominium. Immediatè addit. Quod idem dic, de sedibus, seu banchis, vt ait Syluester, *verbo Sepultura, quæst.* 3. vide Barbosam de *Officio Parochiali, cap.* 26. *numer.* 11.

Moronus sic ait. Idem dicendum secundùm Hostiensem, & Panormitanum, de Sedilibus, & banchis, quæ collocant in Ecclesiis Sæculares, quia Sæculares in Ecclesiis, nullum Ius possunt acquirere, nisi ex quadam tolerantia, quæ potest cessare, quotiescumque vult Prælatus.

* * *

DISQVISITIO III.

Quis habeat Ius in re Sepulchrorum, & Sepulturarum, prout est dominium vsus earum?

BREVIARIVM.

Alienare.

Sepulchrorum, seu Sepulturarum vsum alienare, an possint Regulares sine licentia S. Congregationis Concilij, & Ecclesiæ Sæculares, absque Episcopi licentia. n.5.

In illius alienatione, seu concessione, seruanda est forma præscripta, pro alienatione rerum Ecclesiarum. n.28.

Axioma.

Nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur. n. 15.

Beneficium.

In Ecclesia de Patronato Laicali, nullus, Papa inferior, prouidere potest de Beneficiis, nisi prævia Patroni præsentatione n.29.

Si Papa confert Beneficium de Iure patronatus Laicalis, prouisio nulla est, & subreptitia, si in litteris non faciat de dicto Iure patronatus mentionem, n.29. *Si illam facit, tenet.* ibid.

Beneficium Iuris patronatus Ecclesiastici, valide confertur à Papa absque dicta mentione. n. 29.

Legatus à Latere, irrequisito, & inuito Patrono Ecclesiastico, potest conferre Beneficia Ecclesiæ sui patronatus; secus Patrono Laico inuito. n. 29.

Facta iam præsentatione ad Beneficium si à Patono Laico, variari potest; non vero si à Patrono Ecclesiastico, fuerit facta. n.29.

Dominium.

Perfectum cuiuscumque rei dominium non datur nisi in eo, qui actu habet directum, & vtile illius. n. 2.

Qui perfectum rei habet dominium, potest de illa ad omnem vsum disponere, nisi lege prohibeatur. n. 4.

Qui habet dominium directum, & proprietatis rei, & non dominium vtile, illa vti non potest inuito vsufructuario. n.20.

Iniura.

Non facit iniuriam, qui Iure suo vtitur. n.15.

Ius patronatus.

Est honorificum, oneroſum, & vtile, competens alicui in Ecclesia, pro eo, quod Diœcesani consensu, Ecclesiam fundauit, construxit, & dotauit ipse, vel is à quo causam habuit, solus, vel alio concurrente. n. 21.

Non acquiritur Ius patronatus à fundante, & construente, vel dotante Ecclesiam propriis expensis, nisi præcedat licentia Episcopi, aut alterius illam potentis concedere: etiamsi ex testatoris iussu construat, &c. Et licentia subsequuta non sufficit. n. 22.

Ex gratia toleratur in Laicis Ius patronatus. n. 23.

A Laico, in Laicum, etiam Compatronum transferri nequit Ius patronatus, nisi de Superioris licentia; sed bene in Ecclesiam n. 25. *Neque per legatum transfertur sine illa.* n. 26.

Potest transferri cum aliis bonis, quibus est accessorium, etiam per contractum inter viuos. n. 25. *Etiam absque licentia.* n. 27.

Vt tamen licitè fiat, & validè, nulla Iuris patronatus mentio fieri debet. n.27.

Ius patronatus spirituali est annexum; non præexistenti, sed ad illud, tempore posterius, ordinatum. n.31.

Alia Vide *verbo Beneficium.*

Papa.

Potest conferre Beneficia de Iure patronatus absque præsentatione; si tamen sint de Iure patronatus Laicali, non tenet collatio, nisi in literis fiat de tali patronatu mentio. n.29.

Regulares.

Qui dominij capaces, in communi sunt, sunt, dominium habent immediatum suarum Ecclesiarum & Sepulchrorum eorum. n.5.

Sepultura.

Dominium vsusfructus Sepulturæ habet Ecclesia, & eius Ministri habent, antequam illam alicui concedant. n.1.

Ante dictam concessionem, habent etiam perfectum illius dominium: directum scilicet, & proprietatis, simul cum vtili. n. 24.

Dominium vtile, seu vsusfructus Sepulturæ possunt Ecclesiæ sæculares, & earum Ministri Laicis concedere, de licentia Episcopi, & seruata forma à Iure præscripta, pro alienatione rerum Ecclesiæ. n. 3. & 5.

Regulares verò ad id indigent licentia S. Congregationis Concilij. n.5.

Qui dominium vtile habet Sepulturæ potest prohibere, ne aliquis, sine sua licentia in ea tumuletur. n.6.20. *Habet enim in illa Ius, priuatiuè quoad omnes alios.* n.16.

Ecclesiarum tamen Rectores Sæculares, & Regulares, in casu necessitatis, possunt vnius Sepulchrum, & Sepulturam alteri concedere, etiam inuito vsufructuario illius. n.7. & seqq.3.

Qui absque dispensatione Superioris, vel voluntate Domini vsusfructus Sepulturæ, in illam fuit immissus, debet extrahi. à n. 12.

Qui relicto Maiorum suorum Sepulchro in loco minus Religioso se sepeliri mandauit, exhumari debet, & cum suis Maioribus tumulari. n. 13.

Qui in sua Ecclesia sepeliuit, quem non poterat, exhumare illum debet, & restituere cum omnibus, quæ occasione illius Sepulturæ recepit. n. 14.

Non præsumitur acquisitum dominium vtile Sepulturæ ex solo cursu decennali, ac cadauerum illatione. n.17.

Nec præsumitur acquisitum ex Iure patronatus, quod quis habeat in eadem Ecclesia. n. 18.

Qui habet dominium vtile Sepulturæ, potest concedere licentiam immittendi, quos ipse voluerit. n. 19. *Si tamen plures Compatroni Sepulturæ sint, seu Domini vsus, omnes debent licentiam concedere, seu consentire* n.20.

Qui habet vsum, seu dominium vtile Sepulturæ, patronus illius dici potest. n. 20. *Sed impropriè.* n. 21.

Sepulturæ ius, similitudinem habet cum Iure patronatus. n. 21. & seqq. 4.

Dominum vsusfructus Sepulturæ, non acquiritur

à Laico abſque licentia Prælati Eccleſiaſtici. n. 22.

Dominium huiuſmodi, ex gratia toleratur in Laicis. n. 23.

Transferri in alium non poteſt, niſi de Superioris licentia. n. 25.

Neque cum illa ſine iuſta cauſa, & ſeruata forma pro alienatione rerum Eccleſiæ requiſita. n. 28.

Ab alio quàm à Papa, præiudicari non poteſt, qui dominium hoc habet, niſi iuſta ex cauſa neceſſitatis, aut maximæ vtilitatis. n. 30.

Dominium vſusfructus Sepulturæ ſpirituali eſt annexum, non præexiſtenti, ſed ad illud tempore poſterius, ordinatum: ad Eccleſiaſticam ſcilicet ſepelitionem. n. 31.

QVÆSTIONI propoſitæ, vti præcedentibus, libuit, claritatis gratiâ, diſtinctis ſatisfacere cõcluſionibus. Sic enim reſolutionis illius doctrina, clarior euadet.

CONCLVSIO I.

1 IVs in re, quod ſit dominium vſus, ſeu vſusfructus Sepulturæ, Eccleſia, & eius Miniſtri habent, antequam dictum vſum alicui concedant.

Hanc concluſionem tenent Martin. Bonacina *in Summa, tomo 2. de Contractibus, diſputat. 3. quæſt. 21. puncto 3. propoſit. 1. numero 5.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Simonia, inquiſit. 1. num. 84.* Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 4. concluſ. 4. pag. 30.* Franc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part. 1. tract. 8. c. 5. num. 151.* & alij dicentes, quod extincta progenie eius, cui ius Sepulturæ fuit conceſſum, ad Eccleſiam illud reuertatur.

2 Illam probo hac efficaci ratione. Eccleſia, & eius Miniſtri habent perfectum dominium Sepulturarum antequam illarum vſum alicui concedant. Sed dari non poteſt alicuius rei dominium perfectum, penes quem ſimul non ſit dominium directum, ſeu proprietatis, & dominium vtile; ita vt vtrumque dominium conſolidatum ſit in eodem ſubiecto, vti oſtendimus ſæpe, *in præludio huius Tractatus, numero 2. & 16. & alibi.* Ergo Eccleſia, & eius Miniſtri habent ius in re, quod ſit dominium vſusfructus Sepulturæ antequàm dictum vſumfructum alicui concedant.

CONCLVSIO II.

3 ECcleſia, & eius Miniſtri concedere perſonis Sæcularibus, & Laicis poſſunt, dominium vſusfructus Sepulturarum.

Ita Concluſio communiſſima eſt inter Doctores. Illam tenent Gloſſa, *in cap. Quanto, verbo Connexa, el 3. de Iudiciis*, ibi: Et ius funerandi poteſt Laicus poſſidere. *ff. de Mortuo inferendo, L. 1.* Lambertinus, *de Iure patronatus, part. 1. lib. 1. quæſt. vlt. principali, artic. 13. lib. 3. quæſt. 5 principali, artic. 4. & quæſt. 9. principali, artic. 9. numero 1. & 4.* vbi ſic ait. Et ideo dicas, quem habere vſum tantum in Sepulcho, & non dominium, nec poſſeſſionem, niſi abuſiuè. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Simonia, inquiſit. 1. num. 84.* Bonacina, *tom. 2. de Contractibus, diſputat. 3. quæſt. 21. punct. 3. num. 5.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 172. verſic. Aduertit*, cum Bordono, *tom. 2. reſolut. 51. n. 84.* Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. c. 10.* & Moronus, *in centum reſponſis, reſp. 51. n. 31.*

Probatur Concluſio. Eccleſia, & ius Miniſtri 4 ſunt Domini Sepulchrorum, potiunturque, illorum reſpectu, dominio perfecto, quando vtile conſolidatum exiſtit directo, & proprietatis dominio. Sed qui dominium perfectum alicuius rei habet, poteſt de illa diſponere ad omnem eius vſum, niſi Lege prohibeatur. Ergo cum id nulla Lege ſit Eccleſiæ, & eius Miniſtris prohibitum, poterunt concedere Laicis dominium vtile, ſeu vſusfructus Sepulchorum, Sepulturarum.

Quocirca aduertit cum Bordono Pellizzarius, *vbi* 5 *proximè*, Superiores locales Regulares, cum ſui Conuentus conſenſu, poſſe concedere Sæcularibus ius Sepulturæ in ſuis Templis. Quia immediatus Prælatus eſt cum ſuo Conuentu Dominus Eccleſiæ ſuæ, & Sepulchorum in ea conſtructorum. Ergo ad ipſum cum Conuentu, de his diſponere ſpectat, non autem ad Prælatos ſuperiores, cum ius commune nihil de hoc diſponat.

Concluſio tamen noſtra, & doctrina tradita, intelligi ſic debent, vt Miniſtri Eccleſiarum Sæcularium, concedere poſſint dominium vtile Sepulturarum, cum authoritate tamen Epiſcopi, iuſta cauſa interueniente, & ſeruata forma à Iure præſcripta, pro alienatione rerum Eccleſiæ, aliàs enim non poſſunt, vti docet Doctiſſimus Nauarrus, *lib. 3. Conſiliorum, tit. de Sepulturis, conſil. 1. num. 1.* Vbi poſtquam dixerat, quod Locus Sepulturæ poteſt tribus dari modis: *Primò*, vt cui datur, fiat Dominus eius. *Secundò*, vt habeat ius ſepeliendi in ea mortuos ſuos, & impediendi, ne alios ſepeliant in ea. *Tertiò*, vt poſſit ſepelire aliquem in ea: aſſerit quod ſecundo modo non poteſt dari ſine authoritate Epiſcopi. Et addit. Neque cum illa ſine iuſta cauſa, & ſeruata forma, in alienandis rebus Eccleſiæ ſeruanda. Quia licet per illum modum, non transferatur dominium rei, transfertur tamen vſus eius, & quoddam ius ſepeliendi. Quod fieri nequit, niſi ſeruatis Canonibus, de non alienandis rebus Eccleſiæ, de quibus *cap. ſine exceptione, 12. quæſt. 2. & cap. Nulli, de Rebus Eccleſiæ non alienandis.* Hæc omnia magnus Martinus ab Azpilcueta.

Illum ſequitur Barboſa, *de Officio, & poteſtate Parochi, part. 3. cap. 26. num. 11. & de Iure Eccleſiaſtico part. 2. lib. 2. cap. 10. num. etiam 11.* qui eiſdem Nauarri vtitur verbis, & alegat Extrauagantem *Ambitioſæ*, Pauli Papæ Secundi, *de Rebus Eccleſiæ non alienandis.* Idem docent Samuellius, *in Praxi de Sepult. tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 8. concluſ. 6. pag. 42.* & Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat. 1. §. 2. n. 25. pag. 14.*

Et eodem modo, intelligi debent reſpectiuè, reſpectu Sepulturarum Eccleſiarum Regularium, quod non poſſint earum immediati Prælati, cum Conuentibus, prædictum ius Sepulturæ alicui concedere ſine iuſta cauſa, ſeruata forma in alienandis rebus Eccleſiæ, à Iure ſtatuta, & obtenta legitimi Superioris licentia, qui certe hodie nullus alius eſt, quoad Regulares, vbi viget Decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, de mandato Vrbani Papæ Octaui edito, *die 7. menſis Septembris, de Anno 1624.* quod exſcribunt Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tomo 1. par. 1. cap. 10. n. 2. part. 3. verbo Alienare, num. 4.* & Pellizzarius, *in Manuali, tom. 1. tract. 6. cap. 8. num. 2.* niſi eadem S. Congregatio, priuatiuè, quod Prouinciales, Generales, & quoad Eminentiſſimos Cardinales, Ordinum Protectores. In Iure enim communi,

Alienatio propria, aut impropria, fieri nequit à Regularibus, niſi de licentia S. Congregat. Conc.

pro

pro omnibus rebus Ecclesiasticis, tam Regularibus, quàm Sæcularibus, & in dicto Decreto pro Regularibus, non solùm prohibetur sub pœnis nullitatis, excommunicationis, priuationis, &c. alienatio propria, quæ tunc fit, quando proprietas, & dominium directum rei in alium transfertur, sed etiam impropria, quando scilicet vsusfructus illius, transfertur, alienatur, vti benè docent Ferdin. Castrus Palaus, *tom. 2. tract. 12. disputat. vnica, punct. 15. §. 6. num. 1. & 13.* Pellizzarius, *vbi proximè, num. 8.* Azorius, *Institutionum Moralium, part. 2. lib. 2. cap. 1. quæst. 2. versic. Voluerunt.* Et euidenter probatur ex Iuribus, & Decreto suprà allegatis. Prohibentur enim fieri, & expressè quidem, pacta, census, hypothecæ, locationes vltra triennium, conductiones, & concessiones quæcumque. Et licentia debet dari in Scriptis à S. Congregatione.

Pœnæ inflictæ alienantibus res Ecclesiæ.

Alienatio propriè dicta est, quando dominium directum alienatur.

Alienatio impropria est, quando vsusfructus transfertur.

CONCLVSIO III.

6 LAicus habens dominium vtile Sepulchri, impedire potest, ne aliquis in eo sine ipsius consensu & licentia tumuletur.

Ita docent Martinus Rauauit, *in Enchirid. notabili 240.* cum Abbate, *in cap. penult. de Sepultur.* Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. § vnico, num. 3.* Quia quod nostrum est (inquit) absque facto nostro, auferri à nobis non potest *L. Id quod nostrum, de Regulis Iuris.* Et allegat Sebastianum de Medices, *de Sepulturis, cap. 9. num. 4.*

Vndè Pellizzarius, ex Bordono, *num. 78.* ait posse Ecclesiæ Ministros, Laicis, Sepulturas, eo pacto expresso concedere, vt sine illorum licentia, quibus conceduntur, nullus in eis tumulari queat. Eo nixus fundamento, quod quilibet, rei suæ arbiter, & Dominus est. Quod quidem pactum seruari debet, cum licitum sit: argum. *cap. 1. & 3. de Pactis, lib. 6.* Quam vtique doctrinam canonizauit Sacra Rota, 12. Decembris, 1603. in Calagurritana de Amurrio coram Ludouisio, (postea in Summo Pontificatu, Gregor. XV. appellatio:) de qua *supra tract. 3. disquisit. 3. num. 9.*

7 Quo tamen non obstante, ex iusta superueniente causa necessitatis, bene valent Ecclesiarum Rectores, tam Regulares, quàm Sæculares, alicui extraneo sepulturam illam donare, seu ad sui vsum concedere, vti docent Syluester, *verbo Sepultura, quæst. 3.* Pellizzarius, *in Manuali, tomo 2. tract. 8. cap. 5 num. 172. versic. Addit. & num. 151.* cum Paulo Laymano, *lib. 4. tract. 2. cap. 13. num. 15.* Atmilla, Sa, & Roderiquez, *tom. 3. Q Q. Regular quæst 58. artic. 10.* & aliis. Et quidem etiam inuito eo, cui concessum est Sepulchrum, si iusta occurrat causa, siue necessitatis, siue vtilitatis. Verba sunt Pellizzarij. Cui alij ex citatis Doctoribus consonant. Marcus Vidal, *tit. de Simonia, inquisit. 1. num. 84.* cum Genuensi, *in Praxi Archiepiscopali, cap. 32. n. 19.* Bonacina, *tomo 2. de Contractibus, disputat. 3. quæst. 21. punct. 3. proposit. 1.* ex *Can. Aurum, 12. quæst. 2.* Moronus, *responso 51. num. 32.* cum Romano, *in suis singularibus.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 6. controuer. 14. conclus. 1. pag. 294.* cum eodem Romano, *singulari 602.* Archidiacono, *in cap. Præcipiendum, 13. quæst. 2.* Abbate, *in cap. Abolendæ, num. 5. el 13. de Sepulturis.* Lauorio, *tom. 1. Variar Lucubrationum tit. 2. cap. 9. num. 19. & c. 11. n. 3 &* Peyrino, *tom. 1. priuilegiorum Minimorum, fol. 198. colum. 2. num. 22. & fol. 432. n. 49.* Samuellius, sic fatur.

Prælatus vterque, Diœcesanus, & Regularis localis, valent sepelire facere aliquem in alterius sepultura, illo inuito, si nimirum causa iusta, & legitima adsit: puta, si sepeliendus careat propria Sepultura, vel quia in Ecclesia, seu Cœmeterio, non adesset Sepultura communis, sed esset omnium particularium, & in casu etiam necessitatis, in quo sunt omnia communia. 8

Cuius ratio est adæquata: quia in huiusmodi euentu, vterque faceret eleemosynam extremè indigenti, quæ fieri potest, de alterius bonis, inuito Domino. Sed sepeliendus in extrema necessitate reperitur Sepulturæ. Ergo vera conclusio. Nam maior charitas, & pietas non adest, quàm quæ defunctis fit in Sepultura præstanda. *Cap. Aurum, 12. quæstio. 2.* 9

Eleemosyna, extremè indigenti de alienis fieri potest. Charitas, & pietas maior non adest, quàm quæ defunctis fit in Sepultura præstanda.

Hæc omnia præfatus Samuellius: cuius rationi, alia hæc addi potest. Quod data aliqua iusta causa, siue necessitatis, siue maximæ vtilitatis, irrationabiliter esset inuitus is, qui nollet extraneum, in suo tumulari Sepulchro.

Quod de Prælato Diœcesano, & Regulari docet Samuellius, docent de Rectore, aut Parocho. Bonacina, *loco citato, num. 4.* Pellizzarius, *tract. 8. cap. 5. num. 172.* & præfatus Martinus Rauauit, *dicto notabili 240.* vbi ait cum Abbate, *in cap. penult. de Sepulturis*, quod propter necessitatem poterit extraneus sepeliri. Et ita voluit (addit) Archidiaconus, *in cap. Præcipiendum, 13. quæst. 2.* Cuius dictum refert, & sequitur Ludouicus Romanus, *in singularibus suis, not. 685.* dicens, quod secundùm Canones, Prælatus ex iusta causa, potest in Sepulchrum vnius aliquem immittere alio inuito. Et ita tenet Angelus de Clauasio, *in Summa, in verbo Sepultura, versic. XII. in addition.* Sic Rauauit. 10

Addit etiam P. Samuellius, *vbi proximè concluf. 2.* quod qui in aliena Sepultura sunt humati, etiam sine iusta causa, non idcirco dishumandi sint nisi essent excommunicati publici, & denunciati, nominatim interdicti, vsurarij manifesti, mortui in duello, hæretici manifesti, non baptizati, & alij similes, qui sunt de Iure Sepultura priuandi. Cuius hanc reddit rationem. Quia irrogaretur (inquit) iniuria maxima sine sua culpa. Idem docet Laurentius de Peyrinis, *ad Constitutionem 21. Leonis Papæ Decimi, §. 11. num. 23.* cum Zabarella, *in Clement. 1. de Sepulturis quæst. 30. n. 32.* 11

Eorum tamen sententia, in hac parte, non mihi satis probatur, sed contraria, quam tenent Pellizzarius, *tract. 8. cap. 5. num. 151. versic. Quod si.* & Bonacina, *tomo 2. de Contractibus, disputat. 3. quæst. 21. puncto 3. proposit. 1. num. 4.* ex *lege 2. §. Vsumfructum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Vbi docet, quod si non adsit dispensatio Superioris, & Sepulturæ Dominus sit rationabiliter inuitus, is, qui in Sepulturam suam cadauer intulit, cogi possit illud auferre, aut loci pretium soluere, *iuxta legem, Qui intulit, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* 12

Quæ quidem sententia, Iuri etiam consonat Canonico, *in cap. Cum fraternitatem, el 3. de Sepulturis*, vbi Innocentius Papa Tertius decernit, exhumari debere illius corpus, qui contra rationabilem consuetudinem, relicto maiorum suorum Sepulchro, ad nouum, & minus Religiosum se transferri, & & in eo sepeliri mandauit: & debere cum patribus sepeliri suis. Et rationem decidendi reddit, quia quod contra antiquam, & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandauerit 13

hoc non præiudicat rationi, ſed viribus debet carere. Ex quo ſic argumentor pro noſtra ſententia. Qui contra voluntatem Domini Sepulchri, ſine iuſta cauſa, extranei cadauer in eo tumulat, rationi præiudicat dictanti, contra Domini voluntatem, & ius, neminem ibi eſſe tumulandum, & viribus debet carere iniuſta huiuſmodi tumulatio. Ergo exhumari debet huius extranei cadauer, non ſolum contra, ſed præter Domini Sepulchri voluntatem, in eo tumulatum, ſi ipſe velit Dominus dishumari, etiamſi defunctus excommunicatus, interdictus, vſurarius, hæreticus, non baptizatus, aut in duello occiſus, non fuerit.

14 Secundò, *in cap. Ex parte, el 5. eod. tit.* Alexander Papa Tertius, mandauit Priori de Inſula reſtituere Canonicis Obrigen. corpus cuiusdam parochiani ipſorum, quod in propria tumulauerat Eccleſia. Et idem Pontifex, *cap. Cum liberum, el 6. dicti tit.* cum Presbyter quidam, corpus cuiusdam mulieris (provt in vltima voluntate diſpoſuit) ad Eccleſiam Monaſterij Sancti Martini Laudun tumulandum deferret, & Monachi Sancti Vincentij Laudun. Quorum parochiana illa fuerat, corpus ipſius
„ violenter rapuiſſent, & in Eccleſia humauiſſent ſua,
„ ſic decernit. Mandamus quatenus, ſi ita eſſe inueneritis, præfatos Monachos compellatis, vt oſſa præ-
„ fatæ mulieris, & beneficia, quæ occaſione Sepul-
„ turæ ipſius recepiſſe noſcuntur, memoratis Fratribus,
„ cum integritate reſtituant, & de cætero talia facere non præſumant. Quas certè dishumationes ideo Alexander mandauit, quia humationes factæ fuerant in præiudicium eorum, quibus reſtitui corpora præcepit. Si ergo in præiudicium iuris, quod in Sepulchro quis habet, aliquod extraneum cadauer in eo ſepeliatur, quare illud exhumari non poſſit, & debeat.

15 Neque illi fiet maxima, aut vlla prorſus iniuria: quia iuxta Theologorum regulam, *nullus videtur dolo facere, qui iure ſuo vtitur.* Ioannes Caramuel, *in Theologia Fundamentali, n.* 1101. cum Paulo Laymano, *lib. 1. tract. 4. c. 15. num. 10. & alibi ſæpe.* Nemo enim fraudem, aut damnum facit, niſi qui facit id, ad quod ius non habet. Caramüel *ibidem*, cum eodem Laymano, *lib. 3. tract. 1. ſect. 5. c. 5. n. 16.* Conſonat Sacræ Rotæ Deciſio, in Pampilonenſis Parochialis de Stella, 20. *Octobris, de Anno* 1621. coram R. P. D. Ioanne Baptiſta Coccino Decano, ad fauorem mei Hyrachenſis Cœnobij, quam exſcripſi *in QQ. Paſtoralibus, de Iure Parochi Eccleſiarum vnitarum part. 4. quæſt. 9. ſect. 2. n. 11.* ita in illa habetur. Neque obſtat inconuenientia, quæ allegatur, quaſi ius deputandi Concionatorem ſpectat ad Abbatem, non eſt inconueniens, quod Abbas illum tranſmittat, etiam ante vel in ipſo die concionis; ſed inconueniens eſt, quod Vicarius ipſe eligat Concionatorem irrequiſito Abbate: nam etſi poſtquam Vicarius elegit, Abbas à ſemetipſo electum tranſmittat, *nullam facit iniuriam, cum iure ſuo vtatur*; ſed ſibi imputet Vicarius, ſi vt eum decet, non petit ab Abbate Concionatorem.

16 Ex dictis fit, eum, qui ius habet in Sepulchro, & dominium vtile, illud habere priuatiuè, quoad omnes alios, dummodò illud cum licentia ab initio obtenta ædificauerit cum effectu, aut emerit. Ita Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tractatu 1. diſputat. 1. controuerſ. 4. concluſ. 6. pag. 30. & diſputat. 6. controuer. 14. concluſ. 10.* Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico part. 2. lib. 2. c. 10. n. 12. & de Officio, & poteſtate Parochi, part. 3. c. 26. n. 12.* cum Perez de Lara, *de Anniuerſariis, & Capellanis, lib. 1. cap. 25. num 47.* & Lambertino, *de Iure patronatus, part. 1. lib. 1. artic. vlt. verſiculo Benè verum, & verſic. Si de cætero, & quæſt. 11. principali, art. 13. Idem* Lambertinus, *part. 3. quæſt. 5. principali, artic. 4. num. 1. & quæſt. 9. artic. 5. n. 4.* Allegat Barboſa Rotam, *in Addit. ad Greg. XV. deciſ. 22. n. 2.* apud Farinacium, *1. part. poſthum.*

Hoc tamen ius, non cenſetur acquiſitum ex ſolo 17
curſu decennali, & cadauerum illatione, vti docet Samuellius, *dict. diſput. 6. controu. 14. concluſ. 10.* & Barboſa, *de Officio, & poteſt. Parochi, dicto c. 26. num. 13.* ex Rota, in Burgenſi Sepulturæ, 9. *Decembris*, 1605. coram Ortembergo & in Calagurritana Sepulturæ, 21. *Martij* 1616. coram Ioann. Bapt. Coccino, Decan.

Nec cenſetur acquiſitum ex iure patronatus, 18
quod quis habeat in Eccleſia, ius, & dominium vtile Sepulturæ, aut Sepulchri. Ita Samuellius, & Barboſa, *vbi proximè*, ex Lambertino, *dicta quæſt. 11. in princ. artic. 13.* & Rota, in Toletana Capellaniæ, & Sepulturæ, 27. *Iulij*, 1616. coram Vbaldo.

Secundò fit ex dictis Sepulchri, aut Sepulturæ 19
dominium habentem, poſſe concedere licentiam, & facultatẽ immittendi, quos ipſe voluerit. Et probatur ex *S. Rotæ deciſione* in Burgenſi Sanctæ Dorotheæ, 13. *Februarij*, 1579. coram Clemente Papa Octauo, tunc Rotæ Auditore, ex Calagurritana de Amurrio, 12. *Decembris*, 1603. coram Gregorio Papa XV. de qua *ſuprà tract. 3. diſquiſit. 5. num. 9.* egi: & ex alia Calagurritana Sepulturæ, 17. *Maij*, 1606. coram Coccino, inter eius impreſſas, *la* 291. vbi ſuppoſitis iam dictis, illationis noſtræ redditur ratio, deſumpta, *ex præfata Clementis Octaui Deciſione*, quæ conſiſtit in hoc: *quod ex iure prohibendi, infertur ad ius immittendi.*

Tertiò fit, eum, qui habet dominium vſus fruc- 20
tus Sepulturæ, poſſe Patronum illius appellari. Et ita illum nominat Abbas Panormitanus, *in cap. Non inſtituas, num. 1. el. 1. de Sepulturis*, vbi ita fatur. Item ex illo verbo *Alienam.* Nota, quod quis poteſt eligere alienam Sepulturam; hoc intellige conſentiente patrono vel ratum habente, vt probat exemplum, quod ſequitur in littera. Nam Ioſeph conſenſit vt Chriſtus ſepeliretur in Sepulchro ſuo. Hæc Nicolaus Tudeſchus, Samuellius etiam *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 6. controuerſ. 14. concluſ. 15.* ſic ait Sepulturæ vſum, qui habet, prohibere poteſt, ne abſque illius conſenſu, quis in ea ſepeliatur. *cap. 1. de Sepulturis.* Nec poteſt quis extraneus in ea ſepeliri ſine Patroni conſenſu, nec ipſo inuito. *L. 2. §. Vſusfructus, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Hactenus ille.

Idem docet Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. num. 3.* Quia quod noſtrum eſt (inquit) abſque facto noſtro auferri non poteſt, *L. Id, quod noſtrum, ff. de Regulis Iuris.* Notat Sebaſtianus Medices *de Sepulturis, c. 9. num. 4.* Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, lib. 2. cap. 10.* Vndè in ſupradicto caſu, prædictus Patronus, vel eius ſucceſſores ſunt requirendi pro licentia prædicta ſine qua Rector, vel Regularis, in prædictis Sepulchris aliquem ſepelire non poſſunt. Et hoc de iure eſt, quod in fundo, in quo quis habet vſum, non poteſt Dominus inhabitare inuito vſufructuario. *L. Si hæres, § fin. ff. de Vſufructu, & habitatione.* Quod tamen limitatur, ſi Patroni eſſent extincti: tunc enim Rector Eccleſiæ, & Regulares poſſent non ſolùm ibidem alium mortuum ſepelire, ſed etiam Sepulchrum alteri concedere: quia mortuo vſufructuario, ille vſus redit ad proprietarium liberè *L. penult. Cod. de Vſufructu.* Ita Sebaſtianus Medices, *loco citato, quæſt. 18.*

quæst. 18: *num.* 3. Limitatur etiam, si fieret causa necessitatis Lauorius, *Variarum elucubrationum, tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 36. post Abbatem, & Romanum, *locis per eum adductis.* Hactenùs Ventriglia. Sed de eo, quod extinctis Patronis sepulchrorum possint aliis concedi, *suprà Disquisit.* 1. *num.* 9. *& Disquisit.* 2. *num.* 11. *&* 12. Nonnihil dixi, & contrarium tenui.

Quod si petas. Plures sunt Patroni Sepulturæ, debéntne omnes assensum præstare ad hoc vt in eam cadauer alienum inferatur? Respondeo non sufficere licentiam maioris partis Patronorum, sed omnes illos assentire debere, vt licitè quis extraneus, in eorum Sepultura, tumulari valeat. Ita docet idem Ventriglia, *vbi proximè, num.* 4. *pag.* 471. vbi ait: textus est ad litteram, *in L. si plures, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum,* & tenet Medices, *loco citato, num.* 5.

21 Dicta tamen Patroni denominatio, improprié conuenit ius habenti in Sepulchro, aut Sepultura, habenti vsumfructum illius, vti benè probat Rochus de Curte, *de Iure patronatus, in expositione diffinitionis illius, verbo in Ecclesia, num.* 13. *quæst.* 6. in qua inquirit, An ius patronatus haberi possit in Sepultura, seu Sepulchro, quod quispiam conseruat? Et istam sic resoluit difficultatem. Breuiter concludo, quod non. Et me mouet: quia non conuenit hoc casu diffinitio iuris patronatus. Ergo nec diffinitum. *L.* 1. §. *Dudum, ff. de Dolo.* Secundò me mouet, quia non militat eadem ratio in construente Sepulturam, quæ in construente Ecclesiam, vel Capellam. Quia erigere Ecclesias, vel Capellas tendit ad cultum diuinum, sed non sic in Sepulturis. Hæc Rochus, qui sic ius patronatus diffinit, provt sumitur pro iure competente in Ecclesiis, quoad præsentationem Rectoris, & quædam alia. Ius patronatus (inquit) est honorificum, onerosum, & vtile competens alicui in Ecclesia, pro eo, quod, Diœcesani consensu, Ecclesiam fundauit, construxit, & dotauit ipse, vel is à quo causam habuit, solus, vel alio concurrente. Ita ille *in Præfatione tractatus præfati, n.* 4. Nomen igitur Patroni, non tribuitur propriè, & strictè habenti dominium vtile Sepulturæ, ius in Sepulchro; benè tamen impropriè, & largo modo loquendo ratione similitudinis, quam habet ius istud Sepulchri seu Sepulturæ, cum iure patronatus, vti idemmet Rochus de Curte admittit, in expositione recensitæ diffinitionis, *verbo in Ecclesia, num.* 13. *circa finem, pag. mihi* 360.

22 Similitudinem vtique habent ius Sepulchri, aut Sepulturæ, ac ius patronatus, in multis. *Primò*, in eo, quod neutrum acquiritur sine Episcopi, alteriúsve Ecclesiastici Prælati consensu, istum præstare potentis. Quamvis enim quis, propriis expensis Sepulchrum. Capellam, & Ecclesiam ædificet, nullum ius acquirit in eis, nisi licentia Episcopi, vel alterius Ecclesiæ Prælati, ab initio obtenta præcedat, & ædificatio, cum effectu sit subsecuta. De Sepulchro dixi *num.* 16. & de Iure patronatus: sic præfatus Rochus de Curte, *in dicta explicatione diffinitionis illius, verbo Pro eo quod, in principio.* Primò igitur quæro, an consensus Diœcesani debeat interuenire in fundatione, constructione, vel dotatione, siue sit Clericus, siue Laicus, qui Ecclesiam, vel Capellam fundet, construat, vel dotet? Breuiter concludo, quod sic. Ita firmat Calderinus, *in consilio suo vigesimo, incipiente. Quidam ædificauit.* Et est vltimum consilium sub hoc titulo *De iure patronatus.* Et mouetur per textum *in capitulo Piæ mentis, in capitulo Frigentius, & in capitulo Considerandum,* 16. *q.* 7. *& in cap. Nobis, supra eodem titulo.* Probatur etiam ex diffinitione iuris patronatus, in generalitate sui, *& in cap. Nemo, de Consecratione, distinct.* 1. Et aduerte, quia talis consensus requiritur etiam, quod ex iussu testatoris, quis construere vellet. Ita Angelus, *in consilio suo* 125. incipit, *Bona dicti testatoris.* Huc vsque Rochus. Qui *num.* 10. latè probat authoritatem, seu licentiam, necessariò præcedere debere, ita vt si opus sequatur, non sufficiat ad acquirendum ius patronatus.

Secundò, similitudinem habent ius patronatus, & 23
ius Sepulchri, & Sepulturæ, in hoc, quod vtrumque, Laicis saltem, toleratur ex gratia. Expressè id docet Nicolaus Tudeschus, Panormitanus Abbas, *in cap. Abolendæ, num.* 5. *el* 13. *de Sepulturis,* ibi. Quicquid tamen dicatur, inuito Episcopo, non possunt Laici sibi ius tale acquirere in Ecclesia secundùm eum (Hostiensem scilicet:) sed tolerantur solùm in istis ex gratia, sicut in iure patronatus. Hæc Abbas ibi. Et *in cap. Quoniam, num.* 2. *el* 3. *de Iure patronatus,* vbi de hoc ita fatur. Nota primò, ibi: *Sustinuit:* quod Patroni consequuntur ius patronatus ex gratia, & permissione quadam, & tolerantia Ecclesiæ. Nam de Iure communi, ex sola fundatione, non posset Patronus acquirere ius patronatus, cum illud sit annexum spiritualibus, *in cap.* 4. *de Iudiciis. Sic loco proximè citato. Et in cap. Illud, el* 8. *eod. tit. num.* 2. ait. Ius Patroni pendet ex gratia. Consonat Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, q.* 3.

Consonat & Illuminatus Moronus, *in centum* 24
responsis, responso 51. *num.* 33. in terminis de Iure Sepulchrorum: & addit. Idem dicendum secundùm Hostiensem, & Panormitanum, de sedilibus, & banchis, quæ collocant in Ecclesiis Sæculares, quia Sæculares in Ecclesia nullum ius possunt acquirere, nisi ex quadam tolerantia, quæ potest cessare quotiescumque vult Prælatus. Hæc Moronus, vbi firmare videtur ius Sepulchrorum, & Sepulturarum, ex gratia, & tolerantia habere Sæculares, ad nutum Prælati Ecclesiastici auferibile.

Tertiò habent similitudinem ius patronatus, & 25
ius Sepulchrorum, & Sepulturarum, in hoc, quod sicut quando ius patronatus legitimè creatum, & in esse deductum transfertur de vna persona in aliam Laicam, etiam Compatronam, relaxando, vel renunciando ei partem suam, vel ius suum patronatus, necessariò requiritur consensus Episcopi, vti docet Rochus de Curte, *dicto verbo pro eo quod, quæst.* 2. *num.* 5. *ex cap. si Laicus, vnico de Iure patronatus lib.* 6. *in principio,* à contrario sensu, ibi. Si Laicus ius patronatus Ecclesiæ sibi competens, eidem, vel alteri Ecclesiæ, seu loco religioso, duxerit conferendum: huiusmodi collatio (quamuis absque assensu Episcopi facta fuerit,) efficax est censenda. Sic Bonifacius Papa Octauus decreuit. Ergo à contrario sensu, si Laicus Laico contractu inter viuos confert de per se, & principaliter ius patronatus, & non accessoriè cum aliis bonis (in hoc enim sensu procedit doctrina) huiusmodi collatio absque assensu Episcopi, inefficax erit censenda. Et ita docet Abbas, *in cap. Illud, num.* 5. cum Hostiense, Ioanne Andrea, & Archidiacono, *in dictum Can. Si Laicus* recensita, & 16. *quæst.* 7. *Piæ mentis.* Et hanc esse communem, & veriorem sententiam, & opinionem contra Innocentium, & quosdam alios asserentes, non solùm Clerico, sed etiam Laico, posse Patronum Laicum, patronatum concedere, docet ipse Abbas, quem Rochus à Curte sequitur. Sic igitur ad transferendum in personam priuatam ius Sepulchri, aut Sepulturæ, necessariò requiritur Episcopi, aut alterius legitimi Prælati licentia.

Quæ vtique illatio, legitima eſt. A ſimili enim ad ſimile valet argumentum. Auguſt. Barboſa, *tract. locorum communium argumentorum Iuris, loco* 101. *à num.* 1. cum Maſcardo, *de Probationibus, concluſ.* 1253. (vbi ait, quod procedit etiam delictis.) Cardinali Tuſcho, *tom.* 1. *practicarum concluſionum, litt. A. concluſ.* 507. *num.* 29. Deciano, *conſilio* 31. *num.* 47. *volum.* 1. & cum pluribus aliis, quos recenſet. Et hac ratione id probat. Quia de ſimilibus, idem eſt iudicium. *L. Non poſſent, & L. ſequenti, ff. de Legibus*, §. *Rectè, Inſtiut. Mandati*, Albertinus, *in tract. de Hæreticis, quæſt.* 24. *num.* 9. Farinacius, *Fragmento criminali, part.* 1. *litt. E. numero* 188.

26 Conſultò dixi: *contractu inter vivos*: quia ex teſtamento, & vltima voluntate, ſi ius patronatus per viam Legati intendat transferre teſtator, ſpecialis eſt difficultas: in qua licet Cardinalis Florentinus, apud Rochum, ius patronatus ad Legatarium transferri ex vi Legati doceat, ita vt antequam Epiſcopus approbet Legatum, & ſine illius approbatione, poſſit vacante Eccleſia ad illam præſentare; ipſe tamen Rochus, *vbi proximè*, *num.* 6. poſt Abbatem Calderinum, & communem Doctorum docet, adeò eſſe neceſſarium Epiſcopi conſenſum, & Legati approbationem, vt ante conſenſum præfatum, ius patronatus Legatum, apud hæredem remaneat. Quod latè proſequitur Panormitanus, *in cap. Cum ſæculum, num.* 6. *el* 13. *de Iure patronatus*, contra Feric. *conſilio* 222. *in ſingulari opinione*, non diſtinguentem inter Legatum, & hæreditatem. Nam his (inquit) qui ex Legato, habet ex ſucceſſione. Sed Abbati, plus placet oppoſitum: quia iura loquuntur communiter de filiis, vel hæredibus, non autem de Legatariis, vt *in Can. Filiis*, 17. *quæſt.* 7. *& in cap. Perlatum, el* 1. *de Iure patronatus.*

27 Notanter etiam addidi: *de per ſe, & principaliter, & non cum aliis bonis acceſſoriè.* Quia ſi Patronus concedit generaliter ius patronatus concedendo vniuerſitatem aliquam, tranſit etiam tunc huiuſmodi ius in quemcumque Laicum, vel Clericum nomine proprio, etiam ſine authoritate Epiſcopi, vti tradit Panormitanus, *in cap. ex litteris, num.* 1. *el* 7. *de Iure patronatus, cap. illud, num.* 4. *& cap. Cum ſæculum, eodem tit.* Non tamen debet exprimere in conceſſione ius patronatus: quia ſi diceret: vendo tibi talem villam cum iure patronatus in ea exiſtente: non valet venditio reſpectu iuris patronatus. Ita Abbas, *in dicto cap. Illud*, cum Ioanne Andrea, *in cap. Si Laicus, vnico, de Iure patronatus, lib.* 6. vbi plenè Dominicus.

28 Actus itaque alienationis iuris Sepulturæ, & dominij vtilis illius Laico, aut Clerico quidem Laicali titulo, ſeu reſpectu perſonæ particularis, & non in ordine ad Eccleſiam, expreſsè nequit fieri, abſque conſenſu, & voluntate Epiſcopi expreſſa, vti docent Martinus ab Azpilcueta, *lib.* 3. *conſiliorum, tit. de Sepulturis, conſil.* 1. *num.* 1. Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. & de Officio Parochi, *part.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. & Samuellius, *in Praxi. de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 1. *controuerſ.* 8. *concluſ.* 6. *num.* 9. qui pro ſe, & nobis allegat *num.* 12. Ioannem Andream, *in cap. ex parte, de Sepulturis*, & ibi Ancharanum, *num.* 4. Abbatem *ibidem, num.* 1. *& in cap. Abolendæ, num. eod. tit.* Rochum de Curte, de Iure patronatus, in expoſitione diffinitionis illius, *verbo in Eccleſia, quæſt.* 6. Lambertinum, *eodem tract. lib.* 1. *parte* 5. *quæſt.* 41. *artic.* 13. *num.* 13. Bellencinum, *de Subſidio charitatiuo, quæſt.* 15. *num.* 1. Gramaticum, *deciſ.* 82. Guillelmum, *in cap. Raynutius, verbo Mortuo, artic.* 16. *de Teſtamentis.* Sebaſtianum Medices, *de Sepulturis, quæſt.* 14. *artic.* 9. *&* 10. Genuenſem, *cap.* 41. *num.* 16. & Rotam in Abulenſi Sepulturæ, 20. *Februarij*, 1611. coram illius R.P.D. Decano.

Quartò, habent ſimilitudinem ius patronatus, & 29
ius ſepulturæ, in hoc, quod alius Prælatus Eccleſiaſticus quàm Papa, non poteſt pro ſuo libito, & independenter à Patroni proprij, & Laici voluntate, de Eccleſia vacante, & de Sepultura diſponere: Epiſcopus itaque, aliuſve Prælatus Papa inferior, de Eccleſia patronata laicali prouidere non poteſt ſine Patroni præſentatione. Abbas, *in cap. Quoniam, n.* 2. *el.* 3. *de Iure patronatus*, vbi ita fatur. Et ex hoc infertur, quod Papa poſſit prouidere de Eccleſia patronata Laicorum ſine præſentatione Patronorum, licet ſecus ſit in aliis Prælatis citra Papam. Sic ibi cum Gloſſa, *in Clementin.* 2. *de Præbendis*, & Archidiacon. 16. *quæſt.* 7. *Filiis, & in cap. Hortamur*, 71. *diſtinct.* Et ipſe Panormitanus, *in cap. Cum dilectus, num.* 2. *el* 28. *de Iure patronatus*, in hæc prorumpit. Nota primò, quod Legatus de Latere poteſt reſeruare beneficium primò vacaturum collationi ſuæ conferendum per ſe certæ perſonæ. Et paucis interiectis ait. Nota ſecundò duas differentias inter Patronum Eccleſiaſticum, & Sæcularem. Nam Patronus Eccleſiaſticus ſubeſt iuriſdictioni Legati, vnde poteſt Legatus conferre beneficium patronatum, & reſeruare collationi ſuæ, Patrono Eccleſiaſtico inuito, & irrequiſito: ſecus in Patrono Sæculari: & ad iſtud quotidie allegatur iſta littera.... Secunda differentia eſt in variatione: quia Sæcularis poteſt variare. Et nota benè, quia permittitur variatio etiam Clerico, ſi eſt Patronus ratione patrimonij ſui: quia præſentat vt Laicus, & non vt Clericus. Hæc ibi. Et *num.* 11. docet, quod Papa, benè poteſt, irrequiſito, & inuito Patrono, Laico, beneficia de iure patronatus laicali conferre. Et de hoc reddit rationem. Quia Laicus habet Patronatum à Papa. Addit tamen, quod ſi Papa non facit mentionem in litteris ſuis, de Patronatu laicali, non valet collatio, tanquam ſubreptitia. Quia Papa (inquit) non conſueuit conferre talia beneficia, ſaltem quin faciat mentionem. Et ita quidem notatur *in Clementina: Per litteras, la* 2. *de Præbendis, & dignitatibus*, & ibi Gloſſa, *verbo Apoſtolicus.*

Similiter, irrequiſito, & inuito eo, qui ius, & do- 30
minium vſusfructus Sepulchri habet, aut Sepulturæ, ſine conſenſu Patroni illius, nemo Papa inferior, ſiue Parochus, ſiue Abbas, ſiue Epiſcopus, ſiue alius denique ſupremus ſub Papa Prælatus, facere poteſt quod corpus illius, qui in Sepultura ius non habebat, in ea tumuletur, ſine iuſta tamen neceſſitatis, aut maximæ vtilitatis quidem cauſa, iuxta ea, quæ *ſuprà*, *num.* 7. *& ſeqq. tribus* dicta ſunt. Conſultò dixi: *Papa inferior*: & *ſub Papa.* Quia Papa benè valet irrequiſito, & inuito Sepulchri, & Sepulturæ Patrono, ſeu quoad vſumfructum Domino, vt inferatur extraneum cadauer concedere. Quia Laicus habet ius, & dominium Sepulchri, aut Sepulturæ à Papa, ex eius gratia, & dependenter à Pontificia voluntate, ſicut & Patronus Eccleſiæ, habet illius Patronatum.

Quintò denique aſſimilantur ius patronatus, & 31
ius Sepulchri in hoc, quod vtrumque ius eodem modo eſt annexum ſpirituali, antecedenter, non conſequenter, nec concomitanter. Quod, vt melius præcipiatur, aduerto, res aliquas ex ſe materiales, vel naturales, ſacras cenſeri, & ſpirituales, ratione annexio

annexionis, coniunctionis, ſeu vinculi cum re ſacra, & ſpirituali. Tripliciter autem contingit vinculum iſtud, annexio, & coniunctio rei materialis, ſeu naturalis cum ſacra, & ſpirituali. Primò, *antecedenter*, quod tunc contingit, quando materiale, aut naturale ad ſacrum, & ſpirituale ordinatur, ſicut ius patronatus, quod ordinatur ad præſentandum Clericos ad beneficia Eccleſiaſtica, & vaſa ſacra, quæ ordinantur ad Sacramentorum vſum. Ita D. Thomas, 2.2. *quæſt.*100. *artic.*4. *in corpore*, Caſtrus Palaus, *part.*3. *tract.*17. *diſput.*3. *punct.*1. *num.*2. *pag. mihi* 475. Eligius Baſſæus, *in Floribus Theologiæ practicæ, tom.*1. *verbo Simonia IV. num.*1. cum pluribus, quos recenſet. Secundò *concomitanter*, quod ſcilicet comitatur rem ſacram, illique intrinſecè coniungitur, & eſt veluti pars, vnum totum cum re ſacra componens. Huiuſmodi eſt labor ſuſceptus in adminiſtratione Sacramentorum, & aliorum quorumvis officiorum Eccleſiaſticorum. Sic Palaus, & Baſſæus, cum pluribus. Tertiò tandem *conſequenter*, quando ſcilicet materiale conſequitur ſpirituale, & à ſpirituali dependet, vti effectus à cauſa, ſicut habere beneficia Eccleſiaſtica dicitur ſpiritualibus annexum, quia non competit niſi habenti Clericale officium: ius enim, & poteſtas recipiendi fructus Eccleſiaſticos, quod eſt de beneficij ratione, competit ſolum propter officium, ſeu miniſterium ſpirituale, à quo dependet præexiſtente. S. Thomas, Palaus, & Baſſæus, *locis citatis*. Ex quibus modis annexionis rei materialis, ſacræ, & ſpirituali, primus eſt, qui Sepulchro conuenit, & Sepulturæ, ſicut iuri patronatus conuenit: quemadmodum enim iſtud ſpirituale dicitur antecedenter, quia ordinatur ad præſentandum Clericos ad beneficia, ita & ius Sepulturæ ſpirituale eſt, quia ordinatur ad ſepelitionem Eccleſiaſticam, & ſic antecedenter ſpirituale etiam eſt, & dicitur.

DISQVISITIO IV.

An Ius, & dominium vſusfructus Sepulchri, & Sepulturæ, & idem eſt de Iure Capellæ, acquiri queat, per emptionem, abſque Simoniæ labe?

BREVIARIVM.

Capella.

Res eſt ſpiritualis antecedenter, quia ordinatur ad celebrationem diuinorum. n.12.

Quod proximior ſit Altari maiori, ſecundum vnam conſiderationem eſt materia Simoniæ, & ſecundum aliam non. n.2. & 3.

Quoad materiale ipſius, & ſine ordine, reſpectu, aut conſideratione ad ſpirituale, abſque Simonia, vendi poteſt Capella. n.4.

Conſuetudo.

Eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro Lege ſuſcipitur. n.23.

Antequam ſit legitimè præſcripta, conſuetudo non eſt, ſed conatus illam introducendi. n.25.

Legitimè introducta, & præſcripta, nouum ius inſtituere cenſetur. n.23.

Omni humano iuri derogat ex Papæ tolerantia. n.23. *Non verò ſi præſcripta non ſit.* n.25.

Iuri naturali, & diuino nulla conſuetudo derogare valet. n.23. & 31.

Vt iuri deroget humano, rationabilis eſſe debet, & vt rationabilis ſit, ſufficit, vt non ſit repugnans Legi naturali, & diuinæ n.26.

Quæ ſtatuto induci poſſunt, poſſunt & conſuetudine. n.23.

Conſuetudo dat iuriſdictionem. n.23.

Dat priuilegium. n.23.

Non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam. n.24.

Eſt quid odioſum, & ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda eſt. n.25.

Conſuetudo per Legem reprobata, non ſolum in præteritum, ſed etiam in futurum, poteſt ex noua cauſa contra illam legem induci. n.28.

Contractus.

Emptionis, & venditionis contractus, tria pro forma requirit, mercem, pretium, & mutuum conſenſum. n.6.

Emptio.

Contractus eſt obligans venditorem ad tradendam mercem, pro pretio. Seu eſt pactio pretij pro merce. n.6.

Gratia.

Spiritualis gratia, pretio æſtimari non poteſt. n.31.

Ius humanum.

A libera, & iuſta voluntate Summi dependet Pontificis. n.23.

Miſſa.

Pro Miſſis celebrandis ſtipendium datur, non per modum pretij, ſed per modum eleemoſynæ ad Sacerdotis ſuſtentationem. n.5.

Papa.

Supra ius humanum poſitiuum eſt. n.23.

Sacramenta.

Nouæ Legis Sacramenta maximè ſpiritualia ſunt, in quantum ſunt cauſa gratiæ ſpiritualis. n.31.

Sepultura.

Res eſt ſpiritualis antecedenter, quia ordinatur ad Eccleſiaſticam humationem. n.12.

Conſiderari poteſt Sepultura, ſecundùm formale, & ſecundùm materiale à n.1.

Quod proximior ſit Altari maiori, ſecundum vnum reſpectum, ad materiale pertinet Sepulturæ; & ſecundum alterum, ad formale. n.2.3.

Materiale ſepulchri, & ſepulturæ, habito reſpectu ad materiale, & ad expenſas, vendi poteſt. n.4. *Si tamen adſit conſuetudo patriæ legitimè introducta, & præſcripta.* n.22. & 23. *Aliàs erit Simonia de iure Eccleſiaſtico.* n.14. 15. 16. 20. 21. 22. & 29.

Cautè procedi debet in emptione, & venditione ſepulchri, & ſepulturæ, ne Simonia committatur: & quæ ſit vtendum cautela. n.3. & 4.

Iure hæreditario, à parentibus, ad filios transfertur ſepulchrum ſeu ſepultura. n.4.

De ſepultura, provt dicit officium tumulandi, non verò provt eſt mortuorum habitaculum, loquuntur cap. Non ſatis & capit. Cum in Eccleſiæ, de Simonia. *num.* 29. De dicta diſtinctione, vide *n.*9.

Simonia.

Eſt ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. n.31.

Committitur contra Ius diuinum, & naturale quoties mera, & pretium ſunt diuerſi ordinis, & ſpiritualis, & temporalis. n.31.

Ius, & dominium vſusfructus Capellæ, & ſepulchri,

acquiri poteſt ſine Simonia per contractum emptionis, ſi terræ conſuetudo id ferat, & materiale tantum à contrahentibus intendatur, & non vllus ſpiritualis reſpectus. à n.5.

Semper committitur Simonia quoties datur pretium rei temporalis pro re ſpirituali annexa conſequenter: ſeu quæ ſpirituale ſupponit ordine temporis. n.7.

Abſque Simonia poteſt dari temporale pretium pro re annexa antecedenter ſpirituali (ſeu quæ ordinetur ad ſpirituale tempore poſterius) dummodo non detur ratione reſpectus, & ordinis ad ſpirituale. n.7.11.

Si temporale autem detur ratione illius reſpectus, & ordinis, Simonia contra ius naturale, & diuinum committetur. n.30.31.

Pretium accipere pro materiali ſepulturæ prohibitum ſæpe fuit in Iure Canonico. n.14.15.16.20.21. & 27.

Simonia contra ius Canonicum committitur in emptione, & venditione materialis ſepulturæ. n.22.

Excuſantur à Simonia, ementes, & vendentes materiale ſepulturæ, ſi id ferat conſuetudo patriæ legitimè introducta, & præſcripta. n.22. & 23.

Exigi, & extorquere pecunias pro fidelium exequiis reprobatur. n.10.15.18.19.31.

Poſſunt tamen Eccleſiaſtici officium iudicis implorare, pro obſeruatione conſuetudinis, pia fidelium deuotione introductæ, erogandi pecunias, exequias mortuorum celebrantibus. n.10.31.

Poſſunt exigere tamen, quod qui ſepelitur viuens iuſſerit, de ſuis bonis tribui. n.15.

In ingreſſu Religionis aliquid ab ingredientibus, etiam paliatè exigere, ſimoniacum eſt. n.19.

Stipendium pro Miſſis, & pro diuinis officiis celebrandis, ſine Simonia datur, dummodo per modum eleemoſynæ ad ſuſtentationem Miniſtrorum, & non per modum pretij detur. n.5.

Spiritualia.

Spiritualibus annexa ſunt antecedenter, quæ ex ſpiritualibus iam præexiſtentibus dependet. n.11.

Spiritualibus annexa conſequenter, ſunt, qua ordinantur ad ſpiritualia tempore poſteriora. n.11.

Venditio.

Eſt contractus obligans venditorem ad tradendam mercem pro pretio. Vel, eſt pactio mercis, pro pretio. n.6.

1 VT quæſtioni propoſitæ fiat ſatis, operæ pretium duxi præmonere, Capellam, Sepulchrum, & Sepulturam dupliciter conſiderari poſſe. *Primò* enim conſiderationi ſubeſt materiale Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ, provt ſcilicet eſt fundum quoddam, ſeu terra, vel etiam ædificium in ea factum. *Secundò* conſideratur formale eorumdem Capellæ, & Sepulchri, in qua conſideratione attenditur, quod eorum quodlibet ſit locus ſacer, religioſus, & benedictus ad officia diuina celebranda, vel ad fidelium corpora, more Eccleſiaſtico, tumulanda. Ad materiale ipſorum pertinet, quod in hac, vel in illa parte Eccleſiæ, vel Cœmeterij ſint, vti docent Emmanuel Sa, *verbo Simonia, num.*2. ibi: Nec ſacra vendere ratione materiæ, & ibi: Nec locum Sepulturæ honoratiorem. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Sepultura, num.*8. cum Soto, *de Iuſtitia, & Iure, lib.*9. *quæſt.*7. *artic.*1. Aragone, 2.2. *quæſt.*100. *artic.*4. & cum Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, *cap.*30. *num.*18. *&* 19. Bartholom. Gauantus, *in Manuali Epiſcoporum, verbo Sepultura, num.*4. Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa QQ. Regular. tom.*2. *part.*4. *verbo eodem, num.*14. cum Thoma Sanchez, *tom.*1. *conſiliorum, lib.*2. *cap.*3. *dub.*14. *num.*3. & Ioanne à Cruce, *in Directorio, præcepto* 7. *quæſt.*4. *dub.* 9. Martinus Bonacina, *in Summa, tom.*1. *de Simonia, quæſt.*4. §.6. *num.*1. *&* 2. Ioannes de la Val, *in eiuſdem Bonacinæ Compendio, verbo Simonia, num.*26. Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.*2. *lib.*2. *cap.*10. *num.*16. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Simonia, inquiſit.*1. *num.*19. *&* 20. Pax Iordanus, *volum.*1. *de Re ſacra, lib.*5. *tit.*11. *num.*11. *pag.*399. Franciſc. Pellizzarius, *in Manuali Regular. tom.*2. *tract.*8. *cap.*5. *n* 172. Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tom.*2. *cap.*17. *dubitat.*14. *n.*13. & alij paſſim Doctores.

Modificant tamen, limitant, & benè dictam do- 2
ctrinam Baſſæus, *tom.*1. *verbo Simonia III. num.*2. Bonacina, Ioannes de la Val, & Lezana, *locis citatis*, quando circunſtantia huius, aut illius loci, ſecundùm reſpectum temporalem, non autem ſecundùm ſpiritualem inſpicitur. Exempli gratia. In hoc quod Capella, Sepulchrum, vel Sepultura proximior ſit Altari maiori, poteſt attendi propinquitas iſta, vel provt Domini Capellæ, aut Sepulturæ, præcedunt alios ibi exiſtentes; vel provt ex propinquo, aut propinquiſſimo ipſi adſunt Altari maiori. Primus vtique reſpectus, merè temporalis eſſe dignoſcitur; ſecundus verò, merè ſpiritualis. Ille, ad materiale Capellæ, Sepulchri, vel Sepulturæ ſpectat; iſte autem ad eorum formale pertinet. Et in hoc ſenſu, intelligo Ioannem Baptiſtam Ventrigliam, *in Praxi rerum notabilium annotat.* 1. §.2. *num.*25. dicentem ſic. Immò pro dicta conceſſione licitum eſt recipere pretium ratione ſitus, vel dignioris loci, quaſi hoc non videatur concernere ſpiritualia. Ita tenet Gratianus, *diſceptationum forenſium, cap.*110. *num.* 9. & latiùs probat, *cap.*210. *per totum.* Hæc Ventriglia.

In eadem fuit ſententia Marcus Vidal allegatus, 3
*à num.*78. dum aſſeruit, dari poſſe abſque Simoniæ labe, maius pretium pro loco ſummo Altari, vel Sanctiſſimo corpori Domini propinquiori, qui honorabilior eſt. Quia locus honorabilior per accidens rei ſacræ coniungitur, & ſpirituali, cum ſecundùm ſe, non videatur concernere aliquid ſpirituale. Nam dicit tantùm quandam dignitatem, & præeminentiam: non enim talis honoratior locus ſimpliciter neceſſarius eſt ad Sepulturam v.gr. Ergo vendendo illum, non venditur ſimpliciter Sepultura, neque quid ſpirituale. Locus itaque honorabilior (inquit) eſt quid temporale, cum ſit tantùm in exiſtimatione hominum, & conſiſtat in eorum apprehenſione: & ſic pretio, bene ſine Simonia, contractari queit. Recenſet pro ſe Vidal, Thomam Sanchez, *tom.*1. *Opuſculorum, lib.*2. *cap.*2. *dub.*4. *n.*3. Nicolaum Garciam, *de Beneficiis, tom.*1. *part.*5. *cap.*9. *num.*117. *in Additionibus*, & penes eum Sotum, Gratianum, Salazar, Humad. & alios. Citat, & Ioannem à Cruce, Roderiquez, Aragonum, Philiarchum, Sa, & Barboſam. Quibus addo Naldum, *dicto num.*8. cum Praxi Neapolitana, *cap.*30. *citato*, & aliis, ex modo recenſitis, & Antoninum Dianam, *part.*2. *tract.*15. *reſolut.*57. qui aſſerit, ſic fuiſſe deciſum à S. Rota, in Tarraconenſi Sepulturæ, 17. *Maij, de Anno* 1572. coram Lanzellotto.

Cautè tamen procedere debent ementes, & vendentes Sepulchra, vel Sepulturas, & Capellas, cum ratione finis intenti, in illa maiori proximitate, poſſit vera interuenire Simonia, quæ nequeat ab vllo Doctore

ctore ſaluati; quod certè continget, quando finis intentus propinquitas illa ad Sanctiſſimum, qua talis fuerit.

4 Vt ergo quis tanti facinoris effugiat, in præfatorum emptione, & venditione labem, purè, mentis oculos, in reſpectu figat temporali. Sic enim, & non aliter hoc maximo liber erit flagitio. Quocirca Thomas Delbene, *de Immunitate Eccleſiaſtica, tom.2. cap.17. dubitat.14. num.1.* Sic fatur. Qui Sepulchrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, vel ſuis habet, illud, quoad proprietatem, iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, vendere poteſt: quia ſic non venditur benedictio loci, ſed materiale illud, ad quod alia ſequuntur. Vnde ratione materialitatis, quæ in ipſo eſt, iure hæreditario à parentibus ad filios transferri ſolet. Et quod dictum eſt de Sepulchro, idem proportionaliter dicunt de Capella. Hactenus Delbene. Sed quod de proprietate dicit, neutiquam amplector. Quia Laici, incapaces ſunt proprietatis, & dominij directi Capellarum, Sepulchrorum, & Sepulturarum, vti *Diſquiſit.2.huius Tractatus*, demonſtratum eſt.

Ex dictis patet præſentis reſolutio difficultatis. Sed vt illa, ea, qua fas eſt doctrina, & ſacrorum Canonum probatione illuſtretur, libuit eam duplici concluſione dilucidare. Sit igitur.

CONCLVSIO I.

5 POteſt acquiri ſine ſimoniæ labe dominium vſusfructus Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ, per contractum emptionis, ſi conſuetudo patriæ id ferat, & materiale tantum Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ, vel aliquid ad materiale ſpectans, tantum à contrahentibus in emptione, & venditione intendatur.

Hanc concluſionem tenent Ioann. Azorius, *Inſtitution.Moral.part.3. lib.12. cap.17. quæſt.2.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, ad Conſtitutionem Leonis Decimi, la 21. num.21.* Doctores ſupra allegati aſſerentes ſic: licitè poteſt ſine ſimonia vendi, honoratior Sepulturæ locus, & Hieronymus Roderiquez, *in Compendio QQ. Regularium, reſolut. 128. de Sepulturis, num.2.* in hæc prorumpens verba. Vſus vendendi Capellas pro Sepultura defunctorum, non eſt Simoniacus: tum, quia datur per modum eleemoſynæ ad reparationem Eccleſiæ, vel ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ, & non pro pretio, ſicut datur ſtipendium pro diuinis, & Miſſis celebrandis: tum etiam ex tacito conſenſu Papæ, & conſuetudine recepta, quæ præcipitur obſeruari *in cap. Ad Apoſtolicam, de Simonia*, & cui videtur authoritatem impartire Princeps, ſciens eſſe contrariam legibus, ac proinde velle antiqua iura, *cap. Non ſatis, & cap. Cum in Eccleſia, de Simonia*, immutare. *Ibidem artic.2.* De quo Nauarrus, *in Manuali, cap.23. num.102.* Couarruuia, *lib.1. Variar. cap.20. num.5.* Caietanus, *2.2.quæſt.100. artic.3.* Idem docet Portel, *verbo Sepultura num.8.* P.Villalobos, *2. part, Summæ, tract. 37.difficult.12.n.3.& 9.* Suarez, *tom.1.de Religione, tract.3.lib.4.c.14.n.22.*

6 Huc vſque Hieronymus Roderiquez, cuius, & aliorum Doctorum, ſimili generalitate loquentium doctrina, præciſione, qua vtimur, citra omne indiget dubium. Circa ea autem, quæ dicit, nonnulla aduertere duxi. *Primum* eſt, quod ſi interuenit vera venditio Capellæ, Sepulchri, vel Sepulturæ, neceſſariò fit pro vero pretio. Quia venditio, eſt contractus obligans venditorem ad tradendam mercem pro pretio: ſicut emptio, eſt contractus, qui conſenſu perficitur pretij merce. Ita diffinit Eligius Baſſæus, *tom.1.verbo Emptio, num.1.* cum Valentia, *tomo 3. diſput.5. quæſt.20. punct.1.* cum Syluio, *2. 2. quæſt.77.* & Filliucio, *tractatu 35. num.4.* Breuius Leſſius, vtrumque diffinit contractum, *lib.2.de iuſtitia, & iure, cap.21. dubitat.1 num.1.* dicens. Emptio diffiniri poteſt, pactio pretij, pro merce. Venditio, pactio mercis pro pretio. Ita ille *ex L.1. ff. de Contrahenda emptione.* Vbi tria (inquit Leonardus) requiruntur pro forma, ſeu ſubſtantia huius contractus, merx, pretium, & mutuus conſenſus. Ergo non poteſt dari Capellæ, & Sepulchri vera venditio, quin verum intercedat pretium, quia nequit venditio, abſque eo, quod de eius ſubſtantia, & forma eſt, ſubſiſtere.

Quod autem verum intercedat pretium in Ca- 7
pellæ, Sepulchri, vel Sepulturæ venditione, inconueniens non eſt, nec ex eo ſequi valet, ſimoniacam illam reddi. Quia pretium dari, & recipi poteſt licitè, & ſine ſimonia, pro re, quæ ideò ſpiritualis cenſetur, quia ad ſpiritualia ordinatur, licet dari nequeat pro re, quæ ſpiritualis eſt, quia ſpirituale ſupponit ordine temporis, vti ex D. Thoma explicabo. Illud tamen intellige, dummodò pretium non detur ratione illius reſpectus, & ordinis ad ſpirituale, quod formale eſt Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ; ſed ratione fundi, vel expenſarum forte factarum in ædificatione, reparatione, vel conſeruatione illorum. Conueniens enim, & decens eſt, vt defuncti, qui Sepulchrum inhabitant, & Capellam, ad Capellæ, & Sepulchri contribuant reparationem, & conſeruationem, vti benè Marcus Vidal, *de Simonia, Inquiſit.1. num.19.* Baſſæus, *verbo Simonia III. num.2.* Lezana, *tom.2. part.4. verbo Sepultura, num.14.* cum Thoma Sanchez, *tom.1. conſiliorum, lib.2. cap.3. dub.14. num.1.* & alij docent. Quia pretium, in huiuſmodi caſu, non accipitur pro Sepultura, aut Capella, provt res Religioſa, aut Sacra, ſed pro damno, quod Eccleſiis infertur in alienatione vſusfructus fundi illius, & ſoli, & pro incommodis temporalibus inde Eccleſiis reſultantibus. Negari enim non poteſt (verba ſunt Baſſæi) Sepulturas illas magna ex parte Eccleſias damnificare, male pulchras reddere: & pro iſto damno, pretium aliquod moderatum peti, & accipi poteſt, cum hoc potius ſit quædam reſtitutio damnificationis temporalis, quàm venditio rei ſacræ.

Secundum, quod aduertere duxi, circa ea, quæ 8
Hieronymus Roderiquez, in verbis ſupra recenſitis dicit, eſt, quod *in cap. Non ſatis*, ab ipſo reddito, non fit de Sepultura, provt habitaculum eſt mortuorum, & in acceptione, de qua in præſenti, ſed in tertia, provt dicit officium tumulandi, & ſepeliendi. Quod ſic probo. Quia in eodem ſenſu fit mentio de Sepultura in illa Decretali, ac fit de Chriſmata, & de Oleo, vti ex verborum apparet contextu. Sed de Chriſmate, & de Oleo ſacro non fit ibi mentio, niſi provt ſubſunt Sacramenti adminiſtrationi. Ergo nec de Sepultura, niſi provt dicit actum tumulandi, ſepeliendi.

Et in eodem ſenſu ſumitur Sepultura *in capite* 9
Cum in Eccleſia, ibi: pro Sepulturis, & exequiis mortuorum. Ponitur enim dictio, *et*, quæ mediat, pro *hoc eſt*, ſeu pro *id eſt*; non autem ad coniungenda diuerſa. Dictio itaque, *et*, ſi ponatur inter duo idem ſonantia, tunc remota, *et*, illa duo reſoluunt in vnum, vti reſoluit Auguſtinus Barboſa, *tract. de Dictionibus vſu frequentioribus, dict.110. num.13.* cum

Dictio et *ponitur aliquando, non inter diuerſa ſed idē ſonantia.*

Gonzalez, *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 3. *numero* 13. Quod autem idem ſonet nomen *Exequiæ*, quod nomen *Sepultura*, provt hoc ſæpè ſumitur pro officio ſepeliendi, ſeu exequias mortuorum celebrandi, certum eſt. Nomen enim Sepultura trifariè ſumitur, *primò*, pro loco ipſo in quo fidelium corpora tumulantur: *ſecundò*, pro iure ſepeliendi: *tertiò*, pro officio, quo cadaueribus impenditur. De quibus ſignificationibus dicti nominis, agit Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, Præludio* 10. *num.* 1. *pag* 15. *& de prima, & tertia*, Paſſeratius, *in Dictionario, verbo Sepelio*, dicens. Sepultura, quandoque pro ipſo Sepulchro dicitur.... Hiſpanè Sepultura. Quandoque pro funeratione, atque ipſo ſepeliendi actu...Plin. Poſt Sepulturam aliæ manium ambages ſunt. Cicero 1. *Tuſcul.* Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione, & Sepultura dicendum exiſtimem. Hæc Paſſeratius. In dicta igitur Decretali. *Cum in Eccleſiæ*, ſub Sepulchris, & exequiis idem omnino ſignificatur: duo illa nomina, idem ſonantia ſunt: duo reſoluunt in vnum. Ac per conſequens, nihil decernitur in præfato iure, quod noſtræ obſtet concluſioni, quæ procedit de Sepultura, provt in prima acceptione; Decretalis autem allegata, procedit de Sepultura, provt in tertia.

Sepultura nomē, triplicem habet ſignificationem.

10 *Tertium*, quod adnoto eſt, quod *in cap. Ad Apoſtolicam*, non præcipitur quod obſeruetur conſuetudo exigendi, & extorquendi pecuniam pro mortuorum exequiis, immò potiùs reprobatur. Quæ autem obſeruari præcipitur, illa eſt, quæ erga ſanctam Eccleſiam, pia fidelium deuotioni introducta inuenta fuerit: erogandi ſcilicet pecuniam exequias mortuorum celebrantibus: qui illam petere nequeunt, ſed officium iudicis implorare, iuxta Gloſſam *in cap. citatum, verbo Nituntur, & in cap. Abolendæ, de Sepulturis, verbo Exigere.*

11 Concluſionem noſtram docuit, me iudice, D. Thomas, 2.2. *quæſt.* 100. *artic.* 4. *in corpore*, quatenus ita fatur. Reſpondeo dicendum, quod aliquid poteſt eſſe annexum ſpiritualibus dupliciter. Vno modo, ſicut ex ſpiritualibus dependens, ſicut beneficia Eccleſiaſtica, dicitur ſpiritualibus annexum, quia non competit niſi habenti officium Clericare. Vnde huiuſmodi non poſſunt vllo modo eſſe ſine ſpiritualibus. Et propter hoc ea, nullo modo vendere licet, quia eis venditis, intelliguntur etiam ſpiritualia venditioni ſubiici. Quædam autem ſunt annexa ſpiritualibus, in quantum ad ſpiritualia ordinantur: ſicut Ius patronatus, quod ordinatur ad præſentandum Clericos ad Eccleſiaſtica beneficia, & vaſa ſacra, quæ ordinantur ad Sacramentorum vſum. Vnde huiuſmodi non præſupponunt ſpiritualia, ſed magis ea ordine temporis præcedunt. Et ideò aliquo modo vendi poſſunt, non autem in quantum ſunt ſpiritualibus annexa. Hactenus Angelicus Doctor.

12 Ex quibus tanti Præceptoris verbis, & ſententia, noſtra euideuter infertur concluſio, quia Capellæ, Sepulchra, & Sepulturæ ſpiritualibus ſunt annexa, non primo, ſed ſecundo modo, à D. Thoma in eis explicato, in quantum ſcilicet ad ſpiritualia, ad Diuina ibi celebranda, & fidelium defunctorum corpora, Eccleſiaſtico ritu tumulanda ordinantur, non aliter ac vaſa ſacra ad Sacramentorum vſum ordinantur. Et ſicut iſta ordine temporis præcedunt, & in ſuo non dependent eſſe, ab vſu Sacramentorum, ita & fundum, & Sepulturæ, ac Capellæ terra, immò & fabrica Capellæ, & Sepulchri præcedunt, & non dependent in ſuo eſſe à Diuinorum celebratione, nec ab Eccleſiaſtica cadauerum humatione. Et ſicut Ius patronatus, (cui in multis aſſimilatur ius vſusfructus Capellæ, Sepulchri, ſeu Sepulturæ, vti oſtendimus *Diſquiſitione præcedenti à num.* 22.) ordinatur ad ſpirituale, ordine temporis poſterius, ſcilicet ad præſentationem Clericorum ad beneficia, & ab eo in ſuo eſſe non dependent, quia nulla præexiſtente præſentatione ſæpiſſimè, immò ſemper habet Patronus ius præſentandi, ita & Capellæ, ac Sepulturæ. Ergo ſi hæc independentia à ſpirituali, ordine temporis poſterioris, ſufficit in D. Thomæ ſententia vt vaſa ſacra, & huiuſmodi vendi aliquo modo poſſint, ſufficiet, & in Capella, Sepulchro, & Sepultura. Et per conſequens iſta benè vendi poterunt ſecundùm temporale, vel materiale ipſorum, quod præcedit pariter, & independet à ſpiritualibus.

Sed obiicies. D. Thomas, & alij Doctores, Capellarum, Sepulchrorum, & Sepulturarum venditionem permittentes, intelligi debent, de licita illorum venditione, ſimonia tantum de iure naturali, & diuino prohibita, attenta; ſecus autem ſi prohibitio poſitiua Iuris Canonici conſideretur, quod quidem prohibere videtur Sepulturam, non ſolùm ſecundùm formale, ſed etiam ſecundùm materiale ipſius. Quod vtique conſtare videtur ex pluribus ſacris Canonibus. 13

In primis enim Magnus Gregorius, huius nominis Primus Eccleſiæ Catholicæ Pontifex Summus, vti habetur *in eius Regiſtro, lib.* 7. *Indict.* 2. *epiſt.* 56. ita decernens, Epiſcopo Caralitano ſcripſit. Queſta » eſt nobis Nereida clariſſima fœmina, quod ab ea » centum ſolidos pro filiæ ſuæ Sepultura, fraternitas » veſtra non erubeſcat exigere.....Quod ſi ita ſe veri- » tas habet, quia graue nimis eſt à Sacerdotis officio » pretium de terra conceſſa putredini quærere, & de » alieno velle facere luctu compendium: ab hac ſe pe- » titione fraternitas veſtra contineat, & moleſtia ei de » cætero non exiſtat..... Hoc autem vitium, & nos » poſtquam Deo authore, ad Epiſcopatus honorem » acceſſimus, de Eccleſia noſtra omnino vetuimus, » & prauam denuo conſuetudinem nequaquam vſurpari permiſimus, memores quia dum Abraham » à filiis Emor, hoc eſt Ephron, filio Seor Sepulchrum pretio ad humandum corpus coniugis poſtularet, pretium accipere renuit, ne commodum videretur de cadauere conſecutus. Si ergo tantæ conſiderationis paganus vir fuit, quanto magis » nos, qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium, ne vel in alienis » denuo tentari præſumatur admoneo. Sed ſi quando » aliquem in Eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſiquidem parentes ipſius, proximi, vel hæredes pro luminaribus ſponte quid offerre voluerint, accipere » non vetamus. Peti verò, aut aliquid exigi, omnino » prohibemus: quod valde irreligioſum eſt, ne aut venalis fortaſſe, quod abſit, dicatur Eccleſia, aut vos » de humanis videamini mortibus gratulari, ſi ex eorum cadaueribus ſtudeatis quærere quolibet modo » compendium. Hæc omnia noſter Gregorius, relatus » *in Canone Queſta eſt, el* 12. 13. *q.* 2.

14

Concilium etiam Tiburenſe, relatum *in Canone in Eccleſiaſtico, el* 14. *ead. cauſa, & eadem quæſt.* ſic ait. Quid terra terram vendis? memento quod » terra es, & in terram reuerteris.... Si terram vendis, » inuaſione rei dominicæ reus teneberis. Gratis ac- » cepiſti à Deo, gratis da pro eo. Quare interdictum » ſit omnibus omnino Chriſtianis terram mortuis » vendere, & debitam Sepulturam denegare, niſi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen, & redemptionem animæ viri defuncti gratis aliquid » dare velint. Hactenus Canon præfatus, vbi Gloſſa, »

15

verbo

verbo Si terram, illum non de qualibet terra intelligit, & illius prohibitionem, ſed de Religioſa, & ſacra tantum. Sic enim ibi fatur. Si terram Sacram, vel Religioſam. Et dico, quod terra ſit ſacra, vel Religioſa authoritate Pontificis.

16 In *Canone etiam* 107. *1. quæſt.* 3. ita Paſchalis „ Papa, provt ſequitur dixit. Si quis obiecerit non „ conſecrationem emi, ſed res ipſas, quæ ex conſe„ cratione proueniunt, penitus deſipere probatur. „ Nam cum corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut „ Abbas, aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in „ nullo proficiat, ſicut nec anima, ſine corpore cor„ poraliter viuit, quiſquis horum aliquid vendit, ſine „ quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum de„ reliquit. Nullus igitur emat Eccleſiam, vel præben„ dam, vel aliquid Eccleſiaſticum, nec paſtellum, nec „ paſtum antea, vel poſtea pro huiuſmodi ſoluat. Huc „ vſque Paſchalis Papa.

17 Concilium etiam Varenſe Secundum, relatum *in Canone Præcipiendum*, 13. *quæſt.* 2. *el* 15. & apud Petrum Creſpetium, *in ſumma Eccleſiaſticæ diſciplinæ, verbo Sepultura non pretio æſtimatur*, ſic de„ cernit. Præcipiendum eſt ſecundum Canonum au„ thoritatem, vt de Sepulchris, & hominibus ſepe„ liendis, nihil muneris exigant, niſi fortè, qui ſepe„ litur, viuens iuſſerit Eccleſiæ, in cuius atrio ſepeli„ tur, aliquid de ſuis rebus tribui, aut etiam poſt „ mortem ipſius, illi, quibus commiſſum eſt, eius elee„ moſynam facere de rebus illius, aliquid dare ſponte „ voluerint, & tamen nullatenus à Presbyteris Ec„ cleſiæ illius aliquid exigatur, ſiue ab illis, qui locis, „ & villis præſunt. Ita ibi. Quod vtique Decretum, ſub nomine Concilij Varenſis, à noſtro refertur Gratiano, *cauſa, & quæſtione citatis*, à Creſpetio vero, ſub nomine Concilij Vaſenſis II. & penes eum allegatur à Burchardo, *lib.* 3. *cap.* 159. ſub nomine Concilij Nannetenſis.

18 Prædicta prohibitio venditionis Sepulturæ, in non paucis aliis inuenitur Conciliis, in Meldenſi videlicet, *Canone* 63. & 72. in Metenſi, *Canone* 2. in Nannetenſi, *Can.* 6. De quibus, idem Petrus Creſpetius.

19 Extra etiam, in iure, non ſemel dicta reperitur prohibitio facta. In *capite* enim *Non ſatis, el* 8. *de* „ *Simonia*, ſic Alexander Papa Tertius decreuit. Pro „ Sepultura quoque, & Chriſmatis, & Olei receptio„ ne, nulla cuiuſquam pretij exactio attentetur: nec, „ ſub obtenta cuiuſquam conſuetudinis, reatum ſuum „ quis teneatur: quia diuturnitas temporis, non dimi„ nuit peccata, ſed auget. Hæc Conciliare, & Pontificium Decretum.

20 Innocentius item Papa Tertius in Concilio Lateranenſi, relato *in cap. Audiuimus, el* 41. *eiuſd. tit. de Simonia*, ſic vt ſequitur, Sepulturæ inhibuit ven„ ditionem. Præterea cum Miles, aut Clericus Do„ mum Religionis ingreditur, vel apud Religioſos „ eligit Sepulturam, etiamſi nihil loco Religioſo reli„ querit, difficultates ingerunt, & malitias, donec ali„ quid muneris manus contingat eorum. Cum igitur „ non ſolùm à malo, ſed ab omni ſpecie mali ſit (ſe„ cundùm Apoſtolum) abſtinendum: exactiones „ huiuſmodi penitus inhibemus. Hæc Innocentius, *in* „ *ſacro illo Conc.*

21 Et in terminis *de Sepultura* pro materiali *ſumpta* idem Pontifex Innocentius, ita vt ſequitur, illius venditionem prohibens, decreuit, *in cap. Abolendæ*, „ *el* 13. *de Sepulturis.* Abolendæ conſuetudinis per„ uerſitas apud Montem Peſſulanum (vt dicitur) in„ oleuit, vt decedentibus, non prius permittar ef„ fodi Sepultura, quàm pro terra, in qua ſepeliendi ſunt, certum pretium Eccleſiæ perſoluatur. Et in„ frà. Mandamus, quatenus cum loci Diœceſanus „ exiſtas, inhibeas Clericis, ne quidquam omnino præ„ ſumant exigere hac de cauſa. „

Ex quibus certè Pontificiis, & Conſiliariis Conſtitutionibus, pluſquam manifeſtum videtur, Capellam, Sepulchrum, & Sepulturam vendi non poſſe, abſque ſimoniæ labe, etiamſi materiale tantum iſtorum contractui emptionis, & venditionis ſupponatur.

Fateor quidem iura *num.* 16. & 21. recenſita, & 22 obiecta, multoperè meum vrgere intellectum, ad ſentiendum ſimoniacam eſſe de Iure Canonico, venditionem Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ, ſecundum materiale ipſorum; ſi tamen conſuetudo patriæ, legitimè præſcripta, aliud non ferat. Quam vtique limitationem conſultò addidi concluſioni noſtræ. Fateor ſimiliter, quàm plures ex Doctoribus pro illa adductis, ſentire huiuſmodi venditionem, ſimoniacam de iure exiſtere Eccleſiaſtico. Bonacina, *tomo* 1. *Tractat. de ſimonia, quæſt.* 4. § 6. Ioannes de la Val, *in eius Compendio, verbo Simonia, num.* 26. Antonius Naldus, *in ſumma, verbo Sepultura*, *num.* 8. Hieronymus Roderiquez, *in Compendio QQ. Regular. reſolut.* 128. *numero* 2. Pellizarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *parte* 1. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 4. *num.* 172. Lezana, *in ſumma QQ. Regular. tomo* 2. *parte* 4. *verbo Sepultura, num.* 14. & alij paſſim; nihilominus tamen audacter docent, illam licitè, & ſine ſimoniæ labe, fieri, celebrarique poſſe, ſuppoſita conſuetudine legitimè pro huiuſmodi venditione introducta, & præſcripta.

Ratio huius *reſolutionis*, & noſtræ concluſionis 23 eſt, quia Ius poſitiuum humanum, & Eccleſiaſticum, eſt totum in manu Summi Pontificis, & ab eius libera, & iuſta dependens voluntate, vti cum communi Doctorum docet Marcus Vidal, *in Arca Vitali tit. ſimonia, inquiſit.* 1. *num.* 77. Sed data conſuetudine legitimè præſcripta, contraria quidem iuri Eccleſiaſtico, cenſetur Summus Pontifex per conſuetudinis tolerantiam ipſi iuri derogare, Illuminatus Moronus, *reſponſo* 3. *num.* 9. ibi: Conſuetudo tollit omnem legem, quæ non ſit ius naturale, vel diuinum, quæcumque illa ſit ſiue Eccleſiaſtica, ſiue ciuilis, *cap. licet ex quadam, de teſtibus, & atteſtationibus*, & latè probat Sanchez, *de Matrimonio, lib.* 7. *diſput.* 4. *num.* 14. Hæc ille. Gloſſa, *in cap. Dilecti, verbo Conſuetudo, el* 4. *de Arbitris*, ibi: Et ita eſt argumentum, quod conſuetudo dat iuriſdictionem, & derogat iuri ſcripto. Eſtque textus expreſſus *in cap. Cum tanto, el* 11. *de Conſuetudine*, ibi: Licet etiam longæuæ conſuetu„ dinis non ſit vilis authoritas: non tamen eſt vſque „ adeò valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat præiudi„ cium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè „ præſcripta. Immò & nouum ius inſtituere cenſetur. „ Vnde Iuris appellatione venit conſuetudo. Barboſa, *Tract. de Appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificatione, appellatiua* 124. *verbo Ius, num.* 6. ex Mencha. *Vſufreq. cap.* 3. *num.* 2. & Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſula* 4. *gloſſa* 35. *num.* 2. & *appellatiua* 129. *verbo Lex, num.* 4. dicens conſuetudo venit appellatione legis, ſiue iuris, ex Menochio, *dicto cap.* 5. *num.* 2. quia parem vim habet cum lege. Guido Papa *ſingul.* 803. Bernard. Græuæ *ad Practicam Cameræ Imperialis, lib.* 1. *concluſ.* 36. Hæc Auguſt. Barboſa. Et ratio iſtorum eſt, quia conſuetudo eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur. Verba ſunt Iſidori noſtri,

Hiſpalenſis Archiepiſcopi, relata, *in Canone Conſuetudo, el 5. diſtinct. 1.* Vnde Innocentius Papa Tertius, *in dicto cap. Dilecti*, ſic ait. Quia tamen ſecundùm conſuetudinem approbatam, quæ pro lege ſeruatur in partibus Gallicanis, &c. Neque differt à lege, niſi tanquam tacitum ab expreſſo. Moronus, *vbi proximè, num.21.* cum Miſinger, *centuria 4. obſeru. 41. num.16.* Eademque inducuntur conſuetudine, quæ induci poſſunt ſtatuto. Moronus, *reſponſo 12. num.34.* cum Lappo, *allegatione 43. in fine.* Franco, *in cap. vnico, §. ſtatuimus, in fine, de Clerico non reſidente, lib.6.* & Federico de Senis, *conſil.17. num.7. verſic. Præterea, & conſil. 277. num.1. circa finem, verſic. 2.* Auguſtinus Barboſa, *tract. de Axiomatibus iuris, Axiom.56. verbo Conſuetudo, num.11.* ex eiſdem DD & addit, quod regulariter valet argumentum ab vno ad aliud. Crauet. *conſil.137. num.3.* Alexand. *conſil. 52. num.7. verſic. Si ergo, lib.5. & conſil.119. Quoniam, num.9. verſic. Quia à pari procedunt lib.6.* Dat etiam priuilegium conſuetudo. Gloſſa, *in Canonem conqueſtus, verbo Conſuetudo, el 8.9.quæſt.3.* ibi: Item conſuetudo dat priuilegium, vt hic, *& 64. diſtinct. Quia.* Quocirca Moronus, *loco citato, num.33.* ait cum Oldrad. *conſil.172. in principio, & conſil.146. in fine, & conſil.254. numero 5.* Anchar. *conſil.50.* & Baldo, *conſil.49. lib.1.* conſuetudine poſſe introduci, quicquid introduci poteſt priuilegio. Quod etiam docet Barboſa, *dicto axiomate 56. num.7.* ex eiſdem Oldrad. Anchar. & Baldo. Ergo data conſuetudine patriæ legitimè præſcripta, vendi poſſunt quoad materiale ipſorum, abſque ſimoniæ labe, etiam de Iure Canonico introductæ, Capella, & Sepulchrum.

24 Conſultò dixi: *data conſuetudine patriæ*: & in concluſione: *ſi id patriæ conſuetudo ferat.* Quia conſuetudo non, extenditur de loco ad locum; neque de perſona ad perſonam, vti benè Illuminatus Moronus, *reſponſo 3. num.51. ex L.3. §. Si quis hoc interdicto*, & ibi Bartolus, *ff. de itinere, actuque priuato. ex L. Ius ſingulare, & L. Quod vero contra, ff. de Legibus*, cum Bartolo, *in cap.1. num.9. de Feudis*, Decio, *conſil.483.n.22.* & Purpurato, *conſil.522.n.12.*

Sed dices, quando conſuetudo loci particularis deficit, ſpectanda eſt conſuetudo aliorum locorum. Barboſa, *in cap. Dilecto, el 10. & vltimo de officio Archidiaconi, num.4.* cum Innocentio ibi, *num.8. verſic. Item, & num.9.* Mohed. *deciſ.3. num.2. de Decimis*, & Rota, in Orolien. *Canonic. II. Martij*, 1619. coram Remboldo. Ergo etiamſi in patria deficiat conſuetudo vendendi Capellas, & Sepulchra, materiali illorum inſpecto, poterunt vendi ſi in vicinis locis talis adſit conſuetudo. Ergo extenditur de loco ad locum.

Reſpondeo, antecedens verum ſolum eſſe in caſu, quo dubium adſit de conſuetudine patriæ: Si enim dubitetur, an adſit in patria talis conſuetudo vendendi Capellas, necne, (& idem eſt de Sepulchro, aut Sepultura,) & certum ſit, talem adeſſe conſuetudinem in locis vicinis, tunc fortè poterunt vendi & in patria; ſecus autem ſi tale non intercedat dubium. Quia doctrina illa, in antecedente obiecta, hanc patitur limitationem. Vnde idem Barboſa, *in cap. Cum olim num.5. el 6. de Conſuetudine*, ita ait. Nam conſuetudo patriæ ſequenda eſt. Molina, *de Primogen. lib.1. cap.11. numero 1.* Cald. Pereira, *de renouatione emphyt. quæſtion.15. numero 47.* qua deficiente, in caſu dubio, ſeruandæ ſunt leges Regni vicinioris, & ſecundùm eas iudicandum, *L. 114. ff. de Verborum ſignificatione, pag.455.* Gutierrez, *Practicar. libro 3. quæſt.17. numero 215.* Gonzalez, *ad Regular.8. Cancellar. gloſſa 5. §.7. num.119.* Peregrinus, *Variar. lib.1. in rubrica, de officio iudicis Ordinarij, num.7.* Valaſcus, *de Part. cap.19. numero 11.* Cabed. *part.1. deciſ. 211. in fine.* Expreſſiùs ipſemet Barboſa, *in cap. Super eo, numero 2. el 22. de Cenſibus.* Notatur (inquit) ad hoc, quod in dubiis, vicinorum conſuetudo locorum eſt obſeruanda. Non ergo ſequenda ſemper eſt conſuetudo locorum vicinorum, deficiente adhuc patriæ conſuetudine, ſed in dubiis tantum, in ſententia Barboſæ.

Notanter etiam dixi: *legitimè præſcripta*: Quia 25
ſola conſuetudo legitimè præſcripta aduerſus latam prævalet legem. Moronus, *eodem reſponſo 3. numero 90.* Auguſt. Barboſa, *in Rubrica de Conſuetudine, numero 10.* Rationem reddit P. Moronus, *numero 93.* ſequenti, in hunc modum. Legem impediri conſuetudine, eſt quid odioſum, & in detrimentum Principis: & eſt ſtricti iuris, ſtrictéque interpretanda. Rota *in nouiſſimis, parte 2.* apud Farinacium, *deciſ. 102. numero 4.* Ergo de ſola præſcripta eſt intelligenda. Vnde cum de conſuetudine eſt ſermo, eſt intelligendus de præſcripta. Idem Moronus iuxta Gloſſam, *in Canonem Mos, diſtinct.1.* & textum ibi, & Baldum, *in cap. 1. de Feudis, columna 1.* vbi rationem reddit: quia conſuetudo antequam ſit præſcripta, dicitur voluntas, & conatus illam introducendi: ideo appellatione conſuetudinis non venit intelligenda, ſed tantum præſcripta. Id etiam dixi *ex recenſito cap. Cum tanto, el 11. de Conſuetudine*, vbi id expreſsè decernitur, & docet ibi Barboſa, *numero 1.* cum Abbate antiquiore, Zabarella, Barbatia, Bellamera, Ioanne Andrea, Imola, Anania, Hoſtienſi, Ancharano, Innocentio, Panormitano, Baldo, Butrio, & pluribus aliis, quos recenſet.

Sed quia in prædicta Decretali *Cum tanto*, exi- 26
gitur, quòd conſuetudo rationabilis ſit, vt iuri poſitiuo præiudicium generare valeat, operæ pretium duxi adnotare, quod licet varia adſint Doctorum placita circa illius explicationem, in quo rationabilitas conſuetudinis ſaluetur, quæ latè recenſet Moronus, *reſponſo 3. numero 24.* & Barboſa ibi, *numero 11.* dicens, quod illa eſt conſuetudo rationabilis, iuxta mentem Sylueſtri, *in Summa, verbo Conſuetudo, quæſt. 1.* & Soti, *de iuſtitia, lib.1. quæſt.7. artic.2. verſic. Quam vero longum*, quando de ea re, de qua eſt conſuetudo, iuſta eſſet Lex denuò edita priori mutata, ſi qua eſſet, vel minimè mutata, ſi nulla exiſtebat. Iuxta mentem autem Curtij *dict. cap. ſect. 2. numero 29.* & Monetæ, *de Diſtributionibus quotidianis, parte 2. quæſt. 12. numero 8.* quæ continet bonum, honeſtum, & honorabile. Et quæ haberet illas tres comites, vt religioni conueniat, congruat diſciplinæ, & ſaluti proſpiciat, vt loquitur textus *in cap. Conſuetudo, diſtinct.1.* & tandem illam eſſe rationabilem dicit, in ſententia Rebelli, *de Obligation. iuſtit. part.1. lib.1. quæſt.5. nnmero 4.* quam Eccleſia approbat, vel ſaltem, quæ peccatum non continet: illud mihi valdè arridet, pro præſenti difficultate, quod dicto Morono teſte, placuit Gabrieli, *in 4. diſtinct. 1. numero 3. dub.6.* & Nauarro, *tomo 1. conſiliorum, libro 3. tit. de cenſibus, exactionibus, & procurationibus, conſil.3. numero 3. pag. mihi 1057. editionis 2.* ſcilicet quod conſuetudo rationabilis ſit, quoties iuri naturali, vel diuino poſitiuo non repugnat. Si igitur non repugnat iuri naturali, vel diuino

nino poſitiuo, quod Capella, Sepulchrum, aut Sepultura, ſecundùm materiale ipſorum vendantur, vti ex D. Thomæ doctrina, *ſuprà numero* 11. tradita conſtat, (nullo enim modo vendi poſſent, ſi iuri naturali, aut Diuino repugnarent) conſuetudo illa vendendi rationabilis eſt. Ac per conſequens, iuri poſitiuo Canonico rationabiliter præiudicium generabit.

27 Sed obiicies. Conſuetudo vendendi Sepulturam, quoad materiale ipſius, ſeu quoad terram, reprobata eſt, *per cap. Abolendæ, el* 13. *de Sepulturis, vti numero* 26. vidimus, *& in capite Non ſatis, el* 8. *de Simonia*, de quo *numero* 18. Sed conſuetudo, quæ à Lege reprobatur, vt iniqua induci nequit. Barboſa, *in cap. Cum venerabilis, numero* 5. *&* 6. *de Conſuetudine*, ibi. Notatur „ etiam ad hoc, quod conſuetudo non valet contra „ Legem expreſsè conſuetudini derogantem, vt per Dumas, *reg.* 144. Gutierrez. *Practicarum libro* 3. *quæſt.* 31. *numero* 12 *ad finem.* Cardinalem Tuſchum *tomo* 2. *litt. C. concluſ.* 814. *numero* 5. Caraſc. *in explicatione ad aliquas Leges recopilat. cap.* 8. *numero* 23. Farinacium, *in Praxi criminali, parte* 7. *in fragmentis, litt. C. numero* 722. *cum ſeq.* & ibi. Et conſuetudo etiam futura procedere non poteſt aduerſus Legem, quæ ipſam conſuetudinem ſimpliciter reprobauit, vt per Couarruuiam *lib.* 3. *Variarum, cap.* 13. *numero* 4. Menchacam *controuerſ. frequent. cap.* 3. *numero* 1. Viui. *tomo* 1. *communium opinionum, lib.* 1. *tit.* 17. *numero* 362. *pag.* 246. Nauarrum, *de Spoliis Clericorum*, §. 14. *numero* 2. Fratr. Emmanuelem, *quæſtion. Regularium tom.* 1. *quæſt.* 9. *artic.* 5. Gutierrez, *Practicar. lib.* 3. *quæſt.* 31. *n.* 4. Hæc omnia Barboſa. Ergo conſuetudo vendendi Sepulturam etiam quoad terram induci non poteſt.

28 Huic obiectioni reſpondeo conceſſa maiori, negando minorem. Quia etiam conſuetudine reprobata per Legem, non ſolùm in præteritum, vti reprobata eſt conſuetudo vendendi Sepulturæ terram per *caput Abolendæ*, ſed etiam in futurum, poſſet ex noua cauſa induci conſuetudo contra talem Legem, illam reprobantem, vti benè Moronus, *reſponſo* 3. *numero* 114. *ex L. Si hominem, ff. Mandati.* Et ante illum Sotus, *de Iuſtitia, & iure, lib.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 2. *pag. mihi* 68. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Conſuetudo, num.* 4. Sanchez, *de Matrimonio, tom.* 2. *lib.* 7. *diſputat.* 4. *numero* 14. cum Panormitano, *in cap. Cæterum, numero* 9. *de Iuramento calumniæ, & cap.* 2. *numero* 8. *de Probationibus, & cap. fin. numero* 24. *de Conſuetudine.* Dominico, *cap.* 1. *ad finem, de Conſtitutionibus, lib.* 6. & cum Franco *ibi, numero* 9. *in fine.* Decio, *in cap.... de Probationibus, numero* 68. *in noua editione*, cum Aretino *ibi, numero* 34. Felino, *numero* 11. cum Barbatio, *in dict. cap. fin. numero* 81. *&* 82. cum Rocho de Curte, *de Conſuetudine, ſect.* 7. *numero* 11. Petro Rauenas, *eodem Tractat. ſect.* 3. *numero* 11. *&* 16. *verſic. Prædicta concluſio.* Baldo, *Nouello de Dote*, 6. *part. priuileg.* 21. *numero* 19. Ioanne Lupo, *in cap. per veſtras, de Donationibus inter virum, & vxorem notab.* 3. *in princip. numero* 2. *&* 3. Roſella, *verbo Conſuetudo, numero* 1. & ibi Angelo 1. *numero* 9. Sylueſtro, *quæſt.* 6. Tabiena, *quæſt.* 4. *numero* 5. *ad finem*, Armilla, *numero* 4. Forreto, *in repetitione cap.* 2. *de Probationibus, numero* 26. Couarruuia, *lib.* 3. *Variarum, cap.* 13 *numero* 4. Antonio Gomez, *L.* 51. *Tauri, numero* 26. *in fine*, cum Auiles, *cap.* 8 *Prætorum, gloſſa Coſtumbre, numero* 3. Auendaño, *reſponſ.* 16. *numero* 3. *verſic. Quod præ maximè*, cum Ducñas, *regula* 144. *limitat.* 1. Burgos de Paz, *L.* 1. *Tauri, numero* 480. Gutierrez, *lib.* 3. *Practicar. quæſtionum, quæſt.* 31. *numero* 12. Antonio Gabriel, *tom.* 1. *communium, libro* 33. *folio* 151. *verſiculo Conſuetudo ex noua cauſa*, cum Brunoro, *in ſuo Compendio, litt. C. verbo Conſuetudo etiam futura*, & Zeuallos *in ſuis quæſtionibus practicis, quæſtion.* 704. *numero* 6. Quamvis igitur iuxta *cap. cum de beneficio*, & ibi notata per Archidiaconum, & alios, *el* 4. *de Prabendis, & dignitatibus*, Barboſam, & alios *numero* 27. recenſitos, nequeat induci conſuetudo contra Decretum irritans, tamen tam longa poteſt eſſe in contrarium maximè in aliorum Principum ſæculo, vt decretum illud irritans euincat, vti præfati docent Authores. Immò ipſe Barboſa *in dicto cap. cum venerabilis, dicto numero* 5. nobiſcum ſentit, cum dicat. Valet tamen (conſuetudo ſcilicet, de qua agebat,) quando eſt inducta ſciente, & patiente Papa, vel illo, qui Legem poteſt tollere. Ducñas, *regula* 206. *verſic. Limita* 5. Carraſc. *dicto* 8. *numero* 24. Hæc Barboſa. Vnde nego conſequentiam, ex illo contra nos illatam.

Conſultò etiam dixi, *numero* 22. *caput Abolendæ, & Canonem ſi quis obiecerit*, multopere meum vrgere intellectum ad ſentiendum ſimoniacam eſſe, de Iure Canonico venditionem Capellæ, Sepulchri, & Sepulturæ ſecundum materiale ipſorum: quod de aliis iuribus obiectis *num.* 19. *&* 20. non dixi, quia in eis mentio de Sepultura, provt terra eſt, non fit, aut provt fundum, ſed provt officium dicit ſepeliendi, vt videre licet, *in cap. Non ſatis numero* 19. recenſito. Quod etiam *de capite Audiuimus*, intelligi benè poteſt. Quod autem *de cap. Abolendæ, & Canone ſi quis obiecerit* dixi, dico etiam de *Canone Queſta eſt.* Quia in eo Magnus Gregorius de Sepulturæ terra loquitur, ſicut & *Canon Præcipiendum*, ibi: vt de Sepulchris. *Et Canon, in Eccleſiaſtico*, de quibus vtique omnibus idem ſentio, prohibere ſcilicet venditionem Sepulturæ etiam materialiter ſumptæ. 29

CONCLVSIO II.

NVllo modo vendi poſſunt Capellæ, Sepulchra, & Sepulturæ ſecundùm illorum formalem reſpectum ſine contractione criminis ſimoniæ, non ſolùm Iure poſitiuo Eccleſiaſtico, ſed à naturali introductæ, & diuino. 30

Hæc concluſio quoad priorem eius partem, *de Iure poſitiuo humano Eccleſiaſtico*, ſatis probata manet ex iuribus, circa probationem primæ concluſionis, *à num.* 14. recenſitis, quæ dubio procul, pro hac ſecunda fulcienda, maximam vim habere dignoſcitur. Quoad poſteriorem verò, de prohibitione à diuino, & naturali iure inducta, hac efficaci, & fundamentali probo tatione.

Capella, Sepulchrum, & Sepultura ſecundùm eſſe formale ipſorum, id eſt provt loca benedicta ſunt, aut religioſa, non ſunt pretio æſtimabilia. Sunt enim altioris ordinis, ſpiritualis ſcilicet; pretium verò eſt ordinis materialis. Ergo Capella, Sepulchrum, & Sepultura ſecundum formale ipſorum, & ius, ac dominium vſusfructus illorum, nequeunt ſine violatione iuris diuini, & naturalis violatione vendi: ac per conſequens, ſine incurſione in crimen ſimoniæ, iure naturali, & diuino prohibitum. Patet hæc conſequentia. Quia ſi merx, & pretium diuerſi ſunt ordinis, ſpiritualis, ſcilicet, & tẽporalis, ſimonia cõtra 31

ius diuinum, & naturale committitur, vti docent D. Thomas, 2.2. *quæst.* 100. *artic.* 2. *tam in corpore*, ibi. Respondeo dicendum, quod Sacramenta nouæ Legis sunt maximè spiritualia, in quantum sunt causa spiritualis gratiæ, quæ pretio æstimari non potest, & eius rationi repugnat, quod non gratuito detur.... Sic ergo dicendum est, quod accipere pecuniam pro spirituali Sacramentorum gratia, est crimen Simoniæ, quod nulla consuetudine potest excusari: quia consuetudo non præiudicat iuri naturali, vel diuino. Quam in argumentorum solutionibus, maximè *in responsione ad* 4. ibi. Et ideò, si aliqua ex consuetudine exigantur, quasi pretium rei spiritualis, cum intentione emendi, vel vendendi, est manifestè Simonia. Hæc D. Thomas. Quam doctrinam tenent etiam Emmanuel Sa, *in Summa, verbo Simonia, num.* 1. Barbosa *de Potestate Parochi, parte* 3. *cap.* 26. *num.* 57. Marcus Vidal, *in Arca sua Vitali, tit. de Simonia, inquisit.* 1. *num.* 6. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 23. *num.* 99. & 100. Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 2. *dub.* 3. *in principio*, vbi sic Simoniam diffinit cum D. Thoma *eadem quæst.* 100. *artic.* 1. & cum Paulo Laymano, *lib.* 1. *tract.* 10. *cap.* 8. Est studiosa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquid spirituale, vel spirituali annexum. Laurentius etiam de Peyrinis, *de Priuilegiis, tomo* 1. *ad Constitutionem* 21. *Leonis Papæ Decimi, num.* 21. *pag. mihi* 198. vbi ita fatur. Non potest tamen vendi ius Sepulturæ quatenus quid spirituale est; licèt etiam quoad hoc possint Religiosi accipere quicquid pro eo à Laicis datum fuerit; exigere autem nequaquam. *Dicto c. Questa* 13. *quæst.* 2. Immò si sit consuetum dari aliquid pro officio Sepulturæ, possunt compelli Laici id obseruare. *Cap. Ad Apostolicam de Simonia.* Glossa *in cap. Abolendæ, verbo Exigere*, vbi Panormitanus, *num.* 6. Hactenus P. Peyrinus.

DISQVISITIO V.

An Dominium vsus Capellarum, Sepulchrorum, & Sepulturarum, seu Ius in illis, à priuatis, maximè à Laicis, acquiri possit personis per constructionem, aut readificationem illorum?

BREVIARIVM.

Axioma.

Voluntas pro facto reputatur, vbi actum excludit necessitas. n. 14.

Axioma hoc solum est verum, quando factum ipsum non requiritur. n. 15.

Capella.

Dominium Capellæ, quoad vsumfructum acquirit priuatiuè quoad alios, illius constructor, si ante constructionem licentiam obtinuit construendi, à potente illam concedere, & constructio cum effectu subsequatur. à n. 1.

Contractus.

Est actus externus inter duos, aut plures ex consensu ipsorum vltrò, citróque obligationem pariens. n. 34.

Dominium.

Loci Religiosi, & sacri dominium, sub nullius dominio quoad proprietatem cadit. n. 2.

Monasterij, aut alterius rei, de Ecclesiasticis reditibus ædificatæ, dominium, ad Ecclesiam illam pertinet, cuius ipsi reditus fuerunt, etiamsi in proprio solo, & fundo fuerit facta constructio. n. 21.

Idem est, si constructio fuit ex bonis Militis, Pupilli, & Vxoris facta: quia dominium rei erit Militis, Pupilli, aut vxoris. n. 21.

Ius patronatus.

Qui sibi illud reseruauit, censetur reseruasse etiam hæredibus. n. 1.

Acquiritur per readificationem, sicut per primam constructionem n. 3.

Æqualiter acquiritur ab omnibus, qui fundant, construunt, vel dotant, etiam inæqualiter. n. 7. 8.

Non acquiritur ab eo, qui ædificare cœpit, sed ab eo, qui constructionem perfecit. n. 11. & 15.

Maiores.

Maiores dicuntur Pater, Auus, & alij superiores ascendentes. n. 31.

Negotiatio.

Qui pecuniam alterius non priuilegiati, negotiationi exponit, lucrum ex negociatione procedens, suum facit, dummodo pecuniæ Dominus tantumdem ex illa non fuisset lucraturus. n. 23.

Regula.

Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per seipsum. n. 13.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipse soluisset, vel ipsi solutum esset. n. 13.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non est dubium comparari. n. 18.

Sepultura.

Priuatiuè quoad alios, dominium vtile Sepulturæ acquirit illius constructor, si ante constructionem, licentiam obtinuit à potente illam concedere, & constructio fuit cum effectu sequuta. n. 1. & seqq.

Qui habet Dominium vtile Sepulturæ probibere potest, ne aliquis absque eius licentia in ea sepeliatur. n. 1.

Qui sepulturam construxit, ius patronatus illius, latè sumptum, habet n. 2.

Qui sepulturam sibi fabricauit, si intestatus decedat, in illa est sepeliendus, etiamsi aliam habeat alibi. n. 3. & 4.

Sepulturam construens, tacitè censetur reseruare sibi ius sepeliendi. n 4. 5.

Si plures illam construunt, æqualiter omnes ius acquirunt sepeliendi. n. 6. & 8.

Si vnus incipiat Sepulturam construere, & alius perficiat, vterque illius dominium vtile acquirit. à n. 9.

Dummodo tamen de mandato, aut commissione incipientis, alter opus perficiat. n. 12. & 13.

Qui cœpit Sepulturam construere, si desistat, potest ab Episcopo ad perficiendum compelli. n 9.

Si quis sepulturam pro se, & pro aliis construat, dominium illius vtile, pro omnibus acquirit. n. 17.

Qui Sepulturam alterius pecunia construit, acquirit

vit Dominium illius vtile, ſi pecuniæ Dominus id ratum habuerit. n. 19.

Si pecuniæ Dominus fuerit Eccleſia, Miles, Pupillus, aut vxor, dominium Sepulturæ pecuniæ Domino acquirit. à n.21. ad 24.

Si tamen Dominus pecuniæ ſit perſona priuata, non priuilegiata, ſibi acquirit Sepulturæ dominium, illam conſtruens. n.22. & 23.

Sepultura ex bonis reſtitutioni obnoxiis conſtructa, ſi illa non fuerint Eccleſiæ, Militis, Pupilli, aut vxoris, ad hæredes tranſit conſtructoris. n.24.

Qui Sepulturam ſuæ conſtruit familiæ, dominium vtile illius acquirit omnibus deſcendentibus ſuis maribus, & fœminis, ſiue hæredes ſint, ſiue non. n.25.26. & 27.

Si illam tantum conſtruit pro ſe, & ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus, dominium vtile illius deſcendentibus ſuis non acquirit. n. 25. 26. & 27.

Sepultura familiaris, ſeu agnationis eſt, quæ conſtruitur pro ſe, & pro iis, qui ſunt de eius familia n.27.

Hæreditaria Sepultura eſt, quæ pro ſe, & ſuis conſtruitur hæredibus. n.27.

In Sepultura familiari non poteſt hæres extraneus de Iure Canonico ſepeliri. à n.27. ad 34.

Poſſunt omnes de familia, etiam non hæredes. n.34.

In Sepultura hæreditaria ſolum poſſunt ſepeliri hæredes, filij & deſcendentes conſtructoris. n.27. & 34.

In ſepultura familiari alterius agnationis ſepeliri non poteſt, qui deſcendit per fœminam, etiamſi ſit hæres. n.31.

Colligitur an ſit Sepultura familiaris, an verò hæreditaria, ex inſcriptione. n.27.

Qui ſepulturam non elegit, ſepeliri debet cum maioribus ſuis, de linea maſculina. n.31.

DIfficultas propoſita, multa implicat, ſpeciali diſcuſſione digna. Quæ vt melius dilucidentur, quæ circa eam dicenda occurrunt, diſtinctis concluſionibus illuſtrare decreui, ſit ergo.

CONCLVSIO I.

1 SEpulchrum conſtruens, aut Sepulturam, vel etiam Capellam, ius acquirit in Capella, Sepultura, & Sepulchro, & dominium vtile illorum, priuatiuè quoad alios, dummodo ab initio licentiam obtinuerit illa ædificandi, à potente illam concedere, & ædificatio ipſa cum effectu ſequatur.

Ita docet Rochus de Curte, *de Iure patronatus, in explicatione diffinitionis illius, verbo in Eccleſia, num.*13. vbi fatetur habere ius vſus Sepulchri, qui illud conſtruxit, & Ius patronatus illius lato modo ſumptum; non tamen verum Ius patronatus. Et *verbo Eccleſiam fundauit, num.*13. *pag.*379. cum Calderino, *conſil.*4. *de Iure patronatus*, ait quod ſi quis reſeruauit ſibi ius patronatus, cenſetur reſeruaſſe etiam hæredibus. Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*1. *diſputat.* 1. *controuerſ.* 4. *concluſ.*6. *pag.*50. dicens. Ad Sepulturæ ius acquirendum priuatiuè quoad alios, licentia exigitur ab initio Sepulturam ædificandi, vna cum ipſa ædificatione ſubſequuta. Et *diſputat.* 6. *controuerſia* 14. *concluſ.*10. vbi *pag.*296. ſic ait. Sepulturam propriam quis habere poteſt quoad vſum, & prohiqere, ne abſque eius aſſenſu, in illa ſepeliri quis poſſit. Et ad hoc ius Sepulturæ acquirendum, quoad alios priuatiuè, requiritur licentia ædificandi Sepulturam ab initio, vna cum ipſa ædificatione ſubſequuta. Hæc ille.

Tenet etiam concluſionem Auguſt. Barboſa, 2 *de Officio, & poteſtate Parochi, parte* 3. *cap.* 26. *numero* 12. Vbi ita fatur. Et ad hoc ius Sepulturæ acquirendum quoad alios priuatiuè, requiritur licentia ædificandi ab initio Sepulturam, vna cum ipſa ædificatione ſubſequuta. Marcus etiam Vidal, *tit. de Simonia, inquiſitione* 1. *numero* 84. in ſequentia prorumpit, Infertur tertiò, quod licet Laïcus in Sepultura conſtructa ſuis impenſis, vel empta habere poſſit ius quoad vſum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus; nihilominus nullum acquirit dominium, cum loca Religioſa non cadant ſub alterius dominio. Hæc Vidal. Vbi voce *dominium* & *dominio* vtitur pro dominio directo, & proprietatis.

Quod de conſtructione diximus Sepulchri, in- 3 telligi etiam debet, de reædificatione illius. Sic enim ait Samuellius, *dicta diſputat.* 1. *controuerſ.* 7. *concluſ.* 5. *pag.* 39. & in ſimili *de Iure patronatus* idem docet Abbas *in cap. Quoniam. numero* 8. *el* 3. *de Iure patronatus*, ibi. Et ſic habes, quod ex noua conſtitutione quis acquirit Ius patronatus.

Concluſionem etiam tenet Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tomo* 3. *in Additamentis ad Conſtitutionem Leonis Decimi, cap.* 4. *numero* 52. *pag. mihi* 434. vbi in ſequentia prorumpit. Si autem defunctus adultus & diſcretus, Capellam cum Sepultura ſibi fabricauit cum Armis, & inſcriptionibus, licet inteſtatus decedat, tunc non eſt dubium, quin ſepeliri debeat in Sepultura ab ipſo fabricata: ſtatim enim ac ſibi fabricauit, eam elegiſſe videtur, etiamſi alibi habeat Sepulturam, in qua Maiores ſui Sepulti ſunt. Hæc P. Peyrinus.

CONCLVSIO II.

SI Sepulchrum conſtruens, nullam ſibi faciat 4 reſeruationem Iuris illius, tacitè cenſetur reſeruatum ius ſepeliendi.

Concluſionem tenent Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *capite* 5. *numero* 144. Laurent. de Peyrinis, modo pro prima adductus concluſione. Samuellius, *conuerſ.* 6. *concluſ.*6. *tractatus* 1. *& diſputationis* 1. dicens. Sepulturam conſtruens, nulla ſibi facta reſeruatione Iuris, cenſetur tacitè ius ſepeliendi reſeruatum, ſicut contingit de conſtruente Eccleſiam. Sic ille, *pag.* 36. Et in ſimili de Iure patronatus, tenet Rochus de Curte, *in explicatione diffinitionis Iuris patronatus, verbo Eccleſiam fundauit, numero* 12. Vbi docet de conſtruente Eccleſiam, abſque eo, quod dixerit ſe velle eſſe Patronum, illius Ius patronatus acquirere. Et allegat Rotam, *in antiquis, deciſ.* 255. *la* 5. *de Iure patronatus*. Gloſſam, *in cap. Si quis Baſilicam, verbo Sunt tributaria, de Conſecratione, diſtinct.* 1. ac probat *ex cap. Significauit, de Teſtibus, &* Cardinali Abbate, Felinóque Sandæo ibi, dicentibus ſufficere, quod conſtruens non remiſerit ipſum Ius patronatus.

Et iuxta hanc doctrinam, intelligo Samuël- 5 lium proximè redditum, ibi, *ſicut contingit de conſtruente Eccleſiam*: non enim fuit eius mens aſſerere conſtruentem Eccleſiam, ius Sepulturæ

pulturæ eo ipſo acquirere, ſentit enim contrarium *eod. tract. diſput. 6. controuerſ. 14. concluſ. 10. pa.* 297. dicens. Sepulturam propriam quis habere poteſt quoad vſum, & prohibere, ne abſque eius aſſenſu, in ea ſepeliri quis poſſit; & ad hoc ius Sepulturæ acquirendum, quoad alios priuatiuè, requiritur licentia ædificandi Sepulturam ab initio, vna cum ipſa ædificatione ſubſequuta, & non cenſetur tale ius acquiſitum ex ſolo curſu decennali, ac cadauerum illatione, nec vtique ex Iure patronatus, quod quis in Eccleſia habet. Quod igitur voluit Samuellius, in recenſitis dicere verbis, fuit, quod ſicut conſtruens Eccleſiam, eo ipſo acquirit Ius patronatus illius, abſque eo, quod indigeat expreſſa illius reſeruatione, aut mentione quidem vlla: ſic ſimiliter, conſtruens Sepulturam, eo ipſo acquirit ius illius, nulla facta reſeruatione.

CONCLVSIO III.

6 SI plures ſimul vnum conſtruant Sepulchrum, omnes æqualiter ius in illo ſepeliendi, Dominium vtile illius acquirunt.

Hanc tenet concluſionem Samuellius, *tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 6. concluſ. 6. pag.* 37. ibi. Et ſicut plures conſtruunt Sepulturam, omnes æqualiter ius habent ſepeliendi, cum Sepultura ſit indiuiſibilis.

7 Probatur concluſio, à ſimili de Iure patronatus, quod quidem habent in Eccleſia, omnes eius fundatores, conſtructores, & dotatores, etiamſi inæqualiter fundent, conſtruant, vel dotent, vti docet Cæſar Lambertinus, *de Iure patronatus, part. 2. lib. quæſt. 4. principali, artic. 1. pag. mihi* 177. vbi *numero* 1. Ita fatur. Omnes Doctores dicunt, Ius patronatus eſſe in ſolidum apud omnes, ſiue æqualiter dederint Eccleſiæ pro illa fundanda, conſtruenda, & dotanda, ſiue vnus dederit fundum, alter conſtruxerit, alter dotauerit, ſiue plures ſimul conſtruxerint, vel plures dotauerint, etiam inæqualiter, vt volunt moderni, *in hoc tractatu....* & nos oſtendimus latè *ſuprà in 1. parte, 1. lib. in 3. quæſtione principali, in 1. articulo cum quatuor ſequentibus, & plenius in 8. articulo.* Hactenus Lambertinus.

8 Eandem doctrinam tradit Rochus de Curte *in eodem tractatu, in expoſitione diffinitionis, verbo Et dotauit, numero 21. pag.* 396. dicens. Duodecimo quæro circa prædicta. Pone, quod plures dotent, & vnus plus conferat, quàm alter: an per hoc habeat maius ius in Patronatu? Hoſtienſis, in loco præallegato (ſcilicet *in Summa, de Iure patronatus, §. Qualiter transferatur, verſic. Quid ſi plures*) dicit, quod Ius patronatus ad ſingulos pertinet in ſolidum.... Præmiſeram etiam deciſionem, ſcilicet in quantum dictum eſt, quod licet vnus minus conferat, tamen ita Patronus eſt, ſicut qui plus confert: comprobo per decitionem Gloſſæ *in Clementina, Plures*, in Gloſſa magna *poſt principium, eodem titulo*, quæ dicit, quod omnes concordant in hoc, vt in hæredes etiam ex inæqualibus partibus, æqualiter tranſeat Ius patronatus. Et etiam omnes concordant ſecundum Gloſſam ibi, vt qui aliquid in dote poſuit, ita ſit Patronus, ſicut qui plus poſuit. Hæc omnia, & alia dicit ad intentum præfatus Rochus de Curte. Si igitur omnes Eccleſiæ conſtructores, æqualiter Ius patronatus acquirunt, etiam Sepulchri conſtructores ius, & dominium vſus in illo per conſtructionem in ſolidum acquirere dicendum eſt, & æqualiter, propter ſimilitudinem repertam inter ius Sepulchrorum, & Ius patronatus, de qua nonnihil dixi *diſquiſit. 3. àn. 22.*

CONCLVSIO IV.

SI vnus Sepulchrum, aut Sepulturam conſtruere incipiat, & alter illam perficiat, vterque dominium vtile illius acquirit. 9

Hanc tenet Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 6. concluſ. 11.* vbi ita ait. Sepulturam, ſi quis incipit conſtruere, & alter perficiat, ambo erunt Domini; licet Diœceſanus eum quiuerit compellere ad perficiendum, qui eam incœpit, & infra terminum ſibi bene viſum, cogere ad eam perficiendam; cum ex ſola inchoatione illius, Sepulturæ ius acquiratur, minimè ſine eius perfectione. Hactenus Samuellius.

In ſimili de Iure patronatus idem docet Paulus de Citadinis *de Iure patronatus, part. 3. quæſt. 14.* vbi inquirit, *numero 37. pag.* 449. An ex qualibet incœptione fundationis acquiritur Ius patronatus? Quid enim ſi incipientem ædificare pœniteat, & relicto ædificio alius perficiat. An incipienti, vel perficienti acquiratur Ius patronatus ex tali fundatione. 10

Et reſpondet. *Primò*, quod ex incœptione fundationis, ſeu ædificationis, non acquiratur Ius patronatus. Quia Ius patronatus (inquit) acquiritur ex fundatione, & conſtructione Eccleſiæ, quæ cõſtructa dici non poteſt dum aliquid ſupereſt conſtruendum. §. 1. *Inſtituta, Quibus modis teſtamenta infirmentur.* Sic nec aſcendiſſe domum, vel arborem dici poteſt, qui de præſenti aſcendit. Gloſſa, *in L. Venditis, Cod. de Contrahenda emptione.* Nec qui vult ædificare, dicitur ædificaſſe. Nec qui vult eligere, dicitur elegiſſe. Gloſſa, *in L. Serui electione, ff. de legat. 1.* Sed ſic eſt, quod omnia Iura concedentia Ius patronatus ex conſtructione, vel fundatione, loquuntur in præterito, fundauit, vel fundauiſſe, ſæpius allegatis, *cap. Piæ, & cap. Trigentius*, & *cap. Filiis*, §. 1. *quæſt. 7.* Quod verbum de ſui natura actus perfectionem denotat, non inceptionem tantum. Notatur *in L. Si quis, verſic. Quod ſi dum proponitur, ff. de Iurisdictione omnium iudicum.* Ideo ſtatutum puniens, qui Baldum exportauit de Ciuitate, non puniet exportantem: quia adhuc non perfecit, vt ſonat ſtatutum, ſicut tenet Baldus, *in L. Si quis non dicam rapere, Cod. de Epiſcopis, & Clericis. in L. Fugitiui, Cod. de ſer. fugi.* Ioannes Andreas, *in Additionibus ad Speculatorem, tit. de Conſtitutionibus, circa principium.* Ergo nec inceptioni erit Ius patronatus acquiſitum. Ac per conſequens, ex incœptione conſtructionis Sepulchri Ius, & dominium vtile in illo non acquiritur, ſi non perficitur. Quia Ius, & dominium præfatum, ex conſtructione acquiritur Sepulchri, quod conſtructum dici nequit, dum aliquid in eo ſupereſt conſtruendum. 11

Nec ad illud acquirendum per eum, qui conſtruere incœpit, ſufficiet quod per alterum conſtructio perficiatur, ſi de eius mandato, aut commiſſione, non perficitur Sepulchrum per alterum, etiamſi paſſus fuerit alterum perficere. Quia vti docet præfatus Paulus de Citadinis *de Iure patronatus Eccleſiæ*, voluntas in his, quæ ſunt facti, vt ædificare, licet mille annis ſiſtat in cogi- 12

tatione;

tatione, non habetur pro facto, *cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ cap. Cum aliquibus, de Re iudicata. L. Promiſſor, §. Conſtit. de Conſtitutionibus Principum.*

13 Secus autem ſi per alium ordinaſſet perfici, morte, vel alio modo impeditus : quia ſi per eum non ſtat quominus conſtruat, conſtruere dicitur. Paulus de Citadinis, *loco priximè citato, numero 39. ex L. Vter ex fratribus, ff. de Conditionibus Inſtitutionum*, tunc ſibi indubitatè acquititur tale ius, vel hæreditatibus ſuis.

Secundò, quia per alium facit, per ſe facere videtur. Regula, *in cap. Qui facit per alium, eſt perinde, ac ſi faciat per ſeipſum. la 22. de Regulis Iuris, lib. 6.* deſumpta ex Regula. *Qui iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet, la 141. Iuris Cæſarei.* Gloſſa *in dicta Regula 22.* Idem Paulus de Citadinis.

14 Sed obiicies contra id, quod de *voluntate* dictum eſt, axioma illud Drexelij Amuſſi, *lib. 2. cap. 6. quæſt. 7.* Bidermani, *de Actibus humanis, fol. 201.* Fabri, *part. 1. fol. 298.* Valerij Reginaldi, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib. 27. numero 8.* quos recenſet, & ſequitur Ioannes Caramuel *in Theologia fundamentali, numero 1109. fol. mihi 303.* Quod etiam fuit D. Bernardi, & Ioannis Azorij, *Inſtitutionum Moral. part. 1. lib. 2. cap. 6. quæſt. 6. colum. mihi 114. in principio.* Axioma tale eſt. *Voluntas, pro facto reputatur, vbi actum excludit neceſſitas.* Quod æquè de bona, & mala intelligi voluntate, docet Ioannes Caramuel. Ita vt voluntas bona cum charitate, Deo accepta ſit, & pro facto habeatur apud Deum, vbi non adimpletur per impoſſibilitatem, vt probatur, *de Pœnitentia, diſtinct. 1.* vſque ad Canonem, *Quis aliquando*, & in aliis operibus habetur pro facto. *Canon. Quicumque*, §. *Si quis maſculum*, & ibi Gloſſa, *de Pœnitentiis, diſtinct. 1 citat.*

Ergo qui conſtruere incœpit Sepulchrum animo illud perficiendi, reputabitur de facto perfeciſſe, ſi morte, aut aliàs fuit impeditus non perfecit, & erit illius Dominus, etiamſi de illius mandato non perficiatur per alterum.

15 Sed contra, quia axioma illud, non eſt ſemper verum. Non enim voluntas habetur pro facto, niſi ſequatur effectus, vbi factum ipſum requiritur, vti benè Paulus de Citadinis, *vbi ſuprà, numero 40. vt in dicta quæſt. de Pœnitentiis, diſtinct. 1. per totam* : præſertim *in Canone Quis aliquando.* Puta, volo facere eleemoſynam : ire ad Sepulchrum Sacrum : & ſimilia : iſta requirunt actum : ideo non ſufficit ſola voluntas. Pleniſſimè Archidiaconus, *in Canon. Qui bona*, §. *Qui ergo, 16. quæſt. 1.* In aliis vbi ſola voluntas ſufficit, non requiritur factum de neceſſitate : vt offendendo Deum, qui ſola hominis voluntate affligitur : & grauius ex facto : cum ſola voluntas, pœnitentia poſſit remoueri ; factum autem non. Hæc Paulus præfatus, & concludit dicens, quod non ſufficit cœpiſſe, niſi perficiatur, quoad acquirendum Ius patronatus. Et idem dicendum nobis eſt, de incipiente Sepulchrum conſtruere, animo illud perficiendi : qui etiamſi ex neceſſitate, illud per ſe, aut per alium de facto non perficiat, non erit illius Dominus : quia ius, & dominium Sepulchrorum ab Eccleſia non datur volentibus illa conſtruere, aut incipientibus quidem, ſed de facto perficientibus.

16 *Secundò* reſpondet Paulus de Citadinis *quæſtioni ſuæ 14. ſupra numero 10. recenſitæ*, acquiri Ius patronatus perficienti, argumento *Legis 1. §. Omnia enim, Cod. de veteri iure enucleando, L. 2. §. Quotiens, ff. de Origine iuris omnium Magiſtratum, &c.* Cum ſequenti. Ius Papirianum dictum eſt, quia Papirius compleuit, & non condidit. Vnde benè probatur noſtra concluſio, quoad perficientem Sepulchrum ab alio incœptum, acquiri ſcilicet ius in eo, & dominium vtile illius.

CONCLVSIO V.

QVi de Rectoris Eccleſiæ conſenſu, Sepulchrum conſtruit pro ſe, & aliis, qui nihil expendunt in illius conſtructione, ius, & dominium vtile illius æquè omnibus acquirit. 17

Iſtam tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 1. controuerſ. 7. concluſ. 3. pag. mihi 38.*

Probatur concluſio. Quia conſtructor præfatus pro aliis ædificans, nomine illorum ædificare cenſetur, & quaſi de eorumdem mandato. Vnde accedente ſaltem illorum ratihabitione, dubio procul, illi ius acquirent in Sepulchro, ob Regulam, *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari. La 11. de Regulis Iuris, lib. 6.* 18

CONCLVSIO VI.

QVi alterius pecunia Sepulchrum conſtruit, ius, & dominium vtile illius acquirit, ſi pecuniæ Dominus id ratum habuerit. 19

Hanc etiam tenet Pater Samuellius, *vbi proximè, controuerſ. 6. concluſ. 9. pag. 37.*

Illam poſſumus probare ſic. Qui propria ex pecunia Sepulchrum conſtruit, ius in illo acquirit, & dominium vtile illius. Sed accedente ratihabitione Domini pecuniæ, efficitur eiuſdem pecuniæ Dominus, qui illam in Sepulchri impendit conſtructione. Ergo qui alterius pecunia Sepulchrum conſtruit, accedente ratihabitione Domini pecuniæ, ius, & dominium vtile Sepulchri acquirit.

Sed inquires. Ædificauit quis Sepulchrum alterius pecunia, id ratum non habentis : quis acquiret Sepulchri ius ? qui illud conſtruxit ? aut pecuniæ Dominus? 20

Reſpondeo ſub diſtinctione. Aut pecunia erat Eccleſiæ, vel perſonæ priuilegiatæ, verbi gratia, pupilli, militis, vel vxoris ; aut erat alterius priuati. Si primum, pecuniæ Dominus, Sepulchri dominium vtile acquirit ; ſi autem ſecundum, illud ſibi conſtructor acquirit. Qui tamen tenebitur reſtituere ſuam pecuniam Domino, ſi conſtructor fuit in dolo, ſecundùm diſtinctionem poſitam *in §. Cum in ſuo, Inſtitutione de Rerum diuiſione.*

Prima pars probatur, ex ſexta Synodo Vniuerſali, relata *in Canone Apoſtolicos, el 13. 12. quæſt. 2.* ibi. Si autem Epiſcopus conuictus fuerit conſtruxiſſe Monaſterium de Eccleſiaſticis redditibus, tradat eidem Eccleſiæ ipſum Monaſterium. Vbi plura ad rem Gloſſa, *verbo Conſtruxiſſe*, è quibus, quæ ſequuntur reddere libuit. 21

Sed quid ſi Clericus de peculio Eccleſiæ in proprio ſolo ædificet : tunc videtur ædificium ſolo cedere, *ff. de Rerum diuiſione. In tantum.* Sed dicas in fauorem Eccleſiæ ſolùm ædificio cedere *17. quæſt. 4. cap. Quæſti.* Et hoc eſt ſpeciale in Eccle-

ſia, quod ſi res comparatur de bonis Eccleſiæ, ſtatim eſt facta Eccleſiæ, vt hîc, & extra, *de Peculio Clericorum, cap.1.& cap. Si quis.* Idem eſt in milite. *Cod. de Rei venditione, Si vt proponis.* Et in pupillo, *Cod. Arbitrium tutelæ, L.3.* Et in vxore, *ff. de Donationibus inter virum, & vxorem, vxor.* Huc vſque Gloſſa. Quam, & præfatum Canonem ſequutus eſt Paulus de Citadinis, *de Iure patronatus, part.3. cauſa 1. ex qua acquiritur Ius patronatus, numero 93.* vt probaret ædificantem Eccleſiam in fundo proprio, illius Patronatum, non ſibi, ſed Eccleſiæ, pupillo, militi, aut vxori acquirere, ſi pecunia Eccleſiæ, pupilli, militis, aut vxoris erat. Sed, de hoc, vide *diſquiſitionem ſextam, immediatè ſequentem.*

22 Secundam etiam partem reſponſionis, tenet idem Paulus de Citadinis, quatenus de Patronatu Eccleſiæ, pecunia alicuius priuati ædificatæ, ſic ait. Et tunc crederem quod acquiritur Ius patronatus ædificanti. Sed ipſe tenebitur ad pecuniam, vel materiam reſtituendam ſecundùm diſtinctionem poſitam *in dicto*, §. *Cum in ſuo*, ſi ædificans fuiſſet in dolo.

23 Et hæc quidem pars probatur. Quia qui pecuniam alterius, ſaltem non priuilegiati negociationis exponit, lucrum ex negociatione procedens illa, ſuum proprium facit, & illud neutiquam reſtituere tenetur domino illius pecuniæ, ſed tantum eius pecuniam negociationi ſubiectam. Emmanuel Sa, *verbo Reſtitutio, numero 16.* cum Salone, *quæſt.62. artic.6. controuerſ.3.* quos ſequitur Anton. de Eſcobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.3. exam. 2. cap.6. numero 137.* Qui tamen limitant, dummodo Dominus pecuniæ tantundem, ex ſua non fuiſſet pecunia lucraturus. Ergo qui ex alterius pecunia Sepulchrum acquiſiuit, ſuum illud effecit; ſaltem ſi pecuniæ Dominus, illam in Sepulchri acquiſitione, non inſumpſiſſet.

24 Ex dictis quoad primam partem ſit, Sepulchrum de bonis reſtitutioni obnoxiis conſtructum, ad hæredes tranſire conſtructoris, etiamſi bonorum Dominus id ratum non habuerit; licet Samuellius, *tract.1. diſput.1. controuerſ.7. concluſ.7.* contrarium doceat. Procedit tamen corollarium noſtrum, in caſu, quo bona, quibus Sepulchrum fuit acquiſitum, non ſint Eccleſiæ, pupilli, militis, aut vxoris.

CONCLVSIO VII.

25 QVi Sepulchrum ſuæ conſtruit familiæ, ius, & dominium vtile, ſeu vſusfructus illius, omnibus deſcendentibus ſuis maribus acquirit, & fœminis, etiam emancipatis, ſiue hæredes illi ſint, ſiue non; ſecus autem ſi Sepulchrum tantum pro ſe, & ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus conſtruit. Tunc enim ius, & dominium præfatum, deſcendentibus ſuis non acquirit, ſeu perſonis de ſua familia, quæ ſimul hæredes illius non ſint, aut ſucceſſores, ſi Sepulchrum acquirat pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, & non pro aliis.

26 Concluſionem iſtam tenet Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tractat. 1. diſputat.1. controuerſ.4. concluſ.17.* vbi ita fatur. Iura Sepulchrorum filij emancipati etiam habent. *L. Inſtitut. de hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur*, §. *Emancipati.* Et *controuerſia 5. concluſ.1. pag.33.* in hæc prorumpens. Sepulchrorum iura adipiſcuntur *ex L. Familiaria, & ex L. Hæreditaria, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Familiaria certè ſibi, ac familiæ: Hæreditaria verò ſibi, & hæredibus, quis conſtituit: ſed in vtroque hæredibus, & cæteris ſucceſſoribus, qualeſcumque fuerint, licet ſepelire, & mortuum inferre. Et *concluſ.6. eiuſdem controuerſiæ*, ſic ait. Sepulturæ ius, quod quis ſuæ familiæ conſtituit, ſpectat ad filios, nepotes, pronepotes, & deinceps ad omnes natos, tam Maſculos, quam Fœminas, etiamſi eſſent emancipati, ſiue hæredes fuerint, ſiue abſtineant. Quod non procedit, quando Sepulchra acquiſita eſſent pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & non aliis. Hæc omnia Pater Samuellius.

Vtrumque Sepulchrum deſcribit etiam Paſſeratius, *verbo Familiaris*, dicens. Sepulchra Familiaria, quæ quis ſibi, & Familiæ ſuæ conſtituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur, quæ quis ſibi, & hæredibus extruit. Autor Caius Iuris Conſultus, *L. Familiaria, de Religioſis, & ſumptibus funerum.*

Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo 51. de Sepulturis, numero 54.* Sepulchra Familiaria, ſeu Agnationis, & Hæreditaria etiam diſtinguit: deſcribit: vnde dignoſci queant, oſtendit: & quid iuris in vtroque Sepulchrorum genere ſit, tradit. Eius verba ad amuſſim reddere libet. 27

Dupliciter ergo (inquit) poteſt dari ius Sepulturæ ab Eccleſia Laicis. Vel ſibi tantum, & de Familia; vel ſibi, & hæredibus. Sepulchra, quæ conſtruuntur ſibi, & de Familia, dicuntur Familiaria: quia ius ſepeliendi in illis, extenditur tantum ad eos, qui ſunt de Familia *L. Familiaria, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*; quæ verò pro ſe, & hæredibus conſtruuntur, dicuntur Hæreditaria, eadem lege. Differentia autem eſt inter hæc duo genera Sepulchrorum, quod in Sepulchris Familiaribus præter eiuſdem familiæ, & agnationis mortuos, extranei quoque ſi eſſent hæredes, poſſent ſepeliri. In Hæreditariis autem, quæ quiſque ſibi, hæredibuſque conſtituit, nulla habita prærogatiua gentilium, aut agnatorum, illi tantum, qui hæredes eſſent, ſepelirentur, excluſis omnibus aliis, præter liberos, & deſcendentes, quibus licet hæredes non ſint, debetur tamen ius Sepulturæ, niſi mala mente exhæredarentur. *L. Si Sepulchrorum, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum. Lege Familiaria, & L. ſequenti*, §. *Sed & in vtroque, ff. eodem.* Sepulchrum autem, an ſit Familiare, vel Hæreditarium, colligitur ex inſcriptione. Sebaſtianus Medices, *de Sepulturis, parte 1. quæſt.3.* Maſcardus, *de Probationibus, concluſione 1292. numero 4.* Menochius, *lib.2. de Præſumptionibus, præſumpt.59.* Huc vſque P. Moronus, qui *numero 66.* ſic concludit. Probatur ergo qualis ſit Sepultura ex inſcriptione, *ex L. Familiaria, ſuprà citata, & ex cap. Cum cauſam, de Probationibus. Et numero* 67. ait colligi ex inſcriptionibus, qualia ſint Sepulchra. Quod etiam dicunt Gaſpar Theſaurus, *quæſtionum forenſium, lib.1. quæſt.10.* cum Caſtren. *in L. Si Sepulchrum, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, & Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. numero 24. in fine.*

Circa id autem, quod docet Moronus, poſſe ſcilicet in Sepulchris Familiaribus hæredes ſepeliri, etiamſi de familia non ſint, ſed extranei, eſt duplex ſententia. Vtramque recenſet, & concordat, 28

vbi

vbi proximè, præfatus Gaspar Antonius Thesaurus. Pro negante Sepulchrorum iura ad hæredes extraneos transire, allegat Ananiam, *consil.*86. *Pro expeditione, columna, fin.* & Bologninum *ibidem*, per textum *in L. Pro hærede, de Acquirenda hæreditate, & L. penultima, ff. de Sepulchro violato*, & Ancharanum, *consil.*113. *columna* 2. *versic. de Sepulchro*, qui ex hoc infert, non licere Parocho Ecclesiæ immittere aliquem in Sepulchro, qui non sit de descendentibus illorum, qui Sepulchrum construxerunt. Bart. *in L.*4. *§. fin. de Operibus publicis.* Petrum de Vbaldis, *de Portione Canonica, cap.*10. *num.*4. Romanum, *singular.*684. nisi ex iusta causa, vt ibidem Romanus sentit. Bertachinum, *de Episcopis, part.*3. *quæst.*31. Quod verum arbitratur ipse Thesaurus durante adhuc agnatione, & descendentia; sed si ea extincta (inquit) sit, poterit Rector Ecclesiæ, Capellam, seu Sepulchrum vnius agnationis, alteri assignare, vt conseruentur officia in Ecclesia, & oratio pro defunctis, vt per Anchar. *consil.*113. *citato, in fine*, Angelum, *in Summa, verbo Sepulchrum*, Sylvestrum, *verbo Sepultura*, Petrum de Vbaldis. *cap.*19. *citato, n.*6. & Imolam, *in L. Si Patroni, in principio, ad Trebellianum.*

29 Pro affirmatiua autem sententia, asserente ad hæredes extraneos ius Sepulchrorum Familiarium transire, reddit Thesaurus præfatus Castrum, *in L. Si Sepulchrum, Cod. de Religiosis, & sumptibus funerum, & in L. Quia perinde, §. Restituta, ad Trebellianum*, vbi Alexander, Tiraquellus, *de Retract. §.*26. *glossa* 1. *numero* 52. Et pro ea videntur facere textus *in L. Vel quod, §. Sed in vtroque, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, in citata Lege Si Sepulchrum*, & fortiùs *in L. Ius Sepulchri, Cod. eod. tit. de Religiosis, & sumptibus funerum.*

30 Pro concordia tandem istarum diffidentium opinionum, ait Thesaurus, esse distinguendum de Iure Cæsareo, seu Ciuili & de Canonico. Iure igitur ciuili attento, *in L.*4. 8. *&* 9. *Cod. de Religiosis, & sumptibus funerum*, Familiarium Sepulchrorum ius, ad omnes hæredes indifferenter pertinere asserit. Immò addit, notari *in L. Ius Sepulchri*, differentiam inter Sepulchrum Hæreditarium, & Familiare, quia ius Familiaris Sepulchri, non solùm pertinet ad omnes hæredes etiam extraneos, sed etiam ad illos de familia, qui non sunt hæredes; Hæreditarium verò Sepulchrum, & eius ius, ad solos hæredes spectat.

31 Sed de Iure Canonico seruabitur (inquit prædictus Thesaurus) opinio Ioannis de Anania, & Bolognini, quisque sepeliendus est (nisi tamen alibi eligat sepeliri) vbi sepulti sunt Maiores de linea masculina, *cap.*1. *de Sepulturis. Nos instituta maiorum Patrum considerantes* (decernens, inquit ibi Leo Papa Tertius) *statuimus, vnumquemque in Maiorem suorum Sepulchris iacere, vt Patriarcharum exitus docet. Cap. Fraternitatem, §. Qui vero, el* 3. *& cap. is qui, el* 3. *eod. tit. lib.*6. Maiores autem dicuntur, Pater, Auus, & alij superiores ascendentes. August. Barbosa, *de Iure Ecclesiast. part.*2. *lib.* 2. *cap.*10. *numero* 32. *ex L. Maiorum, ff. de Verborum significatione*, cum citatis à seipso, *in Tractatu de Appellatiua verborum vtriusque iuris significatione, appellat.*137. *à numero* 4. *& ind. cap. Nos instituta, numero* 3. Lælius Zechius, *de Republica Ecclesiastica, cap.* 28. *de Parocho, numero* 17. *versic. Fallit.* Samuellius, *de Sepulturis, tract* 1. *disputat.*5. *controuers.*4. *conclus.*8. *pag.*234. *ex Canone Ebron*, 13. *quæst.*2. *iuncto dicto cap. Nos instituta*, & ex Declaratione S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, *in Asculana*, 28. Octobris, 1616. quam etiam refert Barbosa, *in Summa Apostolicarum Decisionum, collectanea* 671. *de Sepultura, numero* 7. Henricus Villalobos, *in Summa, tom.*2. *tract.*31. *difficult.*2. *num.*4. & Antonin. Diana, illo citato, *part.*5. *tract.*3. *resolut.*108. Et cum mulieres non habeant Sepulchra, nisi virorum, *cap. Is, qui, §. Mulier, el* 3. *de Sepulturis in* 6 *Canon. Ebron. Canon. Vna quaque*, 13. *quæst.*2. D. Antoninus, *part.*3. *Summa, tit.*10. *cap.*5. *de Sepulturis, §.*1. Gaspar Anton. Thesaurus, *QQ. Forensium lib.* 1. *quæst.*10. *num.*5. Descendentes ex fœminis, etiamsi hæredes sint (ait iste Doctor) non poterunt occupare Sepulchra alterius agnationis, præsertim ne inducatur confusio in Sepulchris gentilitiis. Et hoc (addit) videtur de mente prædictorum. (Ioannis scilicet de Anania, & Bolognini) Ancharani, & Petri de Vbaldis *in locis suprà citatis*, Chassanei, *in Catalogo gloriæ mundi, part.*1. *considerat.*40.

Conclusionem nostram, quoad primam eius partem, tenent Rochus de Curte, *de Iure patronatus, verbo In Ecclesia, numero* 15. cum Archidiacono, *in Can. Præcipiendum*, 13. *quæst.*2. Romano, *in suis singularibus, singulari incipiente Q. est in facta charta decima nona, colum.*4. Ancharano, *consil.* 116. Ioanne Anania, *consilio* 76. *incipiente Pro expeditione*, & cum Ludouico Bolognino. Lambertinus, *eod. tract. de Iure patronatus, parte...lib...quæst.* 5. *principali, artic.*4. *numero* 8. *pag. mihi* 188. quem, & Laurentium de Peyrinis, de Priuilegiis, *tom.*3. *cap.*4 *numero* 48. sequitur Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *part.*1. *tract.*8. *cap.* 5. *numero* 152. Qui omnes docent, quod ius Sepulchrorum non transit ad hæredes extraneos, sed ad descendentes solùm, hæredes sanguinis, etiamsi hæredes bonorum non sint. Pro hæredibus sanguinis, intelligit Pellizzarius eos, qui nascuntur ex filiis, tum Masculos, tum Fœminas. Qui certè Doctores intelligi debent de Sepulchris Familiaribus. 32

Vnde dictus Pellizzarius. *numero* 153. cum Bordono, *tomo* 2. *resolut.*51. *numero* 68. ait quod si Regulares instituuntur hæredes vniuersales alicuius, habentis ius Sepulchri in alia Ecclesia, succedunt in tale ius, *ex L. His consequenter, §. Sed etiam, ff. de Familia erciscundæ*, vbi dicitur ius Monumenti sequi hæredes bonorum. Sic tamen se explicat Pellizzarius, vt velit dicere, succedere Regulares in ius Sepulchri; non ita quidem, vt possint ibi sepelire aliquem extraneum, aut suum Religiosum; sed quod possint impedire, ne ibi sine eorum licentia aliquis sepeliatur, si defunctus viuens habebat talem vsum in suo Sepulchro. Quæ omnia manifestè procedunt in Sepulchris Familiaribus. 33

Probatur autem conclusio, quoad vtramque eius partem, hac ratione. Contractus vim, & efficaciam habet, iuxta mentem contrahentium, & vltra, non extenditur. Diffinitur enim, vt vult Leonard. Lessius, *de Iust. & Iure, lib.*2. *cap.*17. *dubitat.* 1. *numero* 2. Contractus est signum externum practicum, vltro, citroque obligationem ex consensu contrahentium pariens. Vel vti Eligio placet Bassæo: est actus externus inter duos, vel plures ex consensu ipsorum, vltrò, citróque obligationem pariens. Vis igitur, & obligatio contractus, à consensu, & voluntate pendet contrahentium. Bassæus, *verbo Contractus, num.* 13. Et non à voluntate vtcumque, sed signo, actúve externo explicata. Ergo cum Ius, & dominium vsus acquiratur per contractus in Sepulchris, illorum vis, & obligatio regu- 34

landa eſt per voluntatem, actu externo expreſſam. Sed in acquiſitione Sepulchri Familiaris, acquiritur per expreſſam voluntatem, Ius, & dominium vſus illius pro omnibus, qui ſunt de Familia, Maribus, & Fœminis, hæredibus, & non hæredibus, dum illud Familiare, ſine limitatione effluitur: & in acquiſitione Sepulchri hæreditarij, per expreſſam voluntatem, acquiritur dominium vtile illius pro ſe, & ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus tantum, & non pro iis, qui ſunt de eadem familia, & agnatione, ex vi contractus ſaltem. Ergo vera eſt concluſio noſtra, quoad vtramque illius partem.

Conſultò dixi: *ex vi contractus ſaltem.* Quia ratione coniunctionis ſanguinis, & amoris, & humanitatis gratia, ſepeliri debent in Hæreditario Sepulchro deſcendentes conſtructoris, vel illud acquirentis, etiamſi hæredes non ſint, vti docet Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controuer. 1. concluſione 15.*

DVBIVM VNICVM.

An Capella, aut Sepultura conſtructa ab Epiſcopo in ſua Eccleſia, aut alibi, pertineat ad Eccleſiam, ipſam, quoad dominium vtile; an verò ad Epiſcopi conſanguineos, aut ad illius hæredes?

BREVIARIVM.

Adminiſtratio.

Omnium rerum Eccleſiæ adminiſtratio, ad illius pertinet Rectorem, ſeu ad Collegium; minimè verò ad Sæculares. n. 19.

Argumentum.

Non valet argumentum à ſimili, in his, quæ à Legis dependent diſpoſitione. n. 29.

Bona Eccleſiaſtica.

Quicquid de bonis, & de redditibus Eccleſiaſticis emitur, comparatur, aut conſtruitur à quolibet Eccleſiaſtico, Eccleſiæ acquiritur, non ementi, comparanti, aut conſtruenti, neque eius conſanguineis, aut hæredibus. n. 8. 12. 14. 18. 20. 23. 26.

Amplia, etiamſi emat nomine proprio, aut conſanguineorum, vel hæredum. n. 26.

De bonis Eccleſiaſticis fieri non poſſunt ſumptus ſuperflui, & vani. n. 34. 35. 36.

De illis, palatia fabricare non licet. n. 36.

Non licet de eis conſanguineos extollere, neque neptes nuptui tradere. n. 36.

Bona Eccleſiaſtica patrimonia pauperum ſunt. n. 36.

Dominium abſolutum omnium bonorum, redditnum, ac prouentuum Eccleſiaſticorum, habet Eccleſia Vniuerſalis. n. 37.

In ſententia D. Bernardi, nullus Eccleſiaſticus habet dominium, aut poſſeſſionem, ſed ſolum adminiſtrationem redituum, & prouentuum Eccleſiaſticorum. n. 36.

Habent ad ſummum dominium limitatum, ad ſuos & ſuorum decentes vſus, & adminiſtrationem ad pia Opera. n. 31. & ſeqq.

Quod liberè diſponant Clerici in Hiſpania, de fructibus beneficiorum, etiam in vltima voluntate, & quod confiſcari poſſint propter hæreſim, bona ab eis, intuitu Eccleſiæ, acquiſita, docet Simanca. n. 31.

Proprietas rerum intuitu Eccleſiæ acquiſitarum, & de bonis Eccleſiaſticis, etiam de diſtributionibus, non eſt Clericorum, ſed Eccleſiæ. n. 10. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 23. 24. 26. 33.

Rerum huiuſmodi, in Eccleſiæ fauorem, ab acquirente, fieri debet inſtrumentum. n. 10. 24.

Quicquid Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici de facultatibus, & reditibus Eccleſiaſticis comparant, emunt, aut conſtruunt, non ſibi, conſanguineis, aut hæredibus, ſed Eccleſiæ acquirunt. n. 8. 12. 14. 18. 20. 23. & 26.

Amplia etiamſi proprio emat, aut comparet nomine. n. 26.

Quicquid Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici habent, præſumitur acquiſitum de bonis Eccleſiæ, aut eius intuitu. n. 9.

Sed contra hanc præſumptionem admittitur probatio. n. 9.

Si donatio, inſtitutio, aut legatum Eccleſiaſticæ perſonæ fit ab extraneo, cenſetur facta conceſſio intuitu Eccleſiæ, non perſonæ. Si perſona ſit Epiſcopus, Eccleſiæ Rector, aut Clerici ſint, vel Canonici, eorum perſonis non nominatis; è contra verò ſi propria nomina donatariorum exprimantur, aut propinqui ſint donatoris intra 4. aut 7. gradum. n. 21.

Vendicare poteſt Eccleſia rem comparatam, ex eius bonis. n. 12. 26.

Amplia, ſiue res mobilis ſit, ſiue immobilis. n. 18.

Eccleſiaſticus, qui de rebus Eccleſiæ aliquid alteri, quàm Eccleſiæ comparat, fur eſt. n. 12. 23. 32. 34.

Eſt etiam Sacrilegus. (*Latè ſaltem*) n. 12. 32. & 34.

Iudæ comparatur. n. 12.

Bona Clerici decedentis, qui in diuerſis Eccleſiis beneficia habebat, inter illas diuidi debent poſt mortem, cum proportione, iuxta quantitatem reditnum ex illis perceptis. n. 18. 20.

Cui autem Eccleſiæ minus ſeruiuit, plus debet ex dictis bonis reſtitui. n. 20.

Qui poſt ordinationem ſuam bona acquiſiuit propria, & illa, & Eccleſiaſtica bona reliquit, inter Eccleſiam, & hæredem cum proportione diuidentur: æquali ſcilicet, ſi æqualia ſint illa; inæquali, ſi inæqualia. n. 24.

Si Clericus inteſtatus decedat, eius Eccleſia ſuccedit in bona, etiam intuitu perſonæ acquiſita, ſi non habeat conſanguineos, qui ab inteſtato ſuccedant. n. 22.

Capella.

Si de reditibus Eccleſiaſticis Epiſcopus, aut alter Eccleſiaſticus Capellam conſtruat, ad ſucceſſores, & ad Eccleſiam, cuius fuerunt reditus pertinet quoad proprietatem, vtile dominium, & Ius patronatus; non autem ad conſanguineos, aut ad hæredes conſtructoris à n. 1. ad 5.

Clerici.

Perſona Eccleſiaſtica, in terra Eccleſiæ vineam, aut pomarium, aut quid ſimile ad vitam ſuam ſuſtentandam plantauit, vſque ad obitum ſuum illud poſſideat, poſtea illud Eccleſiæ reſtituat. n. 13.

Eccle

*Ecclesiastici, de bonis mobilibus intuitu Ecclesiæ acquisitis, intuitu eleëmosynæ, moderatè erogare possunt, in ægritudine constituti.*n.16.18.
*Possunt etiam erogare moderatè intuitu seruitij recepti, & iuxta seruitij meritum, siue seruitores consanguinei sint, siue extranei.*n.16.17.18.
De bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, nequeunt testamentum Ecclesiastici condere. n.14. 15.16.17.18. 20.22.25.
*Nec possunt dimittere aliquid post mortem tradendum.*n.16.22.
Victu tantum, & vestitu contenti esse debent, & totum superfluum pauperibus erogare. num.17.32. 34.36.
*Ex Clericatu ditiores fieri non debent.*n.36.
De bonis patrimonialibus testari possunt n.14.24.
*Possunt etiam testari de bonis ex hæreditate acquisitis.*n.17.18.22.23.24.
Item possunt testari de acquisitis ex doctrina. n.18. 22.24.
Testari similiter possunt de acquisitis ex artificio. n. 17.18.24.
Etiam testari possunt de donatis à consanguineis, aut ab aliis, non habito respectu ad Ecclesiam. n.17. 22.23.24.

Collegium.

Ecclesiasticum collegium in duobus constituitur. num.19.

Dominium.

*Rei constructæ in alieno fundo, quæ Ecclesia non sit, ad fundi Dominum dominium pertinet.*n.7.
Dominium rei emptæ, comparatæ ex bonis Ecclesiasticis, militis, & pupilli, ad Ecclesiam, militem, & pupillum pertinet. n.12.26.27. *Siue res sit mobilis, siue immobilis* n.18.
*Ecclesia rem sic emptam potest vendicare.*n.12.
*Si pecunia, aut pretium, quo res emitur, aut acquiritur, non sit pupilli, aut militis, & si sit Ecclesiæ, non ematur ab habente administrationem illius, dominium acquiritur ementi.*n.12.26.27.
*Dominium directum, & proprietatis, vt de vno ad alium per contractum, priuilegio Legis transferatur, etiamsi in Ecclesiam transferatur, requiritur semper rei traditio; secus si priuilegio Legis ex vltima voluntate transferatur. Quia in primo casu, est penes quem dictum remaneat dominium, sed non in secundo.*n.28.
*Dominium vtile rei acquirit Ecclesia ante rei traditionem, ex contractu priuilegio Legis.*n.28.
*Dominium vsus rei legatæ, acquirit legatarius, à die mortis testatoris; directum autem dominium illius, remanet penes hæredem, vsque ad traditionem, adita hæreditate.*n.28.

Ecclesia.

*Ecclesia vniuersalis, dominium absolutum habet omnium bonorum Ecclesiasticorum.*n.37.
*Ecclesiæ, dominium tantum vtile acquirunt ante rei traditionem.*n.28.
*Limita, nisi transferatur priuilegio Legis ex vltima voluntate.*n.28.29.
Rei emptæ, aut acquisitæ ex redditibus Ecclesiasticis, dominium directum, & possessionem acquiri ab Ecclesia, asserit Sarmientus; negat Vazquez. n. 29.
Alia Vide verbo Bona Ecclesiastica.

Episcopus.

*Visitare debet Ecclesiæ ornamenta, bona stabilia, & prouentus fabricarum, & in vsus vtiles, & necessarios Ecclesiæ expendi curare.*n.19.
*Disponere potest liberè, & prout voluerit, etiam in testamento, de bonis patrimonialibus, & aliunde acquisitis, quàm intuitu Ecclesiæ.*n.8.14.18.20.22. 23.24.25.
Vide alia, verbo, Capella Clerici, & Bona Ecclesiastica, Sepulchrum.

Filius.

*Dum Filius sub patris potestate existit, quæ acquirit, patri acquirit.*n.29.

Ius patronatus.

*Quando plures, etiam inæqualiter fundant, construũt, aut dotant Capellam, aut Ecclesiam, omnes illi, æqualiter Ius patronatus illius acquirunt.*n.3.
*Ius patronatus Capellæ, aut Ecclesiæ ex redditibus, & bonis Ecclesiæ constructæ, ad Ecclesiam, cuius bona fuerant, pertinet à.*n.1.
In dubio an fuerit constructa ex bonis Ecclesiæ, vel ex patrimonialibus, Ius patronatus erit mixtum. n.2.3.4.
*Quando quis in proprio fundo, Capellam construit, aut Ecclesiam, Ius patronatus illius, Ecclesiasticum tantum esse, docent Glossa, & Abbas; mistum autumant alij.*n.6.7.

Legatarius.

*Si ante traditionem rei legatæ, in fraudem Fisci, & creditorum, Legatarius Legato renunciet, renunciatio tenet.*n.28.
*In Legatis, acquiritur legatario dominium vsus rei Legatæ, à die mortis testatoris: & dominium directum remanet vsque ad traditionem penes hæredem, adita hæreditate.*n.28.

Patroni.

*In Sacramentorum administratione, in visitatione ornamentorum Ecclesiæ, in bonis stabilibus eius, aut in prouentibus fabricarum, se non possunt ingerere, nisi id in fundatione, ac in institutione cautum sit.*n.19.

Regulares.

*Qui dominij in communi sunt capaces, illud non habent absolutum, sed limitatum ad vsus tantum eis à Iure permissos.*n.37.

Sepulchrum.

Si construatur ab Episcopo, aut ab alio Ecclesiastico Sepulchrum de redditibus, aut bonis Ecclesiasticis, quoad dominium vsus illud ad Ecclesiam pertinet, non ad consanguineos, aut ad hæredes constructoris. n.1.7.9.30.
*Secus, si de bonis aliis, non acquisitis intuitu Ecclesiæ Sepulchrum fiat.*n.1.

Seruus.

*Res, quas seruus acquirit, Domino suo acquirit.*n.29.

Testamentum.

Episcopi, & alij Ecclesiastici, de bonis Ecclesiasticis, aut intuitu Ecclesiæ perceptis, testari non possunt; sed benè de patrimonialibus, & de aliunde acquisitis. n.8.14.18.20.22.23.24.25.

CONCLVSIO.

DOminium vtile Capellæ, & Sepulchri constructi ab Episcopo, & à Clerico de bonis Ecclesiasticis ad Ecclesiam pertinet, cuius fuerant bona, non ad hæredes, aut ad consanguineos constructoris; ad hos autem pertinebit, si constructum fuerit, de bonis patrimonialibus, aut aliunde acquisitis, quàm intuitu Ecclesiæ, animo transferendi illud ad consanguineos, vel ad hæredes.

Hanc conclusionem, tenet quoad primam partem, de Capella, Abbas Panormitanus, *in cap. Ad audientiam, num.12. el 3. de Ecclesiis Ædificandis, vel reparandis*, in seqnentia prorumpens. Item adde

ad prædicta textum notabilem in fine, iuncta Gloſſa, 12. *quæſt.* 2. *c. Apoſtolicos*, quod ſi Rector alicuius Eccleſiæ contraxit Capellam ex redditibus alicuius Eccleſiæ, non acquirit ſibi, & conſanguineis ſuis, ſed Eccleſiæ. Et ex hoc credo, peccare Clericos, qui cum redditibus Eccleſiæ ædificant Capellas, eas attribuentes patrimonio, & vendicantes ſibi vt priuato Ius patronatus. Nam vſurpant bona Eccleſiæ. Et ex illo textu potes inſtrui, quid fiendum de Eccleſia, quam de facto, Prælatus alicuius Eccleſiæ, de redditibus prælaturæ conſtruxit. Hactenus Nicolaus Tudeſchus.

2 Abbati conſonat Rochus de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ius, num.* 18. in terminis de Iure patronatus, dicens. Pone, quod Clericus fundauerit, & dotauerit Eccleſiam, & dubitetur, an de patrimonio, an de bonis ſuæ Eccleſiæ id fecerit: an hoc caſu iudicabitur Ius patronatus Eccleſiaſticum, vel Sæculare? Iſtam quæſtionem tangit Dominus Ioannes de Liguano, *in dicto capite Dilectus*, & non decidit. Reperio, quod Dominus Felynus, *in dicto capite Ex litteris, in* 1. *columna*, decidit, quod iudicabitur Ius patronatus Eccleſiaſticum. Quia in dubio cenſetur Clericus illam Eccleſiam dotaſſe de bonis beneficiorum. Et ratio, ſecundum eum, eſt: quia Clerici licitè diſtribuunt fructus tales in pios vſus, ſecundùm notata per Innocentium, *in Cap. Epiſcopus de Præbendis.*

Iſta ratio Domini Felini non eſt concludens, vt vides. Vnde ego credo deciſionem huius quæſtionis, pendere ab alia quæſtione, quam tangunt Doctores, maximè Abbas, *in cap.* 3. *de Peculio Clericorum, in cap. Cum in Officiis, & in cap. Cum eſſes, de Teſtamentis, in* 11. *columna, verſic. Tertio principaliter quæro.* Videlicet, An acquiſita per Clerirum, cenſeantur acquiſita de fructibus Eccleſiæ; an de fructibus patrimonij ſui? In qua quæſtione, opinio, & diſtinctio Abbatis ibi, videtur æquior: ſcilicet, quod aut conſtat de quibus bonis Clericus acquiſiuit. Et res eſt clara; Si autem dubium eſt, & tunc cenſebitur acquiſiuiſſe tam ex redditibus propriis, quàm ex redditibus Eccleſiæ. Et ideò acquiſita, ſecundùm eum, debent diuidi inter Eccleſiam, & hæredem Clerici æqualiter, vel inæqualiter ſecundum quod magis de redditibus patrimonij, vel è contra perceptum eſt, provt explicat Abbas, *in dicto capitulo, circa finem, de Peculio Clericorum.*

3 Ex hoc infero in quæſtione noſtra, quod ſi præſupponimus Clericum habere patrimonium, & beneficiũ, & reperiebatur eum fundaſſe vnam Eccleſiam, vel Capellam, erit Patronus ratione ſuorum fructuum, vel reddituum. Et licet regulariter diuiſio rerum acquiſitarum per Clericum fiat, vt dictum eſt, tamen non erit curandum hoc caſu, quod maiores redditus percipiantur de beneficio, quàm de patrimonio, vel è contra. Quia quando plures fundant, vel dotant Eccleſiam, ita eſt Patronus, qui confert minus, ſicut qui confert plus, ſecundum Gloſſam, *in Summa, 62. diſtinctione.* Et concludunt Innocentius, Abbas, & alij *hîc.* Fateor tamen, quòd ratione miſturæ, regulabitur hoc caſu ſicut Ius patronatus Eccleſiaſticum: quia magis dignum, &c. vt declaraui *ſuprà, in prima quæſtione acceſſoria.* Vnde Dominus Felynus malè videtur concluſiſſe, quod in totum iudicetur Ius patronatus Eccleſiaſticum, quia de bonis, vel redditibus Eccleſiæ in totum præſumatur acquiſitum. Quia veritas eſt in contrarium, vt ex prædictis apparet.

4 Hucuſque Rochus. Vbi ſatis apertè docet, quod ſi conſtat Clericum de redditibus beneficij ædificat, aut dotat Eccleſiam, vel Capellam, non erit illius Patronus, ſed Eccleſia, cuius eſt beneficium; è contra verò, Patronum ipſum eſſe, ſi ædificat, aut dotat ex bonis ſui patrimonij. Et reſolutio, quoad vtramque partem, ait, res eſt clara. Et in dubio, an ædificauerit, vel dotauerit de redditibus beneficij, aut de redditibus patrimonij, quod præſupponitur habere, vel bona aliunde, quàm ex beneficio acquiſita, (aliàs non erit dubium) cum redditus beneficij, & redditus patrimonij, aut aliunde prouenientes permixtos habeat, de illis omnibus ædificauiſſe, vel dotauiſſe, dicendum eſſe docet. Ac per conſequens, Ius patronatus mixtum eſſe: Eccleſiaſticum, ratione bonorum Eccleſiaſticorum; & Laïcum, ratione bonorum patrimonij.

Idem Parochus, *in verbo Eccleſiam fundauit,* 5 *num.* 8. approbat ſententiam eiuſdem Abbatis, *in dicto cap. Ad audientiam, el* 3. *de Eccleſiis ædificandis*, & Cardinalis Florentini, *in conſilio* 322. incipiente, *In nomine individuæ Trinitatis*, aſſerentium, quod ſi Rector alicuius Eccleſiæ conſtruit Capellam ex redditibus Eccleſiæ, Ius patronatus acquiritur ipſi Eccleſiæ; non autem conſanguineis: fuit etiam quod intentio Rectoris fuerit de acquirendo conſanguineis, *per capitulum, Apoſtolicos*, cum Gloſſa, 12. *quæſt.* 2. & alia per eos allegata. Et ſequitur Dominus Felinus Sandeus *in cap. Cum venerabilis*, 10. *columna, de Exceptionibus.*

Hæc, *in dicto num.* 8. Rochus à Curte, qui *in* 6 *num.* 11. *ſequenti*, in ſequentia prorumpit. Septimò quæro circa prædicta: pone quod Clericus ædificat Eccleſiam in proprio ſolo, vel fundo, de pecuniis Eccleſiæ ſuæ: an Eccleſia, cuius erant pecuniæ ſit ſolùm Patrona alterius Eccleſiæ ædificatæ, vt ſuprà Gloſſa *in Capitulo Apoſtolicos*, 12. *quæſt.* 2. videtur concludere quod ſic. Dicit enim, quod fauore Eccleſiæ ſolùm ædificatio cedit. Et illam Gloſſam dicit ſingularem. Abbas, *in conſilio ſuo* 94. incipit, *in quæſtione hæredum, in ſecundo volumine.* Ego autem arbitror, quod hoc caſu, vterque ſit Patronus, ſcilicet & Clericus ratione ſoli, & Eccleſia ratione pecuniarum, ex quibus fuit conſtructa Eccleſia, iuxta theoricam Innocentij, & aliorum *in hac rubrica.*

Nec obſtat, quod dicit dicta Gloſſa. Quia loqui- 7 tur in conſtruente aliud ædificium, quàm Eccleſiam: Et ſic in eo, qui conſtruit ad vtilitatem propriam. Tunc enim expendit pecuniam Eccleſiæ, aliter quàm debeat. Sed vbi conſtruit de pecuniis Eccleſiæ aliam Eccleſiam, facit opus bonum, nec eſt ſibi aliquid imputandum. Et ita (iudicio meo) eſt intelligenda dicta Gloſſa; aliàs eius deciſio eſſet iniqua.

Hæc omnia præfatus Doctor, ex quo, & ex Panormitano, ſatis benè probata manet noſtra concluſio, quoad dominium Capellæ, & cuius etiam ſit Ius patronatus illius: eſſe ſcilicet Eccleſiæ, ſi ex redditibus, aut ex bonis Eccleſiæ fiat; conſtruentis autem, ſi ex propriis ædificetur: & conſequenter, conſanguineorum, aut hæredum, provt ipſe voluerit diſponere. In eo autem, quod Rochus dicit, ædificantem in proprio ſolo Capellam, vel Eccleſiam ex redditibus Eccleſiaſticis, Compatronum fieri, apertè recedit ab opinione Gloſſæ *in dicto Canone Apoſtolicos, verbo Conſtruxiſſe*, quam Paulus de Citadinis ſequitur, *de Iure patronatus, parte* 3. *cauſa* 1. *ex qua acquiritur Ius patronatus, num.* 93. Verba enim Gloſſæ, huiuſmodi ſunt. Sed quid ſi Clericus de peculio Eccleſiæ in proprio ſolo ædificet: tunc videtur ædificium ſolo cedere, *ff. de Rerum diuiſione,*

diuiſione, *In tantum*. Sed dicas, in fauorem Eccleſiæ ſolum ædificio cedere, 17. *quæſt.*4.*Canon. Quæſti*. Et hoc eſt ſpeciale in Eccleſia, quod ſi res comparatur de bonis Eccleſiæ, ſtatim eſt facta Eccleſiæ, vt hic.

Ex dictis etiam probata manet Concluſio quoad dominium vtile Sepulchris, à ſimili Iuris patronatus, quam tenet Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi*, *de Sepulturis*, *tractatu* 1. *diſputat.6. controuerſ.*14. *concluſ.*14. *pag. mihi* 298. dicens. Epiſcopus in ſua Eccleſia, Capellam cum Sepultura conſtruens, Ius ad ſucceſſores tranſit minimè verò ad conſanguineos, vel hæredes; niſi conſtiterit iuridicè de bonis patrimonialibus conſtruxiſſe, animo tranſmittendi Ius ad conſanguineos, vel hæredes. Ita ille, qui pro ſe allegat præfatum Rochum, *verſ. Ipſe, vel is à quo*, *n.*14. Lambertinum, *part.*1.*lib.*1. *quæſt.*8. *artic.*7. *num.*1. *de Iure patronatus*. Couarruuiam, *in cap. Raynutius*, §.9. *n.*11. & Lauorium, *tom.*1. *variarum Lucubrationum*, *tit.*2. *cap.*9.*n.*54. 61. *&* 91. Id autem, quod dicit: *in ſua Eccleſia*: non addit, vt limitet concluſionem: procedit etiamſi extra propriam conſtruat Eccleſiam: ſemper enim militat eadem, aut maior ratio, ſi extra propriam ædificet Eccleſiam, vti ex dictis, & ex recenſendis iuribus apparet.

8 Libuit, pro vlteriori, & efficaciori concluſionis probatione, textus aliquos reddere, ex quibus illius veritas, illuſtrior euadat, In primis enim, pro nobis eſt. Concilium Hiſpalenſe, celebratum ſub Leandro, Sanctiſſimo Benedictino Monacho, Archipræſule, *anno Chriſti Domini* 594. & Gregorij Magni, Primi huius nominis Papæ, & Leandro in Monaſtica profeſſione, & amicitia coniunctiſſimi, *anno quinto*, relatum *in Canone Fixum*, *el* 4. *cauſa* 12. *quæſt.*5. in quo ſic Lego. Fixum ab hinc, & perpetuò manſurum eſſe decernimus, vt Epiſcopus res ſui Iuris, quas ante Epiſcopatum, aut certè in Epiſcopatu hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundum authoritatem Canonicam, cui vult conferat, & quicquid vult, de eis faciat. Poſtquam autem Epiſcopus factus eſt, *quaſcumque res* de facultatibus Eccleſiæ, aut ſuo, aut alterius nomine comparauerit, decernimus, vt non in propinquorum ſuorum, ſed Eccleſiæ, cui præeſt, Iura deueniant. De rebus verò Eccleſiaſticis, teſtari liceat Epiſcopo, ſi tantundem de propriis reſtituat. Hactenus Conciliare Decretum, cui in vltima illius parte conſonat diſpoſitio *Canonis Si Epiſcopus*, *el* 5. *eadem cauſa*, *& quæſtione*.

9 *Secundò*, Concilium Arelatenſe, relatum, *in cap.* 1. *de Peculio Clericorum*, ſic decernitur. Inueſtigandum eſt, ſi nihil patrimonij habens Presbyter quando promotus eſt ad Eccleſiaſticum ordinem, poſteà emerit prædia, cuius Iuris ſint: quoniam Eccleſiæ ad quam nihil habens promotus eſt, eſſe debent iuxta Canonicam authoritatem.

Ita Concilium *in dicto capite*. Ex quo Bernardus arguit, omnia, quæ Prælatus poſſidet, præſumi de bonis Eccleſiæ acquiſita fuiſſe. Et *in verbo Debent*, ait ibi Gloſſa, præſumi de bonis Eccleſiæ empta. Addit tamen. Sed contra hanc præſumptionem, admittitur probatio. Quocirca Samuellius, quæ *ſuprà*, *num.*7.*verſic. Ex dictis recenſui*, dixit, ibi: niſi conſtiterit Iuridicè, de bonis patrimonialibus conſtruxiſſe. Et Ioannes Andreas, *in cap.*1. *de Teſtamentis*, cum Hoſtienſe dicit præſumendum pro Eccleſia, niſi probetur aliud.

10 *Tertiò*, idem Concilium Arelatenſe, ex quo deſumptum eſt caput ſecundùm dicti tituli *de Peculio Clericorum*, ſic decernit. Presbyter cum Diœceſim tenet: de eis, quæ ſuperemerit, ad ipſius Eccleſiæ nomen ſcripturam faciat, aut ab eius ordinatione diſcedat. Hæc textus. Gloſſa autem *verbo Presbyter*, ita fatur. Nota quod cum Presbyter aliquid emit, debet facere inſtrumentum, in quo contineatur illud eſſe Eccleſiæ. Quod verum eſt, cum emit de rebus Eccleſiæ; ſecus eſt, ſi de patrimonio ſuo emit. Sic ibi Bernardus. Ex quo, & ex textu, efficaciter, ſicut ex præcedentibus, noſtra, quoad omnes eius partes, concluſio probatur.

Quartò probatur *ex cap.*3.*eiuſdem tituli*, in quo 11
Pius Papa decernit. Vt vnuſquiſque Presbyter res, quas poſt diem conſecrationis acquiſierit, propriæ Eccleſiæ relinquat. Ita *in capite Vnuſquiſque*. Vbi Gloſſa, *verbo Acquiſierit*, exponit. Occaſione Eccleſiæ.

Quintò, ex *cap.*4. *dicti tituli*, deſumpto *ex Con-* 12
cilio Remenſi, vbi habetur. Inquirendum eſt, ſi aliquis Presbyterorum, de redditibus Eccleſiæ, vel oblationibus, vel votis Fidelium, alieno nomine res comparauit. Quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno nomine Presbyter fraudem facere de facultatibus Eccleſiaſticis debet: quoniam hoc ſacrilegium eſt, & par crimini Iudæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat, & furabatur.

Hæc Concilium. Vbi ſic Bernardus. Nota quod de rebus Eccleſiæ non poteſt Prælatus aliquid alicui acquirere, vel emere, niſi Eccleſiæ. Item, qui de rebus Eccleſiæ fraudem facit, ſacrilegium committit, & furtum. Sic *in caſus formatione*, & *verbo Sacrilegium*, exponit vocabulum ſacrilegij, Largè ſumi *in hoc cap. Inquirendum*. Et *verbo Comparauit*, ait Gloſſa, poſſe Eccleſiam res ſic comparatas vendicare, licet ſuæ non ſint. Et eſt (inquit) ſpeciale in Eccleſia. Sic Et miles. *Cod. de rei vendicatione*, *Si vt proponis*. Sic & pupillus, *Cod. Arbitrium tutelæ*, *l.*4. Quia in aliis ſecus eſt de Iure communi, *Cod. de Rei vendicatione*. *Si ex ea. Cod. de Donatione inter virum*, *& vxorem*. *Et ſi de tua. Cod. Communia vtriuſque iudicij*. *Si patruus tuus*. & Ioannes Andreas, *in marginali*, hanç Eccleſiæ vendicationem, comprobat. Cum, ex longa interpretatione Magiſtrorum, *ff. de Legibus*, *l. Minimè*. Tum, ex caſibus militis, & pupilli. *Cum in Eccleſia* (ait) *maior ſit ratio*, *vel ſaltem eadem*. Tum etiam, quia ſi aliquid de meo peruenit ad te bonum, & æquum eſt, vt illud mihi reddas.

Sextò, ex *cap. Si quis el* 5. *& finali*, *de Peculio* 13
Clericorum, ex Concilio Toletano deſumpto, in quo ſic diffinitur. Si quis ſanè Clericorum agella, vel vineolas in terra Eccleſiæ ſibi fuiſſe probabitur ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus ſui poſſideat; verum poſt ſuum deceſſum Eccleſiæ reſtituat, nec teſtamentario, aut ſucceſſorio Iure, cuiquam hæredum, prohæredúmve relinquat, niſi forſan, cui Epiſcopus, pro ſeruitiis, ac præſtatione Eccleſiæ largiri voluerit. Hactenus ſacrum illud Concilium.

Septimò, ex *cap. Quorundam*, *el* 1. *de Teſtamen-* 14
tis, vbi Gregorius Papa IX. de quodam Epiſcopo, qui in duabus partibus hæreditatis ſuæ nurum ſuam inſtituerat hæredem, & in reſiduis quatuor Eccleſiam ſuam pariter inſtituerat, ſic decernit, & præcipit, vti ibi Gloſſa, *verbo Hortamur*, exponit. Hortamur igitur, vt ſolicitè hoc diſcutias, & quicquid ipſum habuiſſe putauerit, à qualibet perſona detineri, nullatenus patiaris, niſi hoc ſolum, quod eum ante Epiſcopatum ordinem proprium habuiſſe conſtiterit. Quicquid verò Eccleſiæ ante ipſius

conſecra

„ conſecrationem fuiſſe cognoueris, vel in Epiſcopa-
„ tus ordine prædictum Epiſcopum acquiſiuiſſe, in
„ eiuſdem Eccleſiæ dominio conſeruetur.

Iſta Gregorius Papa, in quibus facultatem teſtandi Epiſcopis relinquit de bonis patrimonialibus; de rebus verò Eccleſiæ, ſeu intuitu Eccleſiæ acquiſitis, non ita, vti ex ſumma dictæ Decretalis apparet. De his autem, quæ non intuitu Eccleſiæ acquirit quis in Epiſcopatu (& idem dicendum de his, quæ in beneficio,) idem debet fieri iudicium, ac de patrimonialibus, iuxta Gloſſæ doctrinam, *verbo Acquiſiuiſſe.*

15 *Octauo*, ex *cap. Cum in Officiis, el 7. de Teſtamen-*
„ *tis*, deſumpto ex Concilio Lateranenſi, vbi ſic diſ-
„ finitur. Cum in Officiis charitatis, primo loco illis
„ teneamur obnoxij, à quibus beneficium nos cogno-
„ ſcimus recepiſſe: è contra quidam Clerici, cum ab
„ Eccleſiis ſuis mutua beneficia perceperint, bona per
„ eas acquiſita, in alios transferre præſumunt. Hoc
„ igitur, quia antiquis Canonibus conſtat inhibi-
„ tum, nos indemnitati Eccleſiarum prouidere vo-
„ lentes, ſiue inteſtati deceſſerint: ſiue aliis conferre
„ voluerint, penes Eccleſias eadem bona præcepimus
„ remanere. Hactenus Lateranenſe Decretum. Vbi
„ Gloſſa, *verbo Acquiſita*, ſic ait. Quod enim acquirit Sacerdos, vel quilibet alius Clericus intuitu Eccleſiæ, ad Eccleſiam pertinet.

16 *Nonò* probatur ex *cap. Ad hæc, el 3. eodem titu-*
„ *lo*, in quo ſic Alexander Papa Tertius. Ad hæc præ-
„ ſentibus innoteſcat, quod Clerici de mobilibus,
„ quæ per Eccleſiam ſunt adepti, de Iure teſtari non
„ poſſunt. Viuentes tamen, & ſni compotes mode-
„ ratè valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſta-
„ menti; ſed eleemoſynæ intuitu erogare in ægritu-
dine conſtituti.

Hæc Alexander. Vbi Gloſſa, *verbo De mobilibus*, ait, quod ſi teſtari nequeunt de mobilibus Clerici, multò fortius, nec de immobilibus. Et *verbo Non poſſunt*, docet, quod in morte poſſunt largiri de mobilibus intuitu ſeruitij recepti, tam proximis, quàm extraneis. Quod etiam declaratur ab eodem Alexandro, in *cap. Relatum, infrà recenſendo, num.* 18. Expende verba: *in ægritudine conſtituti*: quia iuxta Ioannem Andream, *in marginali*, non poteſt dimittere poſt mortem tradendum: nec diſponere poſt mortem erogandum, poteſt. Ita ille ex Vincen. Et vlteriùs ait, quod non credit, quod generalis conſuetudo excuſet Clericos, dantes in morte omnia mobilia parentibus. Sed ſi de legitimè introducta, & præſcripta loquitur conſuetudine, bona tanti Doctoris venia, contrarium dicendum cenſeo. Quia conſuetudo legitimè introducta, & præſcripta, benè derogari poteſt Iuribus Canonicis, prohibentibus Clericis bonorum erogationem, vti latè probaui *diſquiſit. 4. huius Tractatus, n.* 23.

17 *Decimo*, ex *cap. Quia nos el 9. dicti tituli*, in quo
„ idem Alexander Tertius, ita decernit. Quia nos: &
„ infrà. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod
„ licet Clerici, de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel
„ cognationis intuitu, aut de artificio ſunt adepti, ſeu
„ dono conſanguineorum, aut amicorum, non habi-
„ to reſpectu ad Eccleſiam, peruenerunt ad ipſos, li-
„ berè diſponere valeant. De his tamen, quæ conſide-
„ ratione Eccleſiæ perceperunt, nullum de Iure poſ-
ſunt facere teſtamentum.

Circa quam Decretalem ait ibi Bernardus, quod Clericus, de bonis paternis, vel de iis quæ intuitu perſonæ acquiſiuit, poteſt liberè teſtari; ſecus verò de bonis ratione Eccleſiæ acquiſitis. Et *verbo Teſtamentum*, aſſerit, Clericos, de rebus Eccleſiæ nullum poſſe facere teſtamentum: cum eorum (inquit) proprietas non ſit ſua: cum ſolùm vſum habeant: & tantum victu, & veſtitu contenti eſſe debeant, 12. *quæſt.* 1. *Clericus*, qui & *c. Duo*: & 10. *quæſt.* 2. *Epiſcopus*. Et totum ſuperfluum, erogandum eſt pauperibus, 12. *quæſt.* 1. *c. vltimo*. Concedit tamen poſſe facere moderatam donationem cauſa ſeruitij recepti, ex *cap. Relatum el* 12. *hoc tit.* mox recenſendo. Sed de his quæ *de proprietate* ait, infrà redibit ſermo.

Vndecimò probatur concluſio ex *cap. Relatum*, 18
el 2. & 12. *de Teſtamentis*, in quo præfatus Alexander Papa Tertius, ſic vt ſequitur decernens, & declarans Concilium Lateranſe, relatum in ſuprà adducto *capite Cum in Officiis*, ait. Relatum eſt au-
„ ribus noſtris, quod quia ſtatuimus in Lateranenſi
„ Concilio, vt bona per Eccleſiam acquiſita, ad eam
„ in Clericorum obitu deuoluantur, dubitatis, an hoc
„ ſit de immobilibus tantum, vel de mobilibus ſen-
„ tiendum. Et infrà. Reſpondemus, quod generaliter
„ bona quælibet per Eccleſiam acquiſita ei debent
„ iuxta Lateranenſe Concilium poſt acquirentis obi-
„ tum remanere. Nomine autem Eccleſiæ, non Epiſ-
„ copus, vel ſucceſſor Clerici morientis, vbi eſt Col-
„ legium Clericorum, ſed communis Congregatio
„ intelligitur, quæ rerum illarum debet Canonicam
„ diſtributionem, & curam habere. Vbi autem in lo-
„ co defuncti tantum eſt vnus ordinandus, is ea bona
„ (ſicut & alia ipſius Eccleſiæ) in Dei timore diſpen-
„ ſet. Licet autem mobilia per Eccleſiam acquiſita,
„ de Iure in alios pro morientis arbitrio transferri non
„ poſſunt; conſuetudinis tamen non eſt improbandæ,
„ vt de his pauperibus, & religioſis locis, & illis, qui
„ viuenti ſeruierant, ſiue conſanguinei ſint, ſiue alij,
„ aliqua iuxta ſeruitij meritum conferantur. Cæte-
„ rum, quæ ex hæreditate, vel artificio, aut doctri-
„ na proueniunt, diſtribuantur pro arbitrio decedentis. Quia verò nonnulli in diuerſis Eccleſiis benefi-
„ cia poſſident, diuidentur, quæ habuerant per æſti-
„ mationem congruam inter ipſas.
„

Circa quam Decretalem, nonnulla obſeruanda 19
veniunt. I. Quod in ea dicitur: *generaliter*: & ſic abſolutè, & de omnibus bonis eſt intelligenda. Et ita docet Gloſſa, *verbo Bona*, & id, ex aliis comprobat Iuribus.

II. Quod Collegium Eccleſiaſticum, in duobus conſtituitur. Quod & fusè probaui *in Diſquiſitione Paſtorali, de Iure Prioris annexi num.* 4.

III. Quod adminiſtratio rerum omnium Eccleſiæ, ad illius Rectorem, ſeu ad Collegium ſpectat; minimè verò ad Parochianos Laicos. Vnde abſurdiſſimum eſt, & tyrannicum, ac iuxta *Can. Prædia*, 12. *q.* 2. *Can. Sicut qui*, 17. *quæſt.* 4. Creſpecium, *in Summa Eccleſiaſticæ diſciplinæ*, *verbo Facultates Eccleſiæ*, ſacrilegium proximum, quod Laici, prætextu Patronatus, quod fortè non habent in Eccleſia, eius redditus, prouentus, & bona, non ſolùm adminiſtrent, ſed pro vt volunt, non rarò expendant. Et ſæpè quidem in litibus contra authoritatem, & immunitatem ipſiuſmet Eccleſiæ, ac veri eiuſdem, & bonorum ſuorum Rectorem, ac Adminiſtratorem. Et quod damnabilius eſt, approbante id Diœceſano Epiſcopo. Et aliquando ita, non abſolutè, ſed diſſolutè potius, vt Ordinario viſitanti, rationem dati, & accepti reddere nolint: cum graui quidem Eccleſiæ, Rectoris, ac Epiſcopi iniuria, ac Sacrorum Canonum vilipendio maximè Tridentini Concilij, *ſeſſ. 24. in Decreto de reformatione, cap. 3. in fine*, ita decernentis. Patroni verò, in iis, quæ ad Sa-
„ cramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullate-
„ nus ſe præſumant ingerere; neque viſitationi orna-
„

mentorum

„ mentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fa-
„ bricarum prouentibus immisceant, nisi quatenus id
„ eis ex institutione, ac fundatione competat; sed
„ Episcopi hoc faciant: & fabricarum redditus, in vsus
„ Ecclesiæ necessarios, & vtiles provt sibi expedire
„ magis visum fuerit, expendi curent.

Quocirca S Rota, in Pampilonensi Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ de Legarda, sitæ intra fines Ecclesiæ Parochialis S. Ioannis de Mendauia, *Mercurij, 10. Maij, de Anno 1662.* coram R.P.D. Beuilaqua, sic ad fauorem Abbatis Hyrachensis Cœnobij, decidere decreuit. Videlicet.

A sententia per Prouisorem Pampilonæ lata, in qua declaratur exercitium Iurium Parochialium Ecclesiæ Ruralis S. Mariæ de Legarda, sitæ intra fines Ecclesiæ Parochialis S. Ioannis de Mendauia, spectare ad Vicarium, appellauit Abbas de Hyrach, & commissa mihi causa, ante illius discussionem super negotio principali, & viribus dictæ sententiæ. Idem Abbas, ne eleëmosynæ, pecuniæ, & aliæ oblationes ad celebrationem Missarum, & ad fabricam Ecclesiæ destinatæ, in expensis litis consumantur, petiit contra Vicarium decerni inhibitionem specialem: & desuper proposito Dubio, concedendam esse. Domini responderunt, moti ex dispositione Iuris, quæ est, vt quando eleemosynæ, & oblationes, quæ à Christi Fidelibus Ecclesiæ offerentur, sint ad fabricam, & alium certum vsum destinatæ, & tunc non est Episcopo, Parocho, vel alio Administratori permissum in alium vsum illas conuertere, absque Sedis Apostolicæ licentia, vt statuit Clemens V. *in Clement. 2. in principio*, ibique Cardinalis, *num. 3. de Religiosis Domibus.* Abbas, *in cap. De his, num. 3. de testamentis.* Maresc ott, *variarum resolution. lib. 2. cap. 42. in princip.* Riccius, *in Decisionibus Curiæ Archiepiscopal. Neapolitanæ*, 170. *num. 1. part. 4.* Marian. Soccin. *in tract. de Oblation. libel. 19. n. 3. el 4.* Vbi ampliat, etiamsi opus in quod prætenditur conuerti, esset pium. Rota, *decis. 37. n. 8. part. 5. recentiorum.*

Rona Ecclesiarum, ab Episcopo, Parocho, alioue administratore, in alios vsus conuerti non possunt, quàm sunt destinata, absque Papæ licentia.

Non obstat, quod vbi non agitur de priuato, & interesse Parochi, sed ipsius Ecclesiæ, lis mota pro illius defensione debet substentari ipsius expẽsis, ad textum *in capite Vt præterita*, 45. vbi Glossa, *verbo Expensa, de Electione. cap. Cupientes, 6. dicto tit. in 6.* Germinian. *consil. 55. num. 1. cum seqq.* Cephal. *consil. 761. n. 31.* Rota coram Pen. *decis. 499. n. 6. & 8.* Caualer. *decis. 402. n. 1.* bon. me. Merlin. *decis. 48. ante n. 1.* Addend. ad San. mem. Gregorij X V. *decis. 263. num. 8.* quoniam tunc dicitur agi de interesse Ecclesiæ ad hunc effectum, quando lis vertitur cum extraneis, non autem, si vt in præsenti inter easdem personas de eadem Ecclesia, vt post Innocentium, Decium, & alios, *in cap. Ex Litteris, de Probationibus*, explicat Rota, *decis 138. n. 1. part. 1. recentior.* bonæ memoriæ Merlin. *dicta decis. 48.* Adden. *ad eandem decis. 263.* in Sanct. memor. Gregor. X V. Abbatem verò de Hyrach petentem hîc inhibitionem, non posse extraneum reputari, Domini colligebant ex vnione huius Parochialis, vsque *de Anno* 1408. plenariè Monasterio cum onere ibidem Vicarium retinendi, assignata congrua substentatione. Ex qua vnione fit, vt reputetur Rector habens animarum curam, tametsi illam exerceat Vicarius, vt in alia ciuili causa fauore Abbatis dixit Rota coram Eminentissimo Otthobono, *decis. 159. à. n. 1. cum seqq.* & Latius coram Cardinale Seraphino, *decis 1304.* à quo fuit etiam consimilis inhibitio relaxata, & allata *in Summario Abbatis, num. 3.*

Bona Ecclesia insumi nequeunt in litibus, quæ vertuntur inter personas Ecclesiasticas ad eandem Ecclesiam spectantes.

Qui Ecclesiã plenariè vnitam habet, Rector illius est, & curam habet animarum.

Quæ, eò faciliùs, admittenda videntur, quia adsunt in causa Iurati terræ Mendauiæ. Vnde succedit regula, quod nemo debet secum collitigandi litis expensas subministrare, sed quilibet de proprio facere tenetur vt notat Baldus *in L. Imperatores*, vbi etiam Alberic. *n. 2. ff. de tutelis, & rationibus*, dixerat Rota coram bonæ memoriæ Merlino, *dicta decis. 48. num. 3.* *Litis expensas, nemo collitiganti debet ministrare.*

Et ita decisum, vtraque parte.

In cuius Decisionis vim idem R.P.D. Beuilaqua inhibitionem relaxauit, 21. *Iunij*, 1662, in qua sic ait. Inhibeatis, & inhibendo expresè præcipiatis, & mandetis, provt nos tenore præsentium inhibemus, præcipimus, & mandamus DD. RR. Vicario, & Beneficiatis Villæ de Mendauia, ac incolis, & Iuratis dictæ Villæ, seu oppidi, ex aduerso principalibus, omnibusque aliis, & singulis sua quomodolibet interesse putantibus, & in exequutione præsentium nominandis, & cognominandis, ne sub mille ducatorum auri de Camera, & pro illis mandati exequutiui R. Cameræ Apostolicæ, & locis piis, arbitrio nostro applicandorum, ac excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, & quoad RR. DD. Ordinarios, sub interdicto ingressus Ecclesiæ audeant, seu præsumãt vel eorum aliquis audeat, seu præsumat pecunias destinatas pro fabrica Ecclesiæ S. Ioannis Oppidi, seu Villæ de Mendauia seu pro celebratione Missarum vel pro certis aliis vsibus dictæ Ecclesiæ quouis quæsito, prætextu, aut colore, amouere, vel pro expensis præsentis litis expendere, neque vllo modo, nisi pro illis certis destinatis, disponere, quod si secus factum fuerit, ad restitutionem de proprio, & ad pœnarum, & censurarum prædictarum exequutionem procedemus iustitia mediante.

20 I V. Obseruandum, consuetudine introduci posse, contra Iuris prohibitionem, vt Clerici, de bonis mobilibus, intuitu Ecclesiæ acquisitis, aliqua pauperibus, suis seruitoribus, consanguineis, & extraneis, & locis piis mortis tempore conferant.

V. Posse Clericos liberè testari de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, quæ possident, dummodo intuitu Ecclesiæ illa non acquisierint.

VI. Bona Clerici, plura habentis beneficia, ita distribui debere inter Ecclesias beneficiorum huiusmodi, vt plus ei detur Ecclesiæ, à qua plus Clericus percepit. Attendi tamen debet, vtrum vni plus seruierit, quàm alteri. Quia si vni non seruiuit, vel parum seruiuit Ecclesiæ, plus ei tenetur restituere. Ita obseruat Glossa, *in dicto cap. Relatum el 12. de Testamentis, verbo Congruam*, argumento *cap. Cum secundum, el 16. de Præbendis, & dignitatibus*, ibi: Qui Altario deseruit, viuere debet de Altari. Ex quo Apostoli axiomate, benè infert Glossa Ergo si non seruiuit, vel si parum seruiuit, plus ei tenetur restituere. ”

21 Quod si petas, quando censeri debeat fieri Episcopo, aut Clerico institutio, legatum, aut donatio intuitu Ecclesiæ, & quando intuitu personæ? Respondeo, ex *cap. Requisisti, el 15. de Testamentis*, quod si institutio, (& idem est, quoad præsens de legato, & de donatione dicendum) ab extraneo fit, præsumitur intuitu Ecclesiæ facta, non intuitu personæ; è contra verò, si à propinquo, hoc est à consanguineo intra quartum gradum inclusiuè. *Cod. de Episcopis, & Clericis, Authent. licentiam, & Authent. de Ecclesiasticis titulis, & priuilegis, §. Interdicimus, col. 9. & cap. Non debet, de consanguinitate, & affinitate*; vel vt alij volunt, vsque ad septimum

gradum, cum Canon non distinguat hic, vt 12. q. 3. *Can.* 1. & 2. & *c. Quia nos el* 9. *de Testamentis.*

Vtramque expositionem reddit Glossa, *verbo A propinquo.*

Præsumitur, dixi præsumptione Iuris, non de Iure. Vnde probatio in contrarium admittitur. Textus » est expressus *in dicto cap. Requisisti*, §. *Si verò* ibi: » nisi fortè contrarium probaretur. Et docet ibi Glossa. *verbo Præsumitur.*

Dicta procedunt quoad Episcopum, & quoad Ecclesiæ Rectorem; quoad Canonicos autem simplices, & beneficiatios præsumitur intuitu personarum donari. Ita Glossa *in Canone Pontifices, verbo Ab extraneis*, 12. *quæst.* 3. Cuius opinionem approbat ibi Archidiaconus, si propria nomina exprimantur donatariorum; secus si donans diceret: Dono hoc Canonicis, aut beneficiariis istis. Tunc enim censeretur donari intuitu Ecclesiæ, sicut censeretur si donatio fieret Episcopo, aut Rectori.

22 *Duodecimò* probatur conclusio *ex capite* 1. *de Successionibus ab intestato*, quod huiusmodi est. Sed » hoc ibidem inuentum est, de Episcopis, Presbyteris, & Clericis, vt si per hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ aliquid acquisierint, donare eis » liceat, cui voluerint, dùm viuunt. Si autem ante » obierint, quàm hoc fecerint, Altari cui seruiunt, » omnia perpetuo sanctificentur, & in ius Ecclesiæ » tradantur.

Sic Decretalis illa, ex qua non obscurè habemus Ecclesiasticos in ea relatos, non posse donare intuitu Ecclesiæ acquisita, nec de eis in testamento, in propinquorum, aut aliorum Sæcularium fauorem disponere; siquidem intestatis decedentibus, succedit eorum Ecclesia, etiam in bona intuitu personæ acquisita; si tamen non habeant consanguineos, qui eis ab intestato succedant. Illi enim in huiusmodi bonis admitterentur, & non Ecclesia, vti ait Glossa, *in verbo Tradantur.* Et quia concedendo donationes, de rebus intuitu personæ acquisitis, denegare illas videtur de acquisitis intuitu Ecclesiæ.

23 *Tertio decimo*, ex Concilio Cartaginensi III. *in Canone* 49. relato à Petro Crespetio, *in Summa Ecclesiasticæ disciplinæ, verbo Facultas, versic. Facultates, quas Clerici &c. pag.* 407. & à Gratiano *in Can. Placuit* 12. *quæst.* 3. sub his verbis. Placuit vt » Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vel quicumque » Clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore » Episcopatus, vel Clericatus sui, agros, vel quæcumque prædia nomine suo comparant, tanquam rerum » Dominicarum inuasionis crimine teneantur obnoxij » nisi admoniti, Ecclesiæ ea ipsa contulerint. Si autem » ipsis propriè aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis obuenerit, faciant inde, quod eorum proposito congruerit. Hactenus Concilium præfatum, quem allegare, & renouare Concilium Moguntinum Secundum *Canone* 8. & Paunense, *Canone* 14. testatur Crespetius.

24 *Quarto decimo* probatur ex Concilio Toletano IX. *Can.* 4. à Crespetio, *vbi proximè*, & à Gratiano » recensito *in Can. Sacerdotes*, 12. *quæst.* 4. vbi sic habetur. Sacerdotes, vel quicumque illi sunt, quibus » Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis, vel vile, vel earum habuerint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum instrumenta conficere procurent. Non enim iustum est, vt Ecclesia, quæ suscepit extraneum, efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem. Hi vero, qui suarum rerum nosc untur habere compendium ex omni re, quam post ordinationis suæ diem visi sunt acquisisse siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta, » compensata tam Iuris sui, quàm Ecclesiasticarum re- » rum habita, si se vtriusque rei quantitas exæquauerit, » inter Ecclesiam, & decedentis hæredes æquo Iure » conquisitio pertinebit; si autem quælibet pars maio- » ri cumulo sui Iuris excreuerit, maiorem portionem » etiam in diuisione percipiet. Quicumque verò de » prædictis Sacerdotibus, vel ministris, pro sui vtilitate, atque amicitia, vel præstatione, aut quocumque » modo, aut per Scripturæ seriem aliquid meruerit à » quolibet percipere, in rebus Ecclesiasticis non po- » terit numerari: sed quod exinde voluerint facere, in » ipsorum voluntatis arbitrio subiacebit. Quod si hoc » post eorum mortem inordinatum fortasse remanse- » rit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister exi- » terit, in perpetuum vendicabit. »

Hucusque Toletanum Concilium, provt exscribitur à Crespetio, & à Gratiano, partim 12. *quæst* 4. *Can.* 1. & partim *eadem causa, q.* 3. *Can.* 2. *Quicumque*, cum aliqua tamen varietate accidentali verborum.

Vltimò probatur ex *Canone Episcopi, el* 19. 12. 25 *q.* 1. Ex Concilio Agathensi desumpto, in quo sic diffinitur. Episcopi, de rebus propriis, vel acquisitis, » vel quicquid de proptio habent, hæredibus suis (si » voluerint) derelinquant; quicquid verò de prouisione suæ Ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus, siue de oblationibus, omnia in Iure Ecclesiæ » reseruare censuimus.

Ita textus. Et Glossa, *verbo De prouisione*, sic fatur. Clerici, de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate possunt dare, nisi talis sit Ecclesiæ consuetudo, vt extra, *de Testamentis, Ad hæc* & *c. Relatum*, §. *licet*, *de quibus suprà n.* 16. & 18. & *verbo De fructibus*, dicit Nondum perceptis: argumento *ff. Quemadmodum vsusfructus amittatur. Si vsufructuarius, in fine.* Immo etiam de perceptis non possunt condere testamentum, extra *de Testamentis. Quia nos admonet.* Verbo autem *Acquisitis*, ait. De propriis, vel de acquisitis, non occasione Ecclesiæ.

Plures alias probationes ex sacris Canonibus addere possem, pro nostra firmanda conclusione; sed quia ad illius veritatem demonstrandam, præfatæ sufficiunt, reliquas libet omittere, ne conclusionis dilucidatio nimis protrahatur, prolongetur.

Ex dictis habemus, nullum Ecclesiasticum posse 26 ex redditibus, vel fructibus dignitatis, beneficij Curati, aut simplicis, & ex bonis intuitu Ecclesiæ prouenientibus, & etiam ex distributionibus, (vti bene obseruat, & docet Gabriel Vazquez. *Opusculo de Beneficiis, c.* 1. §. 3. *dubio* 5. contra Syluestrum, ea ductus ratione, quia ex redditibus dantur, sicut & corpus, & grossa beneficij) tem aliquam emere, quæ non fiat Ecclesiæ, cuius est beneficium, aut dignitas, etiamsi emptio nomine Ecclesiæ non fiat, sed proprio emptoris, vel alterius. Et ita docet Vazquez, *vbi proximè, dubio* 1. *n.* 3 8. cum Couarruuia, *in c. Quorundam, n.* 5. *el* 1. *de Testamentis.* Constat expressè ex *canone Fixum, supra n.* 8. ex *dicto c. Quorundam, n.* 14. ex *c.* 1. *de Peculio Clericorum, n.* 9. *c. Presbyter, n.* 10. *c. vt vnusquisque, n.* 11. *c. Inquirendum. n.* 12. ex *c. Si quis, n.* 13. & ex reliquis Iuribus à nobis redditis.

Et probatur à Couarruuia, quia licet generale sit, quod emptum ex pecunia aliena ementi acquiritur, non illi, cuius est pecunia, vt habetur in *L. Ex eo Cod. de Rei vendicatione*; tamen hoc speciale Ecclesiæ priuilegium, quod emptum ex redditibus ipsius, fiat Ecclesiæ sicut emptum ex pecunia illius etiamsi nomine Prælati fiat emptio: & colligitur ex citatis capitibus. Et idem est de re empta ex pecunia pupilli à tutore. Idem etiam fatetur Couarruuia,

ruuia, *in caput Cum in Officiis, de Teſtamentis, n.3. ad finem*, vbi fatetur, quod emptum ex pecunia, & redditibus beneficij, aut Epiſcopatus, fit ipſius Eccleſiæ. Secus inquit, Couarruuia in illo *cap.1. de Teſtamentis, n.5.* eſt, quando quis ex pecunia Eccleſiæ, non gerens illius curam, aut adminiſtrationem, emit rem aliquam, non tamen nomine Eccleſiæ: & quia tunc non pertinet ad Eccleſiam, & ita neque ad illam pertinet Ius vendicationis, quamuis oppoſitum ſit, quando quis pecunia militis, rem aliquam emit, etiamſi non nomine militis. Hactenus Couarruuia, provt à Patre Vazquez refertur.

27 Franciſcus Sarmiento, *de Redditibus, part.3.cap. 2. à n.1.* prolixè etiam docet, quod empta ex redditibus Eccleſiæ, fiunt ipſius Eccleſiæ, vt apertè habetur in *Can. Placuit, 12. quæſt.3. Can. Sacerdotes, quæſt.4.cap. Presbyter, & Can. Quicumque, ead.cauſa, & quæſt. Can. Fixum, ead.cauſa, quæſt.5. Can. Res in Epiſcopatu, 12. quæſt.2.* & *de Peculio Clericorum, c.1.2.3.* & 4 & aſſerit *n.5.* quod ipſo facto, quod res, ex redditibus, vel pecunia Eccleſiæ ematur, dominium illius in Eccleſiam transfertur. Quia quod efficit in aliis cauſa debiti cum traditione, hoc ipſum efficit in Eccleſia cauſa debiti, qualis eſt prædicta: ex eo enim debetur Eccleſiæ res, quia ex redditibus, aut pecunia Eccleſiæ empta eſt, & priuilegium Eccleſiæ, quod ſupplet traditionis vicem, vt habetur in *L. finali, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Vbi probatur, quod Eccleſiæ priuilegium eſt, quod abſque traditione dominium in Eccleſiam transferatur. Ita Sarmiento, quem Vazquez recenſet, *dicto n.1.*

28 Circa ſuam doctrinam hîc redditam, dubitat ipſe Vaſquez, *n.9.* an cum transfertur dominium rei per Legem, transferatur dominium vtile, vel directum? Et docet, quod quando Eccleſiæ acquiritur dominium ex contractu, priuilegio Legis, tantùm dominium acquiritur vtile, non verò directum vſque ad rei traditionem. Quia ſemper videtur neceſſaria traditio, quæ Iure gentium requiritur ad dominium transferendum, vbi ex contractu acquiritur alicui dominium. Et *n.12.* diſtinguit de tranſlatione dominij facta per Legem. Aut transfertur priuilegio Legis ex contractu, aut ex vltima voluntate. Si primum. Priuilegium Legis tantum confert poteſtatem transferendi dominium vtile ſine traditione: quia eſt apud quem remaneat dominium directum vſque ad traditionem, ſcilicet apud alium contrahentem. Si ſecundum. Cum non ſit apud quem remaneat dominium, ideò transfertur, ſine traditione, dominium directum. Et ideò dicit, quod in noſtro caſu non acquiritur Eccleſiæ dominium directum, ſed tantum vtile; in legatis verò, acquiritur legatario dominium directum rei legatæ, à die mortis teſtatoris. Hoc autem non probat Vaſquez, ſed aſſerit cum Tellez, Fernandez, quod neque in legatis, transfertur dominium directum à die mortis, ſed remanet illud apud hæredem adita hæreditate; benè tamen fructus à die mortis deberi ait. Quia ſi legatarius legato renunciet in fraudem Fiſci, aut creditorum, renunciatio tenet: quæ vtique neutiquam teneret, ſi dominium directum legatarius haberet.

29 Immò addit Sarmiento, *dicto cap.2.n. vltimo ad finem*, quod res empta ex redditibus Eccleſiæ, tranſit, ad Eccleſiam, & iam quoad poſſeſſionem, ſine traditionis actu: & ita directum dominium rei emptæ ad Eccleſiam pertinere. Quod probat à ſimili, ſicut res acquiſita per ſeruum Domino acquiritur, & ſicut Iure antiquo, res à Filio acquiſita, erat patris habentis eum ſub poteſtate, Iure peculij, vti habetur in *L.1. §. Item adquirimus, ff. de acquirenda poſſeſſione.* Ergo ſimiliter, quia Clericus videtur habere hæc ex redditibus Iure peculij, videtur etiam Eccleſiæ acquirere poſſeſſionem.

In hac tamen opinione, Vaſquez non aſſentitur Sarmiento, eo ductus fundamento: quia argumentum à ſimili, non valet in his, quæ ex mera pendent Legis diſpoſitione quod etiam aduertit Tamburin. *de Iure Abbat. tom.2. diſt. 4. quæſt.2. num.3.* Ideò in hac (inquit) re, ſufficiat dicere, quod res empta ex redditibus acquiritur Eccleſiæ: vel quia ad illam Iure pertinet, & debetur: vel quia etiam ſtatim in ea Eccleſia Ius acquirit, & dominium vtile.

Ex quibus omnibus, ſatis demonſtrata manet 30
noſtræ veritas concluſionis. Quia ſi res empta ab Epiſcopo, vel ab alio Clerico, ex fructibus, redditibus, aliiſve rebus, intuitu Eccleſiæ perceptis, fit Eccleſiæ, Eccleſiæ etiam erit Capella, & Sepulchrum ſi ex eiſdem conſtruatur bonis. Conſtructio enim emptioni æquiualet.

Sed dicet aliquis. Epiſcopus, & alij dignitatem, 31
aut beneficium Curatum, vel ſimplex obtinentes, dominium habent redditiuum, ac aliorum prouentuum, dignitatum, & beneficiorum ſuorum. Ita enim docet Simanca, *de Catholicis Inſtitutionibus, tit.9. num 90.* dicens. Sed cum vera ſit ſententia, quod Clerici verum dominium habent fructuum ſuorum beneficiorum: & moribus, ac Legibus Hiſpaniæ receptum ſit, vt Clerici benè eoſdem fructus, etiam in vltima voluntate, alienare, ac diſtribuere poſſint: relinquitur planè, vt propter hæreſim confiſcari queant. Hactenus Doctor ille. Ergo benè poſſunt ex eiſdem bonis Capellam, & Sepulchrum conſtruere animo tranferendi illorum Ius ad conſanguineos, vel ad hæredes.

Reſpondeo primò, antecedens non eſſe ita cer- 32
tum ſicut aſſeritur, loquendo de redditibus, fructibus, & diſtributionibus. Præter Iura enim ſuprà reddita, declarantia huiuſmodi bona ad dominium Eccleſiæ pertinere: extat plurium Sanctorum Patrum ſententia, aſſerens furtum eſſe, & ſacrilegium, pauperibus ſuperflua non erogare: & quod ſuperflua bona ſunt pauperum: & quod illis ea non dare, idem eſt, quod ea ſurripere. Si ergo furtum eſt. Ergo contra iuſtitiam eſt. Ergo alieni vſurpatio eſt. Non ergo Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici ſunt omnium redditiuum Domini, ſed ad ſummum eorum, qui congruæ ſuſtentationi neceſſarij ſunt. Vnum, & alterum ſanctiſſimum Benedictinum Doctorem libuit recenſerè, quorum quilibet, probabilem ſatis reddit opinionem negantem Clericis proprietatem bonorum, quæ ratione obtinent Clericatus. Primus ſit Sanctus Petrus Damiani, Oſtienſis Epiſcopus, & S.R.E. Cardinalis, qui *tom.3. opuſc.27. cap.1.* ſic, vt ſequitur fatur.

Et notandum, quod non ſolùm Leuitas, ſed Leuita- 33
rum etiam pecora, Dominus ſua eſſe teſtatur; vt perſpicuè doceat, quod ij, qui Eccleſiaſticis mancipantur obſequiis, Deo debẽt, non modò ſuæ ſedulitatis, & laboris impendium, ſed etiam proprietatum quoque earum, quas poſſident facultatem. Sciantque ſe ſimul, & ſua Iuris eſſe, non proprij, ſed Diuini,

Hæc Damianus. Sed magis adhuc vrget Melliſluus Bernardus, pluribus in locis, pro eadem ſententia. In primis enim *tom.1. epiſt.2. ad Fulconem, n.11.* exponens ſententiam in diuitem latam, *Luc. 16. Memento Fili, quia recepiſti bona in vita tua*, ſic ait.

Recepiſti dixit; non rapuiſti, ne etiam de hoc ti- 34
bi fruſtra blandiatis, quod tuis contentus, aliena

„ non rapias. Veruntamen,quæ ſunt illa tua ? Beneficia Eccleſiæ ? Rectè : quia ſurgis ad Vigilias : vadis „ ad Miſſas: horis chorum nocturnis, diurniſque frequentas. Benefacis. Sic Eccleſiæ præbendam gratis „ non accipis. Dignum eſt, vt qui Altario deſeruit; „ de Altario viuat. Conceditur ergo tibi vt ſi benè deſeruis, de Altario vivas ; non autem vt de Altario „ luxurieris, vt de Altario ſuperbias, vt inde compares „ tibi fræna aurea, ſellas depictas, calcaria deargentata, varia, griſcaque pellicea à collo, & manibus ornatu purpureo diuerſificata. Denique, quicquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum, de „ Altario retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium „ eſt.

Hactenus ibi D. Bernardus, qui *tom. 3. in Cantica, ſerm. 23. n. 14.* eandem firmat ſententiam dicens.

35 Timeant Clerici, timeant miniſtri Eccleſiæ, qui in „ terris Sanctorum, quas poſſident, tam iniqua gerunt, „ vt ſtipendiis, quæ ſufficere debeant, minimè contenti, ſuperflua, quibus egeni ſuſtentandi forent, impiè, ſacrilegèque ſibi retineant, & in vſus ſuæ ſuperbiæ, atque luxuriæ, victum pauperum conſumere „ non vereantur duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & ſacris, in ſuis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur,

36 Tertiò ſententiam fulcit Bernardus, *tom. 4. in tract. de Vita, & moribus Clericorum, cap. 7. num. 21.* in ſequentia prorumpens.

„ Sed eſto ſtudiosè quis, & fructuosè laboret : *di-*
1. Timoth. cap. 5. „ *gnus* planè, *operarius mercede ſua : vt qui Altario*
„ *deſeruit, de Altario viuat.* Viuat inquam, de Alta-
„ rio, vt iuxta eundem Apoſtolum, *alimenta, & qui-*
1. Timoth. cap. 6. „ *bus tegatur habens, his contentus ſit.* Tertium ei hoc
„ periculum eſt. *De Altario,* inquit, *viuat:* non ſuper-
„ biat, non luxurietur, denique non ditetur; nec con-
D. Hieron. ad Negot. „ tra Sancti cuiuſdam planè dignam omni acceptio-
„ ne ſententiam, ex Clericatu ditior fiat. Non ſibi de
„ bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans qua-
„ drata rotundis; nec loculos indè congreget : nec in
„ vanitate, & ſuperfluitate diſpergat; non extollat de
„ facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut ne-
„ ptes, (ne Filias dixerim) nuptui tradat. Res paupe-
Aliàs, ſacrilegio Hieronymi verba ſunt, ad Pamachium, de obitu Paulinæ. „ rum non pauperibus dare, par ſacrilegij crimen eſſe
„ dignoſcitur. Sanè patrimonia pauperum, facultates
„ Eccleſiarum : & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur
„ quicquid ſibi miniſtri, & diſpenſatores, non vtique
„ Domini, vel poſſeſſores victum accipiunt, &
„ veſtitum. Nec enim ordinauit Deus his, qui Euan-
„ gelio ſeruiunt, de Euangelio quærere, aut habere
Corint. c. 9 verſic. 14. „ delicias, vel ornatum, ſed viuere (ait Paulus) ex eo:
„ vt videlicet ſint contenti alimenta corporis, non ir-
„ ritamenta gulæ, aut incentiua libidinis, & quibus
„ tegantur; non quibus ornentur, accipere. Hucuſque
„ Mellifluus Doctor.

37 Secundò reſpondeo, quod eſto Epiſcopi, & Beneficiarii, Domini ſint fructuum, prouentuum Epiſcopatus, & Beneficiorum, non tamen ita perfectè, & integri Domini illorum ſunt, quod poſſint de illis diſponere cauſa mortis, aut inter. Viuos, provt libuerit, donando ſcilicet conſanguineis, vel aliis diuitibus, aut illos inſumendo in rebus ſtatum Eccleſiaſticorum huiuſmodi dedecentibus, ſed tantum illos poſſunt expendere in ſuos, & ſuorum decentes vſus, & in pia opera, vti benè doctiſſimus, & religioſiſſimus Nauarrus, *tom. 1. conſiliorum, lib. 3. tit. de Solutionib. conſil. 7. n. 12. pag. mihi 615.* Habent enim dominium ab Eccleſia vniuerſali, quæ vera, & abſoluta eſt rerum Eccleſiaſticarum Domina; limitatum quidem, vt bona expendant, in vſus tantum, eis à Iure, & à Sacris Canonibus conceſſos, iuxta ea, quæ *tomo 2. diſquiſit. 6. de Religioſis proprietariis, dub. 23. n. 49. & 50.* dicam, in ſimili, de conuentibus, dominium rerum temporalium habentibus, de manu eiuſdem Eccleſiæ vniuerſalis, quæ illud tradit cum limitationibus, & conditionibus ſibi benè viſis. Si ergo Epiſcopus non poteſt donare ſuis propinquis redditibus, ſeu bona, quæ Epiſcopatus intuitu percepit, neque Beneficiarius, quæ ratione beneficij, quomodo poterit eorum aliquis, Capellam, aut Sepulchrum, ex eiſdem bonis conſtructum, conſanguineis donare?

Sed nota circa dicta *n. 19.* quod quando lis contra Monachum vertitur, Monaſterium tenetur ei ſumptus, & expenſas ſubminiſtrare. Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 3. in Praxi Crim. quæſit. 3. num. 8.* & ratio eſt : quia cum proprium non habeat, ſi ei non ſubminiſtrarentur expenſæ, priuaretur defenſione, quæ nec diabolo denegaretur ſi eſſet in iudicio.

DISQVISITIO VI.

An Hæredes, dominium vtile Sepulturæ acquirant?

BREVIARIVM.

Beneficium.

Ius in Beneficio, ante illius acceptationem, acquiri nequit. n. 10.

Iuriſdictio.

Eſt poteſtas Iuri publico introducta, cum neceſſitate Iuris dicendi, æquitatiſque ſtatuendæ. n. 9.

Ius in re.

Spiritualium, aut ſpiritualibus annexorum Ius, abſque traditione acquiritur. n. 14.

Ius patronatus.

Quando in pluribus, quàm vltra duos exiſtit, præſentatio ſolùm valet, quæ facta eſt per maiorem partem. n. 11.

Ius patronatus æqualiter quoad omnia habent omnes hæredes, etiam inæqualiter inſtituti, niſi quoad Ius præſentandi. n. 2. 3. 11. *In ſolidum illud habent.* n. 14. 16.

Æqualiter illud omnes acquirunt, etiamſi inæqualiter Eccleſiam dotent, &c. n. 3.

Ius patronatus ſolum acquiritur fundatione, conſtructione, dotatione, aut priuilegio Apoſtolico. numer. 6. 9.

Eccleſia, intra cuius parochiam de nouo altera conſtruitur, non fit illius Compatrona. A. n. 4.

Fit tamen Compatrona Capellæ intra illam conſtructæ, ratione fundi. n. 10.

Per Iuriſdictionem, quam quis habet in loco, in quo Eccleſia conſtruitur, Compatronatus non ſit illius. num. 8. 9.

Filius hæreditati renuncians paternæ, Ius patronatus illi annexum perdit. n. 12.

Ius patronatus eſt indiuiſibile. n. 16.

Apud quemlibet Patronum eſt in ſolidum. n. 14. 16.

Si inter hæredes bona inæqualiter diuidantur, & cui minor bonorum pars datur, Ius patronatus adiudicatur, adiudicatio nulla, & ſimonia eſt. num. 16.

Ius

Ius patronatus creditoribus cedi non poteſt. n. 16.

Parochia.

Quaſi particio Curæ dicitur. n. 9.

Sepulchrum.

Dominium vtile Sepulchri hæreditarij acquiritur hæredi, etiam ſi in minima parte hæres ſit. à n. 1.

Ante poſſeſſionem hæreditatis illud acquirit; ſi tamen hæreditatem adiecit. n. 17.

Si hæreditas diuidatur, dominium vtile Sepulchri, vni hæredum adiudicari non poteſt. n. 12.

Ius, ſeu dominium vtile Sepulchri, venit cum vniuerſitate bonorum. n. 12.

Acceſſorium eſt rei, cui illud fuit acquiſitum. n. 12.

Quando hæreditas diuiditur, ſi minorem partem hæreditatis recipienti, dominium vtile Sepulchri adiudicetur, adiudicatio nulla eſt, & ſimoniaca. n. 16.

Si teſtator, dominium vtile Sepulchri hereditarij relinquat filio, & ab illo deſcendentibus, & filius ſine deſcendentibus decebat, ad illius hæredes illud ſpectabit, ſiue collaterales illi ſint, ſiue extranei. n. 20. 21. 22.

Sepulchrum Familiare, ad eos ſolum, qui de cognatione ſunt, pertinet. n. 23.

Teſtamentum.

Pro Lege, voluntas teſtatoris habetur. n. 20.

CONCLVSIO I.

1 IVs, & dominium vtile, vel ſaltem vſus Sepulchri hæreditarij, hæredi acquiritur, quamuis in minima parte bonorum hæres ille ſit.

Hanc concluſionem tenet Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract. 1. diſput. 1. controuer. 5. concluſ. 4. pag.* 34.

2 Illam à ſimili de Iure patronatus probo. Hæredes inæqualiter inſtituti, æqualiter ſuccedunt in Iure patronatus, quoad Ius proceſſionis, alimentorum, defenſionis, & ſimilium, de quibus *in canone Piæ mentis*, Gelaſius Papa, *16. quæſt. 7. in can. Quicumque*, Concilium Toletanum *in can. Filiis, ead. cauſa, & ead. q.* & extra, *in cap. Nobis, el 24. de Iure patronatus*, Clemens Tertius, ita vt ſolùm reperiatur limitatum Ius patronatus, quoad Ius præſentandi, per Clementinam *Plures, la 2. eod. tit.* Ergo hæredes inæqualiter inſtituti, quamuis in minima bonorum parte, æqualiter per capita acquirunt Ius, & dominium vſus Sepulchri hæreditarij. Conſequentia patet à paritate. Antecedens probo, ex doctrina Cæſaris Lambertini, *de Iure patronatus quæſt. 4. principali, artic. 2. num. 2. pag. mihi* 178. Vbi dicit cum Petro de Ancharrano, *in dictam Clementinam, colum.* 1. quod ſecluſo Iure præſentandi, in aliis Iuribus patronatus, modò recenſitis, ſuccedunt hæredes, non per ſtirpes, vti in Iure præſentandi, ſed per capita æqualiter, licet inæqualiter ſint hæredes: id eſt, vti exponit Gloſſa magna, *in dictam Clementinam Plures*, vt quot ſunt capita hæredum, & Patronorum, tot Iura patronatus proceſſionis, alimentorum, &c. ſint: ſeu, quod idem eſt, omnes illi, eiſdem potiantur Iuribus in ſolidum.

3 Eandem doctrinam tradit Rochus de Curte *de Iure patronatus, in expoſitione diffinitionis illius, verbo Ius, num.* 11. *pag. mihi* 281. & in alia edit. *pag.* 33. ibi. Et iſtam diſtinctionem videtur ſenſiſſe Gloſ. *in dicto cap.* 1. dum dicit, quod Ius patronatus tanquam indiuiduum, eſt apud vnumquemque hæredem in ſolidum, quantum ad omnes effectus, præterquàm quoad præſentationem, quæ eſt apud omnes pro ſua parte, ita, quod nullus de per ſe, poterit præſentare. Et *verbo Eccleſiam fundauit, num. 19. num.* 279. *aliàs* 380. eandem ſententiam tenet, dum quærit, An ratione alicuius Iuris, quod quis habeat in fundo, ſuper quo Eccleſia conſtruitur, licet non ſit totaliter Dominus fundi, efficiatur Patronus? Et reſpondet. Videtur dicendum, quod ſic. Quia ſi plures darent dotem Eccleſiæ, licet vnus minus altero, tamen omnes ſunt Patroni, vt per Abbatem *hìc*, & *in cap. Ad audientiam*, 1. *de Eccleſiis ædificandis*, & dicam *infrà* ſuper *verbo Dotauit*. Ergo ſi quis habeat directum dominium in fundo, & alter habeat vtile, vel aliud Ius, licet minus habeat, debent æqualiter eſſe Patroni. Sic Rochus.

Quantum ad omnes effectus dixit: qui huiuſmodi ſunt, vti Bauny, *in Praxi Beneficiorum, diſp. 4. q. 2.* docet. I. Eſt proceſſio, ſeu præcedentia in proceſſionibus, in ſcamno, in offerendo, & primus Paræcorum panem ſacrum conficiat, vt è manu æditui, cum Miſſarum ſolemniis offertur ſingulis, ante omnes accipiat, Pacis Symbolum ſolus ſumat. II. Eſt Ius ponendorum Armorum, quæ gentis ſunt propria, in parietibus, ſeu feneſtris Templi: & Ius cingendi Templi vitta lugubri, ſeu atro panno, vulgò *deluto*. III. Eſt Ius præſentandi inſtituendum, ad Beneficium, quod vacat. IV. Eſt, vt ſi ad inopiam Patronus deueniat, ſubſidia vitæ neceſſaria ab Eccleſia petere poſſit, iuxta iſtius facultates, & perſonæ qualitatem. V. Eſt vt à Patrono præſentatus, ſi idoneus ſit, reijci nequeat.

Decis, ex dictis ſequi, Eccleſiam Parochialem, 4
intra cuius limites noua ædificatur, & eum, qui in aliquo loco iuriſdictionem habet, in quo Eccleſia conſtruitur, Ius patronatus in noua acquirere Eccleſia, ratione Iuris preciſè, quo in eo habent loco, abſque eo, quod fundent, conſtruant, aut dotent. Conſequens eſt falſum. Ergo & antecedens, Minor probatur, ex Abbate, *in cap. Ad audientiam, num. 10. el 1. & 3. de. Eccleſ. ædific. vers. Et ex his*, improbante ſententiam Innocentij, *in cap. Cum venerabilis de Exceptionibus.* (quem ſequitur Ioann. de Anania, *in cap. 1. de Capell. Monach. in 6.*) aſſerentis, quod Eccleſia acquirit Patronatum in Eccleſia fundata intra Parochiam ſuam. Et ideò illam reprobat Abbas, quia non eſt aliquis textus in Iure, qui de hac loquatur materia, præter præfatum *capitis Ad audientiam*; qui tamen hoc non probat ſimpliciter, & abſolutè, ſed loquitur in caſu, quo Eccleſia antiqua de ſuo contulit Eccleſiæ nouiter conſtructæ. Si autem Eccleſia antiqua nihil de ſuo contuliſſet, nullo Iure probatur, quod Patrona efficiatur Eccleſiæ nouiter conſtructæ. Et ideò reſtringenda eſt Innocentij, & Ioannis de Anania ſententia, ſecundùm iſtum textum, *Ad audientiam*, ſic intellectum.

Et quod aliter non acquirat. Ius patronatus, pro- 5
bat Nicolaus Tudeſchus, ex *cap. Cum dicat, el 2. de Eccleſiis ædificandis*, vbi non ſeruatur Patronatus antiquæ Eccleſiæ, quæ nihil de ſuo contulit quandoquidem ibi Lateranenſe Concilium ſolùm decernat. Conſtituimus, vt vbicumque tot ſimul leproſi „
ſub communi vita fuerint congregati, quod Eccle- „
ſiam cum Cœmeterio ſibi conſtituere, & proprio „
gaudere valeant Presbytero, ſine contradictione ali- „
qua permittantur habere. Caueant tamen vt iniu- „
rioſi veteribus Eccleſiis de Iure Parochiali, nequa- „
quam exiſtant, quod enim eis pro pietate concedi- „
tur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare. Sta- „
tuimus etiam, vt de ortis, & nutrimentis animalium „
ſuorum, decimas tribuere non cogantur. Hactenus „

Conciliare Decretum, & nihil aliud, ex eo, in Decretali recenſita lego.

6 Secundò id probat Abbas ſic. Patronatus acquiritur altero de tribus modis, conſtructione, fundatione, aut dotatione, vt notat Gloſſa, *in cap. Piæ mentis* (*verbo Eodem, el 26. 16. quæſt. 7.* ibi efficitur autem quis Patronus tribus de cauſis: Dotatione, conſtitutione, & fundatione. Vndè verſus.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Sed ex ædificatione intra limites Parochiæ duntaxat, Eccleſia antiqua non ponit fundum, quia non habet proprietatem illius loci, neque dotem, neque ſuptus ad conſtructionem. Ergo non acquirit Patronatum.

7 Panormitanum ſequitur Rochus de Curte, *de Iure patronatus, verbo Eccleſiam fundauit, num. 9.* quoad deciſionem de Eccleſia conſtructa intra fines Parochiæ. Quam etiam firmare aſſerit Ioann. de Imola, *in cap. de Monachis, in penul. colum.* poſt Antonium Butrium.

8 Quoad ſecundam partem probatur minor, authoritate Felini Sandei, *in dicto cap. Cum Venerabilis, in 12. colum.* inferentis, ex præfata Abbatis diuiſione, quam tanquam notabilem amplectitur, quod habens iuriſdictionem in aliquo loco vbi Eccleſia conſtruitur, per hoc non eſt Compatronus conſtruentis.

9 Ad obiectionem reſpondeo negando ſequelam. Quia vti Rochus *num. 20.* adnotat, Ius, quod habet Eccleſia Parochialis in Parochia, reſpectu animarum eſt, non reſpectu loci, vel fundi. Dicitur enim Parochia, quaſi partitio curæ. Abbas, *in Rubrica de Parochiis, num. 1.* & iuriſdictio, potius concernit, perſonas, quàm loca, cum deſcribatur à Gloſſa, *in L. 1. ff. de Iuriſdictione omnium iudicum*, & à Pace Iordano, *volumine 3. de Re Iudiciali, lib. 13. tit. 2. num. 12.* vt ſit *poteſtas Iure publico introducta, cum neceſſitate Iuris dicendi, æquitatiſque ſtatuendæ.* Ius autem patronatus non acquiritur, niſi ex aſſignatione fundi, vel conſtructione, vel ex dotatione, vel ex priuilegio Papæ, vti omnes concedunt; minimè autem per Ius in animas, aut perſonas, aut ex illius vſu in ipſas. Ergo ex Iure, quod Eccleſia Parochialis, & Iudex habent in loco, in quo noua ædificatur Eccleſia, in ea Patronatum acquirere nequeunt.

10 Sed petes. Eritne idem dicendum, quando quis intra aliquam Eccleſiam Capellam ædificat, aut dotat? Reſpondet Abbas *in dicto capite Ad audientiam, num. 11.* quod non; ſed Eccleſiam fieri Compatronam, & concurrere debere cum ædificatore, & dotatore, ad præſentationem. Eius deciſionem, ad amuſſim libuit recenſere.

Sed dubitatur (inquit) de *quæſtione*, quam hactenus non reperi tactam. Quid ſi Capella ædificatur intra Eccleſiam per aliquem Laicum, & per eum dotatur, nunquid quærat Eccleſia Patronatum in illa Capella, vt ſic in præſentatione concurrat cum Laico conſtructore, & dotatore? Ego ſemper tenui, quod ſic. Quia non poteſt negari, quin Eccleſia antiqua ponat fundum, & ex fundatione acquiritur Ius patronatus, vt notatur *in dicto cap. Piæ mentis.* Vndè ſicut Eccleſia acquirit hîc (ſcilicet *in cap. Ad audientiam*, quod exponit) Ius patronatus, quia contulit obuentiones illius Villæ, ita Eccleſia illa debet obtinere Patronatum, quia contulit fundum. Et hoc bene notabis, quia in multis locis propter inaduertentiam non ſeruatur. Hucuſque Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæus. Ex quibus bene ſatis, & fundamentaliter quidem, probata manet obiectionis diſparitas, & ſolutio.

Adnotat Ant. Fran. ſuper Panormitanum, *in dicto cap. Ad audientiam*, quod quando ſunt principales Patroni vltra duos, Ius patronatus eſt apud vnumquemque in ſolidum, & ideò debent præſentare vt Collegium, aliàs non valet (inquit) præſentatio: quia tunc attenditur maior pars Patronum, vt per dominum Abbatem, *in cap. 3. de Iure patronatus.* Et ideò dicimus (addit,) quod Ius patronatus eſt apud quemlibet hæredem in ſolidum, etiamſi ſint hæredes ex impartibus partibus, vt eſt Gloſſa, & ibi etiam per An. Sicu. *in cap. 1. de Iure patronatus*, & per eum *in cap. Quærimonia, eod. tit.* Hactenus ille. 11

Dictis addo, quod ſi hereditas diuidatur, Ius Sepulchri vni eorum adiudicari nequit. Ita Samuellius, *tract. 1. diſputat. 1. controuer. 5. concluſ. 13. pag. 35. praxis.* Et ratio meo videri eſt clara. Quid hoc Ius venit cum vniuerſitate bonorum, & eſt acceſſorium rei, aut rebus, quibus illud fuit acquiſitum. Quod in ſimili de Iure patronatus, bene dilucidat Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 71. à num. 2.* dicens. 12

Primo modo transfertur Ius patronatus ſucceſſione, quando ſcilicet cum vera vniuerſitate venit: id eſt hereditate, in qua quis ſuccedit: tunc enim transfertur acceſſoriè. Cardinalis Mantica, *Rotæ deciſ. 140. num. 2.* Cardinalis Tuſchus, *Practicarum concluſion. Litt. I. concluſ. 612. in fine.* Et ſic transmittitur ad hæredes ſiue ſint ſui, ſiue extranei: ſiue ſuccedant ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. *Clementina Plures, de Iure patronatus*, Bonacoſa, *tom. 1. communium opinionum lib. 1. tit. 5. num. 3. pag. 170.* Spinus, *in Speculo teſtamentorum, gloſſa 4. princ. num. 46.* Aloyſius Riccius, *in Collectan. deciſionum, part. 4. collect. 1025.* Caldas Pereyna, *de Emption. cap. 12. num. 16.* Vgolinus, *de Poteſtate Epiſcopi, cap. 51. in principio, num. 6. verſic. Tertiò*, Franciſcus Leo, *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part. 2. cap. 6. num. 25. verſic. Secundò.* Et me citato, *in hoc loco*, Viuianus, *dicto lib. 4.* (de *Iure* ſcilicet *patronatus, cap. 2. num. 1.* Maranta, *in repetitione Legis, is poteſt, num. 33. ff. de Acquirenda hæreditate.* Vbi etiam reſoluit, quod non poteſt filius renunciare hereditati paternæ, & retinere Ius patronatus Eccleſiæ: immò renunciando hæreditati, perdit illud, quia tranſit cum vniuerſitate bonorum. Hæc omnia Auguſt. Barboſa.

Ex quibus ne colligas, hæredem in parte bonorum, quibus Ius Sepulturæ adhæret, in hoc Ius non ſuccedere, cum non ſuccedat in vniuerſitate bonorum, ſed in eorum parte. 13

Ne inquam id colligas, quia in præſenti ſicut in materia Iuris patronatus, quando dicitur, vtrumque Ius, cum vniuerſitate bonorum tranſire, intelligitur tranſire rem cum omnibus ſuis Iuribus, & qualitatibus, bonis, & malis, honoris, & oneris, quæ rei adhærent, & rem ipſam ſequi, ſicut accidentia ſuam ſequuntur ſubſtantiam, cui inhærent; non autem dici intenditur, quod vt transferantur dicta Iura in nouum poſſeſſorem, debeant omnes res ad eum transferri, quibus Iura adhærent ipſa.

Et hoc in Iure patronus demonſtratur. Si enim Patronus plures bonorum ſuorum hæredes inſtituit, omnes ſimul efficiuntur Patroni in ſolidum. Ita Gloſſa, *in cap. Perlatum, verbo Diuidi*, ibi. Nota, quod Ius patronatus apud vnumquemque hæredum eſt in ſolidum, quoad omnem eius effectum, *ff. de bonis libertorum, L. Si libertus, in fine.* Abbas, *dicto c. n. 2. & in c. Quærimoniam, n. 3. eod. tit.* dicens. Tamen Ius patronatus non poteſt diuidi inter hæredes, nec 14

adiu

adiudicari vni ex hæredibus, sed omnes hæredes Patroni erunt in solidum.

15 Et recensita sententia Ioannis Andreæ, asserentis posse Ius patronatus vni ex hæredibus adiudicari, tum, quia Ius patronatus transit cum vniuersitate bonorum, vt *in cap. Ex litteris*: tum quia vtilius est Ecclesiæ vnum habere Patronum, quàm plures, quia solet negligi, quod communiter possidetur, *Cod quando, & quibus quarta pars debeatur, L. 2. lib.* 10. sic Abbas prosequitur.

16 Sed mihi plus placet opinio præcedens, tali ratione. Aut enim hæreditas æqualiter diuiditur inter institutos, & non apparet ratio, quare magis debet adiudicari vni ex hæredibus, quàm alteri. Vndè cum sit Ius indiuisibile, consistit penes omnes in solidum, vt notat Glossa, *suprà eodem, cap.* 1. Aut cui adiudicatur, fuit data minor pars hæreditatis: & non valet illa adiudicatio: quia videtur adiudicatum Ius patronatus in compensationem bonorum: & sic quodammodò commutaretur cum re temporali, & recipiet æstimationem, contra *cap. De Iure, infrà eodem.* Et tene menti hanc quæstionem, quia quotidie potest accidere. Et per hoc aliàs dixi, quod Patronus nihil habens in bonis, non poterit cedere Ius patronatus creditoribus: quia non recipit æstimationem, vt dixi, nec potest interuenire titulus non gratuitus, vt *in cap. Quia Clerici, suprà eodem, & cap. Præterea, de Transactionibus.* Hactenus Nicolaus Tudeschus, dictus Abbas.

CONCLVSIO II.

17 HÆres, Ius, & dominium vtile Sepulchri habet, quamuis nondùm in possessionem hæreditatis missus sit: si tamen hæreditatem adiecit.

18 Ita docet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuer. 5. conclus. 12. pag. mihi 35.* Et ratio conclusionis est. Quia Ius in re rerum spiritualium, seu spiritualibus annexarum, sine traditione acquiritur, vti *in præludio huius Tractatus, num.* 7. dixi, & sic sine possessionis aprehensione. Sed Ius, & dominium vtile Sepulchrorum est spirituale. Ergo acquiritur illud, quamuis hæres, in hæreditatis possessionem, missus nondum sit.

19 Consultò additum est in conclusione, *si tamen hæreditatem adiecit.* Quia aliàs institutus hæres, Ius in Sepulchro non potest acquirere, sicut nec in beneficio Ius acquirere potest, cui illud fuit collatum, antequam suum præstet assensum, vti loco proximè recensito vidimus, ex *cap. Sitibi, el 7. de Præbendis, lib. 6.* & docent Ioannes Azorius, *Institutionum Moralium part. 3. lib. 1. cap. 10. quæst. 6.* Leonardus Lessius, *de Iustitia, & Iure, lib. 2. cap. 3. dubitat. 3. num. 16.* Emman. Sa *verbo Beneficium, num.* 10. Ferdin. Castrus Palaus, *part. 7. de Iust. & Iure, tract. 31. disputat. vnica, punct. 8. numero 4.*

CONCLVSIO III.

20 SI testator disponat, quod Ius Sepulchri sui, filio suo, & descendentibus spectet, decedente sine descendentibus filio, spectabit Ius, & dominium vtile Sepulchri ad hæredem filij collateralem, vel etiam extraneum, si hæreditarium illud sit.

Hanc colligo *conclusionem*, ex doctrina Petri de Ancharrano, *consil.* 80. quem refert, & sequitur Rochus de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipse, vel Is, à quo causam habuit, num.* 19. Vbi sic ait. Suboritur nunc alia notabilis dubitatio circa prædicta. Pone, quod testator disponat, quod Ius patronatus spectet filio suo, & descendentibus. Euenit casus, quod filius non habet descendentes, sed moritur relicto hærede collaterali, vel extraneo, an talis hæres erit Patronus? Videtur dicendum quod non. Quia voluntas testatoris habetur pro Lege, §. *Disponat, in Authentico de Nuptiis.* Sed cum disposuerit quod ad descendentes transeat Ius patronatus, ad alios non debet postea transire. Et pro ista parte facit decisio Baldi suprà allegati, *in L. secunda, Cod. in Ius vocando.*

In contrarium tamen consuluit Petrus de Ancharrano, *in consilio suo* 80. incipiente *Prima facie.* 21 Et mouetur inter cætera, quia videtur testator ex abundanti de descendentibus mentionem fecisse. Mouetur etiam ex aliis, de quibus per eum. Et opinio sua mihi placet. Quia verisimiliter facit mentionem de descendentibus, quia sperabat filium suum liberos habiturum. Nec est verisimile, quod deficientibus, voluerit ipsum Ius patronatus remanere in aëre, vel illud extingui: argumento legis *Cum de indebito, ff. de Probationibus, & præsumptionibus.* Et ex his, satis tolluntur obiecta, de quibus suprà.

Hæc omnia præfatus Rochus de Curte. Ex cuius 22 quidem, & Ancharrani doctrina, satis bene probata manet nostra conclusio: non solum propter similitudinem repertam inter Ius patronatus, & Ius Sepulchri: sed propter Nationes à Doctoribus recensitis tactas, quæ æquè in nostro militant casu, dispositionis circa Ius Sepulchri, ac circa Ius patronatus, vti ex se patet. Vndè non est cur in earum immoremur applicatione.

Consultò addidi: *Si hæreditarium illud sit.* Quia 23 si familiare tantum existat Sepulchrum, ad alios, quàm eos, qui de agnatione, & familia sunt, transire neutiquam queit Sepulchrum, iuxta ea, quæ suprà dixi, *disquisit. 5. num. 34. in fine*, & latiùs dicam *disquisit. 9. num. 2.*

DISQVISITIO VII.

An Substituti, seu Hæredes post primum Hæredem, in quolibet gradu instituti, in Sepulchri succedant dominium, & Ius?

BREVIARIVM.

Administratio.

Bonorum suorum administratio, & amenti; surdo simul, & muto; & prodigo interdicta. n. 10.

Armorum insignia.

Filius, insignia Armorum patris sequitur, & non matris. n. 9.

Codicillum.

Nemo directè institui hæres potest in Codicillo. n. 19.

Si in Codicillo institutio fiat vulgaris, pupillaris, exemplaris, breuiloqua, vel compendiosa, ex benigna Iuris interpretatione, vim substitutionis fideicommissariæ habet. n. 19.

Exhæ

Exhæredatio.

An patres exhæredare possint filios. n. 12. 26.

Falcidia.

A Falcidio eius Auctore nuncupatur. n. 23.

Falcidia est quarta pars bonorum, quàm sibi hæres, cui legitima non debetur, retinet, quando contingit hæreditatem exhauriri legatis. n. 22.

Si hæres sit, cui legitima debeatur, potest à legatis proportionaliter detrahere, donec legitimam sibi debitam impleat, etiamsi quartam excedat partem. n. 22. 26.

A legatis ad pias causas Falcidia non detrahitur, nisi hæreditas etiam ad pias causas sit. n. 21.

Neque detrahitur si id expressè testator prohibeat. n. 21. 27.

Neque detrahitur si res sit legata, ea conditione, vt res alienari non possit. n. 21.

Neque quando hæres non conficit inueterarium, infrà tempus, à Iure præscriptum. n. 21.

Non detrahitur quando hæres à Iudice monitus, intra annum, testatoris voluntatem executioni non mandat. n. 21.

Neque quando alicui legatur instrumentum, aut scriptura, cuius erat Dominus. n. 21

Neque quando conscius valoris hæreditatis, quibusdam ab initio legata soluit. n. 21.

Alia pro Falcidiæ notantur vsu. n. 24.

Filius.

Conditionem patris, non matris sequitur, quoad nobilitatem, honores, gentilia, Armorum insignia, &c. n. 9.

Sub patris, non autem sub matris est potestate. n. 9.

Hæres.

Alius est hæres, qui primo ad hæreditatem vocatus; alius, qui secundo, tertio, aut vlteriori loco vocatus. n. 3.

Inuentarium.

Fieri ita debet, vt incipiatur intra triginta dies à notitia testamenti, & perfici intra alios sexaginta, cum Notario, & citatis creditoribus, ac legatariis. n. 21.

Legitima.

Debetur legitima patri. n. 22. & 26.

Debetur Iure naturæ Filio. n. 22. & 26.

Debetur, defunctis Filiis, nepotibus ex eis legitimè natis. n. 26.

Si filij filios habeant, non debent parentibus legitimam. n. 26.

Debetur à matre filiis, etiam naturalibus; non autem spuriis. n. 26.

Grauari non potest legitima per legata, aut per fidei commissa. n. 22. 25. & 26.

Per debita tantum grauatur. n. 26.

Legitima, si filij quinque, vel plures sint, est solutis debitis, & sumptibus funeris, dimidium bonorum defuncti; si infra quinque verò sint; est tertia bonorum pars. n. 26.

Nobilitas.

Filius patris, non verò matris, nobilitatem sequitur. n. 9.

Nuptiæ.

Omnes, quæ post primam celebrantur, nuptiæ, secundæ dicuntur, in quocumque numero sint. n. 2. 3.

Patria potestas.

Patriam potestatem habet pater, non mater. n. 9.

Nulla, quantumuis longæua ætate filij, patria dissoluitur potestas. n. 9.

Publiciana.

A Publio eius Authore denominatur. n. 23.

Sepulchrum.

In Sepulchri dominium, in quod succedunt hæredes, succedunt substituti. n. 1. & 28.

Debent tamen prius hæreditatem adiycere: illam acceptare. n. 29.

Substitutio.

Vocatio est vnius, aut plurium ad hæreditatem, in locum alterius, vel aliorum. n. 2.

Post primam hæredis, institutiones, omnes substitutiones, secundæ institutiones dicuntur, sicut omnes nuptiæ post primas secundæ etiam dicuntur nuptiæ. n. 2. 3.

Semper fit substitutio cum hac conditione, expressa, aut tacita: Si iste quem hæredem instituto, nolit, aut non possit succedere, succedat substitutus. n. 3.

Substitutio, Vulgaris ; *alia* Pupillaris ; *alia* Exemplaris ; *alia* Breuiloqua, *seu* Reciproca; *alia* Compendiosa ; *alia* Fideicommissaria. n. 3. & seqq.

Substitutio Vulgaris, *dicitur, quia vulgò ita fit. Petrus v. g. mihi hæres sit; sed si hæres mihi non sit, tunc sit Andreas, & si non sit Andreas, Paulus sit.* n. 3. 4.

Substitutio Pupillaris *dicitur, quia fit tantum pupillo.* n. 5. & 11.

Substitutio Exemplaris *dicitur, quia ad exemplum pupillaris inuenta est.* n. 11.

Substitutio Compendiosa *dicitur, quia fit verborum compendio, dicendo v. g.* instituo Petrum hæredem, & quandocumque morietur, vel si absque liberis, substituo Paulum. n. 15.

Substitutio Pupillaris *hoc modo fit:* Si filius meus decedat impubes, filia sit hæres. n. 4. Substit. Pupillaris.

Expirat hæc substitutio, si filius ad pubertatem perueniat. n. 4. & 6.

Adinuenta est hæc substitutio, ne pupilli intestati decedant: in cuius loco, pater testari censetur, media substitutione. n. 4. & 13.

Substitutus pupillari substitutione, succedit non solum in bona, quæ à patre pupillus obtinuit, sed in omnia ad pupillum spectantia. n. 4.

Nequit fieri pupillaris substitutio ab eo, qui pupillum in sua non habet potestate: Vndè nequit à matre: neque pater filio illegitimo potest pupillariter substituere. n. 5.

Si pupillus, cui fit substitutio, post testatoris mortem, in alterius recidit potestatem, nulla est substitutio. n. 5.

Auus, viuente filio, nequit pupillariter nepotem substituere: quia iste, in illius recidit potestatem. n. 5.

Viuente auo, non potest pater filium pupillariter substituere: quia mortuo patre, recidit filius, in aui potestatem. n. 5.

Substitutio pupillaris tribus fit modis, qui recensentur. n. 7.

Substitutio pupillaris excludit matrem à successione filij impuberis, propter independentiam, quam habet à matre. n. 8. 9.

Substitutio Exemplaris *est cum filio, cui bonorum administratio est interdicta, amenti scilicet, surdo simul et muto, vel prodigo, substitutio fit.* n. 10. & 13. Substit. Exemplaris.

Substitutio Exemplaris, *simul erit* pupillaris, *si institutus impubes sit.* n. 10.

In Exemplari *substitutione semper* Vulgaris *continetur substitutio.* n. 10.

Fieri potest Exemplaris *substitutio à patre, matre, auo, auia, proauo, proauia.* n. 12.

Substitutio Exemplaris *paterna, valet in bonis à paterna*

terna prouenientibus linea; materna verò, in prouenientibus à linea materna. n.12.

Si ille, cui exemplaris *fit substitutio, liberos habeat, vel fratres, an vnus eorum substitui debeat, relicta aliis legitima.* n.12.

Substitutio exemplaris *adinuenta est, ne filij intestati decederent: in quo cum pupillari conuenit, & disconuenit in aliis.* n.13.

Substit. Breuiloqua. *Substitutio* Breuiloqua, *aliàs* Reciproca, *est, qua instituti sibi inuicem substituuntur.* n.14.

Sub se continet substitutiones Vulgares, Pupillares, Exemplares, & Fideicommissarias, *n.*14.

Substitut. Compendiosa. *Substitutio* Compendiosa *plures substitutiones continet quoad diuersa tempora.* n.16.

Substitut. Fideicommissaria. *Substitutio* Fideicommissaria *contingit cum instituitur hæres cum onere dandi alteri vel totam hæreditatem, vel partem aliquotam eius, vt tertiam, vel quartam,* &c. n.17.

Hæc substitutio, obliqua est; reliquæ verò directæ. n.18.

Ista fieri potest in Codicillo, reliquæ autem non; sed ex benigna Iuris interpretatione, vim Fideicommissariæ substitutionis habebunt. n.19.

Hæres grauatus restituere hæreditatem per Substitutionem Fideicommissariam, sibi reseruare potest quartam partem illius, in quo fuit institutus, quæ Trebellianica dicitur. n.20. *Sed non potest illam à Legatis reseruare.* n.21.

Si hæres Fideicommissarius sit, cui legitima à testatore debetur, detrahet in primis legitimam sibi debitam: & postea, quartam etiam Trebellianicam. n.25.

Quando tamen à testatore prohibetur Trebellianica non detrahitur. n.27.

Trebellianica.

A Trebelliano à quo fuit constituta denominatur. n.20.23.

Trebellianica est reseruatio quartæ partis hæreditatis, pro hærede fideicommissario. n.20.

Causæ ob quas fuit adinuenta recensentur. n.20. *in fine.*

Non detrahitur à Legatis Trebellianica. n.21.

Neque detrahitur quando prohibitum est à testatore. n.27.

CONCLVSIO.

1 SVbstituti succedunt in Ius, & dominium vtile Sepulchrorum, in quod succedunt hæredes.

Hanc tenet conclusionem Francisc. Maria Samuellius, *in sua praxi de Sepulturis, tract.1. disput.1. controu.5. concl.7. pag.*34. ex Alexandro, *in L. Centurio, n.*44. *de Vulgari, aut Pupillari substitutione.*

2 Pro illius, & tituli *disquisitionis* intelligentia, operæ pretium duxi aduertere, quod nomen substitutus in præsentia accipitur, pro eo, qui à testatore secundo, tertio, aut vlteriori alio loco, hæres instituitur, in defectum primo instituti, secundo, aut tertio, &c. Sicut substitutio, dicitur secunda institutio, non quia vlteriores aliquando non sint, sed omnes secundæ dicuntur, sicut secundæ dicuntur nuptiæ, omnes, quæ post primas contrahuntur, vt adnotat Sebastianus Brant, *in expositione titulorum Iuris, ff. de Vulgari, & Pupillari substitutione, ex Cod. de secundis nuptiis, in rubro.* Sed vt melius adnotatio percipiatur, verba huius Authoris libet reddere. Et priùs suppono, quod substitutio, est vocatio vnius, aut plurium ad hæreditatem in locum alterius, vel aliorum. Ita Bassæus, *tom.1. verbo Substitutio, n.*1.

Hæredes autem dicuntur esse instituti, aut sub- 3
stituti. Instituti dicuntur primo gradu, id est primo loco. Substituti autem, secundo, vel tertio. Dicitur itaque substitutio, secunda institutio, etiamsi sint vlteriores. Sicut omnes secundæ dicuntur nuptiæ, quæ post primas contrahuntur. *Cod. de secundis nuptiis, in rubro*, & fit institutio, & substitutio hoc modo Lucius Titius mihi hæres esto. Ista dicitur institutio, quasi prima hæredis factio. Substitutio autem secunda institutio hoc modo fit. Si Lucius Titius mihi hæres non erit, tunc Seius hæres esto. Si Seius non erit, Sempronius esto. Et sic consequenter, potest quis in testamento, quot gradus hæredum vult facere, & plures in locum vnius, vel vnum in locum plurium substituere. Hactenus Brant.

Substitutio itaque semper fit sub conditione hac, tacita, aut expressa: *Si iste, qui institutus est nolit, aut non possit succedere succedat substitutus*: vti apertè docent iste Doctor, & Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.1. lib.4. quæst.4. cap.4. versic. Prima.*

Substitutio diuiditur à præfato Sebastiano Brant, Substitut. diuisio.
vbi proximè, in *Vulgarem, Pupillarem, Exẽplarem, Breuiloquam*, & in *Compendiosam*: alij *Fideicommissariam* addunt substitutionem.

Vulgaris substitutio, eo modo fit, quo dictus 4
Brant *suprà* exponit. Ideóque dicitur *Vulgaris*, quia vulgo substitutio illo modo fit. *Pupillaris*, expressè per hæc fit verba. Si filius meus intra tempus decesserit pubertatis, filia sit hæres. Ita Glossa, *in cap. si paterfamilias, verbo Pupillaris, el* 1. *de Testamentis, lib.6. ex Instit. de Pupillari substitutione, primo respons.* Et expirat (ait) statim cum ad pubertatem peruenerit, vt ibi. Additque causam ob quam hæc adinuenta est substitutio: quia cum multum prosit hæredem habere, & pupillus testare nequeat, vtile fuit pupillis modum inuenire, ne decederent intestati. *Instit.* modo *cit. in principio.*

Consonant Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tom.1. lib.4. quæst.4. cap.4. num.*13. *pag.*595. & Leonard. Lessius, *de Iustitia, & Iure, lib.2. cap.* 19. *dubit.at.7. num.*79. vbi cum Gomezio, *tomo 1. cap.4. num.*13. ex ead. *instit.* docet, quod pater in suo testamento, loco filij impuberis, quodammodo testatur, directè substituendo ei hæredem, si ante pubertatem decesserit. Per quam substitutionem (ait) fit, vt non solùm bona illius pupilli, quæ à patre obtinuerit, sed etiam alia, ad substitutum perueniant, perinde ac si ipsemet testamentum fuisset, vt docet Gomezius, *cap.4. num.*13. Nam, vt §. *Igitur, Instit. de Pupillari substitutione*, dicitur: in Pupillari substitutione, duo quodammodò sunt testamenta, alterum patris, alterum filij, tanquam si ipse filius sibi hæredem instituisset. Hæc Lessius.

Duo requiruntur ad substitutionem *Pupillarem*, 5
vt valida illa sit. *Primum* est, vt testator eum, cui substituit, in sua habeat potestate. Defectu cuius, mater nunquam queit substituere pupillariter. Lessius, *vbi proximè, numero* 80. cum Couarruuia, *de Testamentis, cap.*16. §.5. *numero* 18. Quia filij non sunt in matris potestate. Nec pater potest substituere pupillariter filio illegitimo, ob eandem causam. Lessius. *ibidem.*

Secundum est, vt pupillus, cui fit substitutio, non recidat per testatoris mortem in alterius potestatem. Ita idem Lessius, *dicto numero* 80. & Eligius Bassæus, *in Floribus Theologiæ practicæ, tomo 1. verbo Substitutio, numero* 3. qui etiam docet primum requisitum cum Bonacina, *de Contractibus, disputat.3. quæst.17. punct.4. num.*4. Vnde

Auus non poteſt, viuente patre, nepotem pupillariter ſubſtituere, quia nepos poſt Aui mortem, in patris recidit poteſtatem. Nec pater, viuente Auo, poteſt filium pupillariter ſubſtituere, quia nepos poſt patris mortem, in Aui recidit poteſtatem, Iure communi. Leſſius cum Gomezio, *loco reddito*, *num.* 2.

Hæc ſubſtitutio *Pupillaris* dicitur, quia tantum pupillo fit, vti Ioannes Andreas ait *in c. Raynutius*, *in margin. el* 16. *de Teſtamentis.*

6 In hac *Pupillari* ſubſtitutione ſemper hæc includitur conditio, ſaltem virtualis, & tacita: *ſi in ætate pupillari*, (id eſt ante pubertatem) *filius deceſſerit meus, quem hæredem inſtituo, ſubſtituo filiam meam Bertham.* Ita Leſſius, *num.* 81. quia ob hanc conditionem dicitur *Pupillaris* ſubſtitutio, vti tradunt Doctores. Et addit ille, intelligi etiam alias conditiones, ratione quarum tacitè continentur aliæ ſubſtitutiones. Nam in omni formula ſubſtitutionis; continetur omnis ſubſtitutio, cuius perſona, cui ſubſtituitur, eſt capax, ſeu quæ verbis illius formulæ ſignificare poteſt, niſi conſtet de contraria teſtatoris mente. Primum probat Gloſſa, in *capite* 1. *de Teſtamentis*, *in* 6. *verbo Pupillares* ibi: Et expirat ſtatim cum ad pubertatem peruenerit, vt ibi. Scilicet *Inſtituta de Pupillari ſubſtitutione.*

7 Tripliciter fieri poteſt *Pupillaris* ſubſtitutio, vti obſeruat præfatus Leſſius, *dicta dubitat.* 7. *numero* 82. *Primo*, verbis generalibus, vt ſi teſtator de filio ſuo impubere loquens, non tamen ſpecificè exprimens, quod impubes ſit, dicat. Inſtituo filium meum Petrum hæredem: & ei Titium ſubſtituo. *Secundo*, verbis ſpecialibus, mentionem ſcilicet pupillaris ætatis faciendo. *Tertio* tandem, verbis ſpecialiſſimis vtendo, conditionemque exprimendo. v. g. Meum filium impuberem hæredem inſtituo, & ſi in pupillari obierit ætate, poſt mortem meam, ei Titium ſubſtituo.

8 Quocumque autem ex his tribus modis, fiat ſubſtitutio *Pupillaris*, pupillaris ſubſtitutus, pupilli matrem penitùs excludit, ſi pupillus impuber, ſeu in ætate pupillari deceſſerit. Iacobus Gordonus, *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 13. *verſic. Secunda.* Clarius Leſſius, *vbi proximè cum* Gomezio, *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. & Couarruuia, *de Teſtamentis*, *cap.* 16. §. 5. *num.* 20. & Auguſtinus Barboſa, *in cap. Si pater*, *n.* 5. *el* 1. *eodem tit. lib.* 6. cum pluribus, quos vt ſequitur, recenſet.

Notatur ad hoc, quod ſubſtitutio *Pupillaris*, excludit penitus matrem à ſucceſſione filij, vt per Gregorium *L.* 7. *verbo Del Moro*, *tit.* 5. *part.* 6. Afflictum Neapolit. *deciſ.* 38. *n.* 3. Magonium Florent. *deciſ.* 144. *num.* 21. Ceuallos, *Commun. contra communes*, *quæſt.* 70. Menochium, *lib.* 4. *præſump.* 80. Tiraquelum, *de Iure patronatus*, *Gloſſa*, 7. *num.* 61. Viuianum, *tom.* 1. *communium opinionum*, *lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 57. *pag.* 411. & *tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 19. *pag.* 98. Surdum, *deciſ.* 273. Plures referens Fuſarius, *de Subſtitutione*, *quæſt.* 156. *num.* 1. Et à legitima, vt per Menchacam *de ſucceſſ. progreſſu*, *lib.* 2. §. 11. *num.* 24. Craſſ. §. *Subſtitutio*, *quæſt.* 20. *num.* 2. Cardinalem Manticam, *de Coniecturis vltimarum voluntatum*, *lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 14. & *tit.* 15. *num.* 37. Theſaurum Pedem, *deciſ.* 200. *n.* 8. Surdum, *conſil.* 212. *num.* 1. Fuſarium, *dicta quæſt.* 156. *numero* 14. Antonium de Amatis *reſolut.* 25. *numero* 1. Rotam. *deciſ.* 639. *numero* 4. *part.* 1. *recentiorum.* Directa enim ſubſtitutio à patre facta filio pupillo, excludit matrem, etiam à legitima ipſius filij, vt per Menochium, *conſilio* 144. *numero* 1.

Hucuſque perilluſtris Doctor Auguſtinus Barboſa, qui *in cap. Raynutius*, *num.* 2. *el* 16. *de Teſtamentis*, ſic declarat connexionem, & dependentiam, quam filij habent à patre, & independentiam à matre, ratione cuius, vt dictum eſt, ſubſtitutus pupillaris, matrem pupilli penitus excludit, ſi pupillus, in pupillari ætate, ſeu impubes deceſſerit. Videlicet.

Cum filij, quoad nobilitatem, honores, gentilitia, 9
Armorum inſignia, & alia id genus, non matris, ſed patris conditionem ſequantur. *L. Libera*, 10. *in fine*, *ff. de Senatoribus*, *L.* 1. *in principio*, *ff. Ad municipales. L. eos* 22. *L. Nullus*, *la* 44. *Cod. de Decurionibus*, *lib.* 10. cum ſimilibus: & pater filios habeat in poteſtate, mater verò minimè, §. *vltimo*, *Inſtituta*, *de Patria poteſtate*, mirum eſt cur filius à matre denominetur in hoc textu.

Hæc ibi. Et quoad nobilitatem, idem docet *in cap. Ex litteris*, *num.* 5. *el* 2. & *finali*, *de Conuerſione infidelium*, dicens. Notatur ad hoc, quod nobilitatem paternam filius ſequitur, non maternam. Tiraquelus, *de Nobilitate*, *cap.* 15. *per totum*, & *cap.* 18. *num.* 20. Ioannes Barajona, *in Additionibus ad Palatium*, *in repetitione rubricæ de Donationibus inter virum*, & *vxorem*, §. 22. *ſub. litt.* B. Pichardus, *de Nobilitate communicatiua*, *num.* 84. *cum ſequentibus.* Et quoad patriam poteſtatem ita fatur *in eodem cap. num.* 4.

Et ita ex textu etiam colligitur receptiſſimum Iuris axioma, quod pater habet filium in poteſtate. Idem probat textus *in L. Item in poteſtate*, *cum ſequentibus*, *ff. de iis*, *qui ſunt ſui. L. Si maritus. L. Libertos. L. fin. Cod. de Patria poteſtate*, *princ.* & §. 1. *Inſtit. eod.* Reſoluunt Gloſſa, & ſcribentes *vtrobique.* Latè poſt multos Pinellus *in Rubrica Cod. de Bonis maternis*, *part.* 2. *per totam.* Polit. *in repetitione Legis Filium*, *num.* 138. vbi Corraſ. *num.* 80. *Cod. Familiæ erciſcundæ.* Conan. *lib.* 2. *Commentar. cap.* 13. Aſcan. *de Patria poteſtate*, *cap.* 5. *cum ſequentibus.* Caldas Pereyra, *in L. Si curatorem*, *verbo Sine curatore*, *num.* 38. *cum duobus ſequentibus. Et verbo Laſis*, *num.* 121. Quæ quidem patria poteſtas ætate Filij non diſſoluitur. Poteſt enim ſexagenarius eſſe ſub poteſtate patris, vt notauit Gloſſa, *verbo Pupillus*, *in L. finali*, §. 1. *ff. de verborum obligationibus*, recepta ex Pegado, *in repetit. L. Inter cætera*, *ff. de liberis*, & *poſthumis*, *part.* 1. §. 1. *n.* 4. Hæc omnia Barboſa, quæ lubens recenſui, vt melius percipiatur ratio ſuprà tacta, ob quam, data pupillari ſubſtitutione, non ſuccedat mater in bonis filij, à patre inſtituti, cum præfata ſubſtitutione.

Exemplaris ſubſtitutio eſt, cum filio amenti, vel 10
ſurdo ſimul, & muto, vel prodigo, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta, fit ſubſtitutio: vt ſi teſtator habens talem filium, dicat: Inſtituo filium meum, & ei ſubſtituo Titium. Leſſius, *de Iuſt.* & *Iure*, *lib.* 2. *cap.* 19. *dubitat.* 7. *n.* 83. Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Subſtitutio*, *num.* 4. ex *lege Humanitatis*, *Cod. de Impuberum*, & *aliis ſubſtitutionibus* Gomezio, *lib.* 1. *Variarum*, *c.* 6. *n.* 1. & Molina, *diſputat.* 185. Si hic filius nondum fuerit pubes, eadem ſubſtitutio *exemplaris* erit ſimul *pupillaris*, Leſſius, *vbi proximè.* Quod loci addit, quod in eadem ſubſtitutione ſemper continetur vulgaris ſubſtitutio. Si enim (inquit) contingat filium mori ante teſtatorem, ſubſtitutus ſuccedet ex *vulgari.* Et rurſus addit. Idem dicendum, ſi nomine ipſius hæreditas repudietur.

Omnibus, in hoc numero dictis, hoc vltimo excepto, conſonat Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali*,

rali tomo 1. *lib.* 4. *quæſt.* 4. *c.* 4. *n.* 13. & addit etiam contineri in hac, ſubſtitutionem Fideicommiſſariam. Hinc, ſi filius amens, ad mentem redeat, ſubſtitutus ſuccedet ex tacito fideicommiſſo.

Exemplaris ſubſtitutio expirat ſi filius redeat ad ſanam mentem. Docent Gloſſa, *in capite Raynutius, verbo Si abſque liberis moreretur, de Teſtamentis, ex Inſtituta de Pupillari ſubſtitutione*, §. *Qua ratione*, & Leſſius *dicto num.* 83. addit tamen: nec cito in inſaniam relabatur.

Hæc ſubſtitutio *Exemplaris* dicitur, quia ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis eſt inuenta. Leſſius *de Iuſt. & Iure lib.* 2. *cap.* 19. *dubitat.* 7. *num.* 83. Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Subſtitutio*, *num.* 4. poſt Ioannem Andream, *in Gloſſam marginali dicti cap. Raynutius*, ibi: *Pupillaris* dicitur, quia fit pupillo tantum. *Exemplaris*, quia fit ad exemplar pupillaris: & eodem rationis motiuo. Ita ibi. Et poſt Gloſſam magnam, *verbo Si abſque liberis reddito*, ita fantem. *Exemplaris* eſt, quæ fit ad exemplum *pupillaris*, quæ fit furioſo in his verbis: Si filius meus deceſſerit priuſquam peruenerit ad ſanam mentem, ille ſit hæres *Cod. de impuberum, & aliis ſubſtitutionibus. Humanitatis. Inſtituta de Pupillari ſubſtitution.* §. 1.

12 Subſtitutio *Exemplaris*, fieri poteſt non ſolùm à patre, ſed etiam à matre. Gordonus, *vbi proximè*, Baſſæus, *dicto num.* 4. vbi etiam aſſerit fieri poſſe ab auo, auia, proauo, & proauia. De paterna ſubſtitutione, & de materna ſic ait Leſſius. *num.* 84. *dictæ dubitationis* 7. Vbi notandum primò, poſſe hanc ſubſtitutionem fieri non ſolùm à patre, ſed etiam à matre, idque in diuerſos ſubſtitutos. Et patris ſubſtitutio valebit in bonis prouenientibus à patre, & linea paterna; matris verò valebit in iis, quæ à matre, & linea materna, vt docet Gomezius, *cap.* 6. *num.* 13. Hæc Leonardus. Locus, quem ex Gomezio reddit, ex *tomo eius primo eſt*, quem in principio dictæ dubitationis allegat. Ex quo etiam Doctore, *eodem capite, num.* 6. adnotat ſecundò ipſe Leſſius, quod ſi ille, cui fit ſubſtitutio hæc *Exemplaris* habet liberos, vel fratres, debet vnus, vel plures ex his ſubſtitui, relicta legitima eis, quibus iure illa debetur. Ita ille. Sed ego neutrum deberi credo, ſuppoſito, quod pater exhæredare filios queat, in ea ſententia, quam recenſet Auguſtinus Barboſa *in cap. Raynutius, num.* 5. *de Teſtamentis*, aſſerente, valere legem, quæ permittit parentibus, ne teneantur nomine legitimæ filiis ſuis quicquam relinquere, vt multis (ait) latè contendit Sacra-
13 mento, *lib.* 2. *ſelect. cap.* 14 *num.* 6.

Exemplaris ſubſtitutio, vix à Pupillari diſtinguitur, vt ait Ioannes Caramuel, *in Theologia Morali, lib.* 2. *de Lege Morali, ſeu Virtuali, diſputat.* 18. *de Teſtamento, artic.* 6. *num.* 891. habet tamen locum in filio amenti, ſurdo ſimul & muto, aut prodigo. Ita ille. Gloſſa autem *in cap. Si paterfamilias, verbo Pupillares, el* 1. *de Teſtamentis in* 6. ait vtramque conuenire in eo, quod inuenta fuerit, vt inſtituti filij, inteſtati ne decederent; differet tamen in aliis, de quibus ibi, & *in cap. Raynutius, Gloſſa* 3. *el* 16. *eodem ittulo.*

14 *Breuiloqua* ſubſtitutio, quæ & *Reciproca* dici ſolet, vti Baſſæus, *verbo Subſtitutio*, *num.* 6. & Leſſius, *dubitat.* 7. ſæpè allegata, *num* 92. eſt, qua inſtituti ſibi inuicem ſubſtituuntur. Vt ſi teſtator dicat: Inſtituo Petrum, & Paulum meos hæredes, & eos inuicem ſubſtituo. Ita recenſiti Doctores Leſſius, & Baſſæus, *vbi proximè* Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.* 4. *quæſt* 4. *cap.* 4. *num.* 15. Subſtitutio iſta plures, quoad perſonas, complectitur, ſubſtitutiones. Sic enim, vt præfertur facta, vt minimum ſunt in ea duæ ſubſtitutiones. *Vulgares*, quæ ideò ſic dicuntur, quia vulgaribus, & communiter vſitatis verbis fiant. Si vterque ſubſtitutus impubes eſt, & pupillus, duæ ſubſtitutiones *Vulgares*, & duæ *Pupillares*, in ſubſtitutione illa erant. Si alter pupillus, & impubes, alter verò pubes fuerit, in huiuſmodi *Breuiloqua* ſubſtitutione, erunt duæ tantum ſubſtitutiones *Vulgares*. Quia hæc ſubſtitutio ſolùm eas complectitur, quæ vtrique ſubſtituto pariter conueniunt. Poteſt tandem *Breuiloqua* comprehendere duas *Fideicommiſſarias* ſubſtitutiones. Quod vtique tunc eueniet, quando facta illa fuerit in Codicillo; vel ſi in teſtamento fiat, ſi teſtator iubeat, vel roget hæredes, vt qui prius decedat, alteri hæreditatem reſtituat.

Hæc omnia expreſsè docet Leonardus Leſſius, *loco citato*, & non obſcurè Gordonus, cum Couarruuia, *de Teſtamentis, cap.* 16. *num.* 3. & 4. Baſſæus etiam, quoad *Pupillares*, & *Fideicommiſſarias*. Videantur Molina *diſputat.* 191. Gomezius, 1. *Variarum, cap.* 8. *num.* 2. & Gloſſa, *in cap. Raynutius, verbo Si abſque liberis*, vbi poſt alia ait. Notandum tamen, quod hæc ſubſtitutio non eſt propriè ſubſtitutio per ſe, ſed eſt quædam adiectio ſubſtitutionis, nam ſub ſe continet *Vulgares, Pupillares, Exemplarias, & Fideicommiſſarias.*

Compendioſa ſubſtitutio ſub his fit verbis. Inſti- 15
tuo Petrum v.g. hæredem meum, & quandocunque morietur; vel ſi abſque Filiis deceſſerit, ſubſtituo Paulum. Gloſſa, *in cap. Si pater, verbo, Abſque deductione, el* 1. *de Teſtamentis, & vltimis voluntatibus, in* 6. & Barboſa *ibi*, *num.* 11. cum Menochio, *de Præſumptionibus, lib.* 4. *præſumpt.* 51. *num.* 7. & Surdo, *deciſ.* 37. *num.* 8. Gloſſa *in cap. Raynutius, verbo Si abſque liberis moreretur, el* 16. *de Teſtamentis*, ex *Inſtituta, de Impuberum, & aliis ſubſtitutionibus*. Dicitur *Compendioſa* iſta ſubſtitutio, quia fit ſub verborum compendio, vti ait Ioannes Andreas, *in marginali dicti capit. Raynutius.*

Compendioſa ſubſtitutio, quia ex pluribus com- 16
pendioſè componitur quoad diuerſa tempora, rationes, & cauſas, vt verbis vtar doctiſſimi Caramuelis *loco præallegato*, plures continet ſubſtitutiones quoad diuerſa tempora: Comprehendere enim poteſt omnes hæredes, & omnes ætates eorum, vti Leſſius, *lib.* 2. *de Iuſt. & Iure, cap.* 19. *dubitat.* 7. *num.* 93. Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Subſtitutio, num.* 7. cum Gomezio, *lib.* 1. *Variarum, cap.* 7. *num.* 1. & 2. vt ſi teſtator dicat: Inſtituo filium meum hæredem, & quandocumque ex vita deceſſerit, ſubſtituo ei Titium. Titius enim ſi filius ante patrem moriatur, vel alia de cauſa non fiat hæres, Titius ex vulgari ſuccedet ſubſtitutione. Si filius fiat hæres, & in pupillari, ſeu impuberi ætate decedat, ſuccedet Titius ſubſtitutus, ex pupillari ſubſtitutione. Si autem poſt pubertatem filius hæres moriatur, ſuccedet præfatus Titius ex ſubſtitutione Fideicommiſſaria, detracta legitima, & Trebellianica. Si tandem filius amens ſit, ſuccedet ſubſtitutus ex ſubſtitutione Exemplari. Hæc omnia Leſſius, & Baſſæus, *locis proximè allegatis*, & Iacobus Gordonus *dicto numero* 15. cum Couarruuia, *de Teſtamentis cap.* 16. §. 9. & cum Molina, *à diſputat.* 182. *vſque ad* 193.

Fideicommiſſaria ſubſtitutio contingit, cum hæ- 17
res inſtituitur cum onere dandi aliquam partem de-

terminatam hæreditatis alicui personæ determinatæ. Ita illam describit Ioannes Caramuel *vbi proximè*. Alij verò volunt contingere, quando instituitur hæres cum grauamine dandi alteri hæreditatem, siue totam, siue partem aliquotam eius, v. gr. dimidiam, tertiam, quartam, aut aliam quidem: & ille, cui restituenda illa est, dicitur substitutus fideicommissarius. Hanc secundam descriptionem tenent Iacobus Gordonus, *tomo 2. Theologiæ Moralis, lib. 4. quæst. 4. cap. 4. numero* 14. Bassæus *dicto verbo Substitutio, numero 5.* Lessius, *de Iustitia & Iure, lib. 2. cap. 19. dubitat. 7. num.* 85. cum Gomezio, *lib. 1. Variarum, cap. 5. num.* 1. & ante illos Glossa, *in cap. Raynutius, verbo Si absque liberis, de Testamentis.*

18 Circa quam substitutionem tria adnotantur. *Primum* est, illam indirectam esse & obliquam, quia per eam substituto defertur hæreditas ministerio alterius, reliquas verò recensitas substitutiones directas esse: quia per eas immediate, & directe hæreditas à testatore defertur substituto, absque alterius interuentione, aut ministerio. Ita Lessius, *loco proximè reddito*, cum Gomezio, *lib. 1. variarum, c. 5. num.* 1. & Couarruuias, *de Testamentis, cap.* 16. §. 4. *num.* 2. Bassæus, *dicto num.* 5. cum Valerio Reginaldo, *lib. 25. num.* 619. Felliucio, *tract.* 34. *n.* 169. post Glossam, *in cap. Si paterfamilias, verbo Obliqua, el* 1. *de Testamentis, lib.* 6. & *verbo Trebellianicæ.*

19 Vnde fit, hanc *Fideicommissariam* substitutionem fieri posse in Codicillo. Glossa, *in capite Raynutius, verbo Si absque liberis moreretur el* 16. *de Testamentis*, ibi: Aliquando duas fideicommissarias tantum, vt quando fit in Codicillis, vt *L. Scæuola, ff. Ad Trebellian.* Lessius, *num.* 66. Bassæus, *num.* 5. Reliquas verò substitutiones minimè posse fieri in Codicillo, docent idem Lessius, & Bassæus. Ratio disparitatis est, quia in Codicillo bene potest onus hæredi imponi, vt hæreditatem alteri restituat, (vt in fideicommissaria fit institutione;) minimè tamen in Codicillo directe aliquis hæres instituí potest, quod in cæteris fit substitutionibus. Quia in illis hæres instituitur sub certa conditione substitutus, nempe si prior institutus non sit hæres, vel si hæres fuerit, moriatur tamen in pupillari ætate, vel amentia, &c. Addit tamen Lessius, quod si quis in Codicillo faciat substitutionem *Vulgarem, Pupillarem, Exemplarem, Breuiloquam*, vel *Compendiosam* ex benigna Iuris interpretatione, vim substitutionis *Fideicommissariæ* habebit. Glossa, communiter recepta *instituta de Vulgari substitutione in principio.*

20 *Secundum*, quod adnotatur est, hæredem sic grauatum restituere per Fideicommissariam substitutionem, posse detrahere, sibique reseruare quartam partem eius, in quo institutus fuit. Ita Ioannes Andreas *in Glossa Marginali ad cap. Raynutius citatum*, vbi aliis recensitis substitutionibus ait: & in eis non habet locum deductio quartarum. Glossa, *in cap. Si Paterfamilias, verbo Trebellianicæ, el* 1. *de Testamentis, lib.* 6. & *in dictum cap. Raynutius, verbo Trebelliarium*, & *in Canonem, Responsa verbo cod. el* 5. *distinct.* 2. Lessius, *loco citato num.* 67. & Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.* 4. *quæst.* 4. *cap.* 14. *num.* 14.

Vnde si in tota hæreditate quis fuerit institutus, per institutionem fideicommissariam poterit detrahere quartam partem totius hæreditatis; si in dimidia, quartam dimidiæ partem; si in quarta, quartam quartæ detrahere quibit? Et sic proportionaliter in quacumque instituatur hæreditatis parte, quartam illius detrahere poterit talis institutus. Quod si testator ei aliquid determinatum, & certum assignet, & reliquum iubeat restitui (ait Lessius.) Si illud certum, non adæquat quartam partem totius, in quo institutus est, poterit detrahere de reliquo, donec quartam compleat præfatam. Et hæc patere asserit, §. *Sed quia stipulationis, instituta de Fideicommissariis hæreditatibus, L.* 1. *& seq. Cod. Ad Senatusconsultum Trebellianum.* Idem asserit Iacobus Gordonus, *vbi proximè* ex eisdem legibus 1. *& 2. modò redditis.*

Quarta hæc *Trebellianica* appellatur, & dicitur, vti aiunt Glossa *in cap. Raynutius, verbo Trebellianam*, & Lessius, *dicta dubitat. 7. num.* 88. à Senatusconsulto Trebelliano, à quo fuit constitutum, vt illa detraheretur, vti ex dicto colligitur §. Causa autem huius constitutionis fuit, ne ob fideicommissum, vana esset, & grauis illius institutio. Ita Gordonus, & Lessius, qui *num.* 87. aliam addit dicens: tum, ne vana sit hæredis institutio; tum, vt alliciatur ad acceptandum, & præfandum, quod testator cupit. 21

Consultò diximus: *poterit detrahere quartam partem hæreditatis.* Quia à Legatis, non detrahitur. Lessius, *dicto num.* 88. & Gordonus *num.* 14. cum Couarruuia, *in cap. Raynutius*, §. 1. *num.* 10. *el* 16. *de Testamentis*: sicut nec à Legatis ad pias causas detrahitur Falcidia. *Authentico similiter, Cod. ad Legem Falcidiam.* Lessius, & Gordonus, *vbi proximè*, & iste *num.* 16. vbi plures recenset casus, in quibus Falcidia à Legatis non detrahitur. *Primò* si testator expressè prohibeat. *Secundò*, si legata sint ad pias causas, nisi fortè hæreditas sit etiam ad pias causas: nam sic vtrimque (ait) stat priuilegium, & venitur ad ius commune. *Tertiò*, si res sit legata ea conditione, vt nunquam queat alienari. *Quartò*, quando hæres non conficit inuentarium intra tempus à Iure præscriptum. Debet enim illud incipere intra triginta dies à notitia testamenti, & intra alios sexaginta perficere, etiamsi post illos triginta inceperit. Ita Emmanuel Sa, *verbo Hæreditas; n.* 34. vbi addit, debere illud facere cum Notario, citatis creditoribus, & legatariis. *Quintò*, quando hæres à Iudice monitus, intra annum testatoris voluntatem executioni non mandat. *Sextò*, quando alicui legatur instrumentum, aut Scriptura, de re, cuius erat Dominus. *Septimò*, quando conscius valoris hæreditatis, quibusdam soluit ab initio legata integra. De quibus, & alij Sylvester, *in Summa, verbo Legitima. quæst.* 9.

Falcidia, est quarta bonorum, quam sibi hæres 22
retinet, quando contingit hæreditatem exhaurire legatis. Ita Gordonus, *n.* 16. *citato*, cum Cuia, *in Parat. Cod. ad legem Falcidiam.* Quod tamen intellige, quando hæres non sit, cui debita sit legitima. Quia quando hæc illi est debita, & testator tam multa fecerit legata, vt illi integram non reliquerit legitimam, poterit à legatis detrahere spectata singulorum proportione, donec legitimam sibi debitam impleat. Si verò hæres sit, cui iure non sit debita legitima, solum detrahere poterit vsque ad quartam præfatam bonorum, quam sibi reseruare valet, sicut in fideicommissis. Ita Lessius, *de Iustitia, & Iure, lib. 2. c. 19. dubitat. 7. n.* 91. cum Sylvestro (quem vide *versic. Quarto*, ibi: Et si pater, &c.) & cum Molina, *disputat.* 213. Legitima autem debetur filio *c. Raynutius*, § *fin. el* 16. *le Testamentis* Lessius, *num.* 90. Debetur etiam patri. Lessius *ibidem*, & Sa, *verbo Legitima, num.* 1.

Falcidia dicitur à Falcidio eius Authore, sicut *Tre-* 23
bellianica, à Trebelliano, *Publiciana*, à Publio. Ita

Sebastia

Sebastianus Brant. *in expositione ff. Ad Legem Falcidiam, ex institutа,de Actionibus §. Alleg.* De hoc expresè noster Gratianus, *in Canone Quædam,el 6. distinct.* 2. ibi. Sub eodem Imperatore (Octauiano scilicet) Falcidius Tribunus plebis, Legem fecit, ne plus quis extraneis testamento legaret, quam vt quarta pars superesset hæredibus: ex cuius nomine Lex *Falcidia* est nominata. Hæc Gratianus. Libet Sebastiani præfati instructionem, pro vsu detrahendæ Falcidiæ recensere. Huiusmodi illa est.

24 Et antequam detrahatur *Falcidia*, detrahendum est prius ex patrimonio totum æs alienum: item funeris impensæ: item pretium seruorum manumissorum. Et de residuo patrimonij debent fieri quatuor partes: ita quod vna ex illis remaneat penes hæredem: de aliis tribus soluantur legata, vnicuique plus, vel minus secundùm quod testator voluit: & si plus sit legatum, quàm sint vires patrimonij: id est ante omnia deducitur, & postea *Falcidia* detrahitur. Vndè solet dici: Tunc defalcabis, cum per legata grauaris. Glossa, *in cap. Raynutius de Testamentis.* Hactenus Brant.

25 *Tertium*, quod circa substitutionem adnotatur *Fideicommissariam*, est, quod si iis, cui fideicommissum imponitur, fideicommissis hæreditatem exhaurientibus, sit ex ascendentibus, vel descendentibus testatoris, quibus legitima debetur, potest sic grauatus, ante omnia, suam detrahere legitimam. Sic Gordonus, *num.* 14. & Lessius, *num.* 90. vbi reddit hanc breuem, sed efficacem rationem. Quia legitima fideicommissis grauari non potest, nec legatis, & legitima detracta, de reliquo detrahere poterit quartam *Trebellianicam*, vti dictum est, & docet Lessius, *vbi proximè*, cum Couaruuia, *de Testamentis, cap* 16. §. 11. *num.* 10. *ex cap. Raynutius*, & *ex cap. Raynaldus, eod. tit.*

26 Quanta autem sit legitima filiis debita, declarant Iurisconsulti ex *Nouell.* 18. *c.* 1. & *Authentico nouissima*, & *Cod. de Inofficioso Testamento*, Syluester, *in Summa, verbo Legitima portio, quæst.* 1. & Sa, *eodem verbo, num.* 1. Verba Syluestri reddo.

Hæc debetur iure naturæ filiis, qui sine causa exhæredari non possunt: & eis mortuis debetur nepotibus, ex eis legitimè natis. Et huic nullum grauamen potest imponi per legata, aut fideicommissa; sed per debita tantùm. Non potest etiam imponi dilatio, vel conditio, aut modus; & si apponantur, habentur pro non adiectis, *dicta L. Omnimodo, & duabus sequentibus.* (scilicet) *Cod. de Inofficioso Testamento.* Et hæc est talis. Si filij sunt quatuor, vel infra, debent habere tertiam partem; si quinque, vel vltra, debent habere medietatem. *Cod. de Inofficioso Testam. Authentico Nouissima.* Et intellige etiam partem, vel medietatem eius, quod eis deferatur ab intestato, vt notat Glossa, *in L. Si arrogator. De Adoptionibus*, & ibi Bartolus, pro hoc allegat *L. Papinianus*, §. *Quoniam autem ff. de Inofficioso Testamento.* Intellige detractis debitis si quæ essent. Pro quo facit Lex *Venisse, ff. de Verborum significatione.*

Hactenus Syluester, *in loco reddito*: qui *quæst* 8. quærit. Quid si filius institutus sit in minori parte? Et respondet. Et dico, quod nihilominus aget vsque ad supplementum. *Dicta L. Omnimodo.* Quia hæc legitima datur in bonorum subsidium de iure naturæ. Ita ibi præfatus Doctor, cui in omnibus consonat Emmanuel Sa, *dicto num* 1. *& sequentibus.* Et *num.* 1. addit, quod debetur à matre filiis etiam naturalibus; non autem spuriis. Et quod debetur à filiis parentibus, & fratribus ex parte patris: vtrumque tamen si ipsi filij, filios non habeant.

Tandem pro Trebellianica, & Falcidia, ac pro 27
substitutione Fideicommissaria, adnotare duxi, posse testatorem prohibere, ne Fideicommissarius hæres Trebellianicam, aut Falcidiam quartam detrahat. Ita Iacobus Gordonus, *in Theologia Morali, tomo* 1. *lib.* 4. *quæst.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. & Lessius, *de Iust. & Iure lib.* 2. *cap.* 19. *dubitat.* 7. *num.* 89. vbi difficultatem excitat, & resoluit dicens. Petes. Vtrum testator possit prohibere, ne hæres detrahat Trebellianam? Respondeo, posse, vt docet Gomezius *suprà* (scilicet *tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Quia potest prohibere, ne hæres detrahat Falcidiam à Legatis, *Authentico, Sed cum Testator, Cod. ad Legem Falcidiam.* Ergo etiam ne detrahat Trebellianam à Fideicommiss. Consequentia probatur: quia in Iure Trebelliana, & Falcidia æquiparantur, ita vt ipsa nomina sæpè confundantur. Idem docet Couarruias, *cap.* 18. (videlicet *de Testamentis*) *num.* 10. Hæc Leonardus Lessius.

Consultò prædicta omnia admonere operæ pre- 28
tium duxi, vtpote apprimè necessaria ad nostræ conclusionis, & difficultatis propositæ intelligentiam. Habemus enim ex his, omnem substitutum verum hæredem esse, quomodocumque substituatur: siue enim quis in locum alterius, secundo, tertio, quarto, aut vlteriori loco hæres instituatur, siue vulgariter, siue pupillariter, siue exemplariter, siue breuiloquè, siue compendiosè, siue Fideicommissariè substitutio fiat, verus, & legitimus testatoris hæres efficitur. Vnde conclusio, nulla alia indiget probatione: cum Sepulchrum hæreditarium sit illud, quod quis acquirit in vim contractus, pro se, & pro omnibus hæredibus suis, siue æqualiter, siue inæqualiter instituantur, vti *disquisit.* 5. *num.* 34. dixi. Sed vt substituti in Ius, & dominium vtile succedant Sepulchri, adiicere prius debent hæreditatem, ob ea, quæ de hærede primario instituto, *disquisit.* 6. *num.* 19. circa conclusionem secundam dixi: Non enim quoad hoc, maiori gaudet priuilegio substitutus hæres, quàm primarius.

DISQVISITIO VIII.

An Hæres Fideicommissarius, succedat in Ius, & dominium vtile Sepulchri testatoris?

BREVIARIVM.

Ius Patronatus.

An Fideicommissarius in Ius patronatus succedat. n. 7. 8.

Sepulchrum.

In Hæreditarium Fideicommissarius succedit, non in Familiare, nisi sit de Familia. n. 1. & seqq.

CONCLVSIO

FIdeicommissarius, & quilibet alius hæres substi- 1
tutus, non acquirit ius, & dominium vsus Sepulchri familiaris, si de familia non sit testatoris, iure saltem Canonico attento; acquirit tamen illud si sit de familia.

Hæc conclusio, quo ad primam eius partem, fa-

cilè probatur. Quia ius Sepulchri familiaris acquiritur in vim contractus pro ſolis, qui ſunt de familia illud acquirentis, vti dixi *in diſquiſit.5. & 6.* ſicut ius Sepulchri hæreditarij pro hæredibus. Ergo ſi hæres ſubſtitutus fideicommiſſariè, aut alio modo, ſi de familia non ſit, dominium vtile Sepulchri familiaris, per ſubſtitutionem non acquirit.

2 Quoad ſecundam etiam, eadem facilitate probatur concluſio: quia Sepulchrum familiare, pro omnibus, qui ſunt de familia maribus, & fœminis, hæredibus, & non hæredibus, fuit acquiſitum. Ergo cum per ſubſtitutionem non amittat quis iura, ei competentia ratione agnationis, ſubſtitutus qui eſt de familia, acquiret ius, & dominium vtile Sepulchri familiaris.

3 In noſtra, dubio procul, fuit ſententia Franc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.1. controuerſ.5.* quatenùs *concluſ.4. pag.33.* ſic aſſerit. A Sepulchrorum iure Fideicommiſſarius excluditur, ſed apud hæredem remanet, etiam vt quis in minima parte, hæres eſſet, & in iure vtique Patronatus, concluſio iſta extenditur. *L. Quia perinde, ff. Ad Trebellianum.* Hæc ibi. Vbi ſatis manifeſtè primam noſtræ concluſionis partem tuetur. Agit enim ibi de Sepulchro, quod ad hæredes ſpectat: & ait in illo Fideicommiſſarium non ſuccedere, ſed hæredes, eſto inquam minima bonorum parte inſtituti ſint.

4 Pro ſecunda autem noſtræ concluſionis parte, faciunt ſexta, & ſeptima præfati Authoris. In ſexta enim ita fatur. Sepulturæ ius, quod quis ſuæ familiæ conſtituit, ſpectat ad Filios, Nepotes, Pronepotes, & deinceps ad omnes natos, tam Maſculos, quàm Fœminas, etiamſi eſſent emancipati, ſiue hæredes fuerint, ſiue abſtineant: quod non procedit, quando Sepulchra acquiſita eſſent pro ſe, & ſuis hæredibus, ac ſucceſſoribus, & non aliis. Hæc ibi; in ſeptima autem, quæ ſequuntur autumat. In ius Sepulchrorum Subſtituti ſuccedunt, vt Alexander *L. in Centurio, num.44. de Vulgari, & Pupillari.* In qua vtique de Sepulchro Familiari aſſerit pertinere ad hæredes Subſtitutos, quod in quarta, Subſtituto negauerat Fideicommiſſario, de Sepulchro Hæreditario.

5 Et quod dicta fuerit Samuellij mens, patet certè, quia cum benè ſciret in quo ſaluaretur ratio Sepulchri Hæreditarij, & in quo Familiaris etiam ratio; & in quo vnum ab altero diſtinguatur, vti ex verbis eius, modo recenſitis apparet, ſibi eſſet contrarius, negando in quarta concluſione, vno ex ſubſtitutis, Fideicommiſſario ſcilicet, quod omnibus Subſtitutis in ſeptima concedit, quod dici neutiquam poteſt. Præterquam quod ex contextu, & ordine doctrinæ, clarè colligitur Authoris intentio.

6 In eadem etiam fuit ſententia (ni fallor) Gaſpar Antonius Theſaurus, *lib.1. quæſt. Forenſium, quæſt. 10. num.5. fol. mihi* 43. Quoad primam concluſionis partem, de Sepulchro Familiari, quando dixit. Ad hæredem autem Fideicommiſſarium, & obliquum, non tranſit ius Sepulchri. *L. Quia perinde, §.1. Ad Trebellianum.* Et quoad ſecundam, dum ſic faſſus eſt. Quia reſtituta hæreditate, iura Sepulchrorum apud hæredem remanent. Imola, *in L. Si duo Patroni, eodem titulo.* Ripa, *in L. Centurio, n.56. de Vulgari ſubſtitutione.*

7 Accinit Samuellio extendenti ſuam dictam concluſionem quartam, in materia Iuris patronatus, Auguſtinus Barboſa, *in cap. Ex litteris num.7. de Iure patronatus*, vbi ait hoc ius non tranſire in Fideicommiſſarium, ſed penes hæredem remanere. Et allegat Bartolum *in L. Quia perinde, §.1. non ſemel citatam*, & Nicol. de Neapol. & Alexandrum *ibi, ff. Ad Trebellianum.* Couarruuiam, *Variarum lib.2. cap.18. verſic. Quibus, & alia, ſub num.8.* Rochum de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipſe, num.20. & ſeqq.* Acoſtam, *in cap. Si pater, verbo Trebellianicæ, num.4. de Teſtamentis, in 6.* & Molinam, *de Primogen. lib.1. cap.24. numero 4.* aſſerentem eſſe communem, licet ipſe contrariam teneat.

Sed hæc communis, vt aſſeritur, opinio, magnam mihi difficultatem ingerit, ad dubitandum de illius veritate. Suppoſito enim quod ſubſtitutione Fideicommiſſaria facta, Fideicommiſſarius verè fiat hæres quartæ ſaltem partis hæreditatis, vti *diſquiſitione vidimus præcedenti, num.20.* & quod omnes, & ſinguli hæredes, etiamſi in minima parte hæreditatis ſint inſtituti, æqualiter, & in ſolidum in Ius ſuccedant Patronatus (excepto tantùm effectu præſentandi,) vti latè manet probatum, *in diſquiſitione ſexta, num.2. 3. 11. 14. & 16.* videtur neceſſariò dicendum, Fideicommiſſarium, non minùs ſuccedere, quàm ſubſtitutus Fideicommiſſarius, cui reſtituendæ ſunt aliæ partes hæreditatis, in Ius patronatus, bonis teſtatoris annexum, ſuccedit. Eo maximè, quia illud indiuiſibile eſt, & bona ſequitur. Vnde ſi filius hæreditati paternæ, cui annexum eſt Ius patronatus, renunciet, illud perdet. Quia tranſit cum vniuerſitate bonorum, vt dictum eſt *in dicta diſquiſ.6. n.12.* 8

DISQVISITIO IX.

Dominium vſus Sepulchri Familiaris, ad quos pertineat?

BREVIARIVM.

Beneficia.

Irrita, & reprobata eſt promiſſio Beneficij ante illius vacationem facta. n.10.

Fœmina.

Sub Maſculino comprehenditur in Legibus humanis, & diuinis. n.9.11.12.13.

In gerendis per vniuerſitatem, vocandæ ſunt Fœminæ innuptæ, & viduæ, ſi aliud tamen non ferat conſuetudo. n.12.

Alia vide verbo Ius patronatus: *& verbo* Sepulchrum.

Ius patronatus.

Fundatoribus, conſtructoribus, & dotatoribus Eccleſiarum Ius patronatus Iura concedunt. n.9.10.13.

Ius patronatus, quod eſt de parentela, extraneo renunciari non poteſt. n.6.

Fœminæ, etiam priuatæ, & quæ Dignitates non ſunt, Ius patronatus habere poſſunt. n.10.11.12.13. *Et præſentare valent.* n.12.13.

Tantum habet de Iure patronatus paupercula, quantum habet Rex. n.12.

Pupillus, poſt ſeptennium, ſi Ius habeat Patronatus, præſentare poteſt ad Beneficia. n.11.12.

Qui plures habet Patronorum voces, computando Patronos per ſtirpes, & non per capita, & qui maioribus iuuatur meritis, inſtituendus eſt. n.13.

Omnes Filij, & Filiæ hæredes, etiam inæqualiter in parte

*parte bonorum Patroni defuncti, vnius Patroni locum habent.*n.13.

*Qui hæres non eſt Patroni, in illius Ius patronatus hæreditarium non ſuccedit.*n.13.

*Fœmina innupta, aut nupta intra familiam, in Ius patronatus familiare ſuccedunt.*n.14.15.16.

*Vocem habent in præſentatione, ſi aliud intentio fundatoris, aut conſuetudo non ferat.*n.15.

*Donari poteſt Laico Ius patronatus de Epiſcopi conſenſu, & abſque eo, Eccleſiæ, & cuilibet & Religioſo loco.*n.7.

Maſculinum.

*Legibus humanis, & Diuinis Maſculinum, Fœminino comprehendit.*n.9.11.12.13.

Sepulchrum.

Familiare Sepulchrum ad omnes de Familia pertinet. n.16.

Sepulchrum Familiare exhæredato non tollitur. n.1.2. 6.8.16.

Non tollitur Familiare Sepulchrum hæreditati renuncianti. n.3.

*Nullam dependentiam ab hæreditate habet Familiare Sepulchrum, aut cum illa connexionem.*n.2.

*Si ex iuſto odio quis exhæredetur, Sepulchrum Familiare ei denegandum eſt.*n.4.

*Sepulchrum Familiare, & Hæreditarium differunt in hoc, quod Familiare acquirit quis pro ſe, & pro omnibus ſuæ Familiæ, aſcendentibus, deſcendentibus, & tranſuerſalibus, etiamſi hæredes non ſint; Hæreditarium vero, pro ſe, & hæredibus.*n.2.

Deſcendentes, in Sepulchro Hæreditario ſepeliri poſſunt, etiamſi hæredes non ſint, ratione coniunctionis ſanguinis, & amoris, & humanitatis gratia; non autem in vim contractus, ſi quis pro ſe, & hæredibus tantum, aut etiam pro ſucceſſoribus illud acquiſiuit. n.2. *in fine*, & n.3.

CONCLVSIO I.

1 IVs Sepulchri Familiaris, exhæredato non tollitur. Hanc tenet concluſionem Franc. Maria Samuellius, *in ſua Praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.1. controuerſ.4. concluſ.13. & 15. pag.32. ex L.1. & Lege cum fratrem, Cod. de His, quibus vti indignis auferantur hæreditatis. L. Quia perinde, ff. Ad Senatuſconſultum Trebellianum.* Et reddens rationem ait. Quia hæres eſſe non deſinit. *L. ex facto, §. Iulianus, ff. de Vulgari, & Pupillari ſubſtitutione, & §. Reſtitutum, Inſtituta, de Fideicommiſſariis hæreditatibus.*

2 Sed hæc Samuellij ratio, non ſatisfacit. Quia Sepulchra Familiaria, nullam dependentiam ab hæreditate habent, aut cum illa connexionem. Et ideo per exhæredationem, cuiquam ex Familia, nequit ius acquiſitum Sepulchri Familiaris tolli. Quæ vtique potiſſima ratio eſt, pro concluſione præfata firmanda. Fundatur enim in differentia, quæ inter Sepulchra Familiaria, & Hæreditaria reperitur. *Familiaria* namque ſunt Sepulchra, quæ quis pro ſe, & pro omnibus ſuæ Familiæ conſtruit; *Hæreditaria* verò, quæ pro ſe, & hæredibus. In illis ius habet quilibet de Familia: non ſolùm aſcendentes, & deſcendentes à conſtructore, ſed tranſuerſales etiam, quamvis hæredes non ſint, ius habent acquiſitum in illis. In Hæreditariis autem, nullus ex Familia, qui hæres non ſit, ius habet, præter liberos, & deſcendentes, vti Moronus vult, *reſponſo 51. de Sepulturis, num.64.* dicens, quod iſtis, licet hæredes non ſint, ius Sepulchri debetur; niſi mala mente (addit) exhæredarentur. Allegat Legem *ſi Sepulchrorum Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum. L. Familiaria, & L. ſequentem, §. Sed & in vtroque, ff. eodem titulo.*

Sed ego non credo, quod huiuſmodi deſcendentes, qui hæredes non ſint, ius tale habeant in Sepulchro Hæreditario, niſi in contractu acquiſitionis illius, id fuiſſet conuentum, expreſſeque cautum. Quia vti dixi *diſquiſit. 5. num.34.* vſus Sepulchri acquiritur per contractum cuiuſvis, & obligatio regulari debet, per voluntatem, actu externo expreſſam. Per hoc tamen abſolutè non excludo huiuſmodi deſcendentes à Sepulchro Hæreditario, cum illis, aliàs illud debeatur ratione coniunctionis ſanguinis, & amoris, & ob humanitatem, vti vbi proximè doctrinam limitaui, & modò videbimus.

Samuellius enim *dicto tract.1. diſputat.5. controuerſ.1. concluſ.15. pag.227.* ita ait. Filius renuncians hæreditati paternæ, tamen eſt ſepeliendus in paterna Sepultura ſi adeſt, & ſi non adeſt, vbi eam ſibi elegit, aut ea non electa in Eccleſia Parochiali. Nam quamvis filius renunciet hæreditati paternæ, non proinde renunciat coniunctioni ſanguinis, & amoris, ratione cuius, vnio in eadem Sepultura debetur, *cap. Ebron, 13. quæſt.2. & L. vel quod, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Et *in concluſ. 16. immediatè ſequenti*, ſic aſſerit. Filius quamvis exhæredatus, vel præteritus fuerit, adhuc tamen ſepeliri debet cum patre, humanitatis gratia. *L. vel quod eodem, ff. L. ſi quis fuit hæres, eodem titulo.* 3

Addit tamen conformiter ad illud Moroni, *niſi mala mente exhæredarentur*: ſecus verò eſt aſſerendum, ſi ex iuſto odio Teſtator id vetauerit, vt eadem Lex habet, *Vel quod.* Quia Teſtator (inquit) poteſt diſponere de Sepulturæ iure, quod proprium eſt. Idem docuerat ipſe Samuellius *diſputat.1. eiuſdem tractatus, controuerſ.4. concluſ.17. pag.33. ex L.3. §. ſi quis in hæreditarium, ff. de Sepulchro violato*, in hæc prorumpens verba. Teſtator iura ſepeliendi prohibere valet, iuſto odio commotus. Et *concluſ.17. dictæ controuerſiæ 1. diſputationis 5.* dicit. Pater, ſi crimine læſæ Majeſtatis damnatus ſit, tunc in tali euentu, filius exhæredatus omnino à Fiſcho, à iure Sepulturæ etiam excluditur, vt habet *Lex 1. §. Interdum etiam, ff. de ſuis, & legitimis hæredibus.* 4

Ratio igitur fundamentalis concluſionis noſtræ eſt, quæ ſic formari valet. Sepulchrum Familiare debetur omnibus, qui ſunt de Familia eius, qui familiare illud effecit. Sed exhæredatus per exhæredationem non deſinit eſſe de Familia illius. Ergo ius Sepulchri ſuæ Familiæ exhæredato non tollitur. 5

Et confirmatur hæc ratio. Iuri Sepulchri Familiaris nemo renunciare valet in præiudicium eorum, qui de eadem ſunt parentela, & Familia. Samuellius, *tract.1. diſputat.1. controuerſ.5. concluſ.18. pag.35.* & in ſimili de Iure patronatus, Rochus de Curte, *verbo Ipſe, vel Is à quo, num.73.* Vbi ſic ait; Sed circa hanc quæſtionem, ſuboritur alia acceſſoria. Pone, quod Ius patronatus competat illis de parentela tantum: vtputa, quia in fundatione ordinatum ſit: an vnus de parentela poſſit renunciare alteri extraneo ius ſuum? iſte punctus non habet dubitationem. Vnde dic breuiter, quod non. Et ratio eſt. Quia Ius patronatus hoc caſu competit conditionaliter, & qualificatiuè, ſcilicet illis de parentela. Vnde ſi aliquis non habet iſtam qualitatem, non poteſt eſſe Patronus. Ita concludit Dominus Cardinalis Florentinus, *in conſilio ſuo 48.* incipit, *Quidam nobilis.* Hactenus Rochus. Tunc ſic. Sed qualitas parentelæ, ratione cuius alicui competit ius Sepulchri 6

pulchri Familiaris, ei tolli nequit per exhæredationem. Ergo nec ipsum ius tolli potest.

7 Sed dices, Patronus renunciare potest Iuri patronatus in præiudicium descendentium, vel legitimorum hæredum. Archidiaconus, *in cap. Si Laicus vnico, de Iure patronatus, lib. 6.* Geminianus, *ibidem.* Rota, *in antiquis, tit. de Iure patronatus, decis. vltima, in fine*, quæ incipit. *Quidam Laicus.* Alexander, *consil.* 13. quod incipit, *Omnipotentis Dei, colum. 3. in fine, & consil.* 18. incipit, *Attentis narratis, in 2. columna, & colum. 26.* incipit, *Ponderatis, colum. vltima, in tom. 5.* Paulus de Castro, *consil. 154.* quod incipit, *Circa præsentem casum, colum. vlt. circa medium*, quos refert Rochus de Curte, *vbi proximè, verbo ipse, vel is à quo causam habuit, quæst. 33. num. 72.* Et Patronus alteri donare potest Ius patronatus, de consensu tamen Episcopi, quando Laico donatur, aut renunciatur, iuxta *dictum cap. Si Laicus*, & ibi Glossa, *verbo Censenda:* quia sine dicto consensu ibi dicitur, & decernitur donari benè, & efficaciter posse Ecclesiæ, aut Religioso loco cuicumque Rochus, *eodem verbo Ipse, vel is, quæst. 17. num. 31.* cum Abbate, *in cap. illud prætereundum, el 8. de Iure patronatus*, cum Cardinale *ibi*, dicente hanc opinionem esse communem: & cum communi Doctorum, *in cap. Ex insinuatione, el 14. & cap. Cum sæculum el 13. eod. tit.* Et quod magis vrget, docet Calderinus, *in consil. 19.* quod incipit *Concessum*, sub eodem titulo *de Iure patronatus*, vti refert Rochus præfatus, *verbo sæpe allegato, quæst. 33.* videlicet, quod potest Patronus donare Ius patronatus alteri in præiudicium successorum, etiam quando Ius patronatus ipsum esset concessum pro se, & filiis suis masculis tantummodo. Nec in hoc casu, secundùm eum est necessarius consensus ipsorum filiorum, vel successorum. Cuius fundamentum est, quia ex tali concessione facta pro se, & filiis, transfertur ius gradatim de patre in filiũ. Ergo stante primo gradu, cessat secundus. Allegat *L. Cum pater, §. pe. ff. de Legatis 2. & L. Peto, §. Fratre, eod. tit.* Et faciunt notata per omnes, *in L. Gallus, §. Quidam rectè, ff. de Liberis, & posthumis.* Et sic secundùm Calderinum, viuente patre, filius nullam potestatem habet. Vnde poterit pater alteri Ius patronatus donare in præiudicium filiorum, & successorum. Ergo à simili, benè poterit quis, in præiudicium filiorum, & successorum Ius Sepulchri extraneo donare illique renunciare.

8 Huic obiectioni respondeo cum eodem Rocho de Curte, *in recensita quæst. 33.* dictam doctrinam procedere in eo, qui fundauit Ecclesiam (& idem à simili dico de eo, qui Sepulchrum construxit,) aut illam, vel eius Patronatum pro se, & hæredibus suis acquisiuit, per ea, quæ docet, cum aliis à se allegatis, Alexander *in Consiliis supràredditis*, maximè *in consilio 13. Omnipotentis Dei.* Et per id, quod Samuellius ait, *tract. 1. disput. 5. controuers. 1. conclus. 16. pag. 227.* scilicet, quod Testator potest de Sepulturæ iure, quod proprium est, disponere. Secus autem dicendum ait Rochus, quando quis acquisiuit Ius patronatus (aut Sepulchri, addo,) pro se, & suis, id est pro sua familia, per ea, quæ docent Alexander *loco citato*, Baldus, *in L. 3. ff. de interdictis, & relegatis.* Speculator, *in tit. de locato, §. Nunc aliqua, versic. 144.* Salycetus, *in L. 2. Cod. de Iure Emphyteutico*, & Iaso *ibidem, colum. 83. versic. septimo quærit Salycetus.* Et ratio huius est. Quia vt latè *suprà, numero 2.* ostendi, eo ipso, quo Sepulchrum factum fuit Familiare, omnes de familia, ius Sepulchri ipsius acquisiuerunt, & sine traditione quidem ob ea, quæ dixi *in præludio huius Tractatus, num. 7.*

CONCLVSIO II.

IVs Sepulchri Familiaris retinent mulieres illius familiæ, siue proximiores, siue remotiores illæ, Sepulchri constructori sint, quando Sepulchrum illud ad aliam transit familiam: siue fœminæ illæ, hæredes sint Sepulchri constructoris, aut illud, pro familia, acquirentis, siue non. 9

Hanc tenet conclusionem Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 1. controuers. 4. conclus. 16. pag. 33. & disput. 5. controu. 4. conclus. 9. num. 27. pag. 236. ex L. Liberorum, ff. de Verborum significatione.* Et in simili, de Iure patronatus, tenet Rochus de Curte, *eod. tit. verbo Competens alicui, quæst. 1.* Quam multipliciter probat. *Primò*, quia iura concedunt Ius patronatus constructoribus, fundatoribus, & dotatoribus Ecclesiarum. *Can. Filiis, 16. quæst. 7. cap. Quoniam, & cap. Nobis*, cum similibus, *de Iure patronatus.* Et licet videantur loqui per verba masculini generis, tamen masculinum comprehendit fœmininum. *L. Si ita scriptum, §. Si sub conditione, ff. de Legatis 2. L. prima, ff. de Verborum significatione. Can. Si quis suadente diabolo, 17. quæst. 4. iuncto capite Mulieres de sententia excommunicationis.* Pasqualigus, *de Sacrif. Missæ tom. 1. quæst. 481. num. 7. ex L. Qui duos mulos, ff. de Legatis 3. & L. Mancipia, Cod. de Seruis fugitiuis, & ex traditis per Tiraquel. de Retract. consanguinit. §. 1. gloss. 9. num. 180. & numero 204.* Bald. *in L. 2. Cod. de Iure Emphyteut.* Imola, *in cap. Potuit, in fine, de Locat.* Alexand. *in L. Quod dicitur, num. 5. ff. de obligat.* Arias Pinel. *in L. 3. num. 23. Cod. de bon. mater.* & Iul. Clar. *lib. 5. recept. sentent. §. Emphyteusis, quæst. 32.* Quæ regula procedit, non de Lege humana solùm, sed etiam de Diuina, *cap. Maiores*, & *ibi* Panormitanus, *col. 2. el 3. de Baptismo:* vbi dicit menti esse tenendum. Abbatis verba, *sub num. 3.* huiusmodi sunt. Item nota hîc textum apertum, quod in Lege Diuina etiam masculinum concipit fœmininum. Ita apertè arguit hîc textus. Nam Christus dixit: *Nisi quis renatus fuerit, &c.* Et dicitur, quod per hoc includere voluit masculos, & fœminas. Non solùm ergo in Lege humana masculinum concipit fœmininum (scilicet in textibus ciuilibus, & Canonicis modo recensitis, quos etiam allegat Abbas,) sed etiam in Lege Diuina, vt hîc, quod tene menti. Hactenus noster Abbas Panormitanus.

Secundò probat conclusionem Rochus, *ex cap. Cum dilecta, el 16. & finali, de Concessione præbendæ*, in quo Honorius Papa Tertius, de Fœmina Ius patronatus habente, sic statuit. Cum dilecta in Christo filia Comitissa Flandrensis fecerit promissiones de non vacantibus beneficiis Ecclesiarum, in quibus Ius obtinet patronatus, & donationes eorum in manibus posuerit alienis. Mandamus, quatenus ad irritum decernentes, inhibeatis eidem, ne similia de cætero attentare præsumat. Hæc Honorius in Decretali illa, ex qua euidens est fœminam habere posse Ius patronatus: ac per consequens, Ius Sepulchri. 10

Nec valet dicere Ius patronatus, per hunc textum, posse habere Fœminam in dignitate constitutam; non autem ex eo sequi illud habere posse fœminam priuatam. Quia & hanc obtinere illud posse, docet Abbas in dictum *cap. Cum dilecta, n. 7.* Vbi sic inquirit, & resoluit. Sed quæro, quia textus hic solùm probat de muliere constituta, in dignitate, vt 11

possit

poſſit habere Ius præſentandi; quid dicendum in priuata muliere ? Non recolo me legiſſe hoc in alio textu. Sed Domini de Rota, in quadam eorum deciſione, ſentiunt, quod idem. Et ſatis mihi placet. Quia Iura non diſtinguunt ; ſed ædificatori dant Ius patronatus, 16. *quæſt.*7. *& c. Filiis.* Et maſculinum comprehendit in ſe fœmininum, *in L. Si ita, ff. de Legatis* 2. *& in c. Si quis ſuadente* 17.*quæſt.*4. *iuncto cap. Mulieres, de Sententia excommunicationis.* Huc vſque Abbas *num.*7. *recenſito, & ſub numero* 9. *in fine*, ſic ait. Et ex hac deciſione infero ad primum quæſitum, quod ſi pupillus maior ſeptenio poteſt præſentare. Ergo fortius mulier cum non poſſit dici actus virilis. Facit *cap. Dilecta de exceſſibus Prælatorum.* Et hoc nota benè. Hactenus Nicolaus Tudeſchus, quem ſequitur Rochus de Curte, *dicta quæſt.*1. & pro eadem ſententia reddit Antonium de Butrio, & Imolam. Et ait ſubiicere Butrium, quod ita ſeruatur quotidie. Allegatque Rochus Rotam, *in deciſione* 322. *de Iure patronatus*, quæ incipit. *Fuit dubitatum, vtrum valeret conſuetudo.*

12 *Tertiò* probat concluſionem idem Rochus ex ratione ab Abbate *vbi proximè* tacta, ſcilicet, quod pupillus poteſt præſentare. Ergo & fœmina poterit à fortiori.

Quam concluſionem tenet etiam Gloſſa, *in Canon. Quoniam inueſtituras, verbo Vel fœminæ, el* 13. 16. *quæſt.*7. dicens. Argumentum, quod ad præſentationem fœminæ poteſt quis inueſtituram conſequi, vt extra, *de Iure patronatus, ex litteris.* Hæc Gloſſa.

Pro eadem concluſione recenſet Rochus præfatus Ioannem Andream, Panormitanum, & alios *in cap. Nobis, de Iure patronatus*, Cardinalem Florentinum *in Clementinam Plures, quæſt.* 6. *la* 2. *& final eod. tit.* Andream Barbatia, *in cap. Quanto, in fine de Iudiciis*, dicentem quod de Iure patronatus tantum habet paupercula, quantum Rex. Calderinum, *conſilio* 4. *ſub eodem titulo*, vbi decidit, quod relicto Iure patronatus fratribus ſuis hæredibus, & aliis eorum deſcendentibus maſculis, quibus deficientibus ipſum Ius patronatus deueniat ad Epiſcopum : quod ſi ipſi hæredes moriantur ante teſtatorem, qui poſtea decedat relicta filia, quod ipſa filia ſuccedat in Iure patronatus. Recenſet & Innocentium, *in cap. Cum ex iniuncto, in fine, de Noui operis nunciatione*, dicentem fœminas virgines, & viduas vocandas eſſe in gerendis per vniuerſitatem. Ex quo deducit Rochus Innocentij ſententiam eſſe, quod ſi Ius patronatus vniuerſitati competat, fœminas virgines, & viduas eſſe ad præſentandum vocandas; ſi tamen conſuetudo illas non excludat. Quæ vtique conſuetudo, ſi adſit, ſeruanda eſt. Et addit Rochus pro concluſione, aliquem non reperiſſe, contrarium tenentem.

13 Illam fulcit Panormitanus, *parte* 1. *Conſiliorum, conſilio* 54.*num.*4. Vbi in ſequentia prorumpit. Et ex his concludo ad caſum noſtrum quod cum illæ duæ filiæ dicti nepotis ex filio dicti Iacobi, ſcilicet Franciſcina, & Chriſtophora fuerunt hæredes vniuerſales dicti Iacobi, alio hærede extraneo non apparente, argumento *in L. in ſuis, ff. de Liberis, & poſthumis, & L.*1. *Cod. de His, qui ante apertas tabulas hæreditatem tranſmittunt*, cum aſſerant ſe hæredes, argumento *in L. Gerit, & L. Pro hærede, ff. de acquirenda hæreditate*, debent ipſæ tenere locum vnius Patroni, ſcilicet Iacobi hæredis paterni, & ſi non apparent alij, qui poſſint legitimè docere ſe eſſe Compatronos, debent admitti præſentationes, (quæ ſiunt) per iſtas Dominas : quia imputandum eſt legitimè non comparentibus : argumento *in cap. Dilecti, & cap. Cum nobis, & capite Scriptum, de Electione*, & per Ioannem Andream *in dicto cap. Quærellam.* Et ſic ſi non comparent, & doceant de Iure ſuo, & præſentant alium, inſtituendus eſt, qui habet plures voces Patronorum, computando Patronos per ſtirpes, & non per capita, modo prædicto, & qui maioribus iuuatur meritis, de quo dicendum, vt *dicto cap.*3. *& cap. Cum autem, de Iure patronatus.* De Domina Matthæa filia dicti Simonis, non fecit ſeriosè ſpecialem mentionem : quia habuit fratrem maſculum : vnde ignoro, ſi pariter fuit hæres patris ſui, cum dicto Franciſco : Vnde ſi fuerunt hæredes patris, ſaltem in parte bonorum, debet admitti tanquam Patrona : quia omnes filij Simonis tenent locum vnius Patroni, vt patet per prædicta : nec eſt diſtinguendum inter maſculum, & fœminam : & ſi fœmina eſt hæres, ſuccedit in Iure patronatus, ſicut maſculus. Idem ſi conſtruat, vel dotet, vt notat Ioannes Andreas *in cap. Nobis, de Iure patronatus*, & Ioannes de Lignano, *in Clementina* 2. *eodem tit.* per Federicum, *conſil.*16. Facit *caput finale, de Conceſſione præbendæ.* Secus dicendum, ſi dicta Domina Matthæa non fuit hæres patris, vel fratris.

Hæc omnia Abbas, qui licet de fœminis hæredi- 14
bus Patronorum loquatur, ita vt excludat à Iure patronatus eas, quæ hæredes Patronorum non fuerint; id tamen decidit in caſu contingenti de Iure patronatus Hæreditario, vti ex illius apparet figuratione, & deciſione. Neutiquam autem fœminas non hæredes à ſucceſſione Iuris patronatus Familiaris excludere intendit, cum de eo minimè agat, & ſola qualitas parentelæ ſufficiat ad illud acquirendum, iuxta Fundatoris mentem, & Rochi de Curte, doctrinam, *verbo Competens alicui, ſub q.*1.*n.*2. vbi in hæc prorumpit verba.

An autem quando Ius patronatus competeret 15
illis de parentela, vt multoties vidi, fœminæ admittantur ad vocem dandam in præſentatione. Ego arbitror, quod ſi fœminæ non ſunt nuptæ extra parentelam, quod vocem habeant : & pari modo, ſi nondum ſunt nuptæ. Quia nihil eſt, quod obeſt. Si autem ſunt nuptæ extra parentelam, hoc dependet à quæſtione, *An fœmina nupta dicatur de domo, vel de parentela patris ſui* ? de qua habetur per Bartolum, *in L. quoties, Cod. de Priuilegiis Scholarium, lib.*12. & aliquid per Baldum, *in L. Voluntas, Cod. de Fideicommiſſis*, & per Dominum Felinum Sandeum plenè, *in capitulo Super eodem, el ſecundo, in prima columna de Teſtibus*, & per Moderniores, *in L.*1. *Cod. Vnde vir, & vxor.* Dic, vt in dictis locis concluditur. Conſideranda tamen eſt hæc conſuetudo, vt ſupra ad alium propoſitum dixi. Item conſiderandum eſſet in primis Fundatoris mens, per Iura vulgaria.

Hæc omnia Rochus de Curte, qui benè con- 16
cludit ; fœminas de parentela innuptas, aut nuptas quidem intra ſuam parentelam, Ius patronatus retinere Familiare. Et conſequenter idem concludit in ſimili noſtro caſu de Iure Sepulchri : illud ſcilicet retinere, ſi ſit familiare, omnes fœminas familiæ conſtructoris huic proximiores, & remotiores, quamvis hæredes illius non ſint, & Sepulchrum ad aliam tranſeat familiam. Quia (illius vtor verbis) nihil eſt, quod obeſt. Et quia conſideranda venit mens Fundatoris, qui Sepulchrum, & eius Ius abſolutè ſuæ conſtituit familiæ, ad quam, dubio procul, ſpectant Filia, Neptis, Proneptis, & deinceps

omnes natæ, ſicut Filius, Nepos, Pronepos, &c. Et ſic ad omnes illas, illoſque, etiamſi emancipati ſint, & non hæredes, Iura Sepulchri huiuſmodi ſpectant, vti benè Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſput.5.controuerſ.4.concluſ.9.num.27. pag.236.* cum Couarruuia *in cap. Raynutius, el 16. de Teſtamentis*, & cum aliis penes ipſum. Et in ſpecie de Iure Sepulchri idem Rochus de Curte, *verbo In Eccleſia, quæſt.6. num.15.* ibi. Dicunt enim præfati Doctores, quod tale Ius Sepulchrorum non tranſit ad hæredes extraneos, ſed ſolùm deſcendentes poſſunt ibi ſepeliri, etiam quod non ſint hæredes. Supple etiam ad fœminas: ex eodem Doctore.

DISQVISITIO X.

An Legato acquiri poſſit dominium vtile Sepulchri?

BREVIARIVM.

Axioma.

*Conceſſum cenſetur, quod non eſt prohibitum.*n.1.

Epiſcopus.

Defendere tenetur, & exequi vltimas teſtatorum voluntates. n.6.

*Circa vltimas aliorum voluntates ampliori non gaudet poteſtate, quàm quilibet alius Summo Pontifice inferior gaudet.*n.6.

*Si abſque legitima cauſa, ſuper iuribus diſpenſet tertij, nulla erit, & contra iuſtitiam, ac iniqua diſpenſatio.*n.7.

Ius patronatus.

Abſque Epiſcopi conſenſu, poteſt transferri Ius patronatus in Eccleſiam. n.2.3.4.

In Laicum, aut in Clericum, nomine proprio, transferri nequit, ſine Epiſcopi prævio conſenſu; benè tamen illo interueniente. n.2.3.4.

*Poteſt legari Laico, & Clerico abſque prævio Epiſcopi conſenſu; vt validum tamen ſit eius Legatum, poſtea ſaltem illum præſtabit.*n.1.2.

Ante Epiſcopi conſenſum, Ius patronatus legatum, penes hæredem remanet. n.2.

*Exigitur Epiſcopi conſenſus in tranſlatione Iuris patronatus in Laicum, & in Clericum nomine proprio, vt ille in quem transfertur capax illius fiat, & vt aduertat Epiſcopus, an interuenerit ſimoniæ labes.*n.3.

Legatum.

*Donàtio quædam eſt à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda.*n.2.& 4.

Sepulchrum.

*In Sepulchro Familiari, quilibet de parentela, abſque traditione, in ipſa prima illius acquiſitione, Ius acquiſiuit, quo, ſine iuſta cauſa, ſpoliari à nemine valet.*n.5.

*Non poteſt Epiſcopus efficere vt Sepulchrum de teſtatoris mandato pro certis perſonis conſtructum, pro aliis deſeruiat, niſi iuſta exiſtente cauſa.*n.6.

*Qua non ſuperueniente, nulliter, iniquè, & contra iuſtitiam faciet.*n.7.

*Ius, & dominium vſus Sepulchri hæreditarij, accedente Epiſcopi conſenſu, acquiri poteſt à Clerico nomine proprio, & à Laico etiam, mediante legato.*n.1.

*Sepulchri autem familiaris Ius, legato acquiri nequit.*n.5.6.7.

CONCLVSIO I.

IVs Sepulchri hæreditarij acquiri benè poteſt legato, ſi accedat Epiſcopi conſenſus. Ita docent. Theſaurus, *qq.Forenſium, lib.1. q.10. num.5.pag.43.* ibi. Poteſt tamen iſtud Ius legari. Bartolus, *in L.3. ff. de Sepulchro violato.* Bertachinus, *de Epiſcop. part.3. quæſt.13.* Hæc ille. Samuellius, *in Praxi de Sepultur.tract.1.diſput.1. controu.4. concluſ.12.pag.32.*cum Genuenſi, *in Praxi cap.109. num.2.* Lambertino, *de Iure patronat. lib.1. part.2. quæſt.10. artic.3.* & Rocho, *cod. tractat. verbo, In Eccleſia, quæſt.6.*

Hanc concluſionem probo à paritate, & à ſimili, quod reperitur inter Ius Sepulchri, & Ius patronatus, de quo latè *ſupra diſquiſit.3. huius Tractatus, num.21. & ſequentibus.* Ius patronatus, accedente Epiſcopi conſenſu, licitè & validè legari poteſt. Ergo etiam legari poteſt Ius Sepulchri, accedente eodem Epiſcopi conſenſu, ita vt omne ius, & dominium, quod teſtator habebat in Sepulchro hæreditario, mediante legato, in legatarium transferatur. Conſequentia patet à dicto ſimili. Argumentum enim à ſimili ad ſimile, validiſſimum eſt. Auguſt. Barboſa, *in tract. locorum communium argumentorum iuris, loco 101. num.1.* cum Euerardo *in Topicis legalibus, loco 10.* Deciano *conſilio 31. numero 47. volum.1.* Maſcardo *de Probationibus, concluſ.1253. num.4.* & pluribus aliis, quos vt ſolet recenſet. Et rationem reddit, quia de ſimilibus idem eſt iudicium. *L. Non poſſunt, & L.ſeq. ff.de Legibus, §. Rectè, Inſtituta Mandati.* Albertinus *in tractatu de Hæreticis, quæſt. 24. num.9.* Farinacius, *Fragmento criminali, part.1. Litt.E. n.188.*

Quod ſaltem procedit quoties in vtroque ſimili eadem adeſt ratio. Barboſa, *num.3.* Maſcardus, *numero 5.* Farinacius, *num.199.* & Menochius, *de Arbitrariis caſu 84. num.8. 9.* Et quando æqualis eſt iuris diſpoſitio in vtrobique. Barboſa, *num.4.* cum Baldo, *conſil.188. in fine, verſic. Non obſtat argumentum, lib.1.* relato à Cardinali Tuſcho, *tom.1. practicarum concluſ. Litt. A. concluſ.507. num.30.* In iure autem Sepulchri, eadem adeſt ratio, ac in Iure patronatus: & eadem etiam adeſt Iuris diſpoſitio: cum, iuxta axioma illud iuris. *Vbi eſt eadem ratio, ibi eadem debet eſſe Iuris diſpoſitio*, Barboſa, *tract. de Axiomatib. Iuris, axiomate 197. n.3. ex L. illud, ff. Ad legem Aquiliam. L.Si poſtulauerit, § 2. ff. Ad legem Iuliam, de Adulteriis. L. Quidam nummularios, ff. de edendo. L. Nauta, §. final, ff. Nautæ, caupones. L.A Titio, ff. de Furtis. L. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, §. Si igitur inſtituta, Quod cum eo*, Gloſſa, *verbo Italia in caput 1. de temporibus Ordinationum, lib.6.* Abbate *in cap. Nihil, num.5. de Electione.* Decio, *conſil.15. num.2. & conſil.301. num.6. &* 8. Calderino *conſil.147.* aliàs *vnico, vt lite pendente, & conſil.337. verſic. Sed poſito*, aliàs *conſil.8. de Teſtamentis.* Baldo, *conſil.324. in fine, lib.5.* & Alexandro, *conſil.75. num.3. & 4. lib.5. & conſil.36. num.11. in fine, cum ſeqq. lib.6.*

Tum etiam, quia in iure nullibi eſt expreſsè prohibitū legari ius Sepulchri, ſicut nec Ius patronatus.

Ergo

Ergo in vim diſpoſitionis Iuris, ſi hoc legari poteſt, poterit & illud. Et quidem vtrumque, ex quo non eſt legari prohibitum, legari licitè, & validè poterit, iuxta iuris axioma: *Prohibitum, quod non inuenitur, per Legem permiſſum cenſetur. L. Nec non* 28. *poſt initium*, ibi: Sed ſi Lex non prohibeat. Et §. *Quod eis*, iuncta Gloſſa, *verbo Prohibeant, ff. Ex quibus cauſis maiores. L.* 1. *ff. de Teſtibus, L. Mutus, ff. de Procuratoribus in* §. *Quæritur. L. Ab ea parte, ff. de Probationibus, L. Statuas, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum. Canon. Omnes*, & ibi Gloſſa, 3. *diſtinct. Can. Sunt nonnulli, el* 25. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. Gloſſa, *in Can. Conſuluiſti, verbo Superſtitioſa, el* 20. 2. *quæſt.* 4. *ex can. Lex diuina* 27. *quæſt.* 2. & extra, *cap. Nuper*, §. *In ſecundo*, & ibi Gloſſa, *verbo Non retinuit, el* 29. *de Sententia Excommunicationis, cap. Cum illorum el* 32. *eod. tit.* iuncta Gloſſa, *verbo Interdicta*, Aug. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.* 193. *verbo Prohibitum, num.* 7. cum Alciato, *reſponſo* 8. *num.* 18. Burſat. *conſil.* 110. *num.* 27. *libro* 1. Burgos de Paze, *conſil.* 8. *num.* 3. Bertazol, *de Clauſulis Inſtrument. Clauſ.* 2. *Gloſſa* 1. *num.* 5. & aliis pluribus. Et concludit Auguſt. Barboſa, *num.* 8. dicendo. Quare in dubio, facienda eſt interpretatio, vt actus cenſeatur permiſſus, quando non reperitur prohibitus. Et pro hoc allegat Ancharranum *conſil.* 344. Aym. *conſil.* 203. *num.* 2. *lib.* 1. Maſcardum, *de Probationibus concluſion.* 1237. *num.* 2. Menochium, *de Præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 16. *num.* 2. & Ceuallos, *Commun. contra communes, quæſt.* 227. Idem tenet Paſqualig. *de Sacrific. Miſſ. to.* 1. *q.* 693. *n.* 11. cum eiſdem Maſcar. Menoch. Zeuallos, *locis allegatis*, cum Ancharamo, & Crauetta, *conſil.* 203. *n.* 2. *lib.* 9. poſtquam dixerat ex legibus modò recenſitis, *ex cap.* 1. *de Tranſlat. Prælat.* vbi Gloſſa, *verbo Non inuenitur, ex dicto cap. Cum illorum, & ex cap. Cum apud, de Sponſalibus*, quod in materia indifferenti, quod non eſt prohibitum, cenſetur permiſſum. Ita enim explicat Paſqualigus, & ſequitur axioma prædictum.

Quod autem licitè, & validè poſſet Ius patronatus legato donari, etiam Laico de Epiſcopi conſenſu, patet à contrario ſenſu, *ex cap. Illud, el* 8. *de Iure patronatu*, vbi Auguſt. Barboſa, *à num.* 2. qui *num.* 4. aſſerit conſenſum Epiſcopi non requiri ad tranſlationem Patronatus ab vno Patrono alteri Compatrono, quod etiam docet *in cap. Ex inſinuatione, num. etiam* 4. *el* 14. *eiuſdem tit.* & vtrobique allegat Azorium, *Inſtitutionum Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæſt.* 6. & plures alios Doctores. Et *dicto cap.* 8. *n.* 3. loquendo de donatione non facta Compatrono ſic ait. Et in omnem inuentum ſtante donationis effectuatione, præſumitur conſenſum Ordinarij interueniſſe. Idem Barboſa, *de Officio & poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegat.* 71. *num.* 12. in terminis de tranſlatione Iuris patronatus ex legato, tenet poſt Abbatem fieri poſſe Laico accedente Epiſcopi authoritate vtriuſque doctrinam reddere libet.

2 Panormitanus igitur, *in dicto cap. illud, num.* 4. ſic ait. Secundo caſu principali, cum concedit Ius patronatus, aut concedit generaliter concedendo Vniuerſitatem aliquam, & tunc tranſit etiam in quemcumque, etiam ſine authoritate Epiſcopi, vt *ſupra eodem, ex litteris, & infra eodem. Cum ſæculum*; non tamen debet exprimere Ius patronatus. Vndè, ſi diceret: Vendo tibi talem villam cum Iure patronatus in ea exiſtente, non valet venditio reſpectu Iuris patronatus: & de hoc vltimo, vide latiùs per Ioannem Andream, *in cap.* 1. *eod. tit. lib.* 6.

Aut vult concedere Ius patronatus per ſe, aut in vltima voluntate, puta *legando*: & ſi hoc facit cum conſenſu Epiſcopi, indubiè tenet. Sed numquid valeat ſine conſenſu Epiſcopi, dicam poſt Ioannem Andream, *infra eodem, cap. Cum ſæculum.* Aut vult concedere inter viuos: & tunc, aut Eccleſiæ, aut loco Religioſo, & valet conceſſio etiam ſine authoritate Epiſcopi. Textus videtur hîc *in verſic. Liceat.* Nam ille *verſic.* Venit aduerſatiuè ad præcedentia. Et paucis interiectis, alterum diſtinctionis membrum apponit, dicens. Aut vult concedere Laico, vel Clerico recipienti nomine proprio: & non valet conceſſio ſine conſenſu Epiſcopi, argumento hîc, & *in dicto cap.* 1. à contrario ſenſu. Et hanc opinionem tenet Hoſtienſis. Ioannes Andreas. Sequitur Añchidiaconus, *in dicto cap.* 1. *&* 16. *quæſt.* 7. *Pia mentis.* Licet Innocentius, & quidam alij ſenſerint contrarium, ſcilicet, quod Laico etiam poſſet concedere ſine conſenſu Epiſcopi. Sed prima opinio communior, & verior. Hactenus Abbas *in dicto cap.* 8. in *cap. autem. Cum ſæculum num.* 6. *el* 13. *eod. tit.* in ſequentia prorumpit.

Sed ex eodem verbo quæritur, numquid poſſit transferri Ius patronatus titulo legati? Dicit hic Ioannes Andreas, quod quemadmodum Ius patronatus poteſt donari, ita & legari, quia legatum eſt quædam donatio à teſtatore facta, vt *inſtituta de Legatis, in principio.* Et ideò ſufficit, quod ſi Eccleſiæ legetur, non eſt neceſsè interuenire conſenſum Epiſcopi ſicut in donatione inter viuos, & dixi *ſupra eodem, illud.* Si autem legatur Laico, vel Clerico nomine proprio, debet interuenire conſenſus Epiſcopi, ſicut in donatione. Dicit tamen hoc ſpeciale fauore vltimæ voluntatis, vt conſenſus Epiſcopi poteſt interuenire ex poſt facto. Sed conſilium eſt, vt habeatur conſenſus, vel ante mortem teſtatoris. Sed Federicus, *conſil.* 222. fuit in ſingulari opinione, quod poſſit transferri titulo legati ſine conſenſu Epiſcopi. Quia Iura indiſtinctè dicunt, quod transfertur ſucceſſione, nec diſtinguunt inter legatum, & hæreditatem. Nam is, qui ex legato, habet ex ſucceſſione: Adducit etiam alias rationes. Et alij Doctores moderni communiter dicunt oppoſitum: & maximè Cal. qui dicit, quod ante conſenſum Epiſcopi, Ius patronatus conſiſtit apud hæredem, quia ex ordinatione Laici Ius patronatus non poteſt in alium transferri. Quod mihi plus placet. Quia Iura loquuntur communiter de filiis, vel hæredibus, non autem de Legatariis, vt *in c. Filiis* 17. *quæſt.* 7. *in capite* 1. *ſuprà eodem.* Hucuſque magnus Nicolaus Tudeſchus, in cuius verba: *Ex poſt facto*: ſic ait Sebaſt. Saphia. Vide ad hæc omnia Dominos de Rota in ſimili quæſtione, *deciſ.* 17. incipit. *Quidam, in titulo de Iure patronatus, in antiquis.*

Auguſtinus autem Barboſa ſic ait, dicto loco, *de Poteſtate Epiſcopi, à num.* 10. Quæ ſupra dicta, ad propoſitum noſtrum accommodans, ſic intellige: vbi Ius patronatus cum vniuerſitate, ſiue hæreditate transfertur in hæredem, vel quia ſuccedit, vel quia emit hæreditatem, in qua erat villa, ſeu caſtrum, cui Ius patronatus annexum exiſtebat, tunc conſenſus Epiſcopi non requiritur. *Dict. cap. Ex litteris, cap. Cum ſæculum*, & ibi Abbas *de Iure patronatus.* Viuianus, *in Praxi Iuris patronatus, part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. In aliis verò caſibus, in quibus Ius patronatus transfertur de per ſe, vel inter viuos ex contractu, aut donatione, diſtinguendum eſt inter tranſlationem, quæ

fit in Eccleſiam, vel locum Religioſum; & illam, quæ fit in Laicum, ita vt ex contractu in Eccleſiam, vel locum Religioſum, valeat Iuris patronatus tranſlatio, ſine Epiſcopi conſenſu, *cap. illud, de Iure patronatus, cap. vnic. eod. tit. lib. 6.* Viuianus, *tom. 1. communium opinionum, lib. 1. tit. 4. numero 9. pag. 167.* Stephanus Gratianus, *diſceptat. forenſium cap. 177. num. 3.* Suarez, *dicto lib. 4. de Simonia cap. 28. num. 15.* Viuianus, *dicto lib. 4. cap. 1. num. 16. in 2. editione.* Si autem fiat tranſlatio in Laicum, non valet ſine Epiſcopi conſenſu, *dict. cap. vnico, à principio,* à contrario ſenſu. Mantica, *deciſ. 86. num. 5.* Farinacius, *par. 1. Recentiorum, deciſ. 686. num. 3.* Viuianus, *dicta p. 1. lib. 1. cap. 1. num 24.* Idem eſt ſi ex vltima voluntate Ius patronatus transferatur ex titulo particulari, puta ex legato: quia ſi legetur Eccleſiæ, non requiritur conſenſus, qui tamen accedere debet, ſi Laico fiat, vel Clerico recipienti nomine proprio. Abbas, *in dicto cap. Cum ſæculum, num. 6. & in dicto cap. illud, num. 4. de Iure patronatu.* Viuianus, *dicta part. 1. lib. 4. cap. 1 n. 5. aliàs n. 18.* ſecundùm nouam impreſſionem.

Hactenus Auguſtinus Barboſa, qui *num. 13.* reddit rationem ob quam Epiſcopi requiratur conſenſus in tali Iuris patronatus tranſlatione. Vt aduertat ſcilicet Epiſcopus, an interuenerit ſimoniæ labes. Ex Panormitano, *in dicto cap. illud, num. 6.* Vel, quia ſicut in fundatione cum dicto conſenſu ex gratia fit capax Iuris patronatus Fundator, ita in tranſlatione per hunc Epiſcopi conſenſum inducitur eadem capacitas in eum, in quem fit tranſlatio. Sic Barboſa, ex Viuiano, *vbi proximè, n. 6. & 7.*

4 Ratio denique, qua ex Ioanne Andrea Nicolaus Tudeſchus ſuprà vtitur, ad probandum Ius patronatus poſſe legato transferri, potiſſima eſt ad noſtram primam concluſionem probandam, pro qua ſic ex illa argumentor. Qui ius Sepulchri, & dominium vſus eius habet, poteſt illud alteri inter viuos donare. Ergo omne illud ius, & dominium in eumdem, vel in alium titulo transferre legati. Antecedens patet: quia vti *in præludio huius Tractatus, num. 1.* diximus, dominium, eſt ius ſuper rem, ad omnem eius vſum ſublatis impedimentis. Sed per conſenſum Epiſcopi aufertur vnicum impedimentum prohibens donationem iuris Sepulchri. Ergo, qui hoc ius, & dominium vſus Sepulchri habet, illud alteri inter viuos donare poterit, de Epiſcopi conſenſu. Hunc enim ſupponit antecedens, ſicut exprimit concluſio. Conſequentia etiam patet: quia legatum, eſt quædam donatio à teſtatore facta, vti probat Abbas *ex inſtituta de Legatis*, & aſſerit Sebaſtianus Brant *in expoſitione tituli, ff. de Legatis*, dicens. eſt legatum, donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda: vnde ſolet dici:

O puer, hoc dictum tu credas eſſe legatum.
Quod ſi donatum, vel à teſtatore relictum.

CONCLVSIO II.

5 IVs, & dominium vtile Sepulchri Familiaris, legato acquiri non poteſt, & à teſtatore in Legatarium transferri.

Hæc concluſio fundatur, in differentia reperta inter Sepulchrum Hæreditarium, & Familiare. Quæ in hoc conſiſtit, quod Hæreditarium, ſine præiudicio eorum, qui ſunt de familia, liberè poteſt teſtator, tanquam partem hæreditatis propriæ, cuius eſt dominus, hæredi in teſtamento relinquere, aut Legatario, ſicut & quamlibet aliam rem ſuam; quod neutiquam facere poteſt de Sepulchro ab alio facto Familiari. Hæc enim diſpoſitio in præiudicium cederet parentelæ, ſi extra eam fieret inſtitutio, aut legatum: ſiquidem ex vi conſtructionis Sepulchri pro familia, præcisè, & abſque traditione, quilibet de agnatione ius in Sepulchro acquiſiuit, iuxta doctrinam *in præludio huius Tractatus traditam, numero 7.* quo, ſine iuſta cauſa, legitima, à nemine ſpoliari valet: ab eo maximè, qui Sepulchrum illud non conſtruxit.

Quæ quidem ratio magis eluceſcet, vrgebitque 6
amplius, in concluſione firmanda, ſi oſtenderim, neque Epiſcopum efficere poſſe, vt Sepulchrum de teſtatoris mandato conſtructum, pro certis perſonis tantum, verbi gratia pro Sacerdotibus tantum, pro Doctoribus tantum, & ſic de ſimilibus, (quod aſſerit Samuellius *in praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 7. concluſ. 9. & 15.*) pro aliis etiam deſeruiat, ſine iuſta, & legitima cauſa ſuperueniente. Vrgebit inquam amplius: quia Epiſcopus ampliori non gaudet poteſtate circa vltimas voluntates, cauſa iuſta deficiēte, quam quilibet alius Summo Pontifice inferior. Quod ſic oſtendo. Voluntas vltima teſtatoris impleri debet: & Epiſcopus tenetur illam defendere, & exequi, *cap. ſi hæredes*, & ibi Panormitanus Abbas, *num. 7. el 6. de Teſtamentis, cap. Ioannes*, vbi Auguſtin. Barboſa, cum aliis, *numero 1. el 19. eod. tit.* Ergo non poterit Epiſcopus, Sepulchrum de teſtatoris mandato conſtructum pro aliquibus, abſque iuſta, & legitima ſuperueniente cauſa, diſponere vt pro aliis deſeruiat.

Secundo. Quia iniuria fieret illis, pro quibus 7
fuerat conſtructum Sepulchrum, ſi cauſa deficiente legitima aliis deſeruiret. Sed Epiſcopus contra ius tertij iniquè, & nulliter procedit ſine iuſta cauſa diſpenſando. Ergo iſta deficiente, nequit Epiſcopus diſponere, vt pro aliis deſeruiat Sepulchrum, quàm pro his, ad quorum tumulationem, de teſtatoris mandato, illud fuerat conſtructum.

DISQVISITIO XI.

An Patronus Eccleſiæ, vel Capellæ, ſimul Eccleſiæ, aut Capellæ Patronatu, dominium vtile Sepulturæ acquirat, priuatiuè quoad alios?

BREVIARIVM.

Sepulchrum:

Ex Iure patronatus, quod quis acquirat in Eccleſia, aut Capella, ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, non acquirit ius Sepulchri priuatiuè, quoad alios n. 1. & 2.

Vt tamen ius illud Sepulchri acquirat, ſufficit tacita Epiſcopi licentia: & quando illa intelligatur adeſſe, declaratur. n. 2.

CONCLVSIO.

EX Iure patronatus, quod quis in Eccleſia, aut 1
Capella habet, ob eius fundationem, conſtructionem, aut dotationem, non cenſetur acquiſiuiſſe ius Sepulturæ, priuatiuè quoad alios.

Hanc

Hanc conclusionem tenent August. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. numero 9. pag. mihi 69. & num. 13.* ex Rota, *decis. 308. numero 2.* apud Farinacium, *part. 2. in posthumis, tomo 4. Recentiorum, num. 3. & 4. & in Toletana Capellaniæ, & Sepulturæ, 27. Iunij, de Anno 1616.* coram Vbaldo, & Lambertino, *de Iure patronatus, part. 1. lib. 1. quæst. 11. artic. 13.* Aloysius Riccius, *in praxi, part. 1. resolut. 39. num. 9.* quem, & Rotam *in Auenionens. concessionis Capellarum, 13. Ianuarij de Anno 1587.* coram Litta, recensèt, & sequitur Ioannes Baptista Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat. 1. §. 2. num. 25. pag. 14.* Franciscus Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuers. 4. conclus. 7. pag. 31. & controuers. 8. conclus. 5. pag. 41.* qui etiam allegat Rotam in Burgensi Sepulturæ, 9. Decembris, 1605. coram Ottembergo, & coram Lancellotto, 5. Maij, 1603. & in Pampilonensi Sepulturæ, 15. Decembris, 1606. coram Ludouisio, qui fuit in Summo Pontificatu Gregorius XV. appellatus, *decis. 283. & 1. part. diuersorum, decis. 222.* Innocentium, *in cap. 1. de Sepulturis*, Abbatem, *in cap. Certificari, eod. tit.* Archidiaconum, *in cap. de Pactis, lib. 6. & in Clementinam Dudum, §. Huiusmodi, de Sepulturis.* Genuensem, *in praxi, cap. 40. numero 17.* Gratianum, *part. 2. Disceptationum Forensium, cap. 240. fol. 38.* & alios.

2 Samuellij verba, *in dicta conclus. 7.* ista sunt. Ius Sepulturæ, minimè censetur acquisitum priuatiuè quoad alios, ex Iure patronatus, quod quis in Ecclesia habet. Hæc ibi. Et *in conclusione 5. citata*, ita fatur. Capella alicui concessa, etiam cum Iure patronatus, non intelligitur Ius concessum sepeliendi, nisi de eo mentio expressa sit; sed sufficit Domini Episcopi tacita licentia, quæ est intelligenda, quando scilicet Sepultura est in loco patenti, & Episcopus non contradicit: & præsertim, si dicta Capella, vbi est Sepultura, ab eo fuerit visitata. Hæc Doctor præfatus, cui prædictus consonat Ventriglia *loco citato*, dicens ex Rota, & ex Riccio, *vbi proximè*, quod concessa simpliciter Capella, non dicitur concessum Ius Sepulturæ. Et addit. Sed si Patronus in loco patenti dictæ Capellæ foderet Sepulturam, Episcopo non contradicente, præsumeretur licentia tacita. Hæc Ventriglia.

DISQVISITIO XII.

An dominium vtile, & Ius Sepulchri, priuilegio transferatur?

BREVIARIVM.

Sepulchrum.

Ius, & dominium vtile Sepulchri, quod familiare non sit, aut hereditarium, priuilegio acquiri potest. n. 1. & seqq.

CONCLVSIO.

1 PRiuilegio acquiri potest dominium vtile Sepulchri. Istam docet Franc. Maria Samuellius, *in sua praxi, de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuers. 5. conclus. 19. pag. 35.* cum Rocho de Curto, *de Iure patronatus, verbo. Ipse, vel is, à quo causam habuit, n. 23. & verbo in Ecclesiam, n. 13.* cum Lambertino, *eod. tract. lib. 1. q. 2. art. 3. part. 2.* & aliis.

Duas rationes tangit Samuellius, vt probet conclusionem cum eis. *Prima*, est fundata in similitudine, quam habet Ius Sepulturæ, cum Iure patronatus: nam multa (inquit) quæ procedunt cum Iure patronatus, etiam procedunt in Iure Sepulturæ. 2 Quibus verbis duo insinuat. *Primum*, Ius patronatus priuilegio acquiri posse? quod expressè docet Ferdinandus Castrus Palaus, *parte 2. operis Moralis, tract. 13. disputat. 2. punct. 2. numero 10.* cum Azorio, *institutionum Moral. part. 2. lib. 6. cap. 19. quæst. 12.* Et nemo id negare quibit, iure, & ratione ductus. Quia cum Papa liberam habeat in Beneficiis administrationem, potest hoc onus, ob Ecclesiæ bonum, aliquibus imponere Beneficiis, sicut imposuit fundantibus, construentibus, & dotantibus Ecclesias, honorem Patronorum, dicto oneri oppositum.

Ius patronatus acquiri potest priuilegio.

Papa, liberam habet administrationem in Beneficiis.

Quod si petas, An hoc priuilegium concedere etiam possit Episcopus? Respondeo, quod non, 3 cum eodem Palao *dicto num. 10.* post Panormitanum, *volum. 2. Consiliorum, consilio 106.* incipit. *Christi eiusque Matris præsidio, num. 4.* ibi: Præterea; in dicta diuisione fuit Ius patronatus concessum quibusdam Laicis, qui nec construxerunt; nec fundauerunt, nec dictam Capellam dotauerunt. Ergo eis tale Ius per Episcopum non potuit concedi, præsertim cum dicta Capella esset iam constructa, & dotata tempore concessionis dicti Iuris patronatus. Nec enim potest Episcopus rei sacræ, sine causa legitima, hanc seruitutem imponere, vt notat Glossa *in dict. cap. Piæ mentis, 16. quæst. 7.* & Ioannes An. *in cap. 1. de iureiurando*, & Innocentius *super Rubricam eiusdem tituli.* Facit, quod leg. & no. *in cap. Cum dilectus, de Consuetudine, & cap. 2. de iudiciis.* Hæc Abbas, quem præter Palaum, sequitur August. Barbosa, *de officio, & potest. Episcopi, parte 3. allegat. 70. num. 25. pag. mihi 191.* vbi ait Ius patronatus non posse competere ex concessione, & priuilegio Episcopi, *cap. 2. de Rebus Ecclesiæ non alienandis, lib. 6.* Rebuffus, *in praxi Beneficiorum, part. 3. Signaturæ, verbo Nec non Iuris patronatus, numero 3.* Nicol. Garcia, *de Beneficiis, part. 5. cap. 9. numero 28.* Viuianus, *in Praxi Iuris patronatus, part. 1. lib. 2. cap. 5. num. 22. in 2. editione*, quia non potest concedere sine Papæ authoritate, Ius patronatus super Ecclesia libera. Calderinus, *consil. vltimo, de Iure patronatus.* Nequit enim sine legitima causa, rei sacræ hanc imponere seruitutem.

Episcopus non potest alicui Ius patronatus concedere, qui nec fundauit, construxit, aut dotauit Ecclesiam, aut Capellã.

Nequit sine causa legitima, rei sacræ seruitutem imponere.

Secundum, quod Samuellius insinuat, in verbis 4 *suprà*, ex eo redditis, est, priuilegio etiam acquiri posse Ius, & dominium vtile Sepulchri: id enim sine dubio dicere voluit, dum dixit: nam multa, quæ procedunt in Iure patronatus, procedunt in Iure Sepulchri. Supponit dari Patronum ex priuilegio. Ex eoque infert, dari posse & Ius Sepulchri.

Secunda ratio à Samuellio, pro conclusione fun- 5 danda tacta est, quia Ius Sepulchri præscribi potest. Quæ certè ratio, optimè illam probat. Quia sicut à consuetudine ad priuilegium valet argumentum, *cap. Cum contingat, el 13. de Foro competente*, ibi: Nisi fortè, ij quibus delinquentes ipsi deseruiunt, *ex indulgentia, vel consuetudine* speciali, iurisdictionem huiusmodi valeant sibi vendicare: Vbi Bernardus, ait. Nota, quod *priuilegium, & consuetudo*

Ius Sepulchri potest præscribi.

Argumentum à consuetudine ad priuilegium, valet, & à priuilegio ad consuetudinem.

tudo derogant Iuri communi, & in criminibus. Item ſolus Epiſcopus cognoſcit de criminibus in diœceſi ſua commiſſis, de Iure communi, niſi *conſuetudo, vel priuilegium* ſit in contrarium, & in terminis docet Barboſa *tract. locorum communium argumentorum Iuris, ex eodem cap. Cum contingat*, & Flaminio Pariſio, *de Conſidentia beneficiali, quæſt.* 38. *numero* 17. dicens à Conſuetudine ad Priuilegium valet argumentum, quia per Conſuetudinem introduci poteſt, quicquid per Priuilegium concedi valet. Cardin. Tuſchus, *tom.* 2. *Practicarum concluſionum, Litt. C. concluſ.* 808. & è contra, valet à Priuilegio ad Conſuetudinem argumentum, quia quod poteſt Priuilegium, poteſt Conſuetudo, Oldradus, *conſilio* 146. *in fine*, & *conſil.* 172. *in principio.* Vtrumque Barboſa, *loco* 25. *numero* 2. & *loco* 88. *numero* 1. ita à præſcriptione ad priuilegium, valet argumentum. Præſcriptio enim, & conſuetudo æquiparantur, ita & valeat argumentum à Præſcriptione, ad Conſuetudinem, quia quicquid poteſt præſcribi, poteſt per Conſuetudinem induci. Barboſa, *vbi proximè, loco* 84. *numero* 1. cum Oldrado, *dicto conſil.* 172. *in principio*, incipit. *Quia omnes*, & cum Tuſcho, *eodem tomo* 1. *Litt. A. concluſ.* 507. *numero* 7. Optimè igitur concludit Samuellius, acquiri poſſe priuilegio, Ius Sepulchri, quia illud præſcribi poteſt.

Argumẽtum, à præſcriptione ad priuilegium, valet. Valet à priuilegio ad conſuetudinem.

Conſultò addidi in Summario: *quod Familiare non ſit, aut Hæreditarium.* Quia qui de Familia ſunt, vel Hæredes reſpectiuè, Ius habent in Sepulchris, quæ ſine aliquali ipſorum iniuria, & præiudicio, extraneo concedere nemo poteſt.

DISQVISITIO XIII.

An Dominium vtile Sepulchri, vendi poſſit, aut donari cum vniuerſitate bonorum?

BREVIARIVM.

Beneficia.

Qui Ius aliquod ad beneficium habet, ſimoniam committit, ſi pretio oblato, vexationem redimere intendit. 14. 16. 19.

Ius patronatus.

Per ſe vendi non poteſt Ius patronatus, abſque labe ſimoniæ. n. 5. 6. 7.

Si per ſe vendatur, Eccleſia remanet libera à Iure patronatus. n. 4.

Qui vendit per ſe Ius patronatus, ſi eſt particularis perſona, excommunicandus eſt: ſi autem Vniuerſitas, debet interdicto feriri. n. 4.

Quando dicatur vendi per ſe. n. 7.

Committitur etiam ſimonia, quando ſimul venditur cum rebus, quibus eſt annexum, ſi in emptione, mentio fiat de ipſo Iure patronatus, aut ſi vendi, vel emi intendatur. n. 11.

Item ſimoniaca eſt venditio ſi res venditur maiori pretio eo, quod annexum habeat Ius patronatus. n. 7.

Quando cum rebus, quibus eſt annexum Ius patronatus, ipſo expreſſo venditur, valet venditio quoad res ipſas ſolum. n. 13.

Licitè, & validè venditur cum vniuerſitate rei aut rerum, quibus eſt annexum. n. 3. 6. 7.

Actio ad Ius patronatus vendi non poteſt. n. 14.

Donari poteſt Ius patronatus cum vniuerſitate bonorum. n. 20.

Regula.

Vtile, non debet per inutile vitiari. n. 13.

Sepulchrum.

Ius, & dominium vtile Sepulchri vendi poteſt cum vniuerſitate bonorum. n. 1. & ſeqq.

Non poteſt vendi, per ſe abſque ſimonia. n. 5.

Si vendatur per ſe, venditor Iure, quod habebat in Sepulchro priuatur. n. 4.

Si res, cui Ius Sepulchri eſt annexum, maiori pretio vendatur ratione huius annexionis, ſimonia committetur. n. 7.

Actio ad Sepulchrum, ſine ſimoniæ labe, vendi non poteſt. n. 14.

Donari poteſt Ius Sepulchri cum vniuerſitate rei, aut rerum, quibus eſt annexum n. 20.

Simonia.

Quoties res maiori venditur pretio, eo quod ſacra ſit, ſimonia committitur. n. 7.

Qui actionem habet ad rem ſacram, v. g. ad Beneficium, ad Ius patronatus, ad Sepulchrum illam vendens, ſimoniam admittit. n. 14.

Qui dictam habet actionem, pretio redimens vexationem, ne ab illius conſequutione impediatur, ſimoniam committit. n. 14. 16. 18.

Vniuerſitas.

Vniuerſitas rei, vel bonorum, quomodo intelligatur. n. 7. 8.

Hæreditas, vniuerſitatem continet. n. 9.

Vniuerſitatem continent omnia alicuius bona. n. 10.

CONCLVSIO.

IVs, & dominium vtile Sepulchri vendi poteſt cum vniuerſitate bonorum. 1

Ita docent Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tractat.* 1. *diſputat.* 1. *controuerſ.* 4. *concluſ.* 12. *pag.* 32. qui allegat Genuenſem, *in Praxi, cap.* 109. *num.* 2. & Lambertinum, *de Iure patronatus, lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 10. *artic.* 3. Ac Rochus de Curte, *eod. tractat. verſic. in Eccleſia quæſt.* 6. & alij.

Et in ſimili de Iure patronatus, tenet concluſionem Auguſtinus Barboſa, *in cap. Ex litteris, numero* 5. *de Iure patronatus*, vbi cum pluribus, quos recenſet, docet Ius patronatus tranſire in emptorem vendita hæreditate, fundo, aut Palatio in quo illud exiſtit. *Et de Officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegatione* 71. *num.* 33. & 34. vbi in ſequentia prorumpit. 2

Quarto modo transfertur Ius patronatus de vno in alium per venditionem veræ vniuerſitatis, in qua ſit patronatus, vel cui inſeparabiliter adhæreat. *Cap. Ex litteris, de Iure patronatus*, Spinus *in Speculo teſtamentorum, gloſſa* 4. *num.* 111. Suarez, *lib.* 4. *de Simonia, cap.* 28. *numero* 12. *cum ſequentibus*, & *à numero* 18. Surdus, *de Alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 12. *numero* 27. & 28. Viuianus, *in Praxi, de Iure patronatus,* 3

tronatus, lib.4. cap.5. partis primæ. Menochius, *de Præsumptionibus lib.3. quæst.90. numero 25.* Couarruuias, *lib.1. Variarum, cap.13. numero 3. & 4.* Gregorius, *L.68. verbo Tal villa, tit.18. part.3.* Cenedus, *ad Decretales, collectanea 5.* Menochius, *consil.90. numero 118. & 125.* Molina, *de iustitia, tractat.2. disputat.620. numero 6.* Rota in vna Toletana Iuris præsentandi, secunda Iunij, 1612. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, apud Farinacium, *part.2. tom.1. decis.399.* Nicolaus Garcia, *dicto cap.9. (de Beneficiis* scilicet, *part.5.) numero 19.* Nam Ius patronatus vendi, seu alienari potest sub bonorum generalitate. Caldas Pereyra, *de Renouatione emphyteusis, quæst. 21. numero 53.* Suarez, *dicto cap.28. numero 12. & 17.* Ceuallus, *Communium contra communes, tom.4. quæst.897. à numero 559.* Hactenus Barbosa, *in præcitata allegatione,* qui *p.2.lib.2.de iure Ecclesiastico, cap.10.n.18.* etiam docet vendi posse Ius patronatus, modo iam dicto.

4 Consultò dictum est, posse vendi Ius patronatus: *cum vniuersitate bonorum*: & *sub bonorum generalitate*: & idem *de Iure Sepulchri*: quia de per se, neutrum vendi potest. Nam tunc (ait Barbosa, *dicta allegatione numero 35.*) iure suo priuatur, & Ecclesia remanet libera. *Cap. Quia Clerici*, & ibi Glossa, & Abbas, *numero 6. de Iure patronatus.* Et si personæ singulares vendiderint, excommunicari debent; si autem Vniuersitas, interdicenda est, ex Concilio Tridentino, *sess.25. in Decreto de Reformatione, cap 9. ad medium*, ibi. Nec dictum Ius patronatus, venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas sanctiones transferre præsumant; si secus fuerint, excommunicationis, & interdicti pœnis subiiciantur: & dicto Iure patronatus, ipso iure priuati existant.

5 Et meritò vtroque Iure priuatur venditor, Patronatus scilicet, & Sepulturæ, si per se illud vendat. Quia in huiusmodi venditione, simoniam committit, vti benè docent Azorius, *Institutionum Moralium, part.2. lib.6. cap.20. quæst.8. colum.mihi 745.* Antonius de Escobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract.6. examine 2. cap.2. numero 17. 23. & 25.* Eligius Bassæus, *tom.1. verbo Simonia III. numero 2.* cum D. Thom. *2.2. quæst.100. artic.4. ad 3.* Suarez, *de Religione, lib.4. cap.14. numero 17.* Sylueſtro, *in Summa, verbo Simonia, quæst.11.* Paulo Layman. *lib.4. tractat.10. cap.8. numero 37.* Aragone, *2.2. quæst.100. artic.4. ad 3.* & Syluio etiam *2.2. quæst. 100. art.4. conclus.2.* Hos allegat Doctores Bassæus, pro simonia contracta à venditore iuris Sepulchri. Pro contracta à venditore Iuris patronatus, recensèt Barbosa, *vbi proximè, numero 35. caput De Iure, el 16. de Iure patronatus*, Azorium, & Suarez *locis modo redditis*, Viuianum, *de Iure patronatus, part.1. lib.4. cap.5. numero 5.* & Rebuffum, *in Commentario ad L. Coniunctionem, 29. ff. de Verborum significatione, versic. Item si vendatur, pag.169. in principio.* Illos sequitur Barbosa, *loco citato*, qui *in dicto cap. De Iure, numero 5.* sic ait. Notatur ad hoc, quod pretium datum pro emendo Iure patronatus, nec emptor, nec venditor habere debet, sed Ecclesiæ tribuitur, cui ob simoniam illata fuit iniuria, vt per Zabarellam, & Panormitanum, *in præsenti*, Lambertinus, *lib.1. part.2. quæst. 5. artic.6.* Viuianum, *dicto lib.4. cap.5. numero 9.* Vide Abbatem, *num. sequenti.*

Pretium datū pro emendo Iure patronatus, ad Ecclesiam pertinet patronæam.

Quæ certè doctrina iam tradita, benè in omnibus consonat Abbati, *in dicto cap. De iure*: qui in primis docet, quod licet Ius patronatus transeat cum vniuersitate vendita, iuxta *caput Cum sæculum, el 13. eod. tit.* per se tamen vendi neutiquam potest. Disparitatis rationem reddit. Quia quando venditur vniuersitas, pretium pro re temporali constituitur, non autem pro Iure patronatus, quod accessoriè in tali venditione se habet: & si de eo principaliter ageretur, sicut de re temporali, cui est annexum, non illud transferret venditor in emptorem, vti notat Ioannes Andreas *in cap. Si Laicus, vnico, eodem tit. lib.6.* tunc enim pretium constitueretur pro ipso Iure patronatus quod spirituale est. In quo duplex considerat inconueniens Abbas. *Primum* quod æstimaretur Ius patronatus, res æstimabilis pretio. *Secundum*, quod committeretur simonia: quia sicut ista committitur in merè spirituali, ita in annexo, vt probatur *in cap. Quæsitum, de rerum permutatione, & in cap. Præterea, de Transactionibus.* Deinde docet, quod simonia ipso iure, contractum impedit, ex Glossa, *dicto in cap. De Iure, verbo Irritum.* Et denique, excitata quæstione, quis debeat habere pretium dictæ simoniacæ venditionis Iuris patronatus? Respondet: quod illud non pertineat ad emptorem, ex quo fuit in mala fide, & emit contra prohibitionem capituli, argumento *in L. Si fundum, Cod. de Euictionibus, in L. Quemadmodum, Cod. de Agricolis, & censitis, lib.11. & in cap. De hoc, de simonia.* Quod neque pertineat ad venditorem asserit: quia ex iactura emptoris locupletari non debet, vti habetur *cap. 48. de Regulis Iuris, libro 6.* per hæc verba. *Locupletari non debet aliquis, cum alterius iniuria, vel iactura.* Et concludit, quod illud pretium restitui debeat Ecclesiæ, cuius erat Patronus, qui ius illud vendidit, & cui facta fuit iniuria in illius venditione. Allegat Vincentium, *Canonem, Si quis in atrio 17. quæst.4.* dictum *cap. De hoc autem, el 11. de simonia* vbi Glossa, *verbo Restituant, & Authentic. de Sanctissimis Episcopis.* 6

Simonia committitur in spirituali annexo.

Simonia ipso iure irritat contractum.

Regula locupletari non debet, &c.

Etsi dicta sufficerent pro illustranda conclusione proposita, operæ pretium duxi pro maiori illius dilucidatione doctrinam Ioannis Azorij ex recensito loco reddere. Inquirit igitur ibi Doctor iste: Quomodo Ius patronatus vendi queat? & respondet sic. Respondeo in primis, per se vendi non posse absque simoniæ labe. Porrò tunc per se vendi videtur, vel quando venditur separatum, & diuisum à re, in qua constitutum est: vt si Patronus venderet ius, quod habet nominandi Clericum, absque fundo, agro, villa, vel possessione, in qua est Patronatus: vel quando quis Ius patronatus venderet vna cum ea re, sed plus pretij exigeret, & acciperet pro ea re, quia in ea hæreat Ius patronatus. Simoniæ enim crimen admittitur, cum quis vendit Calicem, vestem, aut rem aliam sacratam maiori pretio, ob id, quod sacrata sit; aut si vendat Sepulturæ locum ampliori pretio, ex eo, quod locus ille ius habeat Sepulturæ sacrum. Ius tamen Patronatus vendi potest cum vniuersitate rei, in qua est constitutum, videlicet cum villa, castro, hæreditate, dotali fundo, vel alia re, quæ non singula corpora, sed corporum vniuersitatem, *hoc est aliqua iura contineat*; dummodò nullum maius pretium pro ea re accipiatur, eo quod Ius patronatus, habeat. *Cap. Ex litteris, & cap. Cum sæculum de Iure patronatus.* 7

Dicitur

8 Dicitur Ius patronatus vendi cum vniuersitate rei, quia venditur cum tota ea re, in qua est vniuersitas. Vniuersitas verò in præsenti loco intelligitur, cum res aliqua non solum est particularis, sed continet in se non tantum corpora rerum, sed etiam Iura vniuersitatis. Abbas, *in cap. Ex litteris, de Iure patronatus, num.*10. *&* 11. Et cum ea res ex toto in emptorem transit, transferuntur etiam seruitutes, onera, iura, & actiones ad eam pertinentes. Patronatus enim, non cuicumque rei certæ inest, sed rei vniuersitatem bonorum habenti: velut villæ, Castro, Monasterio, Ecclesiæ, Conuentui, Seminario, Ciuitati, Prouinciæ. Hæc enim habent Iura vniuersitatis. Hactenus D. Azorius, qui immediatè subiungit, proponit, & soluit nonnulla dubia, scitu digna.

9 *Primum* est, An hæreditas contineat vniuersitatem? Cui respondet sic. Continet: quia hæreditas, est quid vniuersum. *L. Bonorum, 2. ff. de Verborum significatione. Et L. Hæreditas, ff. de Petitione hæreditatis.*

10 *Secundum*, An omnia bona alicuius, vniuersitatem contineant? Quod resoluit dicens. Innocentius, & Ioannes Andreas, *cap. Ex litteris, de Iure patronatus*, negant; & Abbas *in eo capite, num.*12. affirmat, & probat *ex L. Bonorum, 2. ff. de Verborum significatione.* Vbi Azorius approbat Abbatis placitum. Tum, quia in vltimo illud refert loco. Tum, quia pro illo probationem adducit, & nullam pro contrario recenset, nec insinuat quidem.

Opinionem illam approbat Doctor, quam in vltimo recenset loco.

11 *Tertium* tandem dubium est, An tutò res cum Patronatu vendatur, cum quis, ita vendit. Vendo tibi villam, aut vendo Castrum, & eius patronatus, quod in eo habeo: aut sic. Vendo tibi villam, aut Castrum cum omnibus, quæ in eis sunt seruitutibus, oneribus, & actionibus. Vel sic. Vendo tibi villam cum Iure patronatus ad eam pertinenti?

Resolutio est. Quidam negant, huiusmodi venditionem valere: quia tunc venditur etiam Ius patronatus. Quare isti volunt, solùm fas esse sic paciscì. Vendo tibi villam, aut Castrum Cornelianum.

Aliis verò videtur, tuta conscientia venditionem hanc fieri posse, dummodo venditor in animo non habeat vendere Ius patronatus. In foro tamen iudiciali venditio hæc, tanquam simoniæ labe infecta, irrita, & inanis censebitur. Nam venditor, ex suis verbis, Ius patronatus vendidisse crederetur.

12 Hæc omnia Ioannes Azorius. Ex quibus habemus, quid in similibus quæstionibus de venditione bonorum, quibus ius Sepulturæ inhæreat, respondendum sit. Ius enim patronatus, similitudinem habet, cum Iure Sepulturæ. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat.1. controuers.5. conclus.*19. Nam multa (inquit,) quæ procedunt cum Iure patronatus, etiam procedunt. cum Iure Sepulturæ. Plures ego ipse adduxi similitudines, *tract.4. disquisit.3. à num.*22.

13 Sed inquires. Vendit quis villam, aut rem suam, cui adhæret Ius patronatus, aut Sepulturæ dicens: Vendo tibi villam, & Ius patronatus Ecclesiæ illius, vel etiam Ius Sepulturæ, quod in illa habeo, eritne inualida venditio villæ, sicut Ius patronatus, aut Sepulturæ venditio? Et idem inquires de vendente domum, & Ius Sepulturæ, quæ illius ratione in Ecclesia habet.

Respondeo venditionem villæ, & domus valida esse, licet non valeat Iuris patronatus, & Sepulturæ venditio. Ita resoluit Aug. Barbosa, *dicta allegat.*71. *num.*36. cum Rebuffo, *in commentario ad Legem Coniunctionem, la* 29. *ff. de Verborum significatione, versic. Item si vendatur, pag.*169. *in principio.* Rocho de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipse, vel is, à quo, num.*52. & cum Viuiano, *in simili tract. part.*1. *lib.*4. *cap.*5. *num.*12. Et ratio, me iudice, duplex est. *Prima*, quia venditio villæ, aut domus, &c. etiamsi simul æquè principaliter cum iure vendatur spirituali, nullo iure decernitur nulla, sicut decernitur Iuris spiritualis venditio, siue seorsim, siue insimul, directè, seu æquè principaliter fiat. *Secunda*, quia venditio de per se rei, cui annexum est Ius illud spirituale, valida est seorsim facta. Ergo valida etiam erit si simul, & æquè principaliter cum Iure spirituali res illa vendatur. Patet consequentia: quia vtile, per inutile non vitiatur: ita decernente Bonifacio Papa Octauo, *cap.*38. *de Regulis Iuris lib.*6. illius verba reddo. Vtile, non debet per inutile vitiari. Vbi Ioannes Andreas, illius libri ordinarius Glossator, *verbo Vtile*, plura cumulat scitu dignissima.

Quod si iterum petas. Poteritne principaliter vendi actio ad Ius patronatus, ad Iusve Sepulturæ, quam quis habet, quamuis Ius ipsum vendi nequeat? Respondeo quod non, cum eodem Barbosa, *ibidem, num.*37. qui allegat Aloysium Riccium, *in Praxi rerum fori Ecclesiastici, resolut.*193. Et probatur à simili, de eo, qui habet actionem ad Beneficium, seu Ius ad illud de eo scilicet, qui electus, præsentatus, aut postulatus iam est, non autem confirmatus, institutus, vel qui collationem ei factam acceptauit. Huiusmodi enim non potest oblato pretio, vexationem redimere ab his, qui possunt obesse, & prodesse ad consequendum, vel non, Ius in re Beneficij, confirmationem scilicet, institutionem, aut collationem illius, vti benè Leonard. Lessius, *de Iustitia, & Iure, lib.*2. *cap.*35. *dubitat.*18. *num.*106. *ex cap. Matthæus, el* 23. *de Simonia*, cum communi Doctorum. Antonius de Escobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract. 6. examine 2. cap.* 4. *num.*30. Ibi. Ante ius acquisitum in beneficio, vel alia re spirituali, non licet redimere vexationem, quæ ius acquirendum impedit. Eligius Bassæus *tom.* 1. *verbo Simonia V. num.*5. Idem docet; dictum tamen limitando, eorum respectu tantum, qui non solùm obesse possunt, sed etiam prodesse ad ius acquirendum. Nam qui nondum (inquit) habet ius in re, potest oblato pretio redimere vexationem ab his, qui solùm possunt obesse (iniustè intelligo) siue vi, siue fraude obsint, siue muneribus, & precibus apud electores, vel collatorem. Allegat dictam Decretalem *Matthæus*, Franciscum Suarez, *tom.*1. *de Religione, lib.*4. *cap.* 50. *numero* 19. 20. *&* 28. ac Bonacinam, *de Simonia, disputat.* 1. *quæstione* 6. *puncto* 5. *num.*4.

14

Hæc Bassæi limitatio intellecta de vexatione iniusta, seu de facto facta, non autem de Iure consonat doctrinæ Glossæ *in dicto cap. Matthæus* provt illam intelligit ibi Abbas, *num.* 4. dicens Si ergo datur pecunia contradicentibus de facto, non committitur Simonia, secundùm Glossam. Et pro hoc facit, quia videretur electus potius redimere vexationem suam, quàm emere aliquid spirituale.

15

Ipse tamen Abbas, cum Innocentio absolutè docet, sicut

16

sicut Escobar, & alij Moderni Doctores docent, quod ante acquisitionem Iuris, nullam licet redimere vexationem, siue illa sit Iuris; siue facti; siue iusta, siue iniusta. Innocentius hîc tenet contrarium (inquit Abbas) dicens, quod ante confirmationem non debet dari pecunia, siue contradicat de Iure, siue de facto: argum. *in c. Significasti, suprà de Electione.* Et hoc dictum placet mihi: quia pro Iure quærendo non est licitum dare pecuniam etiam ad redimēdam vexationem; secus pro Iure quæsito, ad hoc quod notatur *in cap. Dilectus, infra eodem.* Nam videtur pecuniam dare, vt liberius possit consequi istud ius spirituale. Sed quando est iam ius consequutum, & vexatur in eo, tunc pecunia propriè datur pro vexatione: & nota hoc dictum Innocentij. Hæc Panormitanus. Vtraque sententia, satis probabilis est: & in praxi tuta.

Simonia non est redimere vexationem, quæpatitur circa spirituale consequutum.

17 Præter iam dicta docet Bassæus, *dicto numero 5.* ex D. Thom. 2.2. *quæst.* 100. *artic.* 2. Caietano, *in Summa, de Simonia, quæst.* 3. & Nauarro, *in Manuali, cap.* 23. *num.* 102. quod qui habet ius in re beneficij, per confirmationem, institutionem, vel liberam collationem, potest pretio redimere vexationem, si forte aliquis illum à possessione capienda impediat: quia possessio, secundùm se, non est quid spirituale, sed id habet ex titulo, cuius vi capitur: vnde non dat pretium pro re spirituali. Quæ certe doctrina, valde, ni fallor, consonat vltimæ propositioni, quam ex Abbate, *numero præcedenti* recensui.

Simoniam non committit, qui beneficium obtinuit, si, ne impediatur à possessione capienda, pretio redimat vexationem.

18 In materia Iuris patronatus, aduertit Barbosa in *capite Cum essem, num.* 3. *el* 12. *de Simonia*, cum Valerio Reginaldo, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.* 23. *numero* 267. *versic. Committo*, quod si illud litigiosum sit, non potest vlla ex partibus, citra Simoniam, cum Causidico pacisci, seipsum præsentaturum, vt causam sedulo, & cum diligentia agat. Et meritò quidem, quia pro Iure quærendo, iuxta sententiam, & verba. Abbatis non est licitum dare pecuniam, etiam ad redimendam vexationem: & consequenter pro præsentatione ad beneficium, peti non licet agentia, & solicitudo litis, quæ pecunia æstimabilis est.

Simoniam Committit Patronus litigiosus, pactum cum causidico faciens de illo præsentando, si sedulo, & diligenter causam agat.

19 Primæ conclusioni, eiusque probationi finem imponendo, recensere duxi, quod in præcitato *capite Matthei* habetur, quod quidam à maiori parte Capituli electus, cum pauci contradicerent; consensit, vt vni ex electoribus contradicentibus daretur pecunia vt quiesceret: ne scilicet se opponeret eius confirmationi. In quo casu, Papa iudicauit eum Simoniam commisisse, & beneficium dimittere debere. Et huius ratio supra est tacta, videlicet: quia quando datur aliquid ei, qui prodesse queit, censetur illum inducere ad non opponendum, quod Iure posset inducere, opponere, & ad præbendum consensum, & ita sibi viam sternere directè, & propriè ad dictum beneficium.

CONCLVSIO II.

20 DOminium vtile Sepulchri donatione, cum vniuersitate rei, de vno in alium transferri potest, consentiente tamen Episcopo.

Hæc conclusio, sicut & prima, locum habet in Sepulchro Hæreditario; non autem in Familiari, & pro agnatione acquisito, ob ea, quæ dixi *disquisit.* 3. *numero* 5. & sæpe alibi. Illam tenet Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 1. *controuers.* 5. *conclus.* 15. *pag.* 35. per hæc verba. Ius Sepulturæ, per donationem omnium bonorum transfertur licet donatum sit spirituale, donatio namque valebit, Domino Episcopo consentiente. Hæc ille. Pro qua, & sequentibus conclusionibus illius controuersiæ, allegat Rochum *de Iure patronatus, verbo Ipse, vel is à quo, num* 23. 30. 37. 65. 72. & 89. & *verbo In Ecclesia, num.* 13. & Lambertinum, *eodem tract. lib.* 1. *quæst.* 2. *artic.* 3. *parte* 2.

Et probatur conclusione à simili de Iure patronatus: hoc enim bene potest consentiente Episcopo donari, *capite Ex insinuatione el* 14. *de Iure patronatus*, & ibi Abbas, *num.* 5. ibi. In contrarium facit secundùm Ioannem Andream: quia remittere est idem quod donare, vt in *c. Veniens, de Testib.* si ergo Compatronus remittit ius suum (in casu scilicet illius capitis, *Ex insinuatione.*) Ergo illud donat, & per consequens debet interuenire consensus Episcopi. Hactenus Abbas Barbosa *ibidem, n.* 2. & *de Iure, & potest. Episcopi, allegat.* 71. *n.* 20. & vtrobique plures recenset pro nostra præmissa. Ergo idem poterit facere, qui dominium habet vtile Sepulchri, donare scilicet illud de consensu Episcopi. Et quidem, absque donatione rei alterius, cui annexum sit hoc ius, si similitudo in hoc etiam currere debeat, vt credo currere debere. In casu enim dictæ Decretalis *Ex insinuatione*, nihil amplius inuenio donatum, quàm Ius patronatus.

21 *Remittere, idem est, quod donare.*

DISQVISITIO XIV.

An Dominium vtile Sepulchri transferatur in locatione perpetua vniuersitatis bonorum, in concessione illorum in Feudum, Emphyteusim, & Pectam?

BREVIARIVM.

Beneficia.

Si Parochiani habent Ius patronatus, non possunt præsentare conductores domorum in Parochia existentium, sed illarum Domini, nisi aliud consuetudo ferat. n. 5.

Ius patronatus.

Transit tum vniuersitate bonorum, si specialiter non excipiatur. n. 2. & 6.
Transit in Feudatarium. n. 3. 5.
Transit etiam in Emphyteutam. n. 1. 5.

Locatio.

Dominium directum, aut vtile non transfertur in conductorem temporalem. n. 3. 6.
Transfertur tamen dominium vtile in locatione perpetua. n. 3.

Sepulchrum.

Dominium vtile Sepulchri Hæreditari transfertur in locatione perpetua vniuersitatis bonorum, & in concessione in Feudum, Emphyteusim, & Pectam. n. 1. & 4.

CONCLVSIO.

1 IN locatione perpetua vniuerſitatis bonorum, & in conceſſione illorum in Feudum, Emphyteuſim, & etiam in Pectam, cum eadem ſit omnium ratio, Ius, & dominium vtile Sepulchri Hæreditarij transfertur.

Hanc concluſionem tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 1. *controuerſ.* 5. *concluſ.* 16. *& controuer.* 6. *concl.* 4. *In primo* enim loco ſic ait, *pag.* 35. Ius Sepulturæ comprehenditur per locationem perpetuam vniuerſitatis. Et in poſteriori, *pag.* 36. in ſequentia prorumpit. Donato fundo, Sepulturæ Ius cenſetur in illo donatum eſſe, quando aliundè ad illud accedi nequit, ſicut etiam, data vniuerſitate bonorum in Feudum, etiam donatum intelligitur Ius Sepulturæ: & pari modo de conceſſione facta in Emphyteuſim. Allegat vtrobique Rochum de Curte, & Lambertinum, *in eodem tract. de Iure patronatus*, Rochum *pro concluſ.* 16. *in verbo Ipſe vel is à quo, num.* 23. 30. 37. 65. 72. *&* 89. *& in verbo In Eccleſia, num.* 13. & *pro concluſ.* 4. *in dicto verbo Ipſe, vel is, num.* 13. Lambertinum autem recenſet *pro concluſ.* 16. *lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 3. *& pro* 4. *in eiſdem lib. part. & quæſt. articulo* 1. *&* 7.

2 Idem in ſimili de Iure patronatus docent Gloſſa *in cap. Ex litteris, el* 7. *de Iure patronatus*, vbi etiam Panormitanus, *num.* 1. Azorius, *Inſtitutionum Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæſt.* 11. *&* 12. qui teſtatur de communi Doctorum, *in cap. Cum ſæculum.* Barboſa etiam, *de Offic. & Poteſtate Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 71. *num.* 4.

In lemmate *dicti capit. Ex litteris*, ſic lego. Ius patronatus conſiſtens in aliqua vniuerſitate temporalium, tranſit cum ipſa vniuerſitate, etiamſi vniuerſitas tranſeat quoad vtile dominium, niſi Ius patronatus ſpecificè ſit exceptum. Quod vtique lemmatis dictum, bene comprobat textus ipſe de locatione ad firmam (id eſt quoad dominium vtile, vti exponit infra Barboſa,) militi factam de Villa, cui annexum erat Ius patronatus. In formatione autem caſus ita ait Gloſſa. Nota, quod Ius patronatus tranſit cum vniuerſitate, niſi ſpecialiter excipiatur.

3 Azorius autem, licet *in quæſt.* 11. aſſerat non transferri Ius patronatus in locatione rei, cui illud inhærer, loquitur de locatione temporali, cum dicat conductorem dominium directum non acquirere, nec vtile: ex quo videtur aſſerere in locatione illud transferri perpetua, cum negari nequeat vtile dominium acquiri per illam. Quod ex dictis ab iſto Doctore *in quæſt.* 12. *immediatè ſequenti* illuſtratur. Sicut enim rei venditæ (inquit) dominium directum in emptorem tranſit, ſic vtile dominium in Feudatarium. Ergo patronatus (infert) Ius, quod eſt quoddam rei commodum, in Feudatarium transfertur.

4 Et *in cap.* 25. *quæſt* 18. *eiuſdem libri*, ſatis bene ſe explicat P. Azorius. Inquirit enim ibi: An penes conductorem ſit poteſtas Beneficia conferendi? Et reſpondet ſic. Conductorem accipimus eum, qui ad certum tempus conducit omnes annuos prouentus ad Epiſcopum pertinentes. Reſpondeo, minimè: quia non omnia Epiſcopi Iura conducit, ſed reditus annuos. Ita Selua, *de Beneficiis, part.* 2. *quæſt.* 9. Hæc Azorius. Expende verba: *ad certum tempus.* Expende etiam rationem. In locatione enim temporali, certi ſcilicet, & determinati temporis, vniuerſitas Iurium non transfertur. Non vtique tranſit res ex toto in conductorem, cum omnibus ſcilicet ſeruitutibus, oneribus, Iuribus, & actionibus ad eam pertinentibus: in quibus omnibus, collectiuè ſumptis, conſiſtit vniuerſitas, de qua in hac propoſitione: *Ius patronatus vendi poteſt validè, & licitè cum vniuerſitate rei, vel bonorum*: iuxta veram eiuſdem Azorij doctrinam, quam recenſui, *diſquiſit.* 13. *num.* 8. Cum igitur dominium vtile rei, tranſeat in Feudatarium, in Emphyteutam, & in locatorem perpetuum (non enim poteſt Dominus rei ſic locatæ, ea vnquam vti,) & Ius patronatus conſiſtens in vniuerſitate temporalium, tranſeat cum ipſa vniuerſitate, etiam ſi hæc ſolum quoad dominium vtile tranſeat, vti *num.* 2. Vidimus, dici debet, etiam in ſententia Ioannis Azorij, quod Ius patronatus, & Ius etiam Sepulchri transferatur in locatione perpetua vniuerſitatis rei, ſeu bonorum: cum vtrumque Ius, pars ſit dictæ vniuerſitatis.

Barboſa denique, *dicta allegatione* 71. *& num.* 4. 5
Expreſsè docet in Feudo, & in Emphyteuſi Ius patronatus transferri. Et allegat Ioſephum Ludouicum, *tom.* 3. *communium opinionum, tit. de Iure patronatus, concluſ. vnica, verſic. Acquiritur etiam, pag.* 534. *colum.* 2. Cenedum, *ad Decretales, collectanea* 5. *num.* 10. & Viuianum, *de Iure patronatus, parte* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. reſoluentem cum Panormitano, *in cap. Querelam, num.* 19. *de Electione*, quod ſi Parochiani debent præſentare, Parochum, eum non debent præſentare conductores domorum in Parochia exiſtentium, ſed Domini locatores, qui habent Ius patronatus ex præſumpta fundatione, conſtructione, ſeu dotatione; niſi conſuetudo ſit in contrarium.

Sic Viuiani reſolutionem recenſet Barboſa: quæ 6
certè dicto Azorij, *in dicta quæſt.* 11. conſonat, aſſerentis, non transferri locationis ratione Ius patronatus: locationis ſcilicet temporalis. Et quod iſta fuerit Auguſtini Barboſæ mens, ex eo conſtat, quod ipſe *in cap. Ex litteris, num.* 1. docet. Sic enim ait ibi. Ius patronatus tranſit cum vniuerſitate, niſi ſpecialiter excipiatur, etiamſi vniuerſitas detur conductori ad firmam: id eſt quoad vtile dominium. Hæc ille, *dicto capite, el* 7. *de Iure patronatus.*

DISQVSITIO XV.

An in donatione vniuerſali bonorum cauſa dotis, Ius Sepulchri transferatur?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

In donatione cauſa dotis bonorum, quibus annexum eſt Ius patronatus, Ius ipſum donatur. n. 1. & 2.

Ius Sepulchri.

Cum bonis, quibus annexum eſt Ius Sepulchri, cauſa dotis donatis, illud transfertur. n. 1. & 2.

CONCLV

CONCLVSIO.

IN donatione vniuerſali bonorum cauſa dotis facta, Ius Sepulchri illis annexum ſimul donatur, & transfertur.

Hanc tenet in terminis Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 5. concluſ.* 16. dicens: ac dos data cum bonorum vniuerſitate, tranſire facit Iura Sepulturæ. Allegat Rochum de Curte, *de Iure patronatus*, & Lambertinum, *in locis pro concluſione præcedentis diſquiſitionis recenſitis.* Et in ſimili de Iure patronatus illam tenet Auguſt. Barboſa, *in cap. Ex litteris, el 7. eod. tit.* cum Palatios, *in cap. Per tuas de Donationibus inter virum, & vxorem*, §. 43. & Bacca, *de Decima tutorum, cap. 23. num. 19. & tract. de non meliorandis filiabus, cap. 26. num. 1.* Ipſe Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 71. num* 38. dicens, procedere de Iuris patronatus tranſlatione, quando Villa, vel Caſtrum datur in dotem, & dictum Ius eſt villæ, aut Caſtro annexum. Et recenſet Tiraquellum, poſt leges connubiales, *gloſſa 9. num. 7.* Molinam, *de Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 3.* Menochium, *conſilio 66. num. 27.* Petrum Barboſam, *in L. Diuortio*, §. *Si vir, à num. 55. ff. ſoluto Matrimonio.* Perez, *in L. 1. tit. 6. lib. 1. Ordination. pag.* 144. Azeuedum, *L. 9. num. 4. tit. 6. lib. 1. nouæ recopilationis, & L. 7. num. 2. tit. 3. lib. 6.* Viuianum, *de Iure patronatus, part. 1. lib. 4. capite 7. num. 6.* Nicolaum Garcia, *de Beneficiis, part. 5. cap. 9. à num.* 149. Et Cardin. Manticam, *deciſ. Rotæ* 140.

Et ratio concluſionis eſt, quia Ius Sepulchri, ſicut & Ius patronatus, eſt acceſſorium rei, cui eſt annexum, & non poteſt illam non ſequi, niſi ſpecificè ſit exceptum, iuxta dicta *diſquiſ. 14. num. 2. & 6.* Et quia aliàs res non donaretur cum vniuerſitate, ſi quidem iſta conſiſtit in re ipſa cum omnibus ſeruitutibus, oneribus, Iuribus, & actionibus ad eam pertinentibus, vti eadem diximus diſquiſit. numero 4.

DISQVISITIO XVI.

An in publicatione bonorum, quibus Ius Sepulchri annexum eſt, hoc cum illis tranſferatur?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Probabile eſt Ius patronatus annexum rei publicatæ, ſeu confiſcatæ, cum eadem re tranſire in Fiſcum Eccleſiaſticum, & non in Laicum confiſcantem. n. 1. *Probabilius tamen eſt, tranſire etiam in Fiſcum Laicum.* n. 2. 3. & 4.

Sepulchrum.

Probabile eſt, Ius Sepulchri, rebus confiſcatis per laicum adhærens, cum ipſis rebus in Fiſcum non tranſire. n. 1. *Probabilius eſt, tranſire.* n. 2. 3. & 4.

CONCLVSIO I.

PRobabile eſt, quod in publicatione bonorum, 1
Ius Sepulchri, ſeu dominium vtile Sepulturæ eis adhærens, ad Fiſcum Eccleſiaſticum tranſeat, non verò ad Laicum.

Hanc concluſionem tenet in terminis Fran. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuer. 5. concluſ.* 17. *pagina* 35. abſolutè dicens. Ius Sepulturæ in publicatione omnium bonorum, tranſit ad Fiſcum Eccleſiaſticum; ſecus ad Laicum. Hæcille, qui allegat Rochum, *de Iure Iure patronatus, verbo Ipſe, velis à quo, quæſt. 13. num. 65.* & Lambertinum, *in ſimili tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. artic. 1. & 7.* qui tamen in terminis de Iure patronatus veniunt intelligendi, pro quibus adſunt apud Azorium *part. 2. lib. 6. cap. 20. quæſt. 14. verſic. Alij verò negant*, Gloſſa, *in Clementinam Paſtoralis, de ſententia, & re Iudicata.* Archidiaconus, *in Cano. Filiis, 16. quæſt. 7.* Antonius, & alij, *in cap. Cum Laici, de Iure patronatus.* Eandem ſententiam tenuit Rota in Lucana Iuris patronatus, 27. Aprilis, de Anno 1605. coram Coccino, la 232. Vbi allegatur altera in Agathenſ. Iuris patronatus, 4. Martij 1602. coram Pamphilio, & Imola, *in dictam Clementinam Paſtoralis, num. 70. & 71. & in cap. Quibusdam, num. 10. de Pœnis, & in cap. finale, num. 4. de Iure patronatus.*

Ratio huius ſententiæ eſt. Quia Ius patronatus, Eccleſiæ obtinetur authoritate, indulgentia, & gratia: rei coniungitur ſpirituali: & Canonum firmatur inſtitutione. Ergo Reſpublica, Princeps, Rex, vel illorum Fiſcus, aut Imperator quidem illud auferre, & ſibi aſumere non poteſt.

CONCLVSIO II.

PRobabilius eſt, in publicatione, ſeu confiſca- 2
tione bonorum, cui Ius patronatus adhæret, & Ius etiam Sepulturæ, vtrumque comprehendi, & ad Fiſcum tranſire confiſcantem, etiamſi iſte Laici Principis ſit, & non Eccleſiaſtici.

Hanc tenet Gloſſa, *in Canon. Filiis, verbo Propinquis, in fine, 16. quæſt. 7.* argumento ex *cap. ex Litteris, el 7. de Iure patronatus.* Abbas Panormitanus, *ibidem, numero 2. & in capite Cum Laici, numero 3. & 4. el 10. eod. tit.* Azorius, *dicta quæſt. 14.* cum Ioanne Andrea, & Cardinali, *in dicto cap. Cum Laici*, §. *Ipſe, vel is, numero 65.* Auguſtinus Barboſa, *in præcitato cap. Ex litteris, numero 9. de Officio etiam, & poteſtate Epiſcopi, parte 3. allegat. 71. numero 45.* pluribus, vt ſolet cumulatis Doctoribus, & Noguerol, *allegat. 36. numero 26.* cum Nicolao Garcia, *de Beneficiis, part. 5. cap. 9. numero 27.* Salgado, de Protectione Reg. p. 4. cap. 10. num. 107.

Libuit recenſere Nicolaum Tudeſchum, qui *in* 3
dicto cap. Cum Laici inquirit, An Iudex Sæcularis poſſit propter delictum priuare Patronum Laicum Iure patronatus? Et reſpondet. Satis putarem, quod per ſe non poſſit eum priuare, cum Ius patronatus teneat ab Eccleſia, & non à Principe Sæculari; ſed cum vniuerſitate bonorum, poterit. Et ideò, ſi pater commiſit crimen læſæ Maieſtatis, & ſic omnia bona confiſcantur, dico, quod tranſit Ius patronatus in Fiſcum, & non ad filios. Et ſic intellige Gloſſam notabilem, *in dictum cap. Filiis.* Hæc Abbas.

Huius concluſionis, & ſententiæ ratio eſt:

quia ſicut vnà cum vniuerſitate Ius patronatus transfertur donatione, legato, aut venditione in donatarium, legatarium, & emptorem, ſic etiam rebus Patroni, in Fiſcum tranſeuntibus, Patronatus, tranſire ipſo Iure creditur, cum non ſit minor ratio in hoc caſu, quàm in illis. Et idem Iuris eſt, ſi Ius patronatus in re aliqua certa inſtitutum ſit, & res illa, ob hæreſim, v. gr. aut ob crimen læſæ Maieſtatis humanæ, vel ob aliud publicetur delictum. ſic Azorius, *vbi ſupra*, & latius Barboſa, *in dicto cap. Ex litteris, num.* 2. cum hac tamen limitatione, vt rei illi ita inſeparabiliter Ius patronatus adhæreat, vt rem ipſam tanquam ſuum principalem ſequi debeat. Et apponit exemplum in fundo, in quo Eccleſia fuerat ædificata.

Quæ dicta ſunt de Iure patronatus, faciunt etiam pro concluſione, quoad Ius Sepulchri, propter ſimilitudinem, & identitatem rationis.

DISQVISITIO XVII.

An Sequeſter bonorum, quibus Ius Sepulchri eſt annexum, illo vti poſſit?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Sequeſter rerum, quibus annexum eſt Ius patronatus, eodem Iure vti poteſt ſicut poterat ipſe Patronus. n. 7. 8. 9. 10. 11.

Sepulchrum.

Sequeſter rerum, quibus adhæret Ius Sepulchri hæreditarij illo poteſt vti. n. 6.

Sequeſter, Sequeſtratio, Sequeſtrum.

Ille ſequeſter eſt apud quem res deponitur controuerſa, vt lite finita, victori reddatur. n. 1.

Duplex eſt Sequeſter, vnus neceſſarius, & alter voluntarius. n. 2.

Neceſſarius Sequeſter eſt, qui ponitur ex officio Iudicis, aut ad inſtantiam alterius ex partibus n. 2.

Voluntarius eſt, qui partibus conuenientibus ponitur. n. 2.

Sequeſter Voluntarius, non autem actor, aut reus rem depoſitam poſſidet. n. 4. 5

Sequeſter, ſi fructus rei depoſitæ ſeruari poſſunt, non poteſt, illos vendere, ſed in propria ſpecie debet victori litis reddere. n. 12.

Si fructus non poſſunt, aut non ſolent conſeruari, ſi ſtantes non ſunt, illorum æſtimationem debet Sequeſter litis Victori. n. 12.

Si Beneficium, aut Dignitas apud ſequeſtrem deponatur, æquum eſt, vt iſte ſit in ordine conſtitutus, quem Beneficium poſtulat, aut Dignitas. n. 10.

Sequeſter poteſt exercere omnia Iura Beneficio, Dignitati, Patrono, aut cuilibet alteri annexa, ſi aliàs capax ſit ad illud munus exequendum. n. 10.

Sequeſtratio eſt rei de qua agitur ſeparatio, vel poſſeſſionis interdictio. n. 4.

Sequeſtrum, eſt illud ſcriptum, quod de ſequeſtratione conficitur. n. 3.

PRO diſquiſitionis iſtus intelligentia, & eorum, quæ in ea dicenda ſunt, operæ pretium duxi aduertere cum Gloſſa *in Clem. Ad compeſcendas, vnica de Sequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum, in fine formationis caſus*, & Ioanne Azorio, *Inſtitutionum Moralium, part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *quæſt.* 17. quod Sequeſter in Iure dicitur is, apud quem pecunia, vel res controuerſa deponitur vt finita lite, victori reddatur. *L. Sequeſter, de verborum Significatione. L. Ei apud quem L. Propriè, & L. licet, ff. Depoſiti.* 1

Sequeſter autem duplex eſt: vnus dicitur *Voluntarius*: & eſt ille, qui à Iudice accedente: aut non accedente partium conſenſu, deligitur. Alter *Neceſſarius* nominatur: & eſt ille, qui Iudicis authoritate, & officio datur citra litigantium conſenſum. *L. Licet citata.* Vel vti Rota coram Coccino, *la* 478. *num.* 9. *Voluntarius* eſt, qui partibus conuenientibus ponitur, *Neceſſarius* verò, qui ponitur ex officio Iudicis, aut ad inſtantiam alterius ex partibus. 2

Sequeſtrum dicitur ſcriptum illud, quod de Sequeſtratione conficitur. Gloſſa., *in dict. Clement. Ad compeſcendas.* 3

Sequeſtratio tandem eſt rei de qua agitur ſeparatio, vel poſſeſſionis interdictio. Interim enim, quod res apud Sequeſtrem eſt, nec actor, nec reus poſſidet. Gloſſa, *in Clement. Ad compeſcendas citat.* ex *dicta Lege licet.* Quod verum eſt, ſi Sequeſter ſit voluntarius; ſecus ſi neceſſarius, vti decidit Rota coram præfato Ioanne Baptiſta Coccino, *deciſ.* 158. *num.* 2. *deciſ.* 243. *num.* 1. *& deciſ.* 478. *num.* 10. Ex aliis enim deciſionibus, & Doctoribus, in allegatis modo, reſoluit, per Sequeſtrum voluntarium poſſeſſionem perdi; non autem per neceſſarium: quia quod noſtrum eſt, à nobis, ſine facto noſtro, auferri non poteſt. 4

Dicta *in præcedenti numero*, adhuc indigent diſtinctione, qua Pax Iordanus *in volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 15. *de Sequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum, num.* 32. vtitur, deſumpta, ex Hoſtienſi, *in Summa*, §. 3. *eiuſdem tituli.* Ait enim, quod duo ſunt modi ſequeſtrandi. *Primò*, inquit, quando fit amittendæ poſſeſſionis cauſa: & tunc neuter litigantium poſſidet, ſed Sequeſter. *Secundò*, quando ſequeſtratur res, cuſtodiæ cauſa: & tunc poſſeſſio remanet penes poſſidentem, vt in Iuribus *ſuprà* 4. *alleg.* Hæc ille. 5

CONCLVSIO.

SEqueſtro facto bonorum, quibus annexum eſt Ius, & dominium vtile Sepulchri, hoc ſimul Sequeſtratum eſſe intelligitur, ita vt Sequeſter, ſeu depoſitarius, eo ipſo valeat vti, mortuos inferendo, tumulando; ſi tamen Sepulchrum Hæreditarium ſit. 6

Conſultò addo *ſi Hæreditarium ſit*: quia ſi Familiare, aliter dicendum erit. Hoc enim vti non poteſt Sequeſter, ſi de eadem familia non ſit, ſicut nec proprietarius ipſe bonorum inferre poterat non familiarem, vti non ſemel diximus, *diſquiſit.* 3. *à num.* 5. & alibi.

Concluſionem tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 1. *controuerſ.* 6 *concluſ.* 5. ibi: ac Depoſitarius Ius habet inferendi.

Et probatur à ſimili, de Iure patronatus: in cuius terminis Sequeſtro facto, poteſt Sequeſter, ſeu Depoſitarius dicto Iure vti. Gloſſa *in Clementinam* 7

tinam Ad compescendas, vnica de Sequestratione, verbo Beneficium, vbi Abbas, *num.*7. dicens. Nota hîc text. iuncta Glossa, *in verbo Beneficium*, casum singularem, quem nescio alibi ita clarum, in quo sequestrantur nedum fructus Beneficij, sed ipsum Beneficium, & *Iura Beneficij, & Beneficiati exercet sequester*, etiamsi Beneficium sit Curatum, vt hîc. eadem ferè dixerat Glossator, qui se refert ad scripta à seipso, *in cap. Examinata de Iudiciis.* Azorius, *Institutionum Moral.part.*2 *lib.*6.*cap.*25. *quæst.*17. cum Innocentio, *in dicto, cap.Examinata*, Ioanne Liguano, Cardinale, & Paulo, in *dictam Clementinam*, Felino, & Dominico. Aug. Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.*3.*allegat.*71.*num.*39. & *in eandem Clementinam, num.*23.& 24. cum Felino, *in cap.Examina, num.*10.& *in cap.Cum Bertholdus, num.*30.*de Re iudicata*, Hieronymo Gigas, *de Pensionibus, quæst.*72. *num.*3. Rocho à Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipse, vel is, num.*71. Coraſſio, *lib.*3. *Miscelan.cap.*2.*num.*16. & *in Paraphrasi Sacerdotum, part.*2.*cap.*6. *à num.*2. Rebuffo, *in tract. Nominat.quæst.*14 *num.*76. Gutierrez, *de Tutelis, par.*3. *cap* 7. *num.*18. Doctore Sahagun, *in cap.fin. de Sequestratione possessionis, à num.*56. & Valerio Reginaldo, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib.*30. *tract.*4. *num.*245.

8 Et *dicto num.*24. hoc deducit Barbosa corollarium. Vnde fit (inquit,) quod cum persona illa apud quam Beneficium sequestratur ipsum possideat, & debitam, plenamque de eo curam habere debeat, vt textus habet, rectè fit, quod si tale Beneficium fuerit Episcopatus, vel alia dignitas, ad quam pertineat Beneficia conferre, eligere, vel præsentare, consequenter hæc omnia, pendente lite, facere poterit, vt ex hoc textu deducunt Cardinalis, *num* 9. *hîc.* Innocentius, *in cap.Examinata, de Iudiciis*, vbi etiam Imola, *num.*11. Felinus, *in cap. Cum Bertholdus, num.*29. *cum sequentibus, de Re iudicata*, Coraſſius, *lib.*3. *Misell. cap.*2. *n.*16. Post alios Cenedo, *Practicarum, & Canonicarum quæstionum, lib.*1. *quæst.*10. *num.* 3. Nicolaus Garcia, *de Beneficiis, part.*5.*cap.*6. *à principio.* Hactenus Barbosa, qui in eadem fuit sententia, *in cap. Ex Litteris, num.*8. *illatione* 6. *&* 7. *de Iure patronatus.*

9 Huc spectat doctrina Pacis Iordani, *volum.*3. *de Re Iudiciali, lib.*14.*tit.*15.*num.*19. dicentis. Item ad sequestratarium spectat Ius eligendi, & *præsentandi*, & alia faciendi, quæ numerantur inter fructus possessionis, vt fuit notatum *in titulo, de Iure patronatus.* Hæc tamen (addit) præstabit, non suo nomine proprio sed Officij sui, vel beneficij: & habebitur perinde ac si fuisset electus, vel præsentatus per illum, qui finaliter obtinebit: quod dicit notandum Vitalinus *suprà.* Scilicet *in Clementinam Ad Compescendas*, 1. *&* vnicam *de Sequestratione possessionis, n.*69.

10 Dicta tamen intelligenda sunt cum distributione accommoda, ita vt sequester, illa tantum Iura beneficij exercere valeat, quorum ipse capax aliàs sit. Quare Glossa *in modò allegatam Clementinam, verbo Idoneam*, & Abbas, ibi, *n.*11. dicunt, æquum esse, sequestrationem fieri existenti in ordine, quem beneficium requirit, *cap.Nemo deinceps, de Electione, cap.Cum ex eo, eodem tit. in* 6. *&* cap. *Beneficium, de Regularibus eod. lib.* Vnde benè aduertit Azorius, *dicta quæst.*19. *in fine*, sententiam suam asserentem sequestrum beneficia posse conferre, intelligi debere quando sequester est Clericus. Nam in Laicum (inquit) Ius beneficia conferendi minimè cadit. Cum quo tamen stat, quod si Laicus sequester aliundè habet, ad illa conferenda, facultatem, ex Apostolico priuilegio, benè illa conferre quibit. Qui autem illo caret, non poterit beneficia conferre: poterit tamen ad illa præsentare ratione Iuris patronatus, quod administrat.

Dicta probatur sententia. Quia sequester omnia 11
Iura, quæ ad beneficium spectant obire, & exequi potest, vti Glossa, & Abbas *in dictam Clementinam Ad compescendas*, Azorius, Barbosa, *in locis citatis*, & Pax Iordanus. Et licet Ius in beneficio non habeat, fructus tamen eius colligere potest, inter quos computantur collatio, electio, & præsentatio. Azorius cum Glossa, *in cap.Cum olim, de Maioritate, & obedientia*, Iordanus, *vbi proximè.* Administrationemque habet, etiam in his, quæ spiritualia sunt. Glossa, & Abbas, *in præfatam Clementinam*, & Azorius.

Nec obstat, quod fructus rei sequestræ, debeant 12
victori causæ restitui, ita decernente Clemente Papa Quinto, *in eadem Clementina* sæpè allegata. Vbi Glossa *verbo Restituat*, Azorius, & alij.

Non inquam obstat: quia obligatio huiusmodi, solum habet locum respectu fructuum, qui seruari possunt, & solent, vti benè Abbas, *num.*14. post Glossam, *verbo Fructibus*, dicentem vel ipsorum æstimatione, si fructus non extant, facit de transactionibus, *Veniens, in fine.* Cuius dictum exponens Panormitanus, ita fatur. Quod indubiè procedit, quando fructus non poterant conseruari: quia tunc illos vendere debet, & pecuniam apud se retinere, vt *in Lege Quemadmodum, aliàs litibus, Cod. de Agricolis, & censitis, lib.*11. Si autem poterant conseruari, non videtur, quod sit licitum sequestro illos vendere. Hæc Abbas.

DISQVISITIO XVIII.

An Curator bonorum iacentium, Iure Sepulchri hæreditarij illis annexi vti possit mortuos inferendo?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Curator bonorum iacentium, vti potest Iure patronatus illis adharente. n.3.

Sepulchrum.

Sepulchro Hæreditario vti potest curator, mortuos inferendo, & prohibendo ne cadauer vllum sepeliatur in illo, ipso curatore, aut tutore inuito. n.1.

CONCLVSIO.

CVrator quilibet, & Tutor, sub cuius cura 1
sunt bona, quibus annexum sit Ius, & dominium Sepulchri Hæreditarij, illo vti possunt, tam mortuos inferendo, quàm impediendo, ne in illo tumulentur, ipso Curatore, aut Tutore inuito.

Notanter procedit disquisitio, & eius resolutio, 2
de Sepulchro Hæreditario, & non de Familiari: quia in Familiari Sepulchro, nemo, qui non sit de Familia, pro qua constructum est, & acquisitum, potest humari: nec prohiberi potest, ne in illo sepeliatur

liatur quilibet de Familia. Omnis enim de parentela, Ius habet in Sepulchro, priuatiuè quoad omnes alios, qui de cognatione eadem non sint, vti diximus. Vnde nullus Curator, aut Tutor inferre quibit eum, qui de Familia non sit, nec poterit prohibere, ne Familiaris tumuletur.

Ratio autem concluſionis eſt, Quia ſi huiuſmodi bonis Pupilli, aut Minoris, ſub cura Tutoris, vel Curatoris exiſtentibus, Ius patronatus ſit annexum, & illis adhæreat, benè illo poterit vti Curator, vel Tutor præſentando ad beneficia dicti Patronatus, Auguſt. Barboſa, *in cap. Ex Litteris, num. 6. el 7. de Iure patronatus*, cum Aloyſio Riccio, *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, part. 1. deciſ. 11.* & Campanile, *in Diuerſorio Iuris Canonici, Rubrica 11. cap. 13. n. 360. in medio.* Cum Federico etiam de Senis, *conſilio 212. in 1. dub.* Lambertino, *de Iure patronatus, lib. 2. part. 1. quæſt. 2. artic. 10.* & cum Rota in Foroliuien. Iuris patronatus, 25 *Octobris, de Anno 1599. & 15. Maij, de Anno 1600.* coram Cardinali Lancellotto, quibus addo Aymo. *conſil. 76. num 2.* Rochum de Curte, *de Iure patronatus*, quos, & Rotam, *in deciſ. 6. de Iure patronatus in antiquis* recenſet, & ſequitur eadem Sacra Rota in Terdonen. Iuris patronatus, *6. Aprilis, de Anno 1609.* coram Ioanne Baptiſta Coccino, *la 464. num. 10.* Et addit Barboſa ſufficere, quod communiter Tutor reputetur, etiamſi eſſet minùs legitimus. Pro quo adducit Socinum, *conſilio 153. num. 3 lib. 2.* Caputaquen. *deciſ. 323. in fine, part. 3.* Cardinalem Lancellottum *in modo allegatis Deciſionibus*, Rotam in alia Segobienſi Capellaniæ, *13. Ianuarij 1623.* coram Vbaldo. Ergo à ſimili, ſi bona Pupilli, aut Minoris, ſeu iacentia denique, annexum habeant Ius Sepulchri, poterunt Curator, & Tutor illo benè vti, mortuos inferendo, & impediendo, ne aliquis tumuletur ipſis inutilis, ſi Sepulchrum Hæreditarium ſit.

Et quidem hoc argumentum efficax, & validum eſt. Quia Ius Sepulchri, & Ius patronatus æquiparantur. Ab æquiparatis autem valet argumentum, vti benè docet Auguſt. Barboſa *tractatu locorum communium argumentorum Iuris, loco 6. ex L. Stichus, ff. de Manumiſſis teſtamento.* Cephalo, *conſil. 210. num. 42. & conſil. 537. num. 19.* Laurentio de Pinu, *conſil. 66. numer. 6. & conſ. 136. num. 6.* Socino iuniore, *conſil. 71. num. 2. & conſil. 122 n. 18. volum. 3.* Menochio, *conſil. 32. num. 17.* Surdo, *de Alimentis, tit. 9. quæſt. 1. num. 9. & conſil. 393. n. 36.* Gratiano, *Diſceptationum forenſium, cap. 298. n. 70.* Valenzuela, *conſil. 124. num. 16. tom. 2.* & ex aliis plurimis.

Et merito quidem: quia æquiparatorum, eadem eſt diſpoſitio. Idem Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate 14. n. 1. ex l. 1. ff. de Latis, 1.* Gloſſa, *in L. Si quis ſeruo, Cod. de Furtis, & in cap. Si poſtquam, § fin. de Electione, in 6.* Ioanne Anania, *conſil. 27. incipit, Viſo caſu, numer. 3.* Alexandro, *conſil. 17. Viſis, num. 3. lib. 3.* Et quia æquiparatorum, idem eſt iudicium: ideò regulariter, de vno æquiparatorum, fit extenſio ad aliud. Ipſe Barboſa, *eodem axiomate, num. 2.* cum Bartolo, & Doctoribus, *in L. 1. ff. de Legatis 1.* Curtio Iuniore, *conſ. 124. num. 7.* Gabriele, *conſ. 21. n. 37. & ſeq. lib. 1.* & cum quàm plurimis aliis.

DISQVISITIO XIX.

An vſufructuarius bonorum, quibus Ius Sepulturæ adhæret Hæreditariæ, illo vti queat?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Vſufructuarius bonorum, quibus eſt annexum Ius patronatus, illo poteſt vti. n. 1.

Ius Sepulchri.

Qui habent vſumfructum bonorum, quibus adhæret Ius Sepulchri, iſto vti poſſunt Iure. n. 1.

CONCLVSIO.

IVre, & dominio vtili Sepulchri vti poteſt, qui vſumfructum habet rerum, quibus illud annexum reperitur. 1

Ratio huius concluſionis eſt: quia huiuſmodi vſufructuarius, Ius acquirit patronatus bonis adhærens, quorum vſumfructum habet, vti docet Auguſt. Barboſa, *in cap. Ex Litteris, num. 7. el 7. de Iure patronatus, & de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 71. n. 40.* cum Rocho de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipſe, vel is, à quo, quæſt. 28. à num. 62.* Lambertino, *eodem tractatu, lib. 1. par. 2. quæſt. 9. artic. 3.* Viuiano, *in ſimili tract part. 1 lib. 4. cap. 7. num. 6.* Camillo Borello, *in Summa omnium deciſionum, tit. 33. num. 239.* Molina, *de Primogeni. lib. 1. cap. 24. num. 3.* Spino, *in Speculo teſtamentorum, gloſſa 4. num. 13.* Menochio, *conſil. 66. n. 26.* Cenedo, *ad Decretales, collectanea 5. n. 5.* Aloyſio Riccio, *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, part. 1. deciſ. 23.* & cum Campanile, *in Diuerſorio Iuris Canonici, rubrica 11. cap. 13. num. 362.* Ergo acquirit etiam Ius, & dominium vtile Sepulchri Hæreditarij annexum bonis, quorum habet vſumfructum, & illo vti poterit tam mortuos inferendo, quàm impediendo, ne aliquod in eo tumuletur cadauer, ipſo contradicente, aut inuito. Conſequentia, patet à ſimili, & à rationis identitate.

DISQVISITIO XX.

An Ius, & dominium vtile Sepulchri præſcriptione poſſit acquiri?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Præſcriptis bonis, quibus Ius patronatus adhæret, ipſum etiam præſcribitur Ius. n. 5. 6.

Vno effectu Iuris patronatus præſcripto, alij non intelliguntur præſcripti. n. 6.

Ad præſcribendum Ius patronatus, neceſſaria eſt poſſeſſio quadragenaria ex actu continuato, bona

Fides

Fides præſcribentis, ſcientia, & patientia domini contra quem præſcribitur. n. 3. 6.

Præſcriptio.

Cum aliquali titulo, bona Fide, & poſſeſſione quadragenaria præſcribitur. n. 2. 3.

Sufficit ad præſcriptionem titulus inualidus, & putatiuus. n. 2.

Præſcribitur poſſeſſione immemorabili, abſque omni titulo. n. 2.

Immemorabilis poſſeſſio, eſt præcipua præſcriptionis cauſa. n 3. 4.

Sepulchrum.

Ius, & dominium vtile Sepulchri, acquiritur præſcriptione, ad præſcriptionem bonorum, quibus illud annexum eſt. n. 1. 4.

CONCLVSIO.

1 QVi bona præſcriptione acquirit, quibus eſt annexum Ius, & dominium vtile Sepulchri, ſimul acquirit ipſum Sepulchri Ius.

Hanc tenet concluſionem Samuëllius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 1. controuerſ. 5. concl. 5.* Vbi ait, Sepulchrorum dominium nequit præſcribi (ſcilicet quoad proprietatem) ſed duntaxat inferendorum cadauerum. *Et concluſ. 19.* dicens. Et Ius funerandi præſcribi valet. Et licet addat: ſecus verò eſt aſſerendum, cuius memoria non exiſtit: contrarius non ſibi, & nobis eſt, vt prima apparet facie, ex appoſitione dictionum *ſecus*, videlicet & *non*. Incuria enim Typographi dictionem *non*, additam fuiſſe, in dubium mihi eſt.

2 Ducor, quia ſi aliquid præſcribi queit, maximè illud, cuius non exiſtit memoria in contrarium: propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis. Poſſeſſione enim quadragenaria præſcribitur cum aliquali titulo, contra Ius commune: non enim requiritur, quod titulus iuſtus ſit, vel talis, qui dominium tribuat, vt docet Gloſſa, *in cap. Epiſcopum, verbo Cauſam, el 1. de Præſcriptionibus, lib. 6.* Et ſine vllo titulo præſcribitur immemorabili poſſeſſione, ſic Bonifacio Papa Octauo decernente, *in dicto cap. Epiſcopum* per hæc, quæ ſequuntur verba. Vbi tamen eſt Ius commune contrarium, vel habetur præſumptio contra ipſum, bona Fides non ſufficit, ſed eſt neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi. Niſi tanti temporis allegetur præſcriptio, cuius contrarij memoria non exiſtat.

3 Quocirca Rota, in Valentina Parochialis de Palma, 2. Iunij, de Anno 1606. coram Coccino, inter eius impreſſas, *la 295. pag. mihi 430* ſic *num. 2.* ait. Rota cenſuit, affirmatiuè reſpondendum: quia adeſt poſſeſſio quadragenaria cum titulo, & bona Fide, quæ ceſſante immemorabili, ſufficit ad præſcribendum in iis quæ ſunt contra Ius. *Capite 1.* Iuncta Gloſſa, *in verbo Legitimè, de Præſcriptionibus in 6.* Et in terminis Vnionis Philip. de Peruſio, *in conſilio*, quod eſt inter conſilia Fel. 2. *numer. 1 2. & 3.* Rebuffus, *in Praxi, tit. de Vnione, num. 35. & in fine.* Et fuit late deductum coram me, in cauſa Feltren. Præbendæ, 6. Iunij, Anni præteriti. Qui titulus licet inualidus, & putatiuus, ſufficit. *L. Celſus*, vbi Gloſſa, & Doctores *ff. de Vſucapionibus*, Gloſſa, *in cap. de Quarta, de Præſcriptionibus*, Rebuff. *in loco allegato.* Bona Fides verò ſufficit, quod allegetur, quia præſumitur. Bartolus, *in dicta L. Celſus, num. 17.*

4 Hactenus S. Rota in dicta coram Coccino deciſione: in qua adnotanda veniunt verba illa: quæ ceſſante immemorabili, ſufficit, &c. Ibi enim, pro principaliori præſcribendi cauſa, immemorabilis aſſignatur poſſeſſio. Si ergo Samuëllius pro Iuris Sepulchri acquiſitione, præſcriptionem ſufficere aſſerit, immemorabilem, ſeu cuius memoria non exiſtit, &c. neutiquam excludit, immo potius includit, implicat.

In ſimili de Iure patronatus tenet concluſionem Auguſt. Barboſa, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part. 3. allegat. 71. num. 42.* cum Felino, *in dicto cap. Cauſam, num. 8. de Præſcriptionibus*, & cum Rocho de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipſe, vel is, à quo, num. 81. pag. mihi 425.* aſſerens, in præſcriptione vniuerſitatis bonorum, cui annexum eſt Ius patronatus, hoc ipſum Ius illi adhærens, ſimul præſcribi. 5

Aduertit tamen Barboſa, quod præſcripto vno fructu Iuris patronatus, v. gr. præſentationis, vel alterius honoris, vtilitatis, vel oneris, non intelliguntur præſcripti alij fructus, quibus præſcribens non eſt vſus, & allegat Lambertinum, *de Iure patronatus, lib. 1. part. 2. quæſt. 11. artic. 4.* & Viuianum, *in ſimili, ſeu eodem tract. part. 1. lib. 4. cap. 8. num. 3.* dicentem quod ad hoc, vt præſcribatur Ius patronatus, requiritur tempus quadraginta annorum ex actu continuato, & quod præſcribens ſit in bona Fide, cum ſcientia, & patientia Domini, contra quem præſcribitur. 6

Aliud ego aduertere operæ pretium duxi, non quidem minus vtile, pro praxi Iuris patronatus: hoc illud ſit, quod non quælibet frequentatio actuum præſentandi ad Beneficia ſimplicia, aut Curata, etiam per ſpatium quadraginta annorum, aut per immemorabile quidem, ſufficit ad præſcribendum Ius patronatus, & ad illud acquirendum, ſi præſentationes factæ fuerint per viam petitionis, & admiſſæ ab eo ad quem ſpectat conferre, aut inſtituere, ad preces, & ſupplicationem præſentantium. Non enim probatur ex illis, eſto plures admodum ſint, aliqua eorum quaſi poſſeſſio præſentandi, ſed ſolum quædam honorantia, & prærogatiua proponendi Beneficiarium ſimplicem, aut Curatum, vel eius Vicarium gratum, & beneuolum, quæ certè non conſtituit in aliqua quaſi poſſeſſione, nec attribuit aliquod Ius coactiuum, & obligatorium, vti in ſpecie decidit S. Rota, *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella* ad fauorem Abbatis, & Conuentus Hyrachenſis, 3. *Iunij, de Anno 1643. coram R. P. D. Cerro*, citatis Geminiano, *conſil. 45. num. 4.* Decio, *conſil. 134 num. 3. verſic. Poſtremo*, Ferreto, *conſil. 33. num. 4. & conſil. 212. num. etiam 4.* Rocho de Curte, *de Iure paoronatus, verbo Competens, num. 60.* & Gonzalez, *ſuper Regulam 8. Cancel. gloſſ. 18. num. 90. Et in eadem cauſa. 26. Maij, de Anno 1653. coram R. P. D. Meltio*, in qua præter præcedentem deciſionem D. Cerri, allegatur Rota *coram Caualerio, deciſ. 419. num. 3. verſic. Et licet. Archidiaconus, in cap. Hortamur, 71. diſtinct.* & Abbas *in cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum, & in cap. Venerabilis, de Exceptionibus.* 7

Iuris patronatus poſſeſſio, nullis præſentationum actibus acquiritur ſi per viam petitionis illi fiant.

Probaretur autem dicta quaſi poſſeſſio, ſi quis, per publicas ſcripturas, expreſsè declarantes Ius patronatus talis Eccleſiæ ſibi competere tali vtens Iure, ad tale beneficium vacans ob obitum N. vltimi illius poſſeſſoris, vel ob talem, aut talem cauſam, præſentet N. Clericum, vt ad illud neceſſariò recipiatur, & ei titulus conferatur, Canonicè inſtituatur. Si enim ſic factæ ſunt præſentationes à bonam Fidem habente, & effectum ſuum ſortitæ ſunt, per admiſſionem eius ad quem titulum confirmare incumbit, 8

Iuris patronatus quaſi poſſeſſio, per ſcripturas probatur publicas,

incumbit, ſcientis tamen, & patientis, veram, & propriam acquiſiuit præſentans, quaſi poſſeſſionem coactiuam vnius ſaltem effectus Iuris patronatus, præſcribendi ſcilicet ad beneficium.

9 *Per publicas ſcripturas*, dixi, *& effectum ſuum ſortitæ ſunt*, addidi, ob diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.25. in Decreto de Reformatione, cap.9.* incipit, *Sicuti Legitima*, ſic vt ſequitur decernentis. In iis verò perſonis, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id Ius plerumque ex vſurpatione, potius quæſitum præſumi ſolet, plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur; nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorum ſpatio, *quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur.* Hactenus Conciliare Decretum: ex quo venit obſeruandum, nullatenus poſſe Vniuerſitatem aliquam Ciuitatis, Villæ, aut alterius quidem particularis, & exigui loci, per immemorabilem ſolam probare, Ius patronatus alicuius Eccleſiæ poſſidere, niſi ſimul oſtendat præſentationes à ſe factas ſpatio quinquaginta annorum, quæ ſortitæ ſint effectum: & continuatè quidem, ita vt à Iure patronatus prætenſo cadat, ſi per authentica inſtrumenta de continuata quinquagenaria poſſeſſione præſentandi non doceatur.

Vniuerſitas nulla poteſt Ius patronatus, per ſolam immemorabilem probari, ſed addere debet præſentationes factas, per 50. annos, de quibus per publicas ſcripturas conſtet.

DISQVISITIO XXI.

An bonorum Poſſeſſor, ſuccedat in Iure Sepulchri, quod eſt illis annexum?

BREVIARIVM.

Ius patronatus.

Poſſeſſor bonorum, quibus Ius adhæret patronatus, in illud ſuccedit. n.2.

Sepulchrum.

In Ius Sepulchri ſuccedit poſſeſſor bonorum, quibus illud reperitur annexum. n.1.

CONCLVSIO.

1 POſſeſſor bonorum, quibus Ius, & dominium vtile Sepulchri adhæret, in ipſum Ius & dominium ſuccedit.

Hanc tenet concluſionem Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſput.1. controuer.5. concluſ.11. pag. mihi* 34. Sic dicens. In Sepulchri Iure bonorum ſuccedit, §. *Quos autem, Inſtitut. de bonorum poſſeſſionibus*: Eſt enim Succeſſor vniuerſalis. Allegat Author iſte pro concluſione Aſinium, *in L.2. Sed fructuarius, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Lambertinum, *de Iure patronatus, lib.1. part.2. artic.3. quæſt.15. & quæſt.2. articul.34.* Rochum de Curte, *eodem tractatu, verbo Ipſe, vel is à quo, num.14.* Innocentium, *in cap. Cum in noſtris, de Conceſſione prabendæ*, & alios.

2 Eandem tenet Auguſtinus Barboſa, in terminis Iuris patronatus, *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, part.3. allegat.71. num.5.* per hæc verba, Sic etiam bonorum poſſeſſor ſuccedit in Iure patronatus, cum ſit vt hæres. Recenſet dictum, §. *Quos autem*, & Lambertinum, *Vbi proximè, quæſt.2. art.24.*

DISQVISITIO XXII.

An per Maiorem illationem, & inſignia, ſeu Arma Familiæ in Sepulchro appoſita, illius dominium vtile cenſeatur acquiſitum?

BREVIARIVM.

Arma.

Alicuius Familiæ in re aliqua appoſita, demonſtrant rem, illius eſſe Familiæ. n.1.3.& 4.

In Eccleſia appoſita, demonſtrant Ius patronatus illius, eſſe Domini Armorum. n.3.& 4.

Beneficia.

Probatur eſſe de Iure patronatus illius Familiæ, cuius Arma, ſeu Armorum inſignia in Eccleſia exiſtunt affixa, aut depicta. n.4.

Dominium.

Dominium rei, in qua alicuius Armorum inſignia ſunt, probatur eſſe Armorum Domini. n.1.2.& 4.

Ius patronatus.

Ex exiſtentia Armorum in Eccleſia, probatur illam eſſe de Iure patronatus Domini Armorum. n.4.6.

Iudex Sæcularis in executionem ſuæ ſententiæ, per quam alicui bona adiudicauit, poteſt mittere in poſſeſſionem Iuris patronatus illis acceſſorij, qua talis. n.6.

Ius patronatus, cum bonis confiſcatis, quibus eſt annexum, ad Fiſcum tranſit Sæcularem. n.6.

Sepulchrum.

Ius, & dominium vtile Sepulchri, per Maiorum illationem, & Armorum Familiæ appoſitionem, cenſetur acquiſitum. n.1.5.

CONCLVSIO

IVs, & dominium vtile Sepulchri, cenſetur alicui 1 acquiſitum, per Maiorum ſuorum illationem, & per Armorum ſuæ Familiæ appoſitionem.

Hanc tenet concluſionem Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſput.1. controuerſ.4. concl.4. pag.30.* allegat Sylueſtrum, *in Summa, verbo Sepultura, quæſt.3.* Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione Epiſcop. cap.10. num.6.* Rotam, *in Calagurritana Sepulturæ 21. Maij, de Anno 1616.* coram Coccino. *In Burgenſi Sepulturæ, 9. Decembris, 1605.* coram Ortembergo, Et Lambertinum, *de Iure patronatus, part.1. lib.1. articulo vltimo, verſic. Bene verum, & verſic. Si de cætero.* Et alios.

Probatur concluſio ex Rotæ deciſione *ſub 29. die Martij, de Anno 1610. coram Alexandro Ludouiſio*, qui poſtea in Petri Cathedra, & prima Eccleſiæ Catholicæ ſedens, fuit Gregorius XV. nuncupatus, inter huius tanti, & Maximi Viri impreſſas, *fol.463.* reperitur. In ea enim fuit deciſum, inſignia, ſeu Arma Domus, & Palatij de Murga, quæ in veteri Capella Maiori Eccleſiæ Parochialis de Amurrio, Calagurritanæ Diœceſis fuerant, vbi illius

illius adfuerat Sepulchrum, debere ad nouam Capellam Maiorem, & ad locum noui Sepulchri eiusdem Domus transferri. Supponit ista Ludiuisiana Decisio, alteram eiusdem Ponentis, & Gipsianam diffinitiuam sententiam, in eadem causa pronuntiatas, quas *suprà tract.3.disquisit.3.numer.9. & 10.* recensui.

2 Et clariùs probatur ex altera Sacræ Rotæ Decisione in causa Romana, amotionis Insignium, *Lunæ,5. Iulij,* 1604. coram Ioanne Baptista Coccino, inter eius impressas, *la* 201. *pag. mihi* 322. vbi *num.*3. Sic Lego. Et tanto magis satisfecit conuentioni, quia ad alium effectum huiusmodi insignia non retinentur, quàm ad ostendendum dominium. Bartolus, *in l.Stigmata, Cod.de Fabricensibus,lib.*11. Cagnol. *in L.* 1. *num.*177. *ff.Si certum petatur.* Et ideò, cum huiusmodi Insignia sint posita in facie, & non sit conuentum de certa parte, satis habetur effectus, nempè quod ostendant dominium. Hæc in dicta decisione.

3 Et in terminis de Iure patronatus; cui in multis Ius Sepulchri assimilatur, vti iam ostendi *in hoc tract. Disquisit.* 3. *à num.*22. in alia Tiburtina Capellaniæ, 22. *Aprilis, de Anno sequenti* 1605. coram eodem Coccino, *la* 230. *pag.*358. ita *num.*1. habetur. Quæ insignia,& inscriptio probant Ius patronatus, vt de Insigniis Ancharranus, *consilio* 113. *num.*4. Ananias, *consil.*86. Ripa, *in cap.Cum Ecclesia Sutrina, num.*97. *de Causa possessionis, & proprietatis.* Lambertinus, *de Iure patronatus, lib.* 3. *quæst* 5. *artic.*4. *num.*2. Et fuit resolutum in causa Imolen. Iuris patronatus, 26. *Martij* 1593. coram Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio, & aliàs sæpè. Hactenus Rota.

4 Quocirca Augustinus Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.*3. *allegat.*72. *num.*52. in sequentia prorumpit, dicta Coccini Decisione, & aliis vtens. Nec leue esset adminiculum ad probandum Beneficium esse de Iure patronatus alicuius Familiæ, si Armarum, siue Insignium eiusdem Familiæ, pictura, vel affixio sit in Ecclesia patronata ex Ancharrano, *consil.*113 *num.*4. Ripa, *in cap Cum in Ecclesia Sutrina, num.*97. *de Causa possessionis, & proprietatis*, Lambertino, *de Iure patronatus, lib.*3. *quæst.* 5. *artic.*4. *num.*2. Rota, *Decis.*13. *num.*3. *versic. Et plurimum mouebant, part.*1. *recentiorum.* Reuerendiss. Coccin. *Decis.* 230. *num.*1. Non enim talis Armorum appositio consueuit fieri, in re prorsus aliena, vt ponderat Rota apud Seraphinum, *decis* 1141. *n.*7. cuius meminit Lotterius, *dicto libro* 2. (scilicet *de Re Beneficiaria*) *quæst.*13. *n.*147.

5 Hucusque Barbosa, cuius ratio expendenda venit, & ponderanda pro conclusione nostra firmanda. Quia si Armorum, seu Insignium appositio, non consueuit fieri, in re prorsus aliena. Ergo fieri consueuit in re aliquo modo propria, quoad dominium saltem vtile, aut vsus ipsius rei, quale respectu Ecclesiæ, Capellæ, & Sepulturæ habere posse Familias, & particulares personas, diximus *disquisit.* 3. *concluf.*2. Ergo ex Insigniis, Armis Familiæ in Sepulchro appositis, Ius, & dominium vtile illius, acquisitum Familiæ ipsi censetur. Prima consequentia patet à contrario sensu. Argumentum enim à contrario validum est in vtroque Iure. *L.*1. §. *Huius rei, ff. de Officio eius, cui mandata est Iurisdictio. L. Qui testamento*, §. *Mulier*, vbi Glossa, *ff.de Testamentis. L Si procuratorum*, § *Si ignorantes, ff.Mandati. L.Si quis locuples*, 57. *ff.de Manumissis testamento. L.Conuenticula*, & ibi Cyn. *à principio, Cod. de Episcopis, & Clericis. L.apud antiquos*, 21. *Cod. de Furtis. Can. Qualis*, 25. *distinct. cap. Cum Apostolica, de iis, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli, cap. Quamquam*, vbi Doctores, *de Censibus, lib.*6. & quàm plurimi alij, quos recenset, & sequitur Augustinus præfatus, *in tract. locorum communium argumentorum Iuris, loco* 27. *num.*1. Qui in sequentibus numeris, plures ampliationes, & limitationes cumulat, quarum nullius recensione in præsenti indigemus.

Argumentum à contrario sensu validum est in Iure.

Ex dictis in hac *Disquisitione* comprobatur ve- 6
ritas doctrinæ traditæ per D.Petrum Diez, Rebadeneyra Noguerol. *in Allegationibus Iuris, allegat.*36. *num.*26. vbi in sequentia prorumpit. Etsi Ius patronatus est annexum alicui maiora tui, aut hæreditati, nulli dubium est transire in creditorem, vel emptorem cum vniuersitate bonorum. *cap.Ex Litteris, de Iure patronatus.* Garcia (*de Beneficiis*) *part.* 5. *cap.*9. *num.*10. & 11. *cum sequentibus.* Ripa, *de Simonia, part.*1. *articul.*4. *num.*38. & 39. *pag.*81. Mangillo, *de Euictionibus, quæst.*127. *num.*6. & *sequentibus.* Et sic Iudex in executionem sententiæ, potest mittere in possessionem horum Iurium, tanquam bona accessoria. Mieres, 3. *part. quæst.* 11. *num.*10. *in* 2. *editione.* Vbi ex Baldo dicit, quod Iudex Sæcularis mittens aliquem in possessionem hæreditatis, videtur mittere in possessionem Iuris patronatus. Garcia, *part.*5. *cap.*9. *num.*27. qui loquitur in sententia confiscatoria, quod comprehendat Ius patronatus bonis confiscatis annexum. Sequitur Salgado, *de Regia protectione, part.*4. *cap.* 10. *num.*107. *cum duobus sequentibus.* Barbosa, *in Collectan. ad cap. Ex Litteris, de Iure patronatus num.*8. *vsque ad* 10. *& in cap. Cum Bertoldus, de Re iudicata, num.*3. *versic. Secundo colliges.* Parladorus, *lib.*2. *cap.fin.*5. *part.* §.3. *n.*54. Hæc omnia præfatus Doctor Petrus Diez, Ribadeneyra Noguerol. Comprobatur etiam, ex ab eo traditis, veritas eorum, quæ *disquisit.*16. *huius Tractatus, concluf.*2. eius, & aliorum Doctorum authoritate fretus, dixi.

DISQVISITIO XXIII.

An in casibus, in quibus Ius Sepulchri, & Ius patronatus transeunt cum vniuersitate bonorum, Episcopi requiratur consensus?

BREVIARIVM.

Accessorium.

*Suum sequitur principale.*n.5.

*Concesso principali, in aliqua dispositione, conceditur etiam illi accessorium.*n.5.

*Accessorium principali annexum, propriam perdit, & principalis sui naturam acquirit.*n.7.

Beneficium.

*Curatum, & duplex beneficium simplici vnitum, simplex efficitur.*n.7.

Consuetudo.

*Ad accessoria extenditur consuetudo.*n.5.

Delegati.

Eandem Iurisdictionem in omni exercent accessorio, ac in principali. n.5.

Ius patronatus.

9 *Quando cum vniuersitate transit bonorum, non requiritur Episcopi consensus.*n.1.5.

*Nequit quis sibi retinere, aut alteri concedere Ius patronatus sine Episcopi licentia, nisi Ecclesiæ, aut loco Religioso.*n.2.3.

*Sine Episcopi etiam licentia, legari non potest.*n.3.

Quando separatim à bonis, quibus adhæret legatur, manet apud hæredem vsque dum Episcopi accedat assensus. 3.4. *Ius patronatus accessorium est rei, cui adhæret,*n.5.

*Accessoriè cum re, cui adhæret transit, quando res datur in feudum, & in emphyteusim, & quando confiscatur.*n.5.

Præscriptio.

*Præscripto principali, v.gr. fundo, censetur præscriptum accessorium, v.g. seruitus fundo competens.*n.5.

Amplia, etiamsi accessorium dignius sit principali. num.6.

Sepulchrum.

*Ius, & dominium vtile Sepulchri, cum bonis, quibus est annexum transfertur, absque Episcopi consensu.*n.1.5.

CONCLVSIO

1 IN casibus, in quibus Ius patronatus, & Ius, seu dominium vtile Sepulchri cum bonis, quibus adhærent, & sunt annexa, transeunt, non requiritur vt Episcopus consensum præstet, & veniam.

Hanc conclusionem, quoad Ius patronatus tenet Augustin. Barbosa *in cap. Ex Litteris, num.1. & 2. iuncto Summario el 7. de Iure patronatus, & de Officio, & potestate Episcopi, part.3. allegat.71. num.46.* cum Suarez, *tom.1. de Religione, tract.3. de Simonia, lib.4. cap.28. num.12. cum seqq. & à num.18.* Azorio, *Institutionum Moral. part.2.lib 6. cap.20. quæst.* 8. Lambertino, *de Iure patronatus, lib.1. part.2. articul.1 in fine*, Aloysio Riccio, *in Collectan. decisionum, part.5, collect.* 1679. Abbate etiam, *in dicta Iura*, & cum pluribus aliis Doctoribus.

2 Sed vt verum fatear, hoc *in allegatis Iuribus* non inuenio expressum: nec ex illis quidem colligere queo, In primo enim solum agitur de validitate præsentationis per Militem factæ ad Ecclesiam vacantem, cuius Ius patronatus erat annexum Villæ, quæ per locationem ad firmam, ei fuerat à quadam Abbatissa concessa. Et in secundo, hoc solum continetur. Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, aliterve acquisitorum, vel etiam alio modo Ius patronatus in Ecclesiis Parochialibus acquisieritis, Episcopo Ius parochiale minuere præsumatis. Et licet Glossa, *verbo Contulisset, in cap. Ex insinuatione, el* 14. *eod. tit.* videatur cum Barbosa sentire, cum dicat. Sic ergo videtur, quod Laicus Ius patronatus possit donare priuato, etiam sine consensu Episcopi; dissentire tamen iudico, cum immediatè addat. Sed supple, quod de consensu Episcopi, hoc fecit. Qui quidem consensus requiritur *ex capite Consuluit, el* 15 *eodem tit. de Iure patron.* Vbi decernitur non posse Patronum Ecclesiam sibi retinere, vel alteri concedere propria ex authoritate: & consequenter Episcopi præscribit consensum.

Quod autem Abbas, *in dicto cap. Cum sæculum,* 3 *num.6.* dicit, hoc est, quod Fide. *consilio* 222. fuit in singulari opinione, quod possit transferri (Ius scilicet patronatus) titulo legati sine consensu Episcopi. Mouetur; quia Iura indistinctè dicunt, quod transfertur in successione, nec distinguunt inter legatum, & hæreditatem. Nam is, qui ex legato, habet ex successione. Adducit etiam alias rationes. Et alij Doctores Moderni communiter dicunt oppositum, & maximè Cal. qui dicit, quod ante consensum Episcopi, Ius patronatus consistit apud hæredem, quia ex ordinatione Laici, Ius patronatus non potest in alium transferri. Quod mihi plus placet. Quia Iura loquuntur communiter, de Filiis, vel hæredibus, non autem legatariis, vt *in cap. Filiis, 17. quæst.7. in cap.1. supra eodem.* Hæc Panormitanus.

Cuius certè doctrina. Barbosæ dictum non pro- 4 bat, cum solum illa procedat in casu, quo quis separatim à bonis, quibus Ius patronatus adhæret, illud sine Episcopi leget consensu, & venia. Et in eo resoluit, quod hac non interueniente, nullatenus potest testator Laicus, Ius patronatus, titulo legati, alteri relinquere, quàm bonorum hæredi, quibus illud adhæret tanquam suo principali, & à quo nisi in Ecclesiæ fauorem, absque Episcopi beneplacito separari non potest.

Vnde Augustini Barbosæ dictum, quod pro as- 5 sertione propria statuo, aliter probari oportet. Et ni fallor, illud sic efficaciter probo. Ius patronatus accessorium est rei, cui adhæret, cui annexum reperitur. Expressè Abbas, *in cap. de Iure, num.2. el 16 de Iure patronatus*, ibi: & Ius patronatus transit accessoriè. (Si enim accessorium non esset rei, accessoriè cum illa non transiret. Barbosa, *dicta allegat.71. num.2.* ibi: tunc enim transfertur accessoriè. Et *num.41.* ibi: cui est annexum Ius patronatus, quia accessoriè cum vniuersitate data in feudum, vel emphyteusim transfertur Ius patronatus. *Et num.45.* ibi: nam publicando bona, quibus Ius patronatus est annexum, dicitur quoque indirectè, & accessoriè Ius patronatus publicari. Et alibi sæpè ait, Ius patronatus quandoque solere esse adhærens, & annexum Castro, Villæ, & rebus aliis, & tunc ait *eodem num.45. in fine* sequendo Rotam coram Coccino, *decis.231. num.1.* Ius patronatus annexum alicui Castro transire ad Fiscum Laicum, ipso confiscato Castro. Plures alios in præcedentibus Disquisitionibus recensui Authores, prædictam annexionem accessoriam affirmantes. Sed accessorium ita sequitur suum principale, vt isto in aliqua dispositione cesso, censeatur etiam cessum in illa accessorium illius. Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate 4. num.4. ex cap. Prudentiam, §. Si verò, el 21. de Officio Delegati*, ibi: Tunc Delegati eandem iurisdictionem, quam in principali, & in accessorio exercebunt. Vbi notare, ait, Doctores, quod delegata causa principali, censentur etiam delegata omnia accessoria ad causam: & ad id, (inquit.) Albericus notauit dictum textum *in L. Cum principalis, ff. de Regulis Iuris*, & aduertere etiam Euerardum *in Loco à concessione antecedentis, ad concessionem consequentis, post num.2.* Et Aymo. *de Antiquitate temporis, part.4. in principio, numer.67.* Vbi propterea subdit (addit Barbosa) quod consuetudo, seu præscriptio, etiam quod sit stricti Iuris, & de sua natura non extendenda, extenditur ad accessoria, & præscribens fundum, censetur etiam præscribere seruitutem fundo competentem.

Et

Et dicta doctrina ita est vera, vt etiam procedat quando accessorium dignius est quàm principale. (vt in nostris terminis de Iure patronatus, & de Iure Sepulchri.) Barbosa, *loco reddito, n.*7. cum Romano, *consil.*330. *circa primum, num.*13. *in fine*, & ibi Apostill. *in verbo Dignius.* Cardinali Tuscho, *tom.*1. *Practicarum conclusionum, Littera A. conclus.*76. *numer.* 26. Petro Barbosa, *in L. Cum Prætor, §. fin. num.*211. *ff. de Iudiciis.* Castillo, *Controuersiarum lib.*5. *part.*2. *cap.*169. *num.*21. *cum seqq. & num.*44. & cum Stephano Gratiano, *Disceptationum forensium, tom.*4. *cap.*657. *n.*19. *& seqq.*

7 Quin immò, ita illa certa est apud doctos, vt sentiant, quod si principale, & accessorium diuersam habeant naturam, quando accessorium principali annectitur, perdit suam naturam, & sui principalis naturam recipit. Ipse Barbosa, cum eodem Romano, *dicto consil.*330. *num.*14. Puta (ait dictus Doctor Barbosa, *num.*6.) si Parochialis Ecclesia vniatur accessoriè Beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem Beneficij simplicis assumit. Pro quo allegat Nauarrum, *consil.*10. *de Maioritate, & obedientia, in nouis,* Azorium, *Institutionum Moral. part.*2. *lib.*6. *cap.*28. *quæst.*20. *in fine*, & Nicolaum Garciam, *de Beneficiis, part.*11. *cap.*4. *numer* 195. Quod egomet latè probaui *in Quæstionib. Pastoralib. de Iure, & potestate Parochi Ecclesiarum Vnitarum, part.*2. *quæst.*6. *de Effectibus vnionis, effectu* 2. *&* 7. ex Glossa, *in cap. Recolentes, verbo Coaptent, el* 3. *de Statu Monachorum, in cap. Nouit, verbo Vniendo, el* 1. *Ne Sede vacante, & in Canone. Et temporis qualitas, verbo Vnire,*16. *quæst.* 1. Innocentio, Rebuffo, Gonzalez, Granna, Petro Gregorio, Gauanto, Lessio, Bauny, Palao, vtroque Roderiquez, Layman, Delbene, Lezana, & ex S. Rota, locis ibi recensitis, vbi addidi dictum Garciam, *part.*12. *cap.*2. *num.*14. 17. *&* 18. ac Augustin. Barbosam, *de Officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *allegat.*66. *num.*34. *& seqq.* Ergo in casibus, in quibus Ius patronatus, tanquam accessorium, cum vniuersitate bonorum transit, quibus adhæret, Episcopi consensus, ad huiusmodi non requiritur translationem, cum ille ad rerum translationem non desideretur. Aliàs enim accessorium suum principale, & eius naturam, & qualitates non sequeretur.

Hoc ipsum argumentum fieri potest, ad probandam nostram conclusionem, quatenus asserit, Episcopi nullatenus requiri consensum, pro translatione Iuris, & Dominij vtilis Sepulchri, dum bona transferuntur, quibus accessoriè illud adhæret: propter vtriusque Iuris similitudinem, sæpè sæpius in hoc ponderatam Tractatu, & propter identitatem rationis, quæ in vtroque versatur.

DISQVISITIO XXIV.

An obtenta executoria Iudicis Laici, contra bona debitoris, habentis Ius Sepulchri, vel Ius patronatus Ecclesiarum, Capellarum, & huiusmodi, possint hæc Iura, sicut alia bona exequi?

BREVIARIVM.

Capella.

*Ius, & dominium vtile, quod in Capella habet Patronatus, quoad præeminentiam, temporale est, & vendi potest.*n.10.

*Potest in dicta consideratione pro solutione debiti temporalis Patroni exequi.*n.11.

*Poterit emptor vti Sepulchro in Capella existente, tanquam accessorio honorifico præeminentiæ directè empto.*n.12.

Ius patronatus.

Pro solutione debiti temporalis Patroni, vendi potest honorificum Iuris patronatus, & exequi, quia temporale illud est. n.11. & 12.

Honorifico tamen acquisito per emptorem, Iure spirituali præsentandi ad beneficia, tanquam accessorio honorifico, vti poterit. n.12.

Sepulchrum.

*Ius, quod sibi in Sepulchro reseruat Patronus in limine erectionis Ecclesiæ, merè temporale est: vendi, & exequi potest, quà tale, pro solutione debiti temporalis Patroni.*n.2.

Ius Sepulchri, quod acquiritur post erectionem, consecrationem Ecclesiæ, merè temporale est, vendi, & exequi potest quoad præeminentias: v.gr. quoad hoc, vt sit in præeminentiori loco; vt sit priuatiuum acquirenti illud, suæ familiæ, vel hæredibus; & vt impedire valeant, ne alter in eo tumuletur. n.3.4.5.6.7. & 9.

*Quoad Ius autem Principale, spirituale est, & vendi, & exequi non potest directè.*n.3.5.9.

*Si præeminentia loci Sepulturæ attendatur, in quantum propinquior est Summæ Aræ, Sanctissimo Sacramento, spiritualis est, vendi non potest, aut exequi pro temporali.*n.7. & 8.

*Ius principale Sepulchri est spirituali annexum, & non est pretio æstimabile.*n.3.5.8.

Simonia.

Committitur simonia quoties venditur, exequitur, & acquiritur pro pretio temporali Ius patronatus Capellæ, aut Ecclesiæ, quoad principale, post Ecclesiæ erectionem, & benedictionem. n.3.5. & 12. *Et idem est de principali Iure Sepulchri.*n.3.5.8.

DIFFICVLTATEM propositam, doctè 1
resoluit Petrus Diez, de Ribadeneira Noguerol, *in alleg.*66. pro D. Maria Sande, & Mesa, cuius patrocinium susceperat in causa, quæ versa fuit inter illam Dominam actricem, & hæredes Cardinalis Ducis de Lerma, reos, contra quos obtinuerat sententiam, & mandatum executorium, pro ingenti

ducatorum ſumma argenteæ pecuniæ: & in qua cauſa, inter alias, hæc vti ipſe Doctor ait, valde ventilata eſt difficultas: An prædicta executio fieri potuiſſet in Patronatibus tam Eccleſiarum Collegiatarum, quàm Monaſteriorum, & in Iuribus Sepulchrorum, & in aliis eiuſdem generis à prædicto Cardinali acquiſitis, ex fundatione, priuilegio, aut alio modo? Pro cuius reſolutione diſtinguit de Eccleſia in limine fundationis, ſeu erectionis, & de eadem poſt illius erectionem. Qua diſtinctione præmiſſa, ſequentes ſtatuit concluſiones.

CONCLVSIO I.

2 QVando in limine erectionis Eccleſiæ, Patronus reſeruat ſibi, & ſucceſſoribus, Ius Sepulchri in ea, poteſt in eo exequi. Allegat dictus Noguerol, Boic. *in cap. Abolendæ de Sepulturis, ſub. num.* 8. *verſic. Quandoque*, & Lotherium, *de re Beneficiaria, lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 9. *verſic. Prior eſt.* Et probat concluſionem breui hac, ſed efficaci ratione. Quia in hoc caſu, Ius illud merè temporale eſt: quia tempore talis reſeruationis, Eccleſia conſecrata non erat.

CONCLVSIO II.

3 QVando poſt erectionem Eccleſiæ Ius Sepulchri acquiritur, poteſt illud vendi, quoad præeminentias: quoad hoc v.gr. vt Sepulchrum priuatium ſit Patrono, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus; aut eis, qui de ſua ſunt familia; vt ſit in præeminentiori loco Eccleſiæ; & vt in eo alius tumulari nequeat. Quoad principale autem Sepulchri illud non poteſt.

Ratio primæ partis concluſionis, quæ reſpicit Sepulchri præeminentias, eſt, quia Ius Sepulchri, quoad recenſitas, eſt merè temporale, & pretio æſtimabile. Pro ea recenſet, & ſequitur Noguerol doctore *in cap. Abolendæ, el* 13. *de Sepulturis*, Nicolaum Garciam, *de Beneficiis, part.* 5. *cap.* 9. *num.* 137, *in addit.* dicentem ita fuiſſe deciſum. Gutierrez, *de Gabellis, quæſt.* 9. *num.* 24. *&* 25. Lotherium, *de Re Beneficiaria, lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 10. *&* 11. Barboſam, *de Poteſtate Parochi, cap.* 26. *num* 16. & Rotam, apud Farinacium, *in Poſthumis, part.* 1. *deciſ.* 561. *n.* 1.

4 Pro eadem ſunt Emmanuel Sa, *verbo Simonia, n.* 2. ibi, Nec locum Sepulturæ honoratiorem, aut pompam funeris non neceſſariam. Supplo ex dictis: non eſt Simonia. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Sepultura,* n. 8. dicens: Sepulturæ locus honoratior, licitè vendi poteſt pluris, abſque labe ſimoniæ, eo quia ſit in meliori, vel digniori loco: quod non eſt ſpirituale, ſed temporale, & pretio æſtimabili, & maximè de hoc extante conſuetudine vniuerſali. Sotus, *de Iuſtitia, lib.* 9. *quæſt.* 7. *artic.* 1. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 4. &c.

Antoninus etiam Diana, *part* 2. *tract.* 15. *&* 1. *Miſcellaneo, reſolut.* 57. vbi citatis Ioanne de la Crux, *in Directorio conſcientiæ, part.* 1 *præcepto* 7. *quæſt.* 4. *dub.* 9 *concluſ.* 2. Emman. Roderiquez *tom.* 3. *quæſtion. Regular. quæſt.* 58. *artic.* 2. Philiarco, *de Officio Sacerdot. tom* 2 *part.* 2 *lib.* 6. *cap* 9. Raguccio, *de Eccleſiaſtica Diſciplina, q* 86. *n.* 3. & Marco Antonio Genuenſi, *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, cap.* 32. *n.* 19. & aliis, in ſequentia prorumpit.

5 Dico igitur, quod aut pretium petitur pro Sepultura ſimpliciter, aut pro aptiori loco Sepulturæ. Primo caſu, pretium peti non poteſt, abſque labe ſimoniæ, quod ceſſat ſecundo caſu, quando locus honorabilior petitur pro Sepultura: nam cum talis locus non ſit neceſſarius ad Sepulturam, non venditur Sepultura, nec ſacrum: contra Suarez (*de Relig. tom.* 1 *lib.* 4 *cap.* 14. *n* 22.) & Eccleſia Cœmeteria habet, vbi gratis ſepeliri homines poſſunt. Situs igitur, & locus dignior, non videtur concernere ſpiritualia. Vnde tanquam non neceſſarius vendi poteſt: & ideò ſi aliquis eligat honorabiliorem locum in Eccleſia, propter talem præeminentiam, poteſt ille honor pretio æſtimari, & vendi: cum hoc caſu non vendatur Sepultura, quæ gratis præſtanda eſt, ſed ille locus aptior, & honorabilior. Et ita fuiſſe deciſum in Rota, *in cauſa Terraconenſis Sepulturæ*, 17. *Maij*, 1572. coram Lancellotto, teſtatur ex Gratiano, Garſias, *vbi ſuprà* (ſcilicet *tom.* 1. *de Beneficiis, par.* 5. *cap.* 9. *n.* 17. *in additionib.*) Nec ſacri Canones aliud prohibent, quàm quod Clerici nolint mortuum in loco ſacro ſepeliri, niſi aliquid detur pro terra; ſed non ſi quis nolit ſepeliri in loco communi aliorum, ſed petit locum honoratiorem: nam in hoc caſu non erit ſimonia aliquid exigere, ſicut & vaſa ſacra, & Capellæ, venduntur ratione materiæ. Et ita ego ſentio, in fauorem conſulentis. Hæc omnia Antoninus Diana.

Auguſtinus tandem Barboſa, *in præallegato cap.* 6 *Abolendæ, num.* 2. *el* 13. *de Sepulturis*, ita fatur. Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Doctores citandi, pariter reſoluentes licitam eſſe receptionem pretij pro Sepultura ratione ſitus, vel dignioris loci, quaſi hoc non videatur concernere ſpiritualia, ſed tantùm honorem, & præeminentiam, quæ poteſt pretio æſtimari, & vendi, cum hoc caſu non vendatur Sepultura, quæ gratis eſt præſtanda defunctis pereorum Parochos. Hæc Barboſa, qui immediatè pro ſe, & nobis, præter ſuprà recenſitos Doctores, in locis redditis, allegat Emmanuelē Roderiqnez, *in Summa, part.* 2. *cap.* 50. *num.* 50. Victoriam, *in Relect.* 2. *de Simonia, num.* 10. Gregorium Lopez, *L.* 1. *verbo Vendere, tit.* 13. *part.* 1. Didacum à Roſario, *in Addit. ad Summam Caietani, verbo Simonia.* Nauarrum, *conſil.* 2. *tit. de Sepulturis, in in antiq.* Molinam, *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 40. *n* 40. Menochium, *de Arbitrariis, caſu* 277. Toletum, *in Inſtructione Sacerdotum, lib.* 5. *cap.* 89. *in fine.* Spinum, *in Speculo teſtamentorum gloſſa* 2. *princip. n.* 44. Lælium Zechium, *de Republica Eccleſiaſtica, lib.* 1. *cap.* 28. *de Parocho, n.* 19. *verſic. Caueat etiam.* Zerolam, *in Praxi Epiſcopi, part.* 1. *verbo Sepultura,* §. 2. Cabedum, *de Patronatu Regiæ Coronæ, cap.* 22. Petrum Ledeſmam, *in Summa, par.* 2. *tract.* 12. *colum.* 34. Humadam, *ad Gregorium Lopez, L.* 55. *Gloſſa* 5. *tit. part.* 1. Salaz, *de Vſu, & conſuetudine, cap.* 10. *n.* 24. Perez de Lara, *de Anniuerſariis, & Capellaniis, lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. Genuenſem, *in Praxi, cap.* 40. *num.* 19. *in* 1. *editione, & in vlt. dicto c.* 32. *n.* 19. Suarez, *tom.* 2 *de Religione, tract.* 2. *lib.* 4. *de Simonia, cap.* 14. *n.* 19. *& ſeq.* Stephanum Gratianum, *Marchiæ deciſ.* 26 *à principio. Et diſceptationum forenſium, cap.* 110 *n.* 6. *& ſeqq.* Valerium Reginald. *in Praxi fori Pœnitentiæ lib.* 23. *num.* 208. *&* 226. Belletum, *Diſquiſitionum Clericalium, part.* 1. *tit. de Clerico debitore,* §. 3. *à n.* 27. Lauorium, *Variarum Lucubrationum, tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 10. *ex num.* 2. Azotium, *Inſtitution. Moral, part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 17. *quæſt.* 2. Filliucium, *tract.* 45. *cap.* 3. *quæſt.* 11. Bonacinam, *varior. tract. vbi de Simonia, quæſt.* 4. §. & Melchorum Phœbos, Luſit. *deciſ.* 8. *&* 9. vbi (ait) *num.* 13. reſoluit, quod vſus Sepulchri hæreditarij, eſt pretio æſtimabilis, & vendi poteſt pro debitis defuncti:

functi: & *num.* 14. dicit, quod non soluitur gabella, de venditione Sepulturæ ratione situs, vel dignioris loci.

Hæc omnia Barbosa *à num.* 2. *ad* 4. qui *num.* 5. *sequenti* explicat in quo Suarez pro nobis sit, & in quo dissentiat. Dicit enim sentire Suarez posse Ius vendi Sepulturæ, ratione obligationis, quam subit Ecclesia non tumulandi alium in ea: quia aliud est vendere Sepulturam, quod prohibetur; aliud vendere obligationem non sepeliendi alium, quod prohibitum non inuenitur. At verò ratione situs, & honoratioris loci, sentire, non posse vendi Ius Sepulturæ. Et quidem, si Pater Franciscus Suarez dignitatem, & honorem situs, & loci Sepulturæ consideret, & attendat secundùm maiorem propinquitatem ad Summam Aram, ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, aut secundùm aliquem alium spiritualem respectum, contrarius nobis neutiquam est, qui *supra disquisit.* 4. *huius Tractatus, num.* 2. cum Bassæo, Bonacina, Ioanne de la Val, Lezana, & Ventriglia diximus, asseruimus vendi non posse secundùm illum respectum. Et in hoc sensu Suarez fuisse locutum credo; non autem considerato loco, & situ Sepulturæ honoratioris ob rationem, & respectum aliquem temporalem: tunc enim, vti bene ait Barbosa, non emitur res sacra, sed honor quidam humanus, qui in hominum æstimatione, & appretiatione positus est: & sicut emitur, absque simonia, locus honoratior in quo sedeat quis, vti idem Pater Suarez *dicto lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 23. Gabriel *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *dubio* 10. & ex illis Barbosa, ita etiam, absque simonia, locus honoratioris Sepulturæ emi bene poterit: quia vt sic est pretio æstimabilis.

8 Ratio autem posterioris partis conclusionis, est præcedenti contraria: quia Ius scilicet Sepulturæ, secundùm principale illius, est rei spirituali annexum: & sic non est pretio æstimabile, nec vendi potest absque simonia. Ex qua certè conclusione, tertia sequitur ista, difficultatis propositæ decisiua.

CONCLVSIO III.

9 IVs Sepulchri, quoad præeminentia sequi potest pro solutione debiti temporalis Domini Sepulchri; minimè verò quoad Ius principale illius. Primum quidem, quia secundùm illam considerationem, Ius Sepulchri est pretio æstimabile: & consequenter deseruire potest debiti temporalis solutioni. Secundum autem: quia cum Ius principale Sepulchri spirituale sit, non est pretio æstimabile: & sic in commercio esse nequit. Vndè nec exequi pro debiti temporalis solutione.

CONCLVSIO IV.

IVs Capellæ dotatæ in Ecclesia, ratione præeminentiæ, quam in illa habet, qui eam dotauit, aut construxit, vendi potest. Ratio, est, quia in hac consideratione, est quid temporale. Ita præfatus Doctor Noguerol, *num.* 23. cum Nicolao Garcia, *de Beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 237. *in Addit.* Gutierrez, *de Gabellis, quæst.* 9. *num.* 26. vbi reddendo rationem conclusionis, ait, quod vsus Ecclesiæ hoc admisit. Et cum Loterio, *de Re Beneficiaria, lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 13. & 14. ex quo sequentem infert assertionem. 10

CONCLVSIO V.

EXecutio fieri potest in præeminentia, quam quis habet in Capella. Ita in terminis tradit Phœbus (ait Noguerol) *decis.* 8. *num.* 8. 9. & 11. *cum sequentibus*: Vbi dicit, ita fuisse decisum. Quem refert, & sequitur Barbosa, *de Potestate Parochi, cap.* 26. *num.* 17. & 18. Et addit idem Noguerol, *num.* 24. *dictæ allegationis* 36. ita obseruat praxis Senatus Supremi in multis casibus occurrentibus, & fuit decisum in causa creditorum Marchionis de Auñon, vbi Patronatus Capellæ Maioris Monasterij Diui Augustini iussus fuit vendi pro debitis fundatoris. Et *num.* 25. *sequenti* ait. Idem quoque procedit in Patronatibus Ecclesiasticis, in quibus vltra Ius honorificum Patroni possunt præsentare Canonicos, Beneficiatos, Moniales, & Cathedras prouidere: Quia licet sit res spiritualis, & Ecclesiastica, *cap. Quamò, de Iudiciis*, tamen possunt vendi, vt per Garciam, *dicto capite* 9. *num.* 137. Hæc Noguerol. 11

Quæ vera solum sunt iuxta dicta, si vendatur, & exequatur honorificum tantum Patronatus, sine vlla expressione, aut intentione quidem vendendi, vel exequendi principale Patronatus Ius, quod est ad præsentandum Canonicos, Beneficiatos, &c. Quia cum hoc spirituale sit, in cõmercio esse non potest, nec absque simoniæ labe vendi, cum non sit pretio æstimabile. Quia tamen hoc Ius, honorificum sequitur, illo acquisito per fundationem, dotationem, constructionem, emptionem, &c. hoc, nouus Patronus, licitè vti poterit, si honorificum tamen solum, emptor emere intenderit: quia est illius accessorium, licet in se sit entitatiuè, & qua spirituale, principalius illo. Pro quo facit, quod idem Noguerol, *num.* 26. ait, quod Iudex in executionem sententiæ, potest mittere in possessionem horum Iurium spiritualium, tanquam in bona accessoria. 12

TRACTATVS QVINTVS.

DE SEPVLCHRORVM CONSTRVCTIONE.

IN præcedenti Tractatu, nonnulla resoluimus circa Sepulchrorum constructionem, ea ducti occasione, & causa, quia ex eorum constructione acquiritur Ius, & dominium vtile illorum, de quo ibi nobis erat sermo. Alia huc remisimus dilucidanda, circa eandem constructionem, claritatis gratia, ad digressionem vitandam: & præcipuè, quia sic id ordo doctrinæ postulabat, vti ex dictis, & dicendis facilè patebit.

DISQVISITIO I.

Si Teſtator fieri mãdat Sepulchrum in determinato loco, ſub aliqua pœna, & Epiſcopus ibi fieri non permittit, merebitúrne illam mandatarius?

BREVIARIVM.

Locus Sacer.

Conſtrui, aut fieri non poteſt vllus locus ſacer, non interueniente authoritate Epiſcopi Diœceſani, aut alterius Prælati poteſtatem habentis in ſolo in quo conſtruendus, aut ſacrandus eſt. n. 2. 3.

Locus legitima authoritate, ad Diuina deputatus, non poteſt humanis vſibus deputari. n. 2.

Sepulchrum.

Si Epiſcopus non permittit conſtrui Sepulchrum, in loco, à Teſtatore præſcripto, ſatisfacit mandatarius, ſi illud alibi conſtruat. n. 1. 2. & 3.

CONCLVSIO.

1 SI Epiſcopus, petita licentia ad conſtruendum Sepulchrum in loco à teſtatore aſſignato, illam concedere noluerit, voluntati defuncti ſufficienter ſatisfaciet mandatarius, & omni carebit culpa, ſi alibi illud conſtruat.

Hanc concluſionem tenet Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 1. *controuerſ.* 6. *concluſ.* 7. cum Rocho de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipſe, vel is à quo, quæſt.* 13. & Lambertino, *eodem Tractatu, lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 1. *&* 4. *& quæſt.* 3. *artic.* 3. *&* 4.

2 Prima concluſionis pars probatur. Quia Sepulchrum, quod à teſtatore fieri mandatur, debet eſſe locus ſacer, hoc enim intenditur à Catholico teſtatore, vt Eccleſiaſtico in eo tumuletur more, & eorum cadauera pariter ſepeliantur, pro quibus illud conſtrui ſtatuit. Sed nullus locus ſacer conſtrui poteſt, aut effici, non interueniente permiſſione, authoritate, & licentia Epiſcopi Diœceſani (aut alterius ad id poteſtatem habentis in ſolo, in quo conſtruendus ille eſt, iuxta ea, quæ dicta reliquimus, *tract.* 1. *diſquiſit.* 2. *num.* 1. *&* 11. *& diſquiſit.* 3. *num.* 1. 2. 24. 27. *& ſeqq.*) vti ſtatutum eſt *in can. Nemo, el* 8. *de Conſecratione, diſtinct.* 1. vbi Concilium Aurelianenſe diffiniuit ſic. Nemo Eccleſiam » ædificet antequam Epiſcopus Ciuitatis veniat, & » ibidem Crucem figat, publicè atrium deſignet, &c. & clarius Vrbanus Papa Tertius, *in cap. Ad hæc, el* » 4. *de Religioſis domibus*, ita decernens. Ad hæc, & » infrà. Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quod » ſi locus ad hoſpitalitatis vſum, & pauperum pro» uiſionem fuerit, (ſicut moris eſt,) authoritate Pon» tificis deſtinatus, cum ſit (ſcilicet eo ipſo) religio» ſus, non debet mundanis vſibus deputari, &c. Vbi » Gloſſa, *verbo Authoritate Pontificis*, ſic textum explicat. Hoc ideò dicit, quia priuatus locum non facit ſacrum, *ff. de Rerum diuiſione, in tantum*, §. *Sacræ, ff. de Sepulchro violato, L.* 3. §. *Si quis in Sepulchro, dolo malo, &* §. *Si quis in Sepulchro*, & in formatione caſus, ſic ait Bernardus. Nota quod ad hoc vt locus ſit ſacer, neceſſe eſt, quod accedat authoritas Pontificis Gloſſa, *in can. in Eccleſiaſtico, verbo Si terram*, 13. *quæſt.* 2. Et dico quod terra ſit ſacra, vel religioſa authoritate Pontificis. Abbas, *in dict. cap. Ad hæc, num.* 2. ſic etiam fatur. Nota 1. ex iſto textu, quod Hoſpitale non efficitur Religioſum, niſi fuerit ædificatum, vel deputatum ad hoſpitalitatem authoritate Epiſcopi. Ex quo infertur, quod priuata perſona non poteſt facere locum priuatum, eſſe religioſum. Et inducitur iſte textus contra diſpoſitionem Iuris ciuilis, vt licet cadauer ſepeliatur in certo loco, non tamen ille efficiatur religioſus, licet Ius ciuile diſponat contrarium. Hactenus ibi Panormitanus, & *in cap. Abolendæ, num.* 4. *el* 13. *de Sepulturis*, in ſequentia prorumpit. Secundò eſt dare locum religioſum, non autem ſacrum, vt ſi corpus alicuius fuerit hîc ſepultum, de voluntate Domini, *L.* 2. *Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, & talis locus vendi non poteſt ſecundùm Gloſſam. Et hoc eſt indubitatum de Iure Ciuili; quia immediatè, quatenus corpus tangit illum locum, deſinit eſſe in dominio alicuius. *L. Quanquam, ff. de Aqua pluuia arcenda.* Sed Innocentius dicit hoc procedere de Iure Ciuili, & non de Canonico. Vndè putat, quod locus non efficitur religioſus, niſi authoritate Pontificis deputetur ad talem vſum. Pro hoc *cap. Ad hæc, de Religioſis domibus*, vbi patet, quod Hoſpitale non efficitur religioſum, ſi ſolùm fuit ædificatum authoritate priuata. Non enim videtur Laicum poſſe conſtituere locum religioſum. Et hæc opinio fuit originaliter Gloſſæ *Decreti*, 13. *quæſt.* 2. *cap. in Eccleſiaſtico.* Et nota illam Gloſſam. Nam ex hoc infertur, quod talis locus poteſt vendi. Hæc omnia Nicolaus Tudeſchus. Dictis conſonat D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. *de Sepulturis*, §. 2. ibi: & prouenit ex aſſignatione Pontificatus, vel Pontificis, argumento 13. *quæſt.* 1. *Eccleſias.* Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re ſacra, lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 9. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. *&* 7. Baſſæus, *tom.* 1. *verbo Sepultura, num.* 1. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 1. *controuer.* 3. *concluſ.* 2. *pag.* 25. & paſſim communis Doctorum. Ergo ſi Epiſcopus petita à mandatario licentia ad conſtruendum Sepulchrum in loco à teſtatore deſignato illam neget, & alium pro illo conſtruendo Sepulchro aſſignet, ſufficienter adimplebit mandatarius teſtatoris voluntatem, ſi illud conſtruat in loco ab Epiſcopo præſcripto.

Secunda autem concluſionis pars, probatur. Quia 3
mandatarius quantum potuit fecit, vt adimpleretur teſtatoris voluntas. Ergo omni caret culpa, ſi Sepulchrum alio in loco conſtruat, de Epiſcopi voluntate. Antecedens patet ex dictis. Quia Epiſcopo renitente, immò non concedente licentiam, non poterat mandatarius Sepulchrum conſtruere. Ergo petendo ab Epiſcopo facultatem, & veniam, fecit quantum potuit, vt adimpleretur teſtatoris voluntas. Conſequentia verò probatur. Quia ad impoſſibile nemo tenetur. Ergo culpa caret mandatarius, ſi Sepulchrum conſtruat iuxta Epiſcopi, non autem iuxta teſtatoris voluntatem, quæ rationabilis debet eſſe vt adimpleri debeat.

DISQVI

DISQVISITIO II.

Si Teſtator fieri Sepulchrum mandat, & vbi fieri debeat non declarat, ſi hæredes diſcordent, vbi conſtrui debeat?

BREVIARIVM.

Defuncti.

Inter miſerabiles computantur perſonas. n. 4.

Defunctorum voluntates exequi tenentur, Ordinarij etiam quoad profana, teſtamentariis, & hæredibus negligentibus. n. 3. 4.

Et ſub lethali quidem culpa, ſi materia ſit grauis. n. 4.

Epiſcopi.

Vltimas teſtatorum voluntates, quomodo adimplere teneantur Epiſcopi. n. 3. 4.

Sub nomine Epiſcopi, & Diœceſani, venit Abbas, & quilibet habens iuriſdictionem Ordinariam, quanquam illam non habeat in tota Diœceſi. n. 8.

Quicquid officij, & iuriſdictionis Diœceſano tribuitur, exerceri poteſt ab habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſeu Ordinariam in loco. n. 6. 7. 9. 10. 11.

Iudex.

Eccleſiaſticus Iudex ſubuenire debet omnibus miſerabilibus perſonis, omni auxilio deſtitutis, n. 4.

Sepulchrum.

Si, loco non aſſignato, mandauit teſtator fieri Sepulchrum, ibi fieri debet, vbi de voluntate eius coniectura ſuadeat. n. 15.

In caſu, quo hæredes diſcordent, conſtrui debet in loco, quem Ordinarius deſignauerit. n. 1. & *ſeqq.*

Vidua.

Cauſæ vidnarum, ad forum ſpectant Eccleſiaſticum. n. 4.

CONCLVSIO.

1 ELectio loci in quo conſtruendum eſt Sepulchrum, ſpectat in caſu propoſito ad Epiſcopum Diœceſanum. Ita docet, Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuer. 6. concluſ.* 7. cum Rocho de Curte, *de Iure patronatus, verbo Ipſe, vel is à quo, quæſt.* 13. & Lambertino, *eod. tract. lib. 1. part. 2. quæſt. 2. art. 1. & 4. & quæſt. 3. artic. 3. & 4.* Et addit Samuellius. Vel in Parochia conſtruetur, niſi ex aliqua coniectura Teſtatoris mens aliter colligatur, vt citati Scriptores, Rochus, & Lambertinus *in allegatis locis* aſtruunt. Ita ille *pag.* 37.

2 Quod ad Epiſcopum pertineat huiuſmodi loci, pro Sepulchro, deſtinatio, eſt de mente Concilij Aurelianenſis, relati *in Canone Nemo, el* 8. *de Conſecratione, diſtinct.* 1. vti P. Samuellius aduertit.

3 Alio ex capite id etiam probo: Quia ſcilicet Epiſcopus Diœceſanus negligentibus hæredibus, & teſtamentariis in adimplenda defuncti voluntate, adimplere illam poteſt, non ſolum quoad pias cauſas, qualis eſt Sepulchri conſtructio, ſed quoad profanas. Panormitanus, *in cap. Nos quidem, num.* 8. *el* 3. *de Teſtamentis, & vltimis voluntatibus*, dicens. Nota, quòd Epiſcopus ſupplet negligentiam executoris teſtamenti: quod an procedat in omnibus relictis etiam ad non pias cauſas, multi tenent, quod ſic: quia voluntas teſtatoris. Largo modo dicitur pia, cum non poſſit aliquid amplius velle. *L.* 1. *Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Idem Abbas latè *in cap. Si hæredes num.* 6. & 7. *eodem titulo, & vtrobique* Aug. Barboſa, & *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegat.* 82. *num.* 15. cum pluribus, quos recenſet Doctoribus, eo quod executio huiuſmodi vltimæ voluntatis deuoluatur ad Epiſcopum, *Authent. Hoc amplius Cod. de Fidei commiſſ.* Immò addunt Abbas, & Barboſa, quod teneatur Epiſcopus voluntatem exequi teſtatoris, negligentibus hæredibus, aut teſtamentariis illam adimplere.

Teſtatoris voluntas adimplenda eſt.

Et quod teneatur, probatur. Quia Iudex Eccle- 4
ſiaſticus ſubuenire debet omnibus oppreſſis, & miſerabilibus perſonis, deſtitutis omni auxilio. *Cap. Super quibuſdam, in fine, el* 26 *de Verborum ſignificatione*, ibi. Item viduis, pupillis, orphanis, & perſonis miſerabilibus, tenearis in iudicio Eccleſiaſtico reſpondere. Vbi Gloſſa, *verbo Viduis*, ait. Ex hoc videtur, quod cauſa viduarum ad Eccleſiam ſpectet. Et Abbas *ibi, num.* 4. ait. Nota *in* §. *Cum autem*, quod miſerabiles perſonæ, vt iſtæ, de quibus in textu, & conſimiles, poſſunt conuenire Laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, etiamſi cauſa de ſe non ſit Eccleſiaſtica. Et eſt caſus ſpecialis, in quo actor non ſequitur forum rei. Ratio eſt, quia omnes iſtæ perſonæ miſerabiles, ſunt ſub protectione Eccleſiæ. 88. *diſtinct. per totum, & in cap. Significan tibus, ſupra de Officio Delegati.* Quam tamen doctrinam limitat ipſe Abbas, *in cap. Licet ex ſuſcepto, num.* 7. *el* 16. *de Foro competente*, ita vt ſolùm procedat quando miſerabilis perſona eſt oppreſſa, quod contingit quando eſt vidua, & ſpoliata; & quando perſona eſt pauper, eſto aliàs de oppreſſione non conſtet, quia ſatis opprimitur paupertate, vti ſenſit Innocentius, *in cap. Significantibus, citato.* Aliàs enim miſerabilis perſona, non oppreſſa, aut pauper, adire non valet Iudicem Eccleſiaſticum contra Laicum niſi in caſu negligentiæ Iudicis Laici. Et in ſpecie de defuncto, Ioannes Bapt. Lezana, *tomo* 4. *conſulto* 52. *num.* 49. per hæc verba. Eo præſertim, quòd Iudex Eccleſiaſticus debet fauere miſerabilibus perſonis omni auxilio deſtitutis, *cap. Super quibuſdam, de verborum ſignificat.* 87. *diſt. per tot.* qualis eſt defunctus, cum non habeat amplius velle, *L.* 1. *Cod. de Sacro S. Eccleſ.* Genuenſis, *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, ex impreſſione Veneta* 1645. *pag. mihi* 333. Hæc ille. Ergo Epiſcopus, & Iudex Eccleſiaſticus exequi debet, & tenetur vltimam teſtatoris voluntatem exequi, maximè negligentibus hæredibus, & teſtamentariis. Et ſub mortali quidem culpa, ſi materia grauis ſit.

Miſerabiles perſonæ ſub Eccleſiæ ſunt protectione, & de ſuis cognoſcit cauſis

Teſtatoris voluntatem tenetur exequi Epiſcopus.

Quod autem coniectura ſit vtendum, pro electio- 5
ne loci, in quo debeat conſtrui Sepulchrum, quando ille non fuit à Teſtatore expreſſus, ſiue illius voluntas ab hæredibus, vel à teſtamentariis, ſiue ab Epiſcopo vel alio Ordinario exequatur, certum mihi videtur. Quia Teſtatoris voluntas vltima, modis omnibus ſeruari debet. *Can. Vltima voluntas*, 13. *quæſt.* 2. vbi Gloſſa, *verbo, Quod de libero*, Abbas *in cap. Cum eſſes, n.* 33. *de Teſtamentis*, Iacobus de Graffis, *in Deciſionibus aureis, part.* 1 *lib.* 2. *cap.* 53. *n.* 11. limita tamen pro caſu, quo voluntas illa rationabilis ſit, vti bene Gloſſa limitat, *verbo vltima.*

Poteſtas

6 Poteſtas autem, quam Ordinarius, Epiſcopus Diœceſanus habet ad vltimas defunctorum voluntates exequendas, habent etiam omnes iuriſdictione pollentes ordinaria, & quaſi Epiſcopali. Ita Abbas Panormitanus, *in cap. Ioannes, num. 2. el 19. de Teſtamentis*, per hæc verba. Nota ibi: *per Diœceſanum*, quod ad Diœceſanum pertinet compellere executores teſtamentarios: dicit tamen Ioannes Andreas idem in eo, qui habet iuriſdictionem in loco: quaſi Diœceſanus ponatur hic ad denotandum eum, qui habet iuriſdictionem in loco. Et ideò ſi alius citra Epiſcopum haberet ibi iuriſdictionem Epiſcopalem, vt ſunt multi Abbates, *de Priuilegiis, Abbates, lib. 6.* poterunt iſti hanc compulſationem facere. Hæc magnus Nicolaus Tudeſchus. Ita & Thomas Sanchez *tom. 3. de Matrimonio, lib. 8. diſputat. 2. num. 10. & 12.* quatenus aſſerit, poteſtatem factam per Concilium Tridentinum Epiſcopis, ad abſoluendum, & diſpenſandum circa omnes caſus occultos, & non deductos ad forum contentioſum, excepta irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, vti habetur *ſeſſ. 24. cap. 6. de Reformatione*, competere Capitulo, Sede Epiſcopali vacante, Abbatibus, & aliis Prælatis habentibus iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, & Diœceſim nulli Epiſcopo ſubiectam. Et in ſpecie de executione vltimarum voluntatum, Auguſtinus Barboſa, *de Offic. & poteſt. Epiſcopi, part. 3. allegat. 82. num. 30. & 31.* ita fatur.

Abſolutio, & diſpenſatio competens Epiſcopo per Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. competit iuriſdictionē habentibus quaſi Epiſcopalem.

7 Poteſtas hæc, quam habent Epiſcopi exequendi pias defunctorum voluntates, competit etiam Abbatibus habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, vt tenent Flores de Mena, *Variarum, quæſtionum lib. 2. quæſt. 24. num. 22.* & doctiſſimus parens meus, *in annotationibus ad Ordinationes Regias Luſitanas, lib. 1. tit. 62. §. 39. num. 4.* Sic etiam, quia id poterant Epiſcopi Iure Ordinario per textum *in dicto cap. Nos quidem*, tranſiit ea poteſtas in Capitulum, quatenus Iure Ordinario competebat Epiſcopis. Couarruuias *in cap. Ioannes, num. 2. de Teſtamentis.* Rendina, *in Promptuario receptarum ſententiarum, tom. 1. tit. 10. num. 4.*

Teſtatorum voluntates exequi competit Abbatibus habentis, iuriſdictionē, & Capitulo in Sede vacante.

8 Dictum procedit, etiam reſpectu illius, qui non habet iuriſdictionem in tota Diœceſi, ſed in aliqua illius parte, vti ſunt multi ex Abbatibus noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, Najarenſis, Burgenſis, & alij non pauci; Decanus Tutelenſis, Prior Roncæ Vallis, & quàm plures alij. Docuit Panormitanus, *in dicto cap. Ioannes, num. 2.* addens verbis ſupra recenſitis, & immediatè quidem, quæ nunc reddam. Videlicet. Tenebis menti hoc dictum, quod Officium tributum Diœceſano, poteſt exequi, ſeu exerceri per eum, qui habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi in eodem loco, quanquam non habeat iuriſdictionem in tota Diœceſi. Et pro hoc facit Gloſſa notabilis *in Clementin. 1. de Rebus Eccleſiæ non alienandis*, quæ vult, quod inferiores habentes iuriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt exercere omnia, quæ ſpectant ad iuriſdictionem Epiſcopalem: quod latiùs dico *in cap. Significaſti de Foro competente.*

9 Hæc Abbas. Ex cuius doctrina euidenter colligitur, Abbatem Najarenſem, Æmilianenſem, & alios quoſlibet iuriſdictionem Ordinariam habentes, vti poſſe facultate per Concilium Tridentinum Epiſcopis facta *ſeſſ. 4. in decreto, de vſu, & editione ſacrorum librorum*, per hæc verba. Non liceat Fratribus imprimere, ſeu imprimi facere libros de rebus ſactis, ſine approbatione Ordinarij, & licentia ſuorum Superiorum. Concedendo ſcilicet ſuis ſubditis Religioſis, approbationem, & licentiam ad edendos in publicam lucem libros, ab ipſis compoſitos, & etiam non Religioſis: & omnes ſic licentiatos, ſatisfacere, in hac parte, diſpoſitionibus, præfati Decreti Tridentini, & alterius, Concilij Lateranenſis, *ſeſſ. 10.* ſub Leone Papa X. quod habetur *in Conſtitut. 12.* huius Pontificis, *tom. 1. Bullarij Cherubini*, innouati per Pium Quartum *in Indice librorum prohibitorum*, per Sixtum Quintum auctо, & per Clementem Octauum recognito, & publicato. De quibus omnibus diſpoſitionibus agunt Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum to. 1. diſp 15. quæſt. 7. num. 4.* Lezana, *in Summa QQ. Regularium, tom. 2. part. 4. verbo Libri, num. 2. & ſeqq.* Eligius Baſſæus, *tom. 1. verbo Excommunicatio. VIII. §. vnico.* & alij paſſim Doctores.

Librorum approbatio pertinet ad omnes iuriſ. dictionem habentes Ordinariam.

10 Secundò colligitur huiuſmodi Prælatos habentes iuriſdictionem priuatiuè ad Epiſcopos, illam poſſe exercere in cauſis matrimonialibus, non obſtante Concilio Tridentino, huiuſmodi cauſas relinquente, Epiſcopi tantum examini, & iuriſdictioni, *ſeſſ. 24. de Reformatione, cap. Cauſæ omnes, §. Ad hæc, el 20.* Et ita docet Tamburinus, *vbi proximè, quæſito 7. num. 37. & tomo 2. diſputat. 8. quæſit. 6. num. 1.* ſic enim ait. Abbates, & Prælatos inferiores habentes territorium ſeparatum cum iuriſdictione quaſi Epiſcopali, poſſe cognoſcere de cauſis matrimonialibus. Habetur deciſum *in vna Salamantina iuriſdictionis, 5. Iunij 1565. coram Eminentiſſimo Cardinale Ioanne Aldobrandino.* Refert etiam ſic fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione, teſte Flaminio. Deciſionem Rotæ coram dicto Cardinali, ad calum exſcribit *tomi 3. la 39.* Vide tract. *6. Diſq. 1. num. 21. circa diſpenſationes.*

Matrimoniales cauſæ, agitari poſſūt coram quocumque iuriſdictionem habente Ordinariam.

11 Colligitur tertiò, non comprehendere eoſdem Abbates, & Prælatos dictam diſpoſitionem Concilij, *in eodem cap. 20. §. Ad hæc*, cauſas criminales Epiſcopo tantum relinquentem, ſed poſſe illos de criminalibus cognoſcere, vti etiam docet idem Aſcanius *dicto tom. 2. quæſit. 6.* ex Gloſſa, *in cap. Auctoritate de Priuilegiis, lib. 6.* & Doctoribus *ibidem*; & probat *ex Declaratione S. Congregationis Concilij, ex Rota in vna, & altera Burgenſi iuriſdictionis Sancti Ioannis, 6. Nouembris, 1596. coram Orano, & 6. Martij, 1598.* coram Cardin. Pamphilio. *las 41. & 44. in fine tomi 3.*

Cauſæ criminales, agitari poſſunt coram quocumque Ordinariam iuriſdictionē habente.

DISQVSITIO III.

An Epiſcopus compellere poſsit ád perficiendum Sepulchrum, eum, qui illud conſtruere, & facere incæpit?

BREVIARIVM.

Capella.

Qui Capellam conſtruxit, poteſt compelli ad competentem illius dotem. n. 3.

Dos.

Pater obligatur ad dandam dotem competentem filiæ. n. 2.

Qui

Qui Capellam construxit, aut Ecclesiam, vel istam consecrari fecit, dotem illi praestare tenetur. n.2.3.

Ecclesia.

Dotem Ecclesiæ dare debet, qui illam fundauit, aut consecrari fecit. n.2.

Sepulchrum.

Qui cœpit illud construere, compelli potest ab Episcopo ad illud perficiendum. n.1.

CONCLVSIO

1 COmpelli benè potest ab Episcopo ad perficiendum Sepulchrum, ille, qui construere illud incepit, & infra terminum sibi benè visum.

Ita docet Franc. Maria Samuellius *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuers. 6. conclus. 11. pag. 37.* Allegat Sebastianum Medices, *de Sepulturis, quæst. 16. num. 13.* & Paulum de Citadinis, *de Iure patronatus, parte 3. quæst. 14. & 18.*

Et ratio conclusionis est. Quia, qui construere cœpit Sepulchrum, tacitè se obligauit ad illud perficiendum. Ergo ad id compelli potest ab Episcopo, seu ab Ordinario loci infra terminum sibi benè visum.

2 Illustratur hæc ratio, doctrina Nicolai Tudeschi, Ecclesiasticæ disciplinæ facile Principis, *in cap. Cum sicut, num. 2. el 8. de Consecratione Ecclesiæ, & in cap. Ad audientiam, num. 5. el 3. de Ecclesiis ædificandis* tradita. Sic enim fatur *in dicto cap. Cum sicut.* Nota I. ex textu iuncta Glossa, quòd fundans Ecclesiam, vel faciens eam consecrari, obligatur ad dotem competentem illi dandam, quemadmodum pater carnalis obligatur ad dotem competentem filiæ dandam. *L. fin. de Dotis promissione.* Et qui fecit Ecclesiam construi, vel consecrari, quia quodammodo censetur pater, cum deduxerit Ecclesiam de non esse ad esse. Et paucis interiectis, ait. Etsi fuit omissum (assignare scilicet dotem) potest compelli fundator, seu faciens eam consecrari, ex quasi contractu. Hæc Abbas, illo in capite. *In cap. autem Ad audientiam*, in sequentia prorumpit.

3 Do, & aliud remedium, vt directè compellatur ad sufficienter dotandum, qui construxit Ecclesiam, vel Capellam: quia ex constructone tacitè ad hoc se obligauit. Ita Panormitanus, quem Augustinus Barbosa, & Viuianum *in Praxi Iuris patronatus, part. 1. lib. 2. cap. 4. num. 23.* recensèt, & sequitur, *in dicto cap. Cum sicut, num. 4.* Si ergo, quis construens Capellam, aut Ecclesiam, aut consecrari faciens, tacitè se ad illius obligat dotem, & compelli potest ad sufficienter illam dotandam, qui construere cœpit Sepulchrum, tacitè etiam se ad illud perficiendum obligauit, & ab Ordinario ad id compelli poterit.

DISQVISITIO IV.

Promisit quis Sepulchrum construere; poteritne ad illud construendum compelli?

BREVIARIVM.

Pollicitatio.

Est oblatio vnius, ab alio non acceptata, seu solius offerentis promissum. n.15.

Actionem producit de Iure Canonico pollicitatio, vt qui pollicetur, cum effectu compellatur adimplere promissum. n.1.14.15.

Promissio.

Oblatio est vnius ab alio acceptata. n.15.

Sub mortali obligat. n.1. & seqq.

Omnis promissio est executioni mandanda. n.1.14.15.

Qui promisit, compelli potest, cum effectu adimplere promissum. n.1.14.15.

Sepulchrum.

Qui promisit Sepulchrum construere, ad illud cum effectu construendum compelli potest. n.1.16.

CONCLVSIO.

COmpelli benè potest ad Sepulchri constructionem, qui illud facere, construere promisit. 1
Hanc tenet conclusionem Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 1. controuers. 6. concluf. 12.* cum Sebastiano Medices, *tractu de Sepulturis, quæst. 16. num. 13.* & cum Paulo de Citadinis, *de Iure patronatus, part. 3. quæst. 14. & 18.*

Ratio conclusionis est: quia pollicitatio, & non solùm promissio, de Iure Canonico actionem producit, vt qui promittit, aut pollicetur, cum effectu compellatur ad promissum, cum effectu, adimplendum. Textus est, *in cap. Qualiter, el 3. de Pactis*, vbi ita Gregorius Papa Nonus decernit. Studiosè agendum est, vt ea, „ quæ promittuntur, opere compleantur. Vbi Glossa, „ *verbo Qualiter, & verbo Compleantur.* Abbas Panormitanus, mox recensendus, Augustin. Barbosa, *num. 1.* dicens. Iudex studere debet, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Et quàm plures allegat Doctores. Glossa etiam *in cap. Relatum, el 4. de Clericis non residentibus*, in casus reformatione, vbi ita fatur. Nota, quod ex promissione sua, quis obligatur. Et quidem sub culpa mortali si acceptata sit promissio, nisi materiæ excusèt paruitas, vti docent Tho. Sanchez, *tom. 1. de Matrimonio, lib. 1. disputat. 5. num. 20. pag. mihi 11.* cum Ricardo *in 4. d. 38. art. 3. q. 3.* Dionys. *d. ead. q. 2. §. Queritur item.* D. Antonino, *par. 2. tit. 10. cap. 1. §. 4.* Tabiena, *verbo Pactum, q. 2. n. 3.* Metina, *lib. 5. de Sacra hominum continentia, c. 23. §. Sed ais rursus.* Nauarra, *de restitutio. in noua edit. c. 2. dub. 7. coroll. 3. n. 329.* Angles, *in floribus, 2. p. q. 1. de Voto, ar. 2. diffic. 3. concluf. 1.* Mercado, *de Contractib. lib. 6. c. 16.* Palacios, *eod. tr. c. 11.* Sylueſtro, *verbo Pactum, q. 4. & ver. Lex, q. 10.* & aliis pluribus Theologis, & Iuris peritis. Antonius Naldus, *in Summa, verbo Promittere*, Eligius Bassæus, *tom. 1. verbo Promissio, num. 9.* cum Nauarro, *in Manuali cap. 18. num. 6.*

Promissio acceptata, obligat ad mortale.

Filliucio, *tract. 33. num. 28.* Roderiquez *in Summa, part. 2. cap. 29.* Leſſio, *de Iuſt. & Iure lib. 2. c. 18. num. 55.* & Syluio, *22. quæſt. 66. artic. 2. concluſ. 2.* Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 3. tract. 5 de 7. præcepto Decalogi, dub. 2. n. 1.* cum Vazquez, *1. part. diſputat. 85. cap. 6. num. 4.* Maldero, & aliis Et communis Doctorum, vti teſtantur Sanchez & Baſſæus contra Caietanum, *2. 2. quæſt 113. artic. 1. ad 4.* Dianam *part. 2. tract. 3. Miſcel. reſol. 9. part. 4. tract. 4. reſolut. 122.* & alios.

2 *Pactum eſt duorum in idē conſenſus.* *Pactum non ſeruans excōmunicari poteſt.* *Excommunicatio, ferri nō poteſt niſi ob mortale peccat.* Et probat Sanchez, 1. Quia promiſſio acceptata verè, & propriè habet rationem pacti, cum concurrat duorum in idem placitum, & conſenſus. Sed pactum non ſeruans excommunicari poteſt, *cap. 1. de Pactis*, ibi: aut initia pacta ſuam obtineant firmitatem, aut conuentus, ſi ſe non cohibuerit, Eccleſiaſticam ſentiat diſciplinam. Ergo lethale peccatum eſt promiſſionem acceptatam non adimplere. Patet conſequentia, quia excommunicatio ferri non poteſt niſi pro mortali peccato. *Can. Nemo Epiſcoporum, 11. quæſt. 3.*

3 *Fides humana ſeruari debet amicis, & inimicis ſub mortali pec.* Secundo probat Sanchez ex communi hominum conſenſu: omnes, enim (inquit) odio habent illos, qui fidem præſtitam minimè ſeruant, Vnde D. Auguſtinus, *Epiſt. 51. ad Bonifacium*, relatus *in Canone Noli, el 3. 23. quæſt. 1.* ſic ait. Fides enim quando promittitur, etiam hoſti ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur: quanto magis amico pro quo pugnatur. Ergo ſignum eſt fractionem eius eſſe mortalem.

4 Tertio probat, *ex dicto cap. Qualiter de Pactis* ibi. Studioſè agendum eſt, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur. Ponderato per Panormitanum, vti videbimus, quod loquatur textus de ſimplici promiſſione. Ergo à fortiori promiſſio acceptata, ſub mortali obligabit.

5 *Iuramentum ad hoc fit, vt qui iurat, verum dicat.* *Iuramentū & veritas conueniunt.* *Mendacium, qui dicit, mortaliter peccat, ſicut qui falſum Iurat.* Quarto, ex D. Ioanne Chriſoſtomo, relato *in Can. Iuramenti, 22. quæſt. 5.* vbi docet inter ſimplicem loquelam, & Iuramentum Deum differentiam non conſtituere. Verba S. Doctoris, iſta ſunt. Iuramenti huiuſmodi cauſa eſt, quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum eſt loquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam noſtram, nullam vult eſſe diſtantiam, quia ſicut in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam: ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium: quia vtrumque & periurium, & mendacium diuini Officij pœna damnatur, dicente Scriptura: Os, quod mentitur, occidit animam. Quiſquis ergo verum dicit, iurat: quia ſcriptum eſt: Teſtis fidelis non mentietur. Hucuſque textus. Vbi Gloſſa, *verbo Diſtantiam*, Sic ait. Quantum ad hoc, cum mortaliter peccat qui ſimpliciter dicit falſum: ſicut qui ſub iuramento dicit falſum: magis tamen peccat peierando, quàm mentiendo.

6 *Promiſſio ſimplex, obligat ſub mortali culpa.* Quinto. Violare obligationem rei grauis eſt mortale peccatum. Sed non adimplere promiſſum in re graui, eſt violare obligationem rei grauis. Ergo eſt peccatum mortale. Minor probatur, quia ex qualibet promiſſione oritur obligatio. Gloſſa *in dict. Can. Iuramenti, verbo Diſtantiam in fine*, *in Can. Quicumque ſuffragio, verbo Promiſerint, 12. quæſt. 2.* per hæc verba. Videtur, quod aliquis obligetur nudis verbis, licet non interceſſerit ſtipulatio. Et poteſt dici, quod competit actio, ex nuda promiſſione. Et *in Can. Quia Ioannes, eād. cauſa quæſt. 5. in caſus formatione, ad finem*, ibi: ſed quia promiſerat. Et tandem *in cap. Iudicante, verbo Nudis verbis, el 4. de Teſtamentis*, ibi: & eſt argumentum, quod per nuda verba, quis obligatur.

7 *Promiſſio ſiue Deo, ſiue homine fiat, ex eadem iuſtitia ratione, adimpleri debet.* Sexto. Eadem ratio iuſtitiæ, proportionaliter ſumpta, obligat ad ſoluendum promiſſa homini, ac Deo. Sed obligatio reſpectu Dei grauis eſt, & ſub lethali tenetur, qui Deo promiſit, adimplere. Ergo ſimiliter reſpectu hominis, licet non tam grauiter peccet, qui ei non adimpleuerit promiſſum. Maior patet, quia non tenetur homo promiſſa Deo ſoluere, quia Deus eſt promiſſarius, ſed quia liberè ſe ad illa promittens adſtrinxit. Sed hæc æque militat ratio in promiſſione homini facta, ac facta Deo. Ergo eadem ratio iuſtitiæ proportionaliter ſumpta obligat ad ſoluendum Deo, & homini promiſſa.

8 Et confirmatur, quia ſi in violanda homini fide, ſola eſt culpa mendacij, & ob id venialis, ſimiliter venialis eſſet fractio voti: quia mentiri Deo, non eſt culpa lethalis, vt dum quis fictè ore tantum aliquid vouet: mentitur vtique Deo, & ſolùm peccat venialiter. Ergo vel vtra fractio mortalis, vel nulla talis eſt.

9 *Fidem datam adimplere tenemur, tam ex iuſtitia, quàm ex veracitate.* Septimò. Fidem ſeruare, non ſolum pertinet ad virtutem veracitatis, ſed etiam ad iuſtitiæ virtutem: quia promittere, non eſt vtrumque verum dicere, ſed adſtringendo alteri fidem. Vnde Cicero, *lib. 1. de Officiis* ait, hanc fidem eſſe iuſtitiæ fundamentum. Ergo promittens, obligatur ex iuſtitia ad promiſſum adimplendum, iuxta materiæ qualitatem: ſub mortali, ſi grauis illa ſit; & ſub veniali, ſi leuis.

10 Confirmatur. Promiſſio, quæ coram Notario & teſtibus fit, ex iuſtitia obligat, & ad mortale. Sed horum aſſiſtentia, & teſtificatio nouam non addit obligationem, ſed præexiſtentem probat. Ergo promiſſio per ſe obligat ex iuſtitia.

11 *Sententia Iudicis obligat ſub mortali in foro interno, ſi falſa non innitatur præſumptioni.* Octauò probatur. Quoties quis in foro externo compellitur per Iudicem adſtare promiſſis, tenetur ſub mortali in foro interno ex lege iuſtitiæ ſoluere promiſſum, vti Caietanus ipſe docet *in Summa, verbo Perfidia.* Et patet, quia idem in vtroque foro eſt ſeruandum, vbi forus externus falſæ præſumptionis non innititur, nec in pœnam, quæ Iudicis ſententiam deſiderat, damnat, vt aduertit Sanchez ex Soto *in lib. 4. de Iuſt. quæſt. 5. artic. 3. verſic. 4. Arguitur.* Couarruuia, *in capite Cum eſſes, numero 7. de teſtamentis*, & Ledeſma, *2. 4. quæſt. 18. art. 1. dub. 12.* Sed promittens, cogitur in foro externo ſtare promiſſis, *in L. 2. tit. 16. L. 5. Recopilat. Caſtellæ*, quæ lex, nec falſæ innititur præſumptioni, nec pœnalis quidem eſt. Ergo promiſſio obligat ſub mortali.

12 *Iuſtitia finis, eſt vnicuique ſuum ius reddere, & facere æquale.* Confirmatur. Sententia Iudicis eo tendit, vt vnicuique ius ſuum reddat, & æqualitatem conſtituat: hoc enim eſt iuſtitiæ finis. Ergo ſi promittens non erat ex vi promiſſionis obligatus ex iuſtitia, non poterat ad id compelli per Iudicem.

13 *Promittēs, ad reſtitutionem tenetur.* *Compenſatio competit promiſſario.* Addit Th. Sanchez ex Mendoza, *de Pactis, lib 1. cap. 4. n. vlt.* teneri reſtituere non implentem promiſſum: eumque, cui promiſſio facta eſt, poſſe vti occulta compenſatione.

Pro coronide huius diſquiſitionis, libuit recenſere Abbatem Panormitanum, *in præallegato capite Qualiter, el 3. de Pactis*, in ſequentia prorumpentem. Iudex debet ſtudioſè agere, vt promiſſa adimpleantur. Nota primò, verbum *Studioſè*, quod Iudex in compellendo adimplere promiſſa, vel pacta, non debet eſſe contentus ſimplici comminatione,

14 *Promiſſa, vt adimpleātur cum effectu Iudex ſtudioſè agere debet.*

minatione, vt quidam dixerunt, *in cap.* 1. sed studiosè, & effectualiter agere, vt promissa adimpleantur opere. Et facit textus ad ea, quæ dixi *Suprà cap.*1.

15 Secundò nota ibi : *promittuntur* : quod omnis promissio est necessariò executioni mandanda, & pondera : quia textus non requirit, quod interuenerit stipulatio, vel scriptura, vel alia solemnitas. Et sic videtur, quod cùm verbum *promissio* sit multum generale, nedum in pacto, quod est duorum, sed in pollicitatione, quod est vnius tantum, debet habere locum iste textus : nam ex significatu huius verbi, *promittuntur*, non requiritur, quod interuenerit pactum, sed sufficit nuda promissio vnius tantum : & pro hoc textu *in cap. Iuramenti*, 22. *quæst.*5. vbi dicitur, quod inter simplicem loquelam, & iuramentum Deus non facit differentiam, scilicet, quoad obligandum promittentem, vel iurantem aliquid : nam vterque peccat contraueniendo, licet in quantitate reatus sit differentia : quia grauius peccat veniens contra iuramentum, vt notatur *in cap. finali de Iureiurando* : & de hac materia dic, vt dictum fuit, *in cap.* 1. *supra eodem.*

Promissio qualibet etiã non stipulata Scriptura, vel alia solemnitate munita necessariò est adimplenda.
Pactum est duorum in idem consensu.
Stipulatio necessaria non est, vt pollicitatio obliget.
Pollicitatio, est promissio nondum acceptata.
Obligatio, ita ex simplici loquela, ac ex iuramento nascitur.

Hæc omnia Nicolaus Tudeschus, ex quibus, & ex aliis adductis, satis benè probatur compelli posse, & debere ad construendum Sepulchrum, qui illud construere promisit. Si enim quælibet promissio, seu pollicitatio, de qualibet alia re, absque stipulatione, scriptura, aut alia solemnitate, inducit obligatum ex iustitia implendi promissum, in promittente, quia verba cum effectu sunt accipienda, *cap. Relatum*, el 4. *de Clericis non residentibus*, vbi Glossa *in verbo Cum effectu, & in casus formatione*, & *in prædicto cap. Qualiter*, *de Pactis* : & in Iudice inducit obligationem studiosè compellendi, & effectualiter agendi, vt promissum adimpleatur, quantò maiorem inducet obligationem, promissio de re piissima construendi Sepulchrum?

16

DISQVISITIO V.

An ad construendum Sepulchrum in Ecclesia patronata, Patroni requiratur consensus?

BREVIARIVM.

Capella.

Construi potest in Ecclesia absque Patroni consensu. n.4.

Declaratio.

*Non habet locum in iis, quæ clara sunt.*n.4.

Patronus.

*Honores, Iura, & onera Patronorũ recensentur.*n.2.3.

*Per Sepulchri constructionem in Ecclesia patronata, nec detrahitur aliquid honoribus, & Iuribus Patrono debitis, nec onere vllo Patronus, grauatur.*n.2

Idem dic, quoad vtrumque, quando Capella, sine Patroni consensu, in Ecclesia patronata construitur. n.4.

Probatio.

*Declarationem intendit veritatis, probatio.*n.4.

Regula.

Cui licet plus, & minus. n.4.

Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. n.4.

Sepulchrum.

*Ad construendum Sepulchrum in Ecclesia, necessaria est licentia Domini istius, aut Ordinarij loci, cui subiecta Ecclesia est.*n.1.

*Non requiritur Patroni, quo talis.*n.1.

CONCLVSIO.

AD construendum Sepulchrum in Ecclesia Iuris patronatus, nullus requiritur Patroni eiusdem Ecclesiæ consensus, quà Patroni illius. 1

Consultò dixi : *quà Patroni* : quia alio ex capite, necessaria erit Patroni licentia, ad huiusmodi constructionem, si aut sit Ecclesiæ, non solùm Patronus, sed etiam Dominus ; vt sunt Regulares, & Sæculares Ecclesiastici, quibus annexa, & vnita sit ipsa Ecclesia ; aut Patronus ipse, sit Ordinarius loci.

Conclusionem absolutè tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis*, *tract.*1. *disp.*1. *controuers.* 6. *concluf.* 8. per hæc verba. In Sepulchri constructione, in Ecclesia patronata, non requiritur consensus Patroni : quia sicut in illa fundari valet Capella, inuito Patrono, sic multò magis Sepultura construi valebit. Hæc ibi *pag.*37. *Et disputat.*6. *controuers.* 14. *concluf.*9. *pagina* 296. vbi ita fatur. Ad sepulturam construendam, vel Capellam in Ecclesia patronata, seu, quæ fundatorem habet, minimè requiritur consensus Fundatoris ; Immò eo inuito construi potest. Allegat Author iste Lambertinum, *de Iure patronatus*, *lib.*1. *quæst.*3. *artic.*17. *num.* 2. Lauorium. *Variarum lucubrationum, tit.*2. *cap.*9. *num.*8. *tom.*3. & Laurentium de Peyrinis, *de Priuilegiis*, *tom.*3. *folio* 433. 2

Probatur primò conclusio. Nullum præiudicium Patrono infertur, ex consecratione Sepulchri in Ecclesia patronata. Ergo absque illius consensu potest illud construi. Antecedens patet, quia Iuri honorifico, aut vtili ; quod habet Patronus in Ecclesia, minimè detrahitur ; nec Ius onerosum augetur per Sepulchri constructionem, absque eius consensu. Non enim aufertur ab eo honor præsentandi Rectorem, nec præcedentia, nec quod debeat ab Ecclesia sustentari, si ad paupertatem deuenerit : æquè enim benè, & fortè melius, ex redditibus Ecclesiæ sustentari poterit, constructo Sepulchro, quàm non constructo : nec imponitur ei maior obligatio quoad onerosum : quoad onus scilicet defendendi Ecclesiam, & ei subueniendi. Ex Sepulchri ergo constructione, nullum Patrono præiudicium infertur. Consequentia autem prima probatur. Quia si Patroni consensu indigeret Sepulchri constructor, pro illius constructione in Ecclesia patronata, esset precisè, eo quod ex tali constructione Ius aliquod Patroni violaretur.

Secundò probatur. Patroni munus est defendere Ecclesiam, cuius Patronus existit. Vndè (ait Panormitanus Abbas, *in cap. Nobis num.* 7. *de Iure patronatus*) debet defendere Ecclesiam suam, & potest denunciare Presbyterum si est dilapidator, vel aliàs inhonestus, & debet procurare Ecclesiæ beneficium, Samuellius, *dicta controuers.* 14. *conclusione* 9. Sed contradicendo Sepulchri constructionem in Ecclesia non illam defenderet, nec Ius procuraret beneficium, & augmentum, sed impediret potius, impugnaret. Ergo ad constructionem Sepulchri in Ecclesia Patronata, Patroni consensus nullatenus requi- 3

ritur, & ſi illam contradicat, conſtructio ipſa retardati non debet, nec æſtimanda venit Patroni contradictio, quia irrationabilis eſt, & contra id, quod ex proprio munere agere debebat.

4 Tertiò probatur. In Eccleſia Patronata, ſine Patroni licentia, & conſenſu, conſtrui poteſt Capella, iuſta interueniente cauſa, *cap. Ad audientiam*, & ibi Gloſſa *in formatione caſus*, *ad finem*, *verbo Magna difficultate*, *& verbo Præſentationem Rectoris*, *el 3. de Eccleſiis ædificandis*, Abbas *ibi, num. 2.* & Auguſt. Barboſa, *cod. num.* Ergo à fortiori poterit in eadem Sepulchrum conſtrui, nullo Patroni conſenſu requiſito. Patet conſequentia, quia cui licet, quod eſt plus, licet vtique, quod eſt minus. Textus eſt expreſſus, & formalis regula tradita, *cap. 56. de Regulis Iuris*, *lib.* vbi Gloſſa, *verbo Cui licet*, ſic fatur. Cui licet plus, & minus. *Et in cap. Cum illorum*, *verbo Minora*, *el 52. de Sentent. excommunicationis*, ita ait. Et è conuerſo, cui conceditur maius, & minus. Supple: conceditur. Et *L. Non debet cui plus licet*, *quod minus eſt non licere*, *la 88. ff. de Regulis Iuris.* Quod autem minus ſit Sepulchrum conſtruere, quàm Eccleſiam, ſeu Baſilicam Parochialem, de qua *in dicto cap. Ad audientiam*, nulla indiget probatione, cum clarum illud ſit. Declaratio enim non habet locum in claris. Rota *in Pampilonenſi de Stella*, *29. Octobris*, *de Anno 1621. coram Coccino*, & apud illam Caſtrus, *in L. Hæredes*, *§. Si quid*, *num. 4. in fine*, *ff. de Teſtamentis*, & *conſil. 22. colum. fin. verſic. Præterea dictæ declarationi*, *lib. 1. deciſ. conſil. 114. n. 5. verſic. Et dicit hoc procedere.* Probatio autem, declarationem intendit veritatis.

DISQVISITIO VI.

An pro Sepulchri conſtructione, bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint?

BREVIARIVM.

Argumentum.

Validiſſimum eſt in Iure, argumentum ab æquiparatis. n. 4.

Expenſæ.

Funerum, & exequiarum expenſæ omne debitum præcedunt. n. 3.

Ante omnia deduci debent de hæreditate. n. 3.

Pro illis ſoluendis alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta. n. 1. 3.

Sepulchrum.

Cauſa pia eſt Sepulchri conſtructio: & legatum factum pro conſtruendo. n. 2.

Pro Sepulchri conſtructione, alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta. n. 3. 4.

1 RESPONDET Pater Samuellius, *in ſua Praxi de Sepulturis*, *tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 6. concluſ. 10.* quod poſſint alienari bona præfata pro Teſtatoris exequiis faciendis, iuxta illius qualitatem; non tamen pro Sepulchri conſtructione. Allegat Lambertinum, *de Iure patronatus*, *lib. 1. part. 1. quæſt. 3. artic. 17.* Rochum de Curte, *eod. tract. verbo Eccleſiam*, *quæſt. vltima*, & Paulum de Citadinis, *eodem etiam tractatu part. 3. quæſtio. 2. artic. 2.*

Nullam textus, aut rationis adducit Samuellius, 2 pro dicto ſuo, probationem. Et ſi illud verum tenet, quoad primam partem, de Teſtatoris exequiis, quare reſpectu ſecundæ, de eiuſdem Teſtatoris Sepulchro non teneat, neutiquam capere valeo. Sicut enim expenſæ exequiarum ad cauſam pertinent piam, ſic pertinet Sepulchri conſtructio; legatum enim factum ad monumenti conſtructionem, dicitur pium, vti cum Baldo, & Angelo, *in L. Hæreditas. §. Si defuncto*, *ff. de Petitione hæreditatis*, & cum eodem Angelo, Rapha. Paulo Caſt. & Imola, *in L. 1. §. finali*, *ff. ad Legem Falcidiam*, docent Antoninus Diana, *part. 7. tract. 6. de Teſtamentis priuilegiatis*, *reſolut. 31. ad finem*, & Auſonius Noctinot, *in illius Compendio*, *verbo Teſtamentum, num. 10. in fine.* Quare, pro vera difficultatis propoſitæ reſolutione, ſit.

CONCLVSIO.

PRo conſtruendo Teſtatoris Sepulchro, alienari 3 bene poſſunt bona fideicommiſſo, ab ipſo ſubiecta Teſtatore.

Probatur concluſio. Pro expenſis exequiarum Teſtatoris alienari poſſunt bona, fideicommiſſo ſubiecta. Ergo alienari etiam poſſunt pro conſtruendo illius Sepulchro. Antecedens Samuellij eſt, & ab omnibus admitti debet: quia ſunt adeo priuilegiati ſumptus funerum, vt ante omnia deduci debeant. Præcedunt enim omne debitum. *L. At ſi quis*, *§. 1. & L. penult. ff. de Religioſis*, *& ſumptibus funerum.* Et ſunt magis priuilegiati, quàm omne debitum. Abbas, *quæſt. 3.* incipit *Sempronius*, *num. 1.* Nam regula eſt (inquit) vt impenſa funeris, de hæreditate ſemper deducatur: & hæc impenſa eſt adeò priuilegiata, vt omne debitum præcedat, vt *L. Impenſa funeris*, *eodem titulo.* Idem Samuellius, *dicto tract. 1. diſputat. 6. controuerſ. 15. concluſ. 6.*

Conſequentia verò probatur. Argumentum ab 4 æquiparatis validiſſimum eſt in Iure, Auguſt. Barboſa, *tract. Locorum communium Argumentorum Iuris*, *loco 6. n. 1. ex L. Stichus*, *ff. de Manumiſſis teſtamento.* cum Cephalo, *conſil. 210. n. 42. conſil. 537. n. 19.* Laurentio de Pinu, *conſil. 66. n. 6. & conſil. 136. n. 6.* Socino Iuniore, *conſil. 71. n. 2. & conſil. 122. n. 18. volum. 3.* Franciſco Beccio, *conſil. 8. n. 9. volu. 1.* Franciſco Viuio, *deciſ. 255. n. 19. lib. 2.* Menochio, *conſil. 32. num. 17.* Sbroz, *de Vicario Epiſcopi*, *lib. 2. quæſt. 61. n. 11. & 12. & lib. 3. quæſt 6. n. 8.* Surdo *de alimentis*, *tit. 9. quæſt. 1. num. 9. & conſil. 393. num. 36.* Franciſco Molina, *de Ritu nupt. lib. 3. quæſt. 46. num. 24.* Stephano Gratiano, *diſceptationum forenſium*, *cap. 298. n. 70.* Narbona, *L. 20. Gloſſ. 22. n. 4. tit. 1. lib. 5. Recopilationis.* Fontanella, *de Pactis nuptialibus*, *clauſula 4. Gloſſa 7. part. 2. num. 61.* vbi ait quod procedit affirmatiuè, non negatiuè. Valenzuela *conſil. 124. n. 16. tomo 2.* Ioſeph Vela, *differentiarum forenſium*, *diſſertatione 6. n. 45.* & Rota, *deciſ. 6. n. 3. & 5. part. 1. in poſthumis Farinacij*, *aliàs parte 3. recentiorum*, Vbi additur, quod valet etiam in ſtatutis, argumentum ab æquiparatis, ſeu ſubrogatis. Quod maximè procedit, quando adeſt ſimilitudo in eo, quo fit æquiparatio. Idem Barboſa, *eodem loco*, *numero 2.* cum Pelaez, *de Maioratu*, *part. 1.*

part.1. quæſt.28. num.22. Surdo, *deciſ.119. num.16. & 21.* Cardinali Seraphino, *deciſ.288. num.5.* Cephalo, *conſil.537.* incipit *Diligenter, num.19. volum.4.* & Franciſco Viuio, *dicta deciſ.255. num.19. poſt princip. & num.21.* Sed Sepulchrum, & funus, ſeu exequiæ, ſic æquiparantur, vt omnino aſſimilentur in hoc, quod tendant ad animæ remedium, defuncti ſolatium. Ergo ſi bona fideicommiſſo ſubiecta à teſtatore pro expenſis ſuarum exequiarum alienari poſſunt, poterunt etiam alienari pro conſtruendo illi Sepulchro. Huius argumenti vis, & efficacia, illuſtratur doctrina Abbatis, *diſquiſ. ſequenti* reddenda.

DISQVISITIO VII.

An Epiſcopus, bona habens patrimonialia, Sepulchrum ſibi conſtruere poſſit, Eccleſiæ expenſis?

BREVIARIVM.

Epiſcopus.

Centeſimam partem bonorum immobilium Eccleſiæ ſuæ, poteſt Epiſcopus alienare pro conſtruendo, & magnificando Sepulchro ſuo. n.1.2.9.

Amplia, etiam ſine conſenſu Capituli. n.2.

Limita, dummodo graue nocumentum Eccleſiæ non inferat Cathedrali. n.1. & ſeqq.

Exequiæ Epiſcopi fieri debent non ſui hæredis expenſis, ſed Cathedralis Eccleſiæ. n.8.9.

CONCLVSIO.

1 POteſt Epiſcopus, ex bonis Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, centeſimam alienare partem, pro conſtruendo ſibi Sepulchro, illoque magnificando. Et ſic poteſt illud non conſtruere ex patrimonialibus.

Hanc concluſionem probat *Canon Bonæ rei, el penult. 12. quæſt.2.* ex Concilio quodam Toletano
„ deſumptus, vbi ſic habetur. Ad Eccleſiam verò, quæ
„ Monaſticis non informabitur regulis, aut quam
„ pro ſuis magnificare voluerit Sepulturis, non am-
„ plius, quàm centeſimam partem cenſus Eccleſiæ,
„ cui præſidet ibidem conferri licebit. Hæc textus, in
„ Canone illo. Cuius Gloſſa, *in formatione caſus* apponit hanc limitationem: dummodo ei (Eccleſiæ ſcilicet Cathedrali) damna grauia non infligat. Quam etiam Abbas mox citandus reddit.

2 Probat etiam concluſionem textus, *in cap. Apoſtolicæ, el 9. de Donationibus*, in quo Innocentius Papa Tertius præfatum Canonem, & eius verba, modo à nobis recenſita approbat. Addit tamen quod ſi donatio graue intulerit Eccleſiæ detrimentum, ſiue illa fuerit facta de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus ad Epiſcopalem menſam, vel Cathedralem Eccleſiam pertinentibus, in qualibet portione conſtiterit eſſe collatum, poterit legitimè reuocari, niſi præſcriptione, vel alia legitima exceptione actio huiuſmodi excludatur. Et notat Gloſſa *verbo Elargiri*, hanc donationem poſſe Epiſcopum facere, ſine conſenſu Capituli. Sufficit enim (inquit) à iure ſemel conceſſum fuiſſe, *ff. de Conditionibus inſtitutionum, quæ ſub conditione, §. vltim. & de iis, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, Paſtoralis.*

In omnibus conſonat Auguſt. Barboſa *in dictum cap. Apoſtolicæ.* Vbi inter alia adnotat ſequentia. *Primum*, quod Epiſcopus poteſt de bonis propriæ Eccleſiæ, aliam Eccleſiam, vel Capellam dotare. Ita *num. 2.* ex Lambertino, *de Iure patronatus, lib.1. part.1.quæſt.5.art.16.* & ex Iuliano Viuiano, *in Praxi Iuris patronatus, part.1.lib.2.c.4.n.33.* 3 *Epiſcopus, dotare poteſt de bonis Eccleſiæ ſuæ aliam Eccleſiam vel Capellam.*

Secundum, quod ſucceſſor in Regno poteſt reuocare donationes factas à prædeceſſore, quæ grauiter, & enormiter Coronam lædunt; ſecus ſi non lædunt, vel modicè lædant. Sic *num.3.* cum Menochio, *conſil.307. à num.17.* Cabedo Luſitaniæ, *deciſ.19.num.2.deciſ.30.num.1. & deciſ.40. à num.16. part.2.* 4 *Rex ſucceſſor, quas donationes à prædeceſſore factas, rectore poſſit, & quas non.*

Tertium, quod Clericus debet expenſis ſuæ Eccleſiæ, & ſucceſſoris ſepeliri. Ita *num.4.* cum Geminiano, *conſil.1. num.5. & 6.* & Belleto, *diſquiſitionum Clericalium, part.1. tit. de Clerico debitore, §.3. num.5.* Vnde in Pampilonenſi Epiſcopatu, adiudicatur Beneficiario defuncto, tertia pars fructuum anni ſequentis poſt mortem, pro expenſis funeris, vti apparet ex Conſtitutione Synodali. 5 *Clericus debet expenſis Eccleſiæ, & ſucceſſoris ſepeliri.*

Et addit Barboſa ex eiſdem Geminiano, & Belleto *in locis redditis*, quod ſi conſanguinei Clerici defuncti, de ſuis, expenſas fecerint exequiarum quod poſſint illas à ſucceſſore repetere dummodo proteſtati fuerint, ſe illas facere, ſeu feciſſe animo rehabendi. Aduertit tamen, attendi debere, non ſolùm ad qualitates dignitatis, perſonæ, & Sepulturæ, ſed ad quantitatem facultatum Eccleſiæ, ſeu beneficij, quia ſi expenſæ tranſcendunt facultatem beneficij, non tenetur ad exceſſiuas ſucceſſor, *ex L. At ſi quis, §.equum, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, & Geminiano, *conſil.1. allegato, n.7.* 6 *Clerici defuncti hæres, repetere poteſt, & quando, expenſas exequiarum illius.*

Numero denique quinto adnotat, ex Baldo, *in repetitione L. Celſus, num.2. verſic. quarto, ff. de Vſucapionibus*, Viuiano, *tom.2. communium opinionum, lib.7.tit.5.num.55.pag.239* & Molina, *de primogen. lib.2.cap.6.num.68. verſic. Contrariam, & verſic. Cæterum*, quod titulus illegitimus, qui ex errore iuris legitimus reputabatur, conſtituit præſcribentem in mala fide, & deſtruit longiſſimi temporis præſcriptionem. Quod ex Molina aduertit, procedere, quando titulus eſt à iure reprobatus, & cui Lex reſiſtit, ſeu manifeſtè eſt vitioſus. 7 *Præſcriptio nõ acquiritur ex titulo illegitimo.*

Concluſionem noſtram probat, ex duplici textu Canonico ſupra allegato, Abbas, *in quæſtione ſua 3.* quæ incipit *Sempronius, numero 4.* quibus vtitur ad probandum exequias pro Epiſcopo defuncto, fieri debere, non ex bonis relictis hæredi, ſed ex bonis Eccleſiæ: quia ſi Sepulturam magnificare ex his poteſt, exequiæ etiam ex iiſdem fieri debent. Verba Panormitani ad amuſſim reddo. 8 *Epiſcopi exequiæ, fieri debent expenſis ſuæ Eccleſiæ, non autem hæredis ſui.*

Ad primam partem concluſionis (inquit) primò adduco *c.Bonæ rei, 12.quæſt.2. & cap. Apoſtolicæ, de Donationibus*, quæ ſingulariter faciunt in hac materia. In eis enim dicitur Epiſcopum poſſe ex redditibus ſui Epiſcopatus centeſimam partem ſuæ Eccleſiæ dare inferiori, quam pro ſuis Sepulturis magnificare cupit. Ecce ergo cauſam, quam ex mente illorum Canonum ſatis liquidè apprehendere poſſumus, exequias Prælati, celebrandas expenſis Eccleſiæ, cum ex cauſa Sepulturæ poſſit alienare etiam bona immobilia Eccleſiæ vſque ad centeſimam partem, dummodo Eccleſiæ ſuæ Cathedrali, graue damnum non inferat. Hactenus Nicolaus Tudeſchus. 9

DISQVISITIO VIII.

An teneat conuentio, vt non poſsit emptor, in loco empto, Sepulchrum conſtruere?

BREVIARIVM.

Conditio.

Si apponatur in contractibus, contra iure communi diſpoſitum, habetur pro non appoſita. n.4.

Sepulchrum.

Conſtrui benè poteſt in loco, ea ſub conditione venditio, vt in illo non poſſit conſtrui. n.1.

CONCLVSIO.

1 NOn obſtante conditione, in contractu venditionis appoſita, de eo, quod in loco vendito Sepulchrum conſtrui non poſſit, validè, & licitè iſtud in illo conſtruitur.

Ita docet Franciſcus Maria Samuellius, *in ſua praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.1. controuerſ. 7. concluſ.1.* vbi idem dicit de conſtructione Eccleſiæ, & Capellæ. Inquirit enim, An valeat conuentio, vt minimè liceat emptori in loco empto Eccleſiam, Capellam, aut Sepulturam ædificare? Et reſpondet ſic. Huiuſmodi conuentio nec valet, nec tenet: quia Laicus, licet Imperator ſit, vel Vir ſanctus nequit legem rei Eccleſiaſticæ imponere, vel aliquid diſponere contra libertatem Eccleſiaſticam. *Authent. Caſſa, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis.* Sed dicta conuentio, eſt contra Religionem. Ergo non eſt admittenda. *L. Si quis Sepulchrum, in princip. ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum,* cum Religionis fauor, multa inducat.

Immunitati Eccleſiaſtice, à nulla Laicali poteſtate præiudicari poteſt.

2 Hæc omnia præfatus author, qui pro ſe, & nobis allegat Bartolum, *in L.2. Cod. communia de Manumiſſionibus.* Lambertinum, *de Iure patronatus, lib.1. part.1. quæſt.3. artic.23. fol.16. & de Sepultur. numero 9. fol.192.* & alios, eorum ſuppreſſis nominibus. Et intelligit concluſionem procedere, priuſquam Eccleſia ſit ædificata, vel ſit incœpta ad ædificandum.

Et quidem ſi procedit ante Eccleſiæ conſtructionem, reſpectu Capellæ, & Sepulchri, à fortiori procedere debet poſt illius conſtructionem: quia tunc magis res Eccleſiaſtica eſt, quàm erat ante conſtructionem, vti ex terminis ipſis patet.

3 Sed obiicies. In limine fundationis Eccleſiæ, poteſt fundator apponere quaſcumque conditiones etiamſi ſint contra ius. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.2. diſputat.5. quæſito 10. numero 7. pag.64.* & Auguſt. Barboſa, *de officio, & poteſtate Epiſcopi, parte 1. tit.2. de Epiſcopali munere, gloſſa 17. num.28.* vterque ex S. Rota *in vna Romana Iuris patronatus, 31. Maij, de Anno 1613. coram Sacrato,* & ex Lambertino, *de Iure patronatus, lib.1. part.1. artic.1. quæſt.9. num.25.* apud Aſcanium, & apud Barboſam, *num.52.* Ergo benè poteſt quis fundum ſuum vendere, conditione appoſita, vt non poſſit emptor in illo conſtruere Eccleſiam, Capellam, aut Sepulturam.

Patronus poteſt in limine fundationis Eccleſiæ, cõditiones ſibi viſas apponere, etiã contra ius.

4 Reſpondeo *primò*, antecedens non eſſe verum quando apponitur conditio à iure reprobata. Vnde Eccleſiæ fundator, nec in limine fundationis illius poteſt facere, vt ſub ordinatione Epiſcopi illa non ſit, vti docet Panormitanus *in cap. Si conditiones, num.8. el 7. & final. de conditionibus appoſitis.* Et ſi apponat huiuſmodi conditionem, habebitur pro non appoſita. Et Tamburinus, ac Barboſa *locis redditis,* ex Rota, & Lambertino, *vbi proximè*, ſuum limitant dictum, dummodò conditiones non ſint impoſſibiles, aut à iure reprobatæ.

Patronus, non poteſt apponere conditiones à iure reprobatas, etiam in limine fundationis.

Reſpondeo *ſecundò*, conditionem turpem, & vitioſam in quolibet contractu, aut diſpoſitione appoſita, ſeruandam non eſſe, & haberi pro non appoſita. Eſt textus elegans *in cap. Si conditiones, el 7. de conditionibus appoſitis*, ibi: Licet aliæ conditiones appoſitæ in matrimonio, ſi turpes aut impoſſibiles fuerint, debeant propter eius fauorem, pro non adiectis haberi. Ex quo, & ex *Lege 6. tit.4. part.4.* ait Sanchez, *de Matrimonio, tom.1. lib.5. diſputat.5. numero 1.* Certum igitur eſt, conditionem turpem, ſicut & impoſſibilem adiectam matrimonio, haberi pro non appoſita, matrimoniúmque manere purum. 5

Conditio vitioſa, & turpis, in contractu appoſita, ſeruanda non eſt, & habetur pro non appoſita, & idem eſt de conditione impoſſibili.

Nec valet dicere, quod Gregorius Papa IX. in præcedenti Decretali, ſolùm decernat, conditiones impoſſibiles, & turpes appoſitas contractui matrimonij habendas pro non appoſitis, non quà tales; ſed propter matrimonij fauorem: ſicut propter eius fauorem pater, & mater in ipſius prærogatiua ad teſtimonium admittuntur, qui in aliis contractibus, & cauſis repelluntur: ſic decernente Clemente Papa Tertio, *in cap. Videtur, el 3. Qui Matrimonium accuſare poſſunt*, per hæc verba. Quod vero legitur, pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in criminalibus cauſis, & contractibus, verum eſt. In matrimonio vero coniungendo, & diſiungendo, ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt, congruè admittuntur. Ergo ex dicto *cap. Si conditiones*, non probatur conditiones turpes, & vitioſas in aliis contractibus appoſitas, haberi pro non appoſitis. 6

„ Teſtes poſſũt „ eſſe patres „ in cauſa „ matrimonij „ filij, non aũ „ tem in aliis. „ „

Non inquam valet, quia licet Papa Gregorius, ibi exprimat præfatas conditiones, *propter fauorem matrimonij*, pro non appoſitis habendas: certum eſt, motum fuiſſe Gregorium, ad illam Decretalem ſtatuendam, non ob illam cauſam ſolùm, ſed etiam in odium talium conditionum. Quod verum colligo ex ipſius Gloſſa, *verbo Impoſſibiles*, vbi ad demonſtrandum iſtas conditiones pro non adiectis habendas, allegat *caput Pactiones, el 8. & finale de Pactis*, in quo idem Gregorius Nonus ſic decernit. Pactiones factæ à vobis (vt audiuimus) pro quibuſdam ſpiritualibus obtinendis: cum in huiuſmodi omnis pactio, omniſque conuentio debeat omnino ceſſare, nullius penitus ſunt momenti. Quod etiam de aliis eſt dicendum, quæ obſeruatæ vergunt in animæ detrimentum. Nam etiam iuxta legitimas ſanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impoſſibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit. Hactenus Gregoriana, vbi apertè Conſtitutionem condidit vniuerſalem, pro omni contractu, & non pro matrimonio tantum. Vnde licet de hoc tantum, mentionem formalem, & explicitam faciat, idem virtualiter; & implicitè decernit de omni alio contractu in altera Decretali, *Si conditiones*, quæ poſteriori tempore condita eſt, vti ex ordine titulorum Decretalium apparere videtur. 7

„ Pactio, & „ conuentio „ quacumque „ pro ſpiri„ tualibus „ acquirẽdis, „ reprobatur: „ & quæ in „ animæ ver„ git detri„ mentum. „ Pactum rei „ impoſſibilis, „ aut turpis, „ nullã obligationẽ inducit.

Nec ex dictis inferas Profeſſionem ſolemnem Religionis, factam ab aliquo, ſub ea conditione, vt proprium poſſideat, ſi proprium in rigoroſa acceptione, 8

prione, provt dominium directum & proprietatis dicit, poſſidere intendat, validam eſſe, & conditionem, pro non adiecta haberi debere, ſicut ſi intendat ſolùm vſum, & dependenter à Prælati ſui voluntate valida eſt. Ne inquam inferas. Quia valor votorum emiſſorum, vnicè dependet à voluntate vouentium. Vndè ſi intentionem profitendi non habet, niſi habere poſſit temporalia quoad proprietatem, nullatenus ſubſiſtet profeſſio: nec poteſt haberi pro non adiecta huiuſmodi conditio, cum in illa nullitas conſiſtat profeſſionis, ſuppoſito, quod de eſſentia ſit, & de ſubſtantia profeſſionis ſolemnis Religionis, non habere dominium proprietatis; licet abſque illius detrimento, vſus habeatur rerum temporalium, dependenter tamen à Prælati voluntate. Ita Auguſtin. Barboſa, *in dicto cap. Si conditiones, numero* 13. quoad ſecundam partem, ex Azorio, *Inſtitut. Moralium, part. 1. lib. 11. cap. 15 quæſt. 9. & in cap. Inſinuante, numero 3. el 7. & fin. Qui Clerici vel vouentes*, quoad vtramque partem: ibi enim in ſequentia prorumpit.

9 Notatur ad hoc, quod fœmina poteſt Religionem profiteri ea conditione, vt domi ſuæ maneat, & certam ſuorum bonorum portionem habeat ad neceſſaria vitæ ſubſidia, & alimenta ex Superioris voluntate pendentem; vt per Nauarrum, *Commentario 2. de Regularibus, numero* 14. Azorium, *Inſtitutionum Moral. part. 1. lib. 12. cap. 9. quæſt. 4.* latè Ioannes à Cruce, *de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 3. dub 2.* vbi aſſerit prohibitionem Concilij Tridentini, *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 2.* habere tantùm locum in redditibus, vt propriis, & irreuocabilibus per Prælatos, & ſine eorum licentia diſtrahendis. Bartholomæus à S. Fauſto, *in Theſauro Religioſorum, lib. 5. quæſt. 246.* vbi hoc limitat, niſi Religionem profiteretur cum pacto, vt in propria domo maneat independenter à Superioris voluntate, quia tunc nulla erit profeſſio, cum huiuſmodi pactum ſit contra obedientiæ votum, ac ſubinde contra Religionis ſubſtantiam pugnet. Vnde textus *in præſenti*, intelligi de retentione, ſeu reſeruatione bonorum ad vſum profitentis in domo propria pro ſuis neceſſitatibus tanquam obedientiarij, & ex voluntate Prælati, tenent Nauarrus, *conſil. 20. numero 3. ſub titulo de Regularibus, in antiquis, & dicto commentario 2. numero* 16. Azorius, *dicto lib. 12. cap. 5. quæſt. 2. in fine.* Beja, *Reſponſorum caſuum conſcientiæ, p. 4. caſu* 17. Fr. Emmanuel, *quæſtion. Regular. tom. 3. quæſt. 17. artic. 6.* Sanchez *de Matrimonio lib. 7. diſputat. 25. numero* 21. *& in Præcepta Decalogi, libro 5. cap. 4. numero* 99. Nicol. Garcia, *de beneficiis, part. 7. cap. 10. numero* 100. Et ita non quoad proprietatem, ſed quoad vſum, vt intelligit Sanchez, *lib. 5. diſput. 9. numero* 14. *verſic. Ad quartum.* Alij tamen clarius, vt ipſi dicunt, in hac quæſtione ſub diſtinctione procedunt, dicentes, quod ſi quis Religioſus ſub ea conditione, vt ſibi liceat proprium, & bona immobilia poſſidere, & liberè acquirere profiteatur retinendo ea, vt propria, etiam inuito Prælato, talis profeſſio erit nulla, & irrita, vtpote contra eſſentiam, atque ſubſtantiam Religionis, & omnino contraria voto paupertatis; ſecus autem eſſet quando vſum ſolùm ſibi reſeruaret profitens pro ſuis neceſſitatibus, ex Superioris licentia, eiúſque nutu reuocabilem, tunc enim valet profeſſio, nec conditio reiicitur. Ita Gloſſa *hic, verbo Vt in domo*, Bart. *in Authent. ingreſſi, de Sacroſanctis Eccleſiis, numero* 29. Vbi Paul. *numero* 18. Bernard. *regula* 521. Garc. *reg.* 420. *numero* 2. Spin. *in Speculo teſtamentor. gloſſa* 12. *num.* 12. Leſſius, *de Iuſtitia, lib. 2. cap. 41. num.* 63. Ceuall. *Commun. contra commun. quæſt.* 85. *numero* 2. Ludouic. Miranda, *in Manuali Prælator. tom. 1. quæſt.* 28. *artic.* 2. Humad. *L. 7. gloſſa 1. numero* 2. *tit. 7. partita 1.* Sylueſt. *verbo Religio* 3. *q* 8. Fr. Emmanuel *dicta quæſt. 1. artic. 6.* Barthol. de Vecchis, *in Praxi Nouitior. diſputat. 13. dub. 1. numero* 11. Baſil. Pontius, *de Matrimonio, lib. 5. cap.* 10. *num.* 10. Suarez, *tom. 3. de Religione, lib. 6. cap. 12. numero* 14. *&* 15. nouiſſimè, poſt primam impreſſionem, viſus Hieronymus Roderiquez, *in Compend. QQ. Regular. reſolut. 136. numero* 13. benè Sanchez, *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. cap. 4. numero* 97. vbi *numero* 98. reſoluit, in dubio, reſeruationem aliquorum bonorum tempore profeſſionis à Religioſo factam, eſſe hoc modo intelligendam: nempe, quoad vſum ex licentia Abbatis, ab ipſóque reuocabilem. Et in his terminis credo intelligendum Marcum Antonium Genuenſem nimis latè loquentem *in Practicabilib. Eccleſiaſt. quæſt.* 265. Huc vſque Auguſtin. Barboſa.

Religioſus poteſt in profeſſione reſeruare ſibi vſum temporalium, dependentem à Superioris voluntate.

Vſus temporaliũ, dependens à voluntate Prælati, ſtatui Religioſo non vitiatur.

Contrariatur verò proprietas, dominiũ, & vſus indedens.

Sed benè inferre licet, legatum Monacho, aut Religioſo alteri relicto, cum ea conditione, vt illi proprium ſit, non autem Conuentui, aut Religioni, validum eſſe, & conditionem haberi pro non appoſita, non ſolùm ſi intentio ſit teſtatoris, vt ſit proprium quoad vſum tantum, & dependenter ab Abbate, aut ab altero Religioſi legitimo Prælato, ſed etiamſi intendat, vt talis vſus ſit Religioſo proprius independenter à Superiore: & etiamſi tandem velit, vt Religioſus legatarius, habeat verum, & rigoroſum dominium proprietatis, & directum rei legatæ. Et ita docent Ioannes Baptiſt. Lezana, *in Summa quæſtion. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 6. num. 34. pag. mihi* 39. cum Thomas Sanchez, *tom. 2. in Decalogum, lib. 7. cap. 17. num. 12.* Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatiſſarum, tom. 4. diſputat. 8. quæſito* 5. cum Imola, *in L. Si alienum, 49. in princip. num. 3. ff. de Hæredibus inſtituendis*, Angelo, *in L. Quidam 5. §. Illo, num. 2. Cod. de Neceſſariis ſeruis hæredibus inſtituendis*, Iaſone *Authent Ingreſſi. num. 37. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Caldas, *L. Si curatorem, verbo Laſis, num. 147. Cod. de in integrum reſtitutione*, & cum Riminaldo, *Inſtitut. Per quas perſonas, à n. 104. vſque ad* 108.

10 *Legatum factũ Monacho, cũ conditione, vt illi ſit proprium, & non Monaſterio, tenet pro Monaſterio.*

Et ratio eſt: quia conditiones turpes adiectæ legatis, non vitiant, ſed vitiantur: ac proinde habentur pro non adiectis, & illis reiectis, valet legatum. *L. 1. L. Si quis ita inſtitutus. L. Quæ ſub conditione. L. Conditiones, quæ & L. Conditiones contra. ff. de Conditionibus inſtitutionum, & L. 3. partita 6. tit. 4.* Sed conditio appoſita in legato, vt Religioſus habeat dominium proprietatis, ſeu directum rei legatæ, aut vſum quidem eius independentem à Prælati voluntate, eſt turpis, & factilega, & contra ſubſtantiam, & eſſentiam voti paupertatis. Ergo non vitiat legatum, ſed vitiatur, & habetur pro non adiecta. Valet itaque legatum, non provt ſit, ſed vt ſit Monaſterij, dominij capacis, aut Sedis Apoſtolicæ, ſi illud factum fuerit Minoritæ, vel Capucino, vſus autem Religioſi legatarij, ſi tamen Prælato id placuerit, ſin minus ſui Conuentus ſit.

11 *Conditiones turpes legatis addicta, non vitiãt legata, & habẽtur pro non addictis.*

Quod ſi petas, quid ſit, ſi teſtator velit, vt legatum illud, quoad dominium, & proprietatem ad Religioſum, & non ad Monaſterium, ſeu ad Conuentum ſuum pertineat, ita vt ſi aliud Prælatus velit, ad extraneum tranſeat legatum? Reſpondeo legatum nihilominus ad Conuentum, & Monaſterium, ſeu ad Cœnobium pertinere, & conditionem haberi pro non adiecta. Et ita tenent Lezana, & Aſcanius Tamburinus, *locis modo recenſitis.*

12 *Legatũ factũ Monacho, cum conditione, vt illi propriũ ſit, aliàs pertinet ad extraneum, ad Monaſterium pertinet Monachi legatarij.*

Ratio

13 *Pœna adiectio actui prohibito, eſt nulla ipſo iure.*

Ratio autem ea eſt. Quia adiectio pœnæ actui interdicto, ſeu prohibito, eſt ipſo iure nulla. Lezana, *ex L. vnica, in fine, Cod. de his, quæ pœnæ nomine in teſtamento, vel Codicillo relinquuntur.* Tamburinus, *vbi proximè* cum Bartolo, *in L. Lucius Titius, 78. §. Tres hæredes, n. 3. ff. Ad Trebellianam,* & ibi Cuman. *numero 6.* Baldo, *in dicta Lege vnica, numero 44.* Tabiena, *in Summa, verbo Monachus, quæſt. 14. numero 15.* Cœpola *caut. 252. numero 2.* Angelo Theologo, *in Summa, verbo Monaſterium, numero 11.* Syluestro, *verbo Religio 6. quæſt. 7. dicto 3.* Gualdenſi, *de Arte teſtandi, tit. 5. cautione 63. numero 1.* Cucc. *inſtitut. maiorat. tit. 1. numero 114.* Galganeto, *de Conditionibus, & demonſtrationibus, part. 2. cap. 5. quæſt. 12. conſil. 7.* Corduba, *in Summa, quæſt. 154.* Thoma Sanchez, *tom. 2. in Decalogum, lib. 7 cap. 17. n. 17.* & Emman. Roderiquez, *to. 2. quæſtion. Regular. quæſt. 125. art. 3.* contra Iacobum de Graffis, *in Deciſionibus aureis, part. 1. lib. 3. cap. 5. numero 41. fol. mihi 384.* dicentem ex Archidiacono, *in Canon. ingredientibus, 16. quæſt. 3.* quod ad extraneum illum competat ratio, ſi Prælatus Religioſum moleſtet ſuper relicto: & contra Bartholomæum à S. Fauſto, *in Theſauro Religioſorum, lib. 8. quæſt. 88.* & recenſet Aſcanius verba prælegatæ legis vnicæ, quæ huiuſmodi ſunt. Quod ſi aliquid facere, vel legibus interdictum, vel aliàs probroſum, vel etiam impoſſibile iuſtus aliquis eorum fuerit, tunc ſine vllo damno etiam neglecto teſtatoris præcepto ſeruabitur hæc lex illa. Sed actui, de quo difficultas procedit, & qui malus eſt, & per conſequens interdictus, prohibitus, reprobatus, quod ſcilicet Religioſus proprium habeat, apponitur à teſtatore pœna, vt tranſeat in caſu contratio ad extraneum legatum. Ergo huiuſmodi adiectio pœnæ, ipſo iure eſt nulla. Et per conſequens, tenebit legatum ad Cœnobij fauorem, & conditio habebitur pro non adiecta.

Eſt etiam nulla ſi imponatur actui impoſſibili, vel probroſo vulgo feo.

14 *Legatum relictum cum conditione peccaminoſa tenet conditio, tamẽ habetur pro non appoſito.*

Secundò poteſt inferri in eiſdem terminis legati, validum eſſe illud ſi relinquatur Religioſo, aut Religioſæ ea conditione, vt fornicetur, mentiatur, &c. & conditionem haberi pro non adiecta: quia illa turpis eſt, peccati inductiua: & non vitiat legatum, ſed ipſa potius vitiatur. Sic prædictus Lezana, *tom. 2. part. 4. verbo Legata Regularibus relicta, numero 16. ex L. 1. L. Si quis ita. L. Quæ ſub conditione L. Conditiones, quæ & L. Conditiones contra, ff. de Conditionibus inſtitutionum, & L. 3. tit. 4. part. 6.* & Sanchez, *tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 17. numero 12.* iuxta ea, quæ tradunt Cornexo, *tom. 2. in 3. part. tract. 6. de Matrimonio, diſputat. 3. dub. vlt.* & alij, de conditionibus turpibus adiectis Matrimonio.

15 *Legatum relictum alicui, eũ conditione, vt contrahat matrimoniũ, ad legatariũ pertinet, ſi ſit Religioſus etiamſi non contrahat. Impoſſibile dicitur, quod licitè fieri nequit. Axioma Iuris eſt: Id poſſumus, quod iuſtè poſſumus. Et è cõtra, Id non poſſumus, quod honeſtè non poſſumus.*

Tertiò infertur, legatum alicui factum ea lege, & conditione, vt matrimonium contrahat, eſſe validum, ſi legatarius Religioſus ſit, & non contrahat: & conditio habetur pro non adiecta: quia impoſſibilis illi eſt: id enim poſſumus, quod iuſtè poſſumus: ſicut è contra, id non poſſumus, quod honeſtè non poſſumus. Axioma eſt Iuris, receptiſſimum à Theologis, & Iuriſperitis Doctoribus, *ex Lege Nepos Proculo, ff. de Verborum ſignificatione,* Sanchez, *tom. 1. de Matrimonio, lib. 5. diſputat. 15. numero 4.* cum Soto, *in 4. diſtinct. 29. quæſt. 2. artic. 3. paulò poſt princip. concluſ. 2.* Gregorio Lopez, *L. 6. verbo Si furtares, tit. 4. part. 4.* Palacios, *lib. 5. de Contractibus, cap. vlt. fol. 498. verſic. Quam ob rem dixerim.* Enriquez, *lib. 11. de Matrimonio, cap. 12. numero 6.* Barthol de Ledeſma, *dub. 25. de Matrimonio, concluſ. 9.* & cum Ludouico Lopez, *2. part. Inſtructorij conſcientia, noui. de Matrimonio, cap. 43. ad finem.* Auguſtinus Barboſa, *tractatu de Axiomatibus Iuris, axiom. 184. num. 6.* cum Surdo, *conſil. 203. n. 44.* Stephano Gratiano, *diſceptat. 891. n. 31.* & cum Ioſepho Vela, *diſſertat. forenſ. diſſertat. 6. n. 28.* & alij communiter.

Immò, ſi legatum Sanctimoniali relinqueretur, ea ſub conditione, vt egredi deberet è Monaſterio, illi ſoluendum eſſet legatum, etiamſi non egrederetur. Ita Lezana, *dicto verbo Legatum, num. 17. in fine.* Vnde declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, *in vna Camerinenſi, Menſis Martij, 1634.* ſolui debere cuidam Moniali legatum ſexaginta ſcutorum, etiamſi ratione ſui ſtatus, aſſiſtere non potuiſſet cuidam proceſſioni cum veſte alba, ſicut legatum requirebat.

16 *Legatum relictum Monialiciũ conditione, vt egrediatur Monaſterio, illi debetur etiamſi non egrediatur.*

Et quod fortius quidem eſt, legatum alicui factum, ſub conditione, vt matrimonium contrahat, eſt conditio impoſſibilis, aut turpis non fit, cum ſit Laicus, & ad contrahendum non impeditus, ſi Religionem ingrediatur, ei illud debetur ſolui. Sic idem Lezana, *vbi proximè,* cum Sylueſt. *in Summa, verbo Hæreditas 4. §. vlt. & verbo Legatum 1. num. 13.* Molina, *tom. 1. de Iuſtitia, tract. 2. diſput. 207.* Couarruuia, *1. variar. cap. 19. num. 11.* Portello, *in Dubiis Regularium, verbo Legatum, num. 10.* Bonacina, *de Contractibus, diſput. 3. quæſt. 1. puncto quarto, numero 10.* Auguſtinus Barboſa, *de Poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 83. num 27.* cum Couarr. citato, *cap. 9.* Emmanuele Coſta, *in L. cum tale, §. Si arbitratu, limitat. 4. num. 5.* Menochio, *de Præſumpt. lib. 4. quæſt. 148. à num. 13.* Perez de Lara, *de Capellaniis, & anniuerſariis, lib. 1. cap. 21. num. 24. verſic. Legatum relictum.* Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tom. 1. lib. 1. diſput. 3. num. 29. ex §. Sed & hoc præſenti, authentic. de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. Sed & hoc præſenti, collat. 9. de Authentic. Niſi rogati, Cod. ad Senatuſconſultum Trebellianum.* Allegat Molinam *vbi proximè, concluſ. 1. fol. 1267.* dicentem eſſe omnium: & plures alios. Et ait ipſe, ſicut & Barboſa, eſſe ferè certum.

17 *Legatũ factũ Laico ea ſub cõditione, vt cõtrahat matrimoniũ, ad illũ pertinet, ſi Religionem ingrediatur.*

Præter iura modo recenſita, addit Lezana, *cap. In præſentia de Probationibus,* & Declarationem Sanctæ Congregationis Concilij, *in Piſaurien. 26. Auguſti, 1616.* quam ex Sellio, *in ſelectis Canon. cap. 46. n. 16.* refert prædictus Barboſa, *in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Legatum, collect. 446. n. 1.* in qua habetur: legatum factum puellæ ad effectum nubendi, ſi ipſa effecta fuerit Monialis, dicti legati ſolutioni locus erit.

18

DISQVISITIO IX.

An Vniuerſitas, in caſu neceſſitatis, cogi poſſit ab Epiſcopo, ad conſtruendum Sepulturæ locum?

BREVIARIVM.

Sepulchrum.

Si Eccleſia, aut Cœmeterium ſufficiens non eſt ad ſuſcipienda parochianorum cadauera, poteſt compelli ad conſtructionem loci competentis Vniuerſitas, n. 1.

CONCLVSIO.

1 POtest cogi Vniuersitas,à loci Ordinario,ad construendum locum competentem pro Sepulturis omnium incolarum,& Parochianorum,si Ecclesia, aut Cœmeterium illius populi,capax non sit,& sufficiens ad illorum omnium cadauera susciepienda.

Hanc conclusionem tenet Franciscus Maria Samuellius,*in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.1. controuersia 7. conclusione 2. pag.*38. Immò addit, posse Episcopum Diœcesanum ad id, personam cogere particularem. Sic enim ibi fatur. Ad Sepulturam ædificandam in casu necessitatis, Vniuersitatis, vel aliquis particularis cogi potest ; puta si Ecclesia est adeò parua, vt Cœmeterium sufficiens non habeat ad mortuos sumendos suæ Parochiæ, Diœcesani authoritate. Hæc ibi, pro cuius, & duarum sequentium conclusionum probatione, provt solet, allegat Paulum de Citadinis, *part.3. quæst.29. causa 1. de Iure patronatus*, Calderinum, *consil. vltim. de Iure patronatus.* Doctores *in Lege hac consultissima, §. Sed ex imperfecto, Cod. de Testamentis*, & Lambertinum, *de Iure patronatus, lib.1.part.4.q.3. artic.13.*

DISQVISITIO X.

Testator mandauit fieri Sepulchrum per hæredem suum, mortuo hærede absque Sepulchri constructione, tenebitúrne illud hæredis hæres construere?

BREVIARIVM.

Hæres.

Illius personam, cuius est hæres repræsentat, & vna persona cum illo reputatur. n.2.

Succedit hæres in omnia iura, & onera realia sui auctoris. n.2.3.

Sepulchrum.

Tenetur Sepulchrum construere hæres illius, qui illud construere debuerat. n.1.

Votum.

*Votum reale, ad quod defunctus tenebatur, tenetur hæres, salua legitima portione adimplere.*n.3.

Non tamen tenetur sub vinculo, & reatu voti ; sed quia hæreditatem adeptus est illius, qui ad illud extiterat obligatus. n.4.

*Votum factum à Ciuibus, Canonicis, &c. successores non obligat, qua votum.*n.4.

*Si tamen abiit in consuetudinem illius obseruantia, obligabit tanquam Lex per consuetudinem introducta.*n.4.

Ad votum mixtum ex reali, & personali defuncti, tenetur hæres, qua reale, non qua personale. n.5.

CONCLVSIO.

1 HÆres ab hærede institutus, tenetur Sepulchrum construere, cui iste obstrictus extiterat, & obligatus. Et idem est, si non per institutionem, sed ab intestato,in illius successerit bona.

Ita docet Franc.Mar.Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.1. controuers.7. conclus.4.* cum Lambertino, *de Iure patronatus, lib.1. part.4. quæst.3. artic.13.* Calderino, *consil. vlt. de Iure patronatus*, cum Paulo de Citadinis, *part.3. quæst.29. causa 1. de Iure patronatus*, & cum Doctoribus, *in L. Hæc consultissima, §. Ex imperfecto Cod. de Testamentis.*

Ratio conclusionis est:quia hæredis hæres, illius 2
repræsentat personam : & ambo, quoad obligationem construendi Sepulchrum, vna reputantur persona,vt in simili dixit Gabriel Vazquez,*Opusculo de Testamentis,cap.8.§.4.dub.13.n.94.*

Quæ certè repræsentatio, in hoc consistit, quod hæres succedat in onera realia auctoris sui. Vnde ad debita realia testatoris tenetur ; postquam hæreditatem adiuit : quia sicut in omnia iura realia illius succedit, sic & in onera, vti benè docet Eligius Bassæus,*tom.1.verbo Hæres,n.3.ex L.Hæres,in omne,ff. de Acquirenda hæreditate.*

Quocirca idem Eligius, *verbo Votum III. n.17.* 3
versic. Si autem docet cum Ioanne Azorio, *Institut. Moralium part.1. lib.11. cap.15. quæst.15. columna mihi* 1252. Nauarro, *in Manuali cap.12. num.56.* Gregorio Sayro, *in Claui Regia, lib.6. cap.7.dub.6.* Syluio, *2.2.quæst.88.artic.3.quæst.1.conclus.2.* Thoma Sanchez, *in Decalogum, lib.4. cap.15.num.25. 26.& 37.* & cum Laymano, *tract.4. cap.6.num.12. & 13.* Votum reale, si ante mortem persolutum non fuerit à testatore, obligare hæredem, postquam hæreditatem adiit, salua legitima portione. Et huius rationem reddit dicens : quia sicut hæres succedit in bonis,& in actionibus,ac iuribus defuncti, ita etiam in oneribus, quæ hæreditatem attingunt, etiamsi nulla re per se sit obligata.

Hæc Bassæus, quæ non ita intelligas, vt hæres 4
sub voti vinculo, illud adimplere teneatur. Licet enim *in Lege Si quis rem, ff. de Pollicitationibus* habeatur : si decimam quis bonorum vouit, decima non priùs in bonis desiit esse, quàm fuerit separata: & si fortè, qui decimam vouit, decesserit ante se positionem, hæres ipsius hæreditario nomine decimæ obstrictus est. Voti enim obligationem ad hæredem transire constat. Voti tamen obligatio personæ vouentis est, non rei. Nemo enim voto alterius adstringitur, ita vt voti reus teneatur,nisi id præstet, vti benè Azorius, *loco citato* docet. Potest tamen aliunde obligari, vel ratione v. gr. hæreditatis obtentæ, vel quando Ciues, vel Canonici vouent se talem festum obseruaturos, qui successerunt, nulla voti religione obligantur ; si tamen illius dici obseruantia abiit in consuetudinem,tanquam legem,illam tenere consuetudinem debent. Sic similiter, si vota defuncti realia fuerint, vt si vouerit Templum, Sacellum, Hospitalémve extructurum, vel tali Ecclesiæ Calicem donaturum, vel eleemosynam pauperibus erogaturum,ea debet hæres exoluere : non quia voto ipse teneatur;sed quia defuncti,qui vouerat hæreditatem adeptus est.

Et idem dicendum est de voto mixto, ex perso- 5
nali, & reali, quà reali, tantum ; non quà personali. Vt si testator vouit peregrinationem ad Sanctum Iacobum Apostolum, vt illi Calicem auferret aureum, tenetur hæres Calicem aureum Sancto Iacobo offerre ; non tamen peregrinari tenetur : quia peregrinatio est personalis. Nec tenetur quidem ad expensas, quas in peregrinatione testator faceret, si peregrinaretur : quia istæ accessoriæ essent peregrinationi : & principali sublato, aufertur quoque,quod accessorium est, vti præfatus Azorius docet, *loco*

reddito, verſic. Perſonalia. Et benè quidam, quia axioma iuris eſt, *quod acceſſorium corruit ſublato principali.* Auguſt. Barboſa, *tract. de Axiomatibus iuris, verbo Acceſſorium, axiomate 4. num.12. ex L. Qui liberis, ff. de Vulgari, & pupillari ſubſtitutione. L. Cum principalis*, vbi Decius, *ff. de Regulis Iuris. §. Fideiuſſores, Inſtitut. de Fideiuſſoribus, §. Si quis ancillas. Inſtit. de Legatis.* Ancharrano, *conſil. 394. incipit, Dubium eſt, num.3.* Cardinali Tuſcho, *Practicar. concluſionum, tom.1. Littera A. concluſ.77. num.16.* Surdo, *conſil.318. num.5.* Menochio, *conſil. 8. num.135. & conſil.58. numero 14. & de Præſumptionibus, lib.5. præſumpt.21. num.26.* Caſtillo, *controuerſiarum lib.5. part.2. capite 168. à num.12.* & Thoma de Thomaſſet, *in Floribus legum, regula 92.* Et adducit exemplum Barboſa, ex Iaſ. *in Addit. ad Port. indict. §. Si quis ancillas*, in legato facto vaccæ cum vitulo: in quo ſi non valet legatum vaccæ, quia verbi gratia ſit mortua, vitulus non debebitur: cum acceſſoriè veniat vitulus ad vaccam; in tali legato. Vnde ſublato, & deſtructo principali legato, acceſſorium manet ſublatum, & deſtructum. Dictio igitur *cum*, acceſſoriè coniungit. Secus contingeret, ſi ſic fieret legatum: lego vaccam, & vitulum. Quia ſunt duo ſeparata legata. Dictio enim *et*, principaliter coniungit. Et ſic deſtructo, & ſublato legato vaccæ, adhuc ſubſiſtet legatum vituli.

Axioma. Acceſſorium corruit, ſublato principali.

Dictio cum *acceſſoriè coniungit.*

Dictio et principaliter coniungit.

DISQVISITIO XI.

Legauit quis determinatam pecuniæ ſummam pro conſtruendo Sepulchro, ſub forma ab eo præſcripta, inſufficientem tamen ad illud perficiendum: poteritne illa quantitas in Sepulchrum minùs ſumptuoſum; de Epiſcopi conuerti authoritate?

BREVIARIVM.

Epiſcopus.

Commutare poteſt vltimam teſtatoris voluntatem, quando illa exequi non poteſt; de conſenſu hæredis tamen, & ſi iſte diſſentiat, & legatum ſit relictum Eccleſiæ, de iſtius conſenſu. n.8. & 9.10. & 11.

Immò ſi relictum, non ſit ſufficiens ad effectum, ſeu ad vſum ad quem fuit à teſtatore deſtinatum, poteſt illud in alium conuertere. n.7.9.

Legatum.

Legatum relictum ad vnam cauſam piam, nemo præter Summum Pontificem in alium vſum conuertere valet. n.2.

Limita, ſi ad illum vſum non ſufficiat: quia tunc poterit Epiſcopus in alium vſum conuertere. n.1. 7.8.9. *De conſenſu tamen hæredis.* n.10. *vel Eccleſiæ, cui fuerit relictum.* n.11.

Lis.

Quando lis pro Eccleſiæ defenſione, vertitur inter extraneos, expenſis Eccleſiæ ſubſtentari debet; ſecus quando inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ. n.5.

Nemo ſecum colliti ganti expenſas ſubminiſtrare tenetur, ſed quilibet de proprio illas facere debet. n.6.

Papa.

Solus Papa alterare poteſt vſum eorum, quæ Religioſis locis donata ſunt. n.2.4.

Et ſolus ipſe poteſt vltimas commutare voluntates. n.3.

Rector.

Qui Eccleſiam habet ſuo Monaſterio vnitam, illius eſt Rector, & curam habet animarum. n.5.

Sepulchrum.

Pecuniam pro conſtruendo Sepulchro relictam, ſi inſufficiens ſit, poteſt Epiſcopus in aliud minus ſumptuoſum Sepulchrum conuertere. n.1.

Immò, & in quemlibet vſum pium. n.1.

Teſtamentum.

Vltimas voluntates teſtatorum ſolus Papa commutare queit. n.3.

Vnio.

Ex vnione Eccleſiæ, plenariè facta Monaſterio, fit, vt illius Prælatus, reputetur Rector, Curam animarum habens illius. n.5.

CONCLVSIO.

AVthoritate Epiſcopi interueniente, benè poterit quantitas pecuniæ relicta inſufficienter pro Sepulchro conſtruendo, in aliud minus ſumptuoſum conuerti. 1

Ità docet Pater Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.1. controuerſia 7. concluſ.4. pag.* 38. dicens. Sepulturam, ſi teſtator mandet conſtruendam per hæredem intra certum tempus, & hic hæres moriatur, mortui hæres tenebitur. Si centum verò pro Sepultura legauerit conſtruenda, ſub certa forma, ſi centum illa non ſufficiant, poterunt in alium pium vſum, ad Ordinarij arbitrium, illa centum conuerti, in aliam etiam Sepulturam: ſimiliter, ſi mandauerit conſtrui Sepulturam in teſtamento imperfecto, eius voluntas eſt ſeruanda. Hæc Author ille qui pro ſe allegat Paulum de Citadinis, *de Iure patronatus, part.3. quæſt.29. cauſa 1.* Calderinum *in eodem tract. conſil. vlt.* Lambertinum etiam *lib.1. part.4. quæſt.3. art.13. de Iure patronatus*, & Doctores *in L. Hac conſultiſſima, §. Ex imperfecto, Cod. de Teſtamentis.*

Notetur, quod vltimo aſſerit loco, videlicet, quòd ſi mandatur conſtrui Sepulchrum in teſtamento imperfecto, conſtrui debeat. Quæ certè doctrina veriſſima eſt, quia vti Antonius Naldus aduertit, *in Summa, verbo Teſtamentum, num.8.* de Teſtamento ad pias cauſas notant communiter ſcribentes *in cap. cum eſſes, in cap. Tibi, & in cap. Relatum, de Teſtamentis*, & ſequitur Rota, *deciſ.553. parte 1. diuerſorum*, quod in eo non requiruntur ſolemnitates iuris poſitiui, ſed tantum attenditur ius naturale, & Diuinum. Vnde etiamſi in eo deſit hæredis inſtitutio, validum exiſtet, quia illius executor, loco habebitur hæredis. Et loco teſtium, ſufficiet ſubſcriptio teſtatoris. Et ſic ſimilibus, de quibus latè Ruin. 71. *num.18. & 24. lib.3.*

Sed obiicies. Solus Summus Pontifex alterare valet eorum vſum, quæ per fideles locis Eccleſiaſticis, & religioſis donata exiſtunt. Textus eſt elegans, *in Clementina Quia contingit, la 2. de Religioſis Domibus*, in qua ſic Concilium Viennenſe, ſub Clemente Papa Quinto: prouentus eoſdem (inquit) „ in vſus ſuos damnabiliter conuertentes, cum tamen „ ea quæ ad certum vſum largitione ſunt deſtinata fi- „ delium, ad illum debeant, non ad alium (ſalua quidem „ 2

Sedis

Sedis Apoſtolicæ authoritate,) conuerti. Hæc textus Gloſſa autem, *verbo Sedis Apoſtolicæ*, ita fatur. Nota per hanc litteram, ſolùm Papam alterare poſſe vſum illorum, quæ per fideles donata ſunt, vel relicta. Et noſter Abbas Panormitanus, ſimilia *n.*3. profert. Solus Papa (inquit) poteſt alterare vſum eorum, quæ per fideles locis Eccleſiaſticis, & Religioſis donata ſunt. Barboſa etiam *in eandem Clementinam, num.*11. *de Officio, & poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegat.*50. *num.*41. docet quod legata ad pias cauſas facta, nemo alius, niſi Romanus Pontifex poteſt ad alios vſus conuertere, vel transferre. Allegat Clementinam præfatam, Vezin. *tom. communium opinionum, libro* 26. *titulo* 30. *num.*50. Zerolam, *in Praxi Epiſcop. part.*1. *verbo Legatum*, §. *ſecundo*, & Nicolaum Garciam, *de Beneficiis, part.*7. *cap.*1. *à n.*108.

5 Et rationem hanc reddit, Barboſa. Nam illi ſoli licet commutare pias teſtatorum voluntates. Tiraquellus, *de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg.*135. Pinellus, *in Rubrica, Codice de Reſcindenda venditione, part.*1. *cap.*2. *num.*19. Nauarrus, *conſil.*2. *num.*6. *de Rebus Eccleſiæ non alienandis*. Perez, *tit.*2. *lib.*5. *Ordinationum, pag* 72. Frater Emmanuel Roderiquez, *quæſtionum Regularium, tom.*2. *quæſt.*125. *artic.*9. Beja, *Reſponſionum Caſuum conſcientiæ, parte* 4 *caſu* 22. Henriquez, *in Summa, lib.*7. *cap.*37. §.2. *Litt. F. & lib.*9. *cap.*22. § 6. *Litt. M.* Menchaca, *Illuſtrium, cap.*25. *num.*27. *& ſeqq.* Iacobus de Graffis, *de Arbitrariis Confeſſ. lib.*2. *cap.*69. *num.*1. Cenedus, *Practicarum quæſtionum, lib.*1. *quæſt.*35. *num.*12. & Melchior Phœbus Luſitanus, *deciſ.*47. *à num.*12. *tom.*1.

4 Et nouiſſimè S. Rota, ſub die 10. Maij, 1662. in Pampilonenſi Parochialis coram R.P.D. Beuilaqua, provt ſequitur, decidit.

A ſententia per Prouiſorem Pampilonæ lata, in qua declaratur exercitium iurium Parrochialium Eccleſiæ Ruralis Sanctæ Mariæ de Legarda, ſitæ intra fines Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis de Mendauia, ſpectare ad Vicarium, appellauit Abbas de Hyrach, & commiſſa mihi cauſa, ante illius diſcuſſionem ſuper negotio principali, & viribus dictæ ſententiæ, idem Abbas, ne eleemoſynæ, pecuniæ, & aliæ oblationes, quæ à Chriſti fidelibus Eccleſiæ offeruntur, ſunt ad fabricam, & alium certum vſum deſtinatæ, & tunc non eſt Epiſcopo, Parocho, vel alio Adminiſtratori permiſſum, in alium vſum illas conuertere, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia, vt ſtatuit Clemens V. *in Clementina* 2. *in principio*, ibique Cardinalis, *num.* 3. *de Religioſis Domibus*. Abbas, *in cap. De iis, num.*2. *de Teſtamentis* Mareſcott. *variar. reſolut. lib.*2. *cap.*42. *in principio*. Riccius, *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ* 170. *num.*1. *parte* 4. Marianus Socinus, *in tract. de Oblat. lib.*19. *num.*3. *&* 4. vbi ampliat, etiamſi opus in quod prætenditur conuerti, eſſet pium. Rota, *deciſ.*37. *n.*8. *part.*5. *recentiorum.*

5 Non obſtat, quod vbi non agitur de priuato, & intereſſe Parochi, ſed ipſius Eccleſiæ, lis mota pro illius defenſione, debet ſuſtentari ipſius expenſis, ad textum *in cap. Vt præteritæ*, 45. vbi Gloſſa, *verbo Expenſæ, de Electione cap. Cupientes*, 6. *eod tit. in* 6. Geminianus, *conſil.*55. *num.*1. *cum ſequent.* Cephalus, *conſilio* 761. *num.*31. Rota, coram Penia, *deciſ.*499. *num* 6. *&* 8. Caualerius, *deciſ.*402. *num.*1. bonæ memoriæ Merlinus, *deciſ.*48. *ante numerum primum.* Addend. ad Sanctæ memoriæ Gregorium XV. Abbatem verò de Hyrache petentem hîc inhibitionem, non poſſe extraneum reputari, Domini colligebant ex vnione huius Parochialis vſque *de anno* 1408. plenariè Monaſterio cum onere ibidem Vicarium retinendi, aſſignata congrua ſubſtentatione. Ex qua vnione fit, vt reputetur Rector habens Animarum Curam, tametſi illam exerceat Vicarius, vt in alia ciuili cauſa, fauore Abbatis, dixit Rota coram Eminentiſſimo Otthobono, *deciſ.*159. *num.*1. *cum ſequent.* Et latiùs coram Cardinale Seraphino, *deciſ.* 1304. à quo fuit etiam alia conſimilis inhibitio relaxata, & relata in Summario Abbatis, *num.*3.

Quæ eò faciliùs admittenda videntur, quia ad- 6
ſunt in cauſa iurati terræ Mendauiæ. Vnde ſuccedit regula, quod nemo debet ſecum collitiganti litis expenſas ſubminiſtrare, ſed quilibet de proprio facere tenetur, vt notat Baldus, *in L. Imperatores*, vbi etiam Albericus, *num.*2. *ff. de Tutelis, & rationibus*, dixerat Rota coram bonæ memoriæ Merlino, *dict. deciſ.*48. *num.*3. Et ita deciſum, vtraque parte.

Hæc omnia S. Rota coram R.P.D. Beuilaqua, cuius inhibitio, in vim iſtius deciſionis relaxata, manet ſuprà recenſita, *tract.*4. *Diſquiſit.*5. *dub. vnico, n.*19. poſt deciſionem, quam ideò hic exſcribo, vt deſeruiant in ea adducta, pro firmanda impugnatione concluſionis noſtræ. Vnum hîc aduerto pro *Rotæ deciſione*, quòd in Conſtitutione Synodali Pampilonen. *de Anno* 1466. *innouata Anno* 1531. *lib.*3. *tit. de Decimis, fol.*19. Sic habetur. Statuimus, quòd Primiæ remaneant Eccleſiis pro quibus dantur abſque exactione Regali, vel Epiſcopali, aut alicuius alterius. Hæc ibi. „

Illis tamen non obſtantibus, dictæ aſſertioni 7
ſtandum eſſe, fixè teneo. Ducor. Quia Clementina *Quia contingit*, nobis in contrarium obiecta, eſto regula ſit generalis, & generaliter accepta ab eius Gloſſatore, à Doctoribus, & à Reuerendiſſimis Sacræ Rotæ Dominis, limitationem tamen, & exceptionem patitur, quæ nobis plurimum, & noſtræ fauet aſſertioni. Verum enim in plurimum, & generaliter eſt, quod inferior Summo Pontifice, & Eccleſiæ Catholicæ Præſule, abſque eius venia & authoritate, non poſſit commutare pias Teſtatorum voluntates, & in alios vſus inſumere, res ab illis legatas, quàm in eos, ipſis præfixos. Veriſſimum nihilominus eſt, quod ſi legata ad certum vſum deſtinata, ad illum, non ſufficiant vſum, poſſunt per Epiſcopum in alium pium vſum conuerti.

Pro quo adduco Abbatem *in præfatam Clemen-* 8
*tinam, dicto num.*3. ibi. Quod intellige ſi ad illum vſum conuerti poſſunt; ſi autem conuerti nequeunt, vide quod ſc. & noto *in cap. Nos, de Teſtamentis*, & hîc per Doctores, per Ioannem de Lignano, poſt Bar. *ſuper Clementinam exiui de Paradiſo*. Hæc Panormitanus ibi, *& in cap. Nos quidem, num.*6. *el* 3. *de Teſtamentis*, ad verba *Non poteſt*, infra reddenda, in ſequentia prorumpit. Nota, quod ſi relictum à defuncto, non poteſt deputari ad vſum deſtinatum per teſtatorem, non efficitur caducum relictum, ſed debet commutari ad aliam piam cauſam, ſicuti hic fit commutatio de loco ad locum. Ad hoc, *L. legatum, de Vſufructu legatorum*, & ibi per Bartholum, & Ioannem de Lignano, *in Clementina Quia contingit, de Religioſis Domibus, & in Tractatu Minoricarum.* Et per hoc dico, quod ſi pecunia relicta à teſtatore, non ſufficeret ad Monaſterium conſtruendum, debet conuerti in alium pium vſum. Hactenus Dominus Nicolaus Tudeſchus.

Adduco etiam Auguſtinum Barboſam, *de Officio* 9
*& poteſtate Epiſcopi, part.*3. *allegat.*83. *num.*7. *& in Clementinam. Quia contingit* iam recenſitam, *n.*12. vtrobique docentem, inter iuſtas cauſas, ob quas Epiſco

Epiſcopus vltimas voluntates commutare poſſe, illam primam eſſe, quando pecunia legata ad aliquem vſum non ſufficeret: quia tunc in alium, per Epiſcopum conuerti poſſe ait. Allegat Bertachinum, *de Epiſcopo, lib.4. part.4. num.71.* Rochum de Curte, *in tract. de Iure patronatus, verbo Conſtruxit, quæſt.* 11. Vgolinum, *de Officio Epiſcopi, cap.61. num.3.* Monetam, *de Commutatione vltimarum voluntatum, cap.5. num.330.* Kopin, *deciſ.91.* & Riccium, *in collectan. Deciſionum, part.3. collectanea 558. verſic. Tertia cauſa.*

10 Quod ſi petas, Poteritne Epiſcopus ipſe ſolus, hanc commutationem, & conuerſionem facere; vel debet potiùs conſortio hæredis vti?

Reſpondeo non poſſe per ſe ſolum Epiſcopum, huiuſmodi commutare cauſam piam, & conſenſu hæredis, ad commutationem indigere. Ita decernitur à Gregorio Papa Nono, *in allegato cap. Nos quidem, de Teſtamentis*, per hæc, quæ ſequuntur.

„ Peruenit ad nos S. hac luce migraſſe, & ſupremæ voluntatis elogio, Monaſterium præcepiſſe „ fundari cuius deſiderium à T. Religioſa fœmina „ eius hærede protrahitur. Quamobrem te hortamur, vt eam commoneas, quatenùs infrà annum „ Monaſterium, quod iuſſum eſt, debeat ordinare, & „ cuncta ſecundùm voluntatem defuncti; ſine altercatione conſtruere. Quod ſi intra prædictum tempus, ſiue in loco, quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi „ non poteſt, & alibi placet ordinare, tecum implere „ neglexerit, tunc per te ædificetur, & omnia per te „ loco ipſi, ſine diminutione qualibet aſſignentur. Sic „ enim ſecundùm piiſſimas leges dilatas defunctorum pias voluntates Epiſcopali decens eſt ſtudio adimpleri. Hactenus Gregorius in Decretali illa.

11 Et Abbas ibi, ita nos monet. Sed vnum ſemper nota, quod iſta conuerſio, non poteſt fieri per ſolum hæredem, nec per ſolum Epiſcopum, ſed per eum, & per Epiſcopum, qui habet exequi: quod probat textus ibi: *ordinare tecum*: vt legitur, & notatur *in dicta Lege legatum, & in aliis tribus proximè allegatis.* Hæc Panormitanus, quem, & Petrum de Vbaldis, *de Canonica Epiſcopali, in 7. cap. principali*, ſequitur Barboſa, *in dicta allegatione 83. num.6.* Vbi addit, quod ſi hæres conſentire nollet, poſſet ſolus Epiſcopus. Pro quo recenſet Felinum, *in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitutionibus*, & Rochum de Curte, *de Jure patronatus, verbo Pro eo.*

Aduertit tamen cum Petro de Vbaldis, quod ſi nolit hæres conſentire, requiratur conſenſus Eccleſiæ, cui fit legatum, *ex Lege legatum, ff. de Vſufructu legatorum, & Lege legatum, ff. de adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.* Et quod ſi nec Eccleſia conſentiat, nec hæres, Epiſcopus ſolus exequatur, ex Bartolo, *in dictam Legem legatum, ff. de Vſufructu legatorum, per legem primam, Cod. de Nuptiis.*

***

DISQVISITIO XII.

An conſtrui debeat Sepulchrum, quod teſtator conſtrui mandauit in teſtamento imperfecto?

BREVIARIVM.

Legata.

In relictis ad pias cauſas, non requiritur quod teſtes ſint rogati, neque quod omnes maſculi ſint. n.6

Neque quod teſtam. ſit abſolutum.5.

Valida ſunt legata pia, relicta in teſtamento inualido ſecundùm ius ciuile. n.10.16.

Legata non pia in teſtamento ad pias cauſas, facto, ſine ſolemnitatibus Iuris Ciuilis, tenent. n.12.13.

Legata acceſſoria ſunt hæreditati. n.13.

Sepulchrum.

Debet conſtrui, quod fieri mandauit teſtator in teſtamento inualido, ob defectum ſolemnitatum iuris. n.15.16.17.

Solemnitas.

Quæ ſufficit ad principale aliquod, ad eius ſufficiet acceſſorium. n.13.

Teſtamentum.

Aliud eſt clauſum, quod in ſcriptis dici ſolet. Aliud eſt apertum, ſeu nuncupatiuum, quod ſine ſcripto fit. n.2.

Vtrumque teſtamentum imperfectum eſt, & inualidum, ob defectum voluntatis, poteſtatiſque teſtatoris, & incapacitatis hæredis. n.3.10.

Valet ad pias cauſas factum, abſque hæredis inſtitutione. n.4.

Teſtamentum factum ſine hæredis inſtitutione, inualidum, niſi apponatur in eo, qui illud exequatur. n.4.

Executor teſtamenti, hæredis vices gerit. n.4.

Inualidum eſt, quod fuit incœptum, non tamen abſolutum. n.5.

Pro valore teſtamenti de Iure Canonico ſufficiunt duo teſtes legitimi. n.6.

Non requirit Ius Canonicum, quod ſint rogati, neque quod omnes maſculi ſint. n.6.

Inualidum eſt teſtamentum, cui deſunt ſolemnitates de Iure Canonico requiſitæ. n.6.

Quando de Teſtamento agitur, ſecundùm Ius Canonicum, & non ſecundùm leges eſt iudicandum. n.6.

In foro conſcientiæ nullus requiritur teſtis ad valorem teſtamenti. n.7.

In teſtamento clauſo, quinque deſiderantur ſolemnitates de Iure Ciuili, pro illius valore, & duo pro aperto, & nuncupatiuo. Adnumerantur omnes. n.8.9.

Teſtes.

Quot, & quales requirantur ad valorem legatorum, & teſtamentorum. Vide verbo Legata, & verbo Teſtamentum.

PRo tituli *Diſquiſitionis*, & eorum, quæ in ea, 1
dicenda ſunt intelligentia, operæ pretium duxi
præmonere, Teſtamentum ſic definiri. *Eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem fieri vult,*

Codicillum, in quo differat à Teſtamento.

cult, cum directa hæredis inſtitutione. Differt Teſtamentum à Codicillo, in duobus. I. quod iſtud non fit ad inſtituendum hæredem, ſed ad mutandum aliquid, ex diſpoſitis in Teſtamento. II. Quod ad Codicillum ſufficiant 5. Teſtes, etiam non rogati, etiam mulieres; ad Teſtamentum autem requiruntur ſeptem rogati, mares, & puberes. Sic Baſſæus, *tom.1. verbo Teſtamentum, num. 1. ex L. 1.ff. de Teſtamentis*, Molina, *tom.1. diſputat.124.* Valer. Reginaldo, *in Praxi fori Pœnitentiæ, lib. 25. num.621.* Sylueſt. *in Summa, verbo Teſtamentum I. num.11.* & Filliucio, *tract.34.cap.7.*

2 *Secundò* præmoneo duplex eſſe Teſtamentum, vnum dicitur in Scriptis, ſeu *Clauſum*, eo quod teſtator velit, quod in eo continetur, latere. Alterum dicitur *Nuncupatiuum*; eo quòd teſtator ſine ſcriptura coram teſtibus declaret, quid velit fieri poſt mortem. Et ob id Teſtamentum apertum appellari ſolet. Ita Baſſæus, *num.2. ex L. Hac conſultiſſima, Cod. de Teſtamentis.* Auguſtinus Barboſa, *in Rubr. de Teſtam.n* 8.

3 *Tertiò* præmoneo, quodlibet Teſtamentum, ſiue clauſum ſit, ſiue apertum, inualidum eſſe, & nullum ob defectum voluntatis liberæ & poteſtatis diſponendi in Teſtatore, & incapacitatis ſuccedendi in hærede. Ita Leonardus Leſſius, *de Iuſtitia, & Iure, lib.2. cap.19. num.4. & 7. dubitationis 2.* cum Couarruuia, *cap.11. de Teſtamentis, num.9.* & Iulio Claro, §. *Teſtamentum, quæſt. 6. num. 1.* Antonius Naldus, *in Summa, verbo Teſtamentum, num.8.* & Baſſæus, *eod. verbo, num.4.*

4 Inualidum etiam eſt, & nullum, ſi non fiat hæredis inſtitutio in illo. Docet Panormitanus, *in cap. iudicante, num. 3. el 4. de Teſtamentis, ex L.1.§. Ante hæredis, Inſtitut. de Legatis.* Si tamen Teſtamentum ſit ad pias cauſas, valet etiam hærede non inſtituto; dummodo tamen deputetur perſona, cui committatur executio diſpoſitionis bonorum. Quia tunc executor, hæres cenſetur inſtitutus, cum onere diſtribuendi bona in pias cauſas. Ita Leſſius, *dicta dubitat.2. num. 10.* Naldus, *vbi proximè.* Et Aug. Barboſa, *in cap. Cum tibi, num.3. el 13. de Teſtamentis*, cum Tiraquello *de mort. part.7. declarat.5. num.14.* Menochio, *conſilio 369. num. 10.* Valaſco, *conſil.68. num.4.* & Mendez à Caſtro, *in Praxi Luſitana, lib.1. cap. 3. num.22.* Emmanuel Sa, *verbo Teſtamentum, n.4.*

5 *Tertiò* eſt inualidum, & nullum Teſtamentum, quando incœptum requiritur, & non abſolutum. Docet Eligius Baſſæus, *loco citato, num. 2.* Quo ſpectat dictum illud Emmanuelis Sa, *num.36.* Non dicitur diſpoſuiſſe, qui voluit diſponere, ſed fuit impeditus. Dicta tamen nullitas, non procedit quoad legata pia. Nam, quoad illa, valet Teſtamentum iam incœptum, etiamſi abſolutum non ſit, ſi morte interueniente, illius impediatur abſolutio. Sic Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.3. tract.5. de 7. præcepto, cap.4.dub. 2. verſic. Reſp. Si Teſtamentum*, & Antoninus Diana, *part.5.tract.3. de Caſibus occurrentibus tempore mortis, reſolut.126. pag.mihi 110.* cum Maldero, *2.2.tract.1.cap.11.dub.8.* & cum Paulo Layman, *lib.3.ſect.5. tract. 5. cap. 2. num.6.* & aliis penes eundem Layman.

6 *Quartò* nullum, & inualidum eſt Teſtamentum ob defectum ſolemnitatum, quæ à Iure ſaltem Canonico requiruntur, *in cap. Relatum, el 11. de Teſtamentis*, vbi ſæpè Panormitanus, præcipuè *num.1. & 3.* Leſſius, *dicta dubitat.2.* & Baſſæus, *vbi ſuprà, num.4.* Solemnitas autem de Iure Canonico eſt, vt duo, aut tres Teſtes legitimi adſint dum Teſtamentum, aut vltima voluntas ad pias cauſas celebratur: Immò & dum ad profanas, vti Bernardus *in dicto capite Relatum*, dicens. Ex hac Decretali nota, quod cum de Teſtamentis agitur, non ſecundum leges, ſed ſecundum Canones iudicandum eſt. Item duorum teſtimonium, valet in cauſa teſtamentaria. Item in ore duorum, vel trium teſtium, ſtat omne verbum. Hæc Bernardus, & Abbas, *in dicto num.3. addit*, ex Baldo, non requiri in relictis ad pias cauſas, quod teſtes ſint rogati: nec quod omnes ſint maſculi, nec alia ex ſolemnitatibus à Iure ciuili præſcriptis. Illas enim omnes, ſaltem pro cauſis piis, Canonicum Ius proſcribit, iis tantum contentum, quas ſtatuunt, decernunt naturale Ius, Euangelicum, & gentium. Nempe, quod adſint duo teſtes, pro eo tunc, quo teſtator ſuam exponit, vltimam explicat voluntatem. Quod ſit poteſtas in diſponente; capacitas in eo in cuius fauorem diſponitur; & libertas in diſponente. Leſſius, *de Iuſt. & Iure, lib. 2.cap.19.dubitat. 2. num. 4. & 7.* cum Couarruuia, *capite 11. de Teſtamentis, num. 9.* Iulio Claro, §. *Teſtamentum, quæſt. 6. num. 1.* Eligius Baſſæus, *tom. 1. verbo Teſtamentum, numero 4.* Naldus, *verbo Legatum, num.8. & verbo Teſtamentum, numero 8.* Buſembaum, *loco citato.*

Immò neque in foro conſcientiæ, neceſſarij 7
ſunt vlli teſtes ad valorem Teſtamenti, etiam de Iure Canonico, vti benè Leſſius, *dicto num. 7.* Anton. Diana, *part. 7. tract. 6. de Teſtamentis priuilegiatis, reſolut. 2. in fine*, cum Mazuch, *de caſibus reſeruatis, diſputat. 2. cap. 20. q. 1. num. 12.* Auſonius Noctinot, *in Summa eiuſdem Dianæ, verbo Teſtamentum, num. 2.* Buſembaum, *vbi ſuprà.* Naldus, *verbo Teſtamentum, num. 8. in fine*, ibi: & loco teſtium, ſufficeret ſubſcriptio ipſius teſtatoris & ſimilia. De quibus latè Ruin.71. *num.18. & 24.lib. 3.* Et ratio eſt, quia Ius Canonicum duos non exigit teſtes, vt valida ſit diſpoſitio in foro conſcientiæ, ſed vt probari illa poſſit in foro externo, quantum ſatis ſit ad hoc vt Iudex pro ea ſententiam ferat. Ita Leſſius, *ex prælegato cap. Relatum.* Vbi Barboſa, *num.4* pro nobis etiam eſt, dicens. Multa namque priuilegia piis cauſis conceduntur, in eis ſola ſubſcriptio manu teſtatoris, ſine teſtibus facta, vim teſtamenti obtinet. Allegat Tiraquellum, *de Priuilegiis piæ cauſæ, priuileg. 4.* Azcuedum, *L. 1. num. 31. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilationis.* Valaſcum, *conſil. 67. num. 8.* & Cabedum Luſitan. *deciſ. 129. num.12. part.1.* eſt etiam pro nobis Eligius Baſſæus, *tom.1. verbo Teſtamentum, num.4.*

Teſtes exigun-tur, non ad validitatem Teſtamenti, ſed vt illius diſpoſitio probari poſſit.

Solemnitates verò, requiſitæ de Iure Ciuili, 8
ad valorem Teſtamenti clauſi, quinque ſunt; & duæ ad aperti valorem. Illius ſolemnitates huiuſmodi ſunt. *Prima*, vt conficiatur ſcriptura, in qua voluntas contineatur teſtatoris, & quod claudatur ſcriptura. *Secunda eſt*, vt adhibeantur ſeptem teſtes mares, liberi, & puberes ad id rogati. *Tertia eſt*, vt coram illis, vno, & eodem tempore dicat teſtator, illud eſſe ſuum Teſtamentum, illudque ſubſcribat, ſi ſciat, propria manu; ſin minus, adhibeat octauum teſtem, qui loco teſtatoris ſubſcribat. *Quarta*, vt eodem tempore illud ſubſcribant illi ſeptem teſtes, ſuoque vel alieno ſignent annulo. *Quinta* denique, vt in Teſtamento, nomen ſcribatur hæredis. Has omnes recenſent Leſſius, *dicta dubitatione 2.* Baſſæus, *numero 2.* cum Couarruuia *de Teſtamentis, in cap. Cum eſſes.* Vazquez *Opuſculo, de Teſtamen-*

tis,c. 1.§. 4.*num.*14. *&* 15. Molina, *tom.* 1. *diſputat.* 125. *&* 126.& cum Bonacina, *de Contractibus, diſputat.* 3. *quæſt.* 17.*punct.* 1. Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 3.*tract.*5.*cap.*4. *dub.*2.*verſic. Reſp. II.* cum Laymam. *lib.*3.*tract.*5. *cap.*1.Et fere omnes.Emmanuel Sa,*verbo Teſtamentum, num.*7.*Ex illis eſt.*

9 Teſtamenti autem noncupatiui ſeu aperti hæ ſunt. *Prima*, numerus ſeptem teſtium cum qualitatibus, numero præcedenti, pro teſtibus clauſi teſtamenti, recenſitis. Qui quidem, aut eorum aliquis, vt ideoneus ſit, pro quocumque firmando teſtamento, non debet eſſe cœcus, non ſurdus, non mutus,nec furioſus,non prodigus, non infans, non Religioſus, non cognatus, nec qui in poteſtate ſit teſtatoris,nec hæres, nec denique, qui in hæredis ſit poteſtate, vti docet Buſembaum, *vbi proximè* Addit Sa, *n.*22. nec ſeruus; nec ille in cuius poteſtate ſit hæres;nec pater, auus, aut filius;nec incapax teſtamenti teſtatoris, vt ſpurius; nec hæreticus; nec inteſtabilis Iure.*Secunda* ſolemnitas,eſt, quod omnes teſtes,audiant, & intelligant teſtatoris voluntatem coram eis ſcripto, vel voce articulata prolatam. Ita Baſſæus, *vbi ſupra, num.* 3. *ex L. Hac conſultiſſima, Cod. de Teſtamentis*, §. *Per nuncupationem.* Buſembaum.

10 Quod ſi petas. In teſtamento inualido ſecundum Iuris Ciuilis diſpoſitionem, relinquuntur legata pia:eruntne iſta valida?

Reſpondeo, quod ex quocumque capite, Iure tantum ciuili introducto, teſtamentum reddatur inualidum, legata pia in ipſo relicta, valida exiſtent. Sic docent Leſſius, *de Iuſtitia, & Iure lib.* 2. *cap.*19. *dubitat.* 2. *numero* 9. cum Couarruuia, *cap.* 11. *numero* 4. *de Teſtamentis*, Gabriel Vazquez, *opuſculo de Teſtamentis, capite* 3. *dub.*1. *fol. mihi* 249. cum Burgos de Paz, *in L.* 3 *Tauri, numero* 767. Armilla, *verbo Legatum* §. 51.& cum Dominico Soto, *de Iuſt. & Iure, quæſt.*5. *artic.* 3. Antonius Naldus, *verbo Legatum, & verbo Teſtamentum, vtrobique, numero* 8. quatenus ſolum videtur excludere legata pia relicta in teſtamento inualido,ex defectu voluntatis. Docet etiam Baſſæus, *numero* 4. Anton. Diana *part.* 7.*tract.*6. *reſolut.*3. cum Molina, *de Iuſtitia, tract.* 2. *diſputat.* 134.*colum.* 3. Facundez *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 3. *num* 35. Paſqualigo, *in Deciſionibus Moralibus, deciſ.*476. *numero* 3. Ægidio Trullench, *in Decalogum, tom.*2. *lib.*7. *cap.* 18. *dub.* 4.*numero* 2. Thoma Sanchez, *tom. Opuſculorum, lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 7. *numero* 3. Cardinali de Lugo, *de Iuſtitia, tom.* 2. *diſputat.*22. *ſect.* 9.*num.* 273. Bonacina, *de Contractibus, diſput.* 3. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 19.Thoma Maulio, *tract. de Vltimis voluntatibus, lib.* 1. *tit.* 12.*num.*4. Euerardo iuniore, *conſil.*27.*num.*58.*volum.*1.& cum Ciarlino,*in Controuerſiis forenſibus,tomo* 1. *c.*21.*n.*8. Eſtque communis opinio, quamuis oppoſita etiam ſit communis, vti ait Naldus. Et certè *capite Relatum, el* 1.*&* 11.*de Teſtamentis*, vti bene obſeruat Diana, maximè noſtræ fauet ſententiæ in qua Decretali, de legatis relictis Eccleſiæ cauſa, mentio fit: & tamen illa valida declarantur, quamuis ſeptem,aut quinque teſtes non interfuerint; & tamen de teſtamento ad cauſas pias,aut ad profanas,in illa nihil legitur.

11 Quod ſi iterum petas:In teſtamento ad pias cauſas facto non ſeruatis Iuris Ciuilis ſolemnitatibus, ſed illis tantum,quæ ſunt de Iure naturali, Euangelico,& gentium neceſſariæ,relinquuntur legata,non pia,ſed profana,tenebitne,quoad huiuſmodi legata? Reſpondet.Cardin,de Lugo *vbi proximè n.*274. Cum Vazquez, Bonacina, & aliis penes Dianam, *dicto tract.* 6. quod non: quia facultas diſponendi in vltimis voluntatibus ſine Iuris Ciuilis ſolemnitatibus,ſolum reperitur conceſſa ad fauorem cauſæ piæ. Ergo cum odioſa ſit diſpoſitioni ipſius Iuris Ciuilis, extendi ad cauſas profanas neutiquam debet. 12

Contraria tamen ſententia mihi magis arridet, quàm cum communi Doctorum:tenent Leſſius *dicta dubitat.* 2.*num.*9.Barboſa *de Poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegat.* 82. *num.*31. *verſic. fin.* Denique, ex Panormitano, & DD. *in cap. Relatum,el* 1.*&* 11.*de Teſtamentis.& de Iure Eccleſiaſtico, lib.* 3. *cap.* 27. *num.*96. Baſſæus, *verbo Teſtamentum, num.* 4. Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib.* 3.*tract.* 5. *cap.* 4. *dub.*2.*verſ.Reſp. Si teſtamentum,*cum Trullench, *in Decalogum, tomo* 2. *lib.* 7.*cap.*18.*dub.*4. Diana, *part.*7. *tract.* 6.*reſolut.* 4. cum Dicaſtillo, *de Iuſtitia, lib* 2.*tract.*3.*diſputat.* 1.*dub.* 8. *n.* 150. Fagundez, *eod. tract.lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 21. Sanchez, *tom.* 2. *Opuſculorum, lib.* 4. *dub* 7. *num.* 2. Molina, *de Iuſtitia, tom.* 1.*tract.* 2.*diſputat.* 134. Villalobos, *in Summa, tom.* 2.*tract.* 30. *difficult.*4. *num.* 7. Euerardo iuniore, *conſil.*27. *num.*21. *volum.* 1 & cum Graſſo, *de Succeſſion.* §.*Teſtamentum, quæſt.* 18.*num.*7.Auſonius Noctinot,*in Summa eiuſdem Dianæ, verbo Teſtamentum, n.*2.*ad finem*, cum Gratiano, *diſceptationum forenſium, tomo* 4.*c.*605. *à num.* 23. Emmanuel Sa, *verbo Teſtamentum numero* 4.

Et ratio potiſſima eſt: quia ſolemnitas, quæ ad principale aliquod ſufficit, ſufficit ad illius acceſſorium. Sed legata, acceſſoria ſunt hæreditati. Ergo ſolemnitas, quæ ſufficit ad teſtamentum cauſæ piæ, ſufficit ad legata non pia in eodemmet teſtamento relicta. Ac per conſequens legata profana relicta in teſtamento ad pias cauſas, abſque Iuris ciuilis ſolemnitatibus valida exiſtent. Maior patet, quia acceſſorium, ſequitur naturam ſui principalis. Auguſt. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Acceſſorium, numero* 1. *ex cap. Acceſſorium, el* 42. *de Regulis Iuris, in* 6. & *ex. L. etiam, Cod. de Iure dotium.* Præter quæ Iura; plures allegat Doctores, Socinum, Puteum, Menochium, Surdum, Tuſchum, Ioannem Franc. Leonem; Antonium Monachum, Pichardum, Mari Antoninum. Maſtrill. Magdelen, Caſanate, Cancerium Narbonam, Reynoſam,Steps. Gratianum,& Caſtillum. 13

Secundò probatur noſtra ſententia: quia ſi illa non valerent legata,deberent accreſcere cauſæ piæ, quæ fuit hæres inſtituta. Hoc autem æquum non eſſet: quia cauſa illa pia vult ad ſui fauorem, quod teſtamentum illud inualidum ſecundùm ius Ciuile, validum ſit, & inualidum. Validum, quia ſibi vult hæreditatem; inualidum, quia vult legatarios carere, & priuari legatis ipſis relictis: & ſic,quod in ſui fauorem propugnetur, & oppugnetur, idem teſtamentum. Æquum autem eſt, quod ſi cauſa pia vult illud haberi verum in vno,velit etiam haberi in alio. Quibus omnibus præmonitis, & præmiſſis, ſit pro deciſione principalis difficultatis propoſitæ. 14

CONCLV

CONCLVSIO.

15 COnſtrui debet Sepulchrum, quod in Teſtamento imperfecto, inualido, & nullo mandauit Teſtator conſtrui.

Hanc tenet concluſionem Franc. Maria Samuellius, *in ſua Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 7. concluſ. 4.* dicens. Sepulturam, ſi Teſtator mandet conſtruendam per hæredem, intra certum tempus, & hic hæres moriatur, mortui hæres tenebitur; ſi centum verò pro ſepultura legauerit conſtruenda, ſub certa forma, ſi centum illa non ſufficiant, poterit in alium pium vſum, ad Ordinarij arbitrium illa centum conuerti in aliam etiam Sepulturam: Similiter, ſi mandauerit, conſtrui Sepulturam in Teſtamento imperfecto, eius voluntas eſt ſeruanda.

Hæc omnia præfatus Author, qui allegat Paulum de Citadinis, *part. 3. quæſt. 29. cauſa 1. de Iure patronatus.* Calderinum, *conſil. vlt. eod. tit.* Lambertinum, *de Iure etiam patronatus, lib. 1. part. 4. quæſt. 3. art. 13.* & Doctores, *in L. Hac conſultiſſima, §. Ex imperfecto, Cod. de Teſtamentis.*

16 Probatur concluſio, hac efficaciſſima ratione. Sepulchrum, quod fieri mandat Teſtator in Teſtamento imperfecto, inualido, & nullo ob defectum ſolemnitatum Iuris, eſt legatum pium. Sed omnia legata pia facta in Teſtamento, quantumuis inualido, à potente, & volente diſponere per vltimam voluntatem, valida ſunt, & debent ab hærede ſolui. Ergo tenetur hæres conſtruere Sepulchrum, quod Teſtator fieri mandauit in Teſtamento imperfecto, inualido, & nullo ob defectum ſolemnitatum Iuris.

17 Maior, negari non poteſt. Quia ſicut exequiæ tendunt ad remedium animæ, & defuncti ſolatium, & defunctus inter miſerabiles perſonas computatur, vti benè Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tom. 4 conſulto 52. num. 49.* ex eo probat, quod non habebat amplius velle, *L. 1. Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Geneuen. *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana.* Ita & Sepulchrum ad eiuſdem defuncti ſolatium tendit. Quod euidenter apparet ex ſacris Canonibus, & Scripturis. In *Can.* enim *Ebron, el 2. 13. quæſt. 2.* habetur, quod in Ciuitate Ebron, ſepulti ſunt Sancti Patriarchæ cum vxoribus ſuis; Adam ſcilicet, cum Eua; Abraham, cum Sara; Iſaac, cum Rebecca; & Iacob, cum Lya. Et quod Tobias dixit ad filium ſuum. Cum „ acceperit Deus animam meam, corpus meum ſe„ pelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus die„ bus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum, „ ſepelias eam iuxta me in vno Sepulchro. Et *in Can.* „ *Vnaquæque, eadem cauſa, & quæſt. el 3.* dicitur „ ex D. Aug. quod vnaquæque mulier, ſequatur vi„ rum ſuum, ſiue in vita, ſiue in morte. Et ex D. „ Gregorio Magno, quod B. Scholaſtica Sanctiſſimi „ Patriarchæ Benedicti, ſepulta eſt in Sepulchro, „ quod ſibiipſi præparauerat, vt quorum mens vna „ fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora, „ Sepultura non ſepararet. Sic Gregorius *libro 2.* „ *Dialogorum, cap. 33.* Et ex eo Eccleſia, in officio dictæ Sanctæ. In eodem *Canone 3.* refertur, quod S. Patriarcha Ioſeph moriens in Ægypto, rogauit fratres ſuos, vt tempore viſitationis ſuæ (quando ſcilicet Deus educeret eos de terra Ægypti) oſſa ſua ſecum deferrent, & in Sepulchro patrum ſuorum ea collocarent. Item de nonnullis legitur in libro Regum: Obiit, & appoſitus eſt ad patres ſuos: hoc eſt, in Sepulchro patrum ſuorum. Et in tempore noui Teſtamenti Philippus, vnus ex ſeptem Diaconibus legitur ædificaſſe ſibi Sepulchrum, in quo ipſe, & filij eius quieuerunt. Et in eodem Canone etiam refertur, quod Beatus Seuerus Rauerinatum Archiepiſcopus tumulum fieri iuſſit, in quo ſe, & vxorem, & filiam collocauit. Ex quibus omnibus exemplis fit manifeſtum, omnes in illos recenſitos, voluiſſe cum aliis tumulari, vt ſolatium mortui ſuſciperent, ex illorum conſortio. Et conſequenter, legatum pro Sepulchro conſtruendo, pium opus eſt, cum ordinetur ad ſolatium miſerabilis perſonæ, quæ non habet amplius velle, & alieno indiget auxilio. Minor autem argumenti, conſtat ex dictis *num. 10.*

Sepulchrum ad ſolatium tendit defunctorum.

DISQVISITIO XIII.

An poſsit meretrix de bonis turpiter acquiſitis, Sepulchrum conſtruere?

BREVIARIVM.

Conceſſa

Vnicuique omnia conceſſa cenſentur de Iure communi, quæ non ſunt expreſsè prohibita. n. 5.

Eleemoſyna.

Fieri non poteſt de malè acquiſitis. n. 2. 5.

Epiſcopus.

In acquiſitis per meretricem, manum apponere nequit Epiſcopus. n. 4.

Meretrix.

Nequit oblationes publicas facere. n. 2.

Poteſt tamen illas, & eleemoſynas poſt conuerſionem, & pœnitentiam. n. 3. & 4.

Poteſt etiam poſt pœnitentiam, ex turpiter acquiſitis Sepulchrum conſtruere. n. 3.

Non autem antea. n. 1. & 3.

Poſt conuerſionem poteſt, de turpiter acquiſitis, per Teſtamentum, & vltimam voluntatem diſponere. n. 4.

Oblatio.

Ex turpiter acquiſitis, Eccleſia non poteſt Oblationes recipere. n. 1. & 5.

Sepulchrum.

Fieri non poteſt, de turpiter acquiſitis, ante pœnitentiam. n. 1.

Poteſt tamen poſt illam. n. 3.

Teſtamentum.

Valet Teſtamentum ad pias cauſas factum coram duobus teſtibus, & ſine Parochi aſſiſtentia. n. 4.

Duæ fœminæ, etiam non rogatæ teſtes idoneæ ſunt, & ſufficientes ad Teſtamentum, ad pias cauſas. n. 4.

NOn poſſe meretricem Sepulchrum, de turpiter acquiſitis conſtruere, docet Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 1. controuerſ. 7. concluſ. 6.* cum Sebaſtiano Medices, *eodem tract. quæſt. 16. num. 26.* & cum Lambertino, *de Iure patronatus, lib. 1. part. 1. quæſt. 6. artic. 7. quæſt. 8. artic. 10. & 11. & lib. 2. part. 1. quæſt. 10. artic. 1. 7. & 12. & part. 2. quæſt. 10.* Sepulturam (inquit Samuellius) nequit Meretrix, de bonis turpiter acquiſitis 1

quiſitis ædificare, ac omnino prohiberi debet ab iis, ad quos ſpectat.

2 Hæc ſententia ſic fundari poteſt. Conſtructio Sepulchri, eſt oblatio quædam Eccleſiæ facta. Sed Eccleſia recipere nequit oblationes de turpiter acquiſitis, *Can. Oblationes, diſtinct.* 90. ex Concilio 4. Carthaginenſi, & Gratianus, 14. *quæſt.* 5. *in principio*, ex D. Auguſtino, *in libro de Verbis Domini, tractatu* 35. dicens. Quod verè eleemoſynæ non ſint faciendæ ex fœnore, vel vſuris, nec quolibet malè acquiſito Auguſtinus teſtatur, &c. Et in ſpecie de acquiſitis per Meretricem, *vtrobique* Gloſſa. In primo loco, *verbo Opprimunt, in fine*, ibi. Idem dico de Meretrice. In ſecundo autem, ibi. Quod autem dicitur, quod Sacerdos non poteſt percipere mercedem proſtibuli, poteſt dici, quod non debet recipi oblatio Meretricis. Et Auguſt. Barboſa, *ad dictum Canonem Oblationes, numero* 5. ait. Sentit hæc Gloſſa publicas Meretrices, non poſſe oblationes offerre. De quo vide Sarmiento, *de Reddit. Eccleſiæ parte* 4. *cap.* 5. *numero* 9. *prope finem.* Suarez, *dicto cap.* 6. *numero* 6. *cum ſequentibus.* Hæc Barboſa. Suarez autem, quem recenſet, eſt Pater Franciſcus Suarez, *de Religione, tom.* 1. *lib.* 1. *de Diuino cultu in dictis capite, & numero.* Ergo Meretrix conſtruere non poteſt Sepulchrum ex turpiter acquiſitis. His tamen non obſtantibus, ſit pro vera ſententia, & pro explicatione præcedentis.

CONCLVSIO.

3 SI Meretrix conuertatur, & pœniteat, benè poterit, de bonis turpiter acquiſitis Sepulchrum conſtruere.

Hanc colligo aſſertionem ex Gloſſa in contrarium adducta: ſic enim ait *in dicto verbo Opprimunt.* Si tamen propterea correctus nollet ceſſare, debent reſpui: Vel dic, quòd inde poteſt fieri eleemoſyna, non tamen oblatio. Idem dico in Meretrice. Hæc ibi. Et *in* 11. *quæſt.* 5. ſic fatur. Quod autem dicitur, quòd Sacerdos non poteſt percipere mercedem proſtibuli, poteſt dici, quod non debet recipi oblatio Meretricis, licet eleemoſyna poſſit inde fieri: & hæc eſt ratio, vt propter ruborem, citiùs conuertatur. Iſta Gloſſa præfata, quæ in vltimis verbis ſatis apertè docet, quod ſi conuertitur Meretrix, ex turpiter acquiſitis, non ſolum eleemoſynas, ſed oblationes poſſit facere: eo maximè, quia immediatè allegat *Canonem Miror* in quo ſic ex D. Auguſtino habetur. Oblatio verò Domus tuæ, à Clericis non ſuſcipiatur interdixi, communionemque tibi interdico donec peracta, pro auſibus, vel errore à me diffinita tibimet pœnitentia tempore ordinato pro hoc facto, corde contrito, & humiliato, dignum offeras Sacrificium Deo. Hæc *in dicto Canone Miror, el* 7. 17. *quæſt.* 4.

4 Colligo etiam concluſionem ex Abbate Panormitano, *in cap. Quia plerique, num.* 14. *de Immunitate Eccleſiarum*, vbi poſtquam docuit poſſe Meretricem eleemoſynas ex turpiter acquiſitis facere, in ſequentia prorumpit. Hanc partem apertè fouet Cyn. *in L. Cum te, Cod de Condictione ob turpem cauſam.* Vbi in quæſtione facti, recitat ſe dicere, quod Meretrix, de eo, quod lucratur in meretricio, poteſt facere teſtamentum, & diſponere provt vult. Idem Baldus, *in L.* 1. *Cod. eod.* vbi dicit, quod Epiſcopus non poteſt in illis taliter acquiſitis apponere manum, etiam poſt mortem Meretricis: & ita dicit reſpondiſſe, à quodam Epiſcopo interrogatus. Hæc Nicolaus Tudeſchus. Si ergo in eius, & doctorum quos allegat ſententia, poteſt Meretrix teſtamentum facere, & diſponere provt vult de bonis turpiter acquiſitis, cur non poterit illorum partem legare, & de ea diſponere ad cauſam piam conſtructionis Sepulchri, in eadem tantorum ſententia Doctorum? Diſpoſitio enim vltimæ voluntatis ad pias cauſas, eſt valdè priuilegiata. Teſtamentum enim ad pias cauſas factum coram duobus teſtibus tantum, & ſine Parochi aſſiſtentia, valet. Idem Abbas, *in cap. Cum eſſes, numero* 12. & 17. *in fine. el* 10. *de Teſtamentis & cap. Relatum, numero* 1. *el* 11. *cod. tit.* cum Speculatore, *in tit. de Inſti. edi.* §. *Compendioſè vero, ver. Item per ius Canonicum.* Et dixi *ſupra Diſquiſit. præcedenti.* Et duæ ſufficiunt fœminæ, etiam non rogatæ. Abbas, *in dicto capite Relatum, numero* 3. vbi Auguſt. Barboſa, *numero* 5. quoad hoc vt non debeant rogari, cum Couatruuia ibi, *numero* 4. Claro, *in* §. *Teſtamentum quæſt.* 6. *numero* 3. Gratiano, *diſceptat. forenſium, cap.* 93, *num.* 8. & Tiraquello, *de Pia cauſa, priuileg.* 3. Et teſtamentum imperfectum, valet ad eaſdem pias cauſas. Abbas, *in c. Sed hoc, num.* 2. *el* 1. *de ſucceſſionibus ab inteſtato*, cum Bartolo, *in L. In teſtamento, ff. de Fideicommiſſariis libertatibus.* Dixi cum aliis *diſquiſit.* 12. *num.* 4.

5 Ratione etiam probatur concluſio. Quia omnia vnicuique conceſſa intelliguntur de Iure communi, niſi expreſsè prohibita in certis caſibus inueniantur. *cap. Nuper*, §. *In ſecundo*, vbi Gloſſa, *verbo Non retinuit, el* 29. *de Sententia excõmunicationis.* Gloſſa etiam *in Can. Conſuluiſti, verbo Superſtitioſa, el* 20. 2. *quæſt.* 4. Abbas, *in dicto cap. Nuper, num.* 1. ibi. tamen, quia conditor Canonis, eius abſolutionem ſibi non retinuit, aliis indulſiſſe videtur. Barboſa ibidem, *num.* 15. quia illa (inquit) quæ Sedes Apoſtolica ſibi non retinuit videntur conceſſa. Speculator, *tit. de legatis*, §. *Nunc oſtendendum, num.* 53. Anton. Monach. Bononiem. *deciſ.* 28. *num.* 12. Sed nullibi inuenitur expreſsè prohibitum Meretrici, ne Sepulchrum conſtruat, de bonis turpiter acquiſitis. Ergo ei id conceſſum cenſetur.

Nec contrarium quidem probatur ex iuribus in contrarium adductis. Quia *in Canone Oblationes*, ſolum hoc habetur. Oblationes diſſidentium fratrum, neque in Sacrario, neque in Gazophylacio recipiantur. Similiter dona eorum, qui pauperes opprimunt, à Sacerdotibus refutanda ſunt. Et *in loco allegato*, 14. *quæſt.* 5. hæc tantum lego. Quod verò eleemoſynæ non ſint faciendæ ex fœnore, vel vſuris, nec quolibet male acquiſito, Auguſtinus teſtatur *in libro de verbis Domini, tract.* 35. Cum igitur in his locis expreſsè non prohibeatur conſtructio Sepulchri ex turpiter à Meretrice acquiſitis, non ſunt ad hoc extendenda. *Cap. Odia, de Regulis Iuris, lib.* 6.

TRACTATVS SEXTVS.

DE IIS, QVI SEPVLTVRAS CONCEDERE POSSINT.

DISQVISITIO I.

An Episcopus, Ius habeat concedendi facultatem construendi Sepulchra, in Ecclesiis, & locis, sibi subiectis iurisdictioni?

BREVIARIVM.

Abbas.

Qui Ordinarius est loci, & territorium habet, potest monitorias generales pro rebus deperditis, & furto ablatis expedire, modò non sit subiectus vlli Diœcesano. n. 12.

Potest dispensare in denunciationibus matri, monialibus. n. 11.

In iis, & aliis casibus, ad iurisdictionem Ordinariam pertinentibus, venit sub nomine Episcopi. n. 13.

Banchi. Sedes.

Laici in Ecclesia Ius Banchorum, & Sedium habere non possunt, nisi ex gratia, & tolerantia. n. 1.

Beneficia.

Qui plura habet beneficia, compellendus est ad ostendendam dispensationem, cuius vigore illa possideat. n. 10.

Diœcesanus.

Sub nomine Diœcesani venit, qui iurisdictionem Episcopalem, aut quasi Episcopalem habet in loco, licet regulariter solus veniat Episcopus. n. 10.

Excommunicatio.

Pro rebus deperditis, & furto ablatis, possunt Ordinarij non Episcopi, promulgare excommunicationem. n. 12.

Ius patronatus.

Ex gratia, & tolerantia, habent Laici in Ecclesia Ius patronatus. n. 1.

Matrimonium.

Dispensare potest in denunciationibus matrimonialibus, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet in loco. n. 11.

Ordinarius.

Qui Ordinariam habent iurisdictionem, omnia possunt in suo territorio, quoad potestatem iurisdictionis, quæ Episcopus in sua Diœcesi. n. 10.

Habent in suis locis sacris, & in eorum bonis iurisdictionem, & administrationem. n. 2.

Sepelire. Sepulchrum.

Ius Sepulchri in Ecclesia haberi non potest, nisi ex gratia, & ex tolerantia. n. 1.

Qui Episcopalem, aut quasi Episcopalem habent iurisdictionem, possunt in territorio suo facultatem concedere ad Sepulchra construenda. n. 1.

Ius Sepulchri dari non potest, sine Superioris authoritate, & variis iuribus, indicentibus formam seruandam in alienatione rerum Ecclesiæ, seruatis. n. 1.

Non licet sepelire supra Altaria; sub Altaribus; iuxta Altarium bradellas; & iuxta scabella lignea, aliàs Peannas. n. 5. 6. 7.

Hoc prohibetur Ordinariis, sub pœna suspensionis à Diuinis; & Gubernatoribus, sub excommunicatione latæ sententiæ. n. 4.

CONCLVSIO.

1 EPiscopi, & alij iurisdictionem Ordinariam quasi Episcopalem habentes, possunt in suo territorio concedere facultatem construendi Sepulchra in Ecclesiis, & in aliis Religiosis locis, seruatâ tamen formâ per sacros Canones statuta.

Hanc conclusionem tenent communiter Doctores. Panormitanus, *in cap. Abolendæ, num.* 5. *el* 53. *de Sepulturis*, vbi inquisito, An in Cœmeterio, vel Ecclesia, possit Laicus habere Sepulturam, vel Ius sepeliendi? Et relatis Hostiense, Gofredo, & Vincentio, tam quoad Sepulturæ, quàm quoad sedium, seu banchorum Ius, sic propriam pronuntiat, declarat sententiam. Videlicet. Quicquid tamen dicatur, inuito Episcopo, non possunt Laici, sibi Ius tale acquirere in Ecclesia secundum eum: sed tolerantur solum in istis ex gratia, sicut in Iure patronatus, *cap.* 3. *de Iure patronatus.*. Hæc Abbas. Ergo in eius sententia, volente Episcopo, possunt Laici Ius tale acquirere in Ecclesia, & facultatem construendi in ea Sepulchrum. Archidiaconus, ab Ant. Fran. citatus, in notis ad dictum Abbatis, locum, *in can. Præcipiendum*, 13. *quæst.* 2. quatenus dicit, quod potest Episcopus concedere vni, quod in Sepulchro sepeliatur alterius. Nauarrus, *tom.* 1. *Consiliorum*, *lib.* 3. *tit. de Sepulturis, consil.* 1. Illuminatus Moronus, *in Centum responsis, responso* 51. *num.* 34. *&* 35. cum Doctoribus, *in dictum cap. Abolendæ*, Sebastino medices, *tract. de Sepulturis, quæst.* 6. *num.* 6. Caualerio, *decis.* 15. *num.* 2. & cum actis Ecclesiæ Mediolanensis, *part.* 2. *tit. de Sepulturis.* Augustinus Barbosa, *de Officio Parochi, cap.* 26. *num.* 9. *& de Iure Ecclesiastico vniuerso, parte* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. qui *num.* 11. ait, non posse dari sine authoritate Episcopi, & iusta causa, & seruata forma alienationis rerum Ecclesiæ, Ius sepeliendi quis mortuos suos in aliquo Sepulchro, & impediendi, ne alij sepeliantur in eo. Tenent & Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 6. *controuers.* 17. *conclus.* 1. *pag. mihi* 306. qui allegat Bursatum, *volum.* 1. *consil.* 110. *num.* 27. Ancharranum, *consil.* 243. *num.* 2. Menochium, *de Præsumptionibus lib.* 6. *præsumpt.* 6. *num.* 2. Crauettum, *consil.* 203. Gonzalez, *ad Regulam Cancellariæ, Glossa* 6. *num.* 55. Gregorium XV. *decis.* 383. *n.* 12. Vitalinum *in Clementinam Dudum*, §. *Huiusmodi*, *num.* 10. *de Sepulturis.* Archidiaconum, *in cap.* 1. *n.* 6. *de Pactis.* Lauorium, *Variarum lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. 2. *&* 8. Massobrium, *in Praxi concursuum, praludio* 11. *num.* 9. *&* 11. Gratianum,

Disceptationum forensium, cap. 298. *num.* 44. & ait constare conclusionem, *ex L. Nec non*, iuncta Glossa, *verbo Non prohibeat, ff. Ex quibus causis, maiores. L. Mutus*, §. *Quæritur, ff. de Procuratoribus. Cap. Omnes*, & ibi Glossa, 3. *distinct. cap. Nuper, versic. in* 2. *& cap. Cum illorum, de sententia excommunicationis.* Tenet etiam Bonacina, *in Summa, tom.* 2. *de Contractibus, disputat.* 3. *quæst.* 21. *punct.* 3. *propos.* 1. *num.* 3.

2 Probat iste Doctor assertionem, ex Constitutione *Cum primum, la* 5. Pij Papæ Quinti, apud Angelum Cherubinum, *tom.* 2. *pag. mihi* 178. Kalendis Aprilis, de Anno 1566. edita, cuius verba modo recensebo. Probatio autem ex ratione, hæc mihi efficax est. Quia Episcopi, & alij Ordinarij in Ecclesiis, locis sacris, & in ipsorum bonis, iurisdictionem habent, & administrationem, ratione quarum ad illos spectat distributio Sepulturarum, & aliorum omnium, quæ distribui solent, & debent.

3 Consultò addidi: *seruata tamen forma per Sacros Canones statuta.* Quia prohibitum sæpe est, mortuorum condere corpora supra Altaria; sub Altaribus; propè Altaria, & iuxta ipsorum bradellas, scabella lignea, *vulgò Peannas.* Sequentia libuit, pro hac demonstranda veritate, recensere Iura.

In primis enim Concilium Nannetense, à Petro Crespetio relatum *in Summa Ecclesiastica Disciplinæ: verbo Sepultura, fol. mihi* 843. sic *cap.* 3. deffinit. Infrà Ecclesiam verò, aut propè Altare, vbi Corpus Domini, & Sanguis conficitur, nullatenus habeat Sacerdos licentiam sepeliendi.

4 Pius Quintus in præallegata Constitutione *Cum primum*, cum Ordinariis, & Gubernatoribus status Ecclesiastici loquens, vti apparet §. 3. *sic* §. 6. decernit. Et vt in Ecclesiis nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capsæ omnes, & depositi, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia, omninò amoueantur, provt aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora, in tumbis profundis intra terra collocentur.

Huius Constitutionis meminerunt, præter Bonacinam, *vbi suprà*, Pax Iordanus, *volumine* 1. *de Re sacra, lib.* 5. *tit.* 11. *num.* 7. dicens. Depositum, est capsa in altum posita, in qua corpora defunctorum collocabantur, quæ hodie prohibita reperiuntur per Pium Quintum, in Bulla *Cum primum*, §. *Et vt in Ecclesia*, 1566. *Kalendis Aprilis, tomo* 2 *Bullarij Cherubini, fol.* 179. Samuellius, *vbi suprà, tractat.* 1. *disputat.* 1. *controuers.* 3. *conclus.* 15. sub eisdem ferè verbis, quibus ex Iordano recensui. Illuminatus Moronus, *responso* 51. *num.* 35. Francisc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 174. August. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. *pag. mihi* 69. *& de Officio, & potest. Parochi, cap.* 26. *num.* 9. Circa quam quidem Pianam Constitutionem aduertere duxi, in ea, præfata, & alia Ordinariis præcipi, sub pœna suspensionis à Diuinis; Gubernatoribus verò, sub excommunicationis, latæ sententiæ, pœna.

5 Sacra item Congregatio negotiis Episcoporum, & Regularium præposita, sub die 6. Septembris, de Anno 1593. præcepit, ne cadauera reponantur sub Altaribus, neque sub gradibus eorum. Hoc recensent Decretum Bartholo. Gauantus, *in Manuali Episcoporum, verbo Sepultura, num.* 6. Barbosa, *de Officio Parochi, capite* 26. *num.* 10. *& in Collectaneis Decisionum Apostolicarum, verbo Cadauer, num.* 2. Anton. Naldus, *verbo Sepultura, num.* 12. *in fine.* Moronus, *vbi proximè, num.* 36. & Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstionum Regularium, tom.* 2. *part.* 3. *verbo Altare, numero* 17.

Eadem Sacra Congregatio, aliud edidit Decre- 6
tum, & declarationem, Anno sequenti 1594. sub die octaua Mensis Februarij, cuius meminerunt Naldus, *verbo Missa, num.* 32. Moronus, *dicto num.* 36. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, dicto cap.* 10. *n.* 10. & Pellizzarius, *dicto num.* 174. In quo quidem Decreto, iniunctum fuit Ternensi Episcopo, vt amoueri faceret Sepulchra, quæ extarent subtus altaria, vel ipsorum bradellam. Vide Pasqualig. *de Sacrific. q.* 675.

Deindè sub die octaua. Nouembris de Anno 1599. 7
Sacra Congregatio Archiepiscopo Tranens. rescripsit, consecranda non esse Altaria, sub quibus sepulta sunt corpora mortuorum, nisi eis remotis. Illam recensent Gauantus, *verbo Altare, num.* 9. Lezana, *dicto num.* 17. Moronus, *num.* 36. & Barbosa *de officio Parochi, cap.* 26. *citato num.* 10. *& de Officio, & potestate Episcopi, part.* 2. *allegat.* 27. *num.* 27. vbi sic fatur. Permittendum non est Sepulchra hominum supra Altaria esse erigenda, vt admonet Archidiaconus, per textum ibi, *in cap. Non oportet, de Consecrat. distinct.* 1. quem refert, & sequitur Fuscus, *de Visitatione, lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Et hinc respondit Sacra Congregatio Archiepiscopo Tranen. 8. Nouembris, 1599. non esse consecranda. Altaria sub quibus sepulta sunt corpora mortuorum, nisi eis remotis, provt refert Praxis noua Episcopalis, *dicto cap.* 1. *num.* 7. *in fine.* Hæc Barbosa. Vide Pasqualigum *dict. q.* 675.

Denique, eadem Sacra Congregatio cuidam res- 8
cripsit Episcopo, si quæ Altaria essent, quæ vel superius, vel in medio continerent cadauera, siue Laicorum, siuè etiam Prælatorum, non esse in ipsis celebrandum. Meminerunt, huius rescripti, Naldus *verbo Missa, nam.* 32. *versic. Et hic.* Lezana, *verbo Altare, num.* 17. Pellizzarius *dicto tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 174. & Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. Vbi refert ex Actis Ecclesiæ Mediolanensis, *part.* 2. Decretum Visitationis Apostolicæ, *verbo Sepultura*, tenoris sequentis, videlicet Sepulchrum ipsorum in posterum ædificandorum, ostium longè absit ab Altaris scabellis ligneis, vel bradella, cubitis ad minus tribus: Sepulchra verò ipsa ad scabellum ligneum non pertingant. Hæc ibi. Decretum autem Sacræ Congregationis, æditum fuit, Anno 1601.

Paulus etiam Quintus in Rituali Romano, *in* 9
Rubrica de Exequiis, ita statuit. Vbi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in Cœmeteriis, retineatur, & vbi fieri potest, restituatur; at verò cui locus Sepulturæ dabitur in Ecclesia, humi tantum detur. Cadauera autem propè Altaria non sepeliantur.

Dixi in conclusione: *& alij iurisdictionem ordina-* 10
riam habentes quasi Episcopalem: quia in iis quæ iurisdictionis sunt, omnia possunt, iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, quæ possunt Episcopi: quilibet in suo territorio respectiuè. Glossa, *in cap. Ordinarij, verbo Locorum, el* 3. *de Officio Ordinarij, lib.* 6. vbi de compulsione, quæ fieri debet Beneficiariis, plura habentibus beneficia, vt ostendant, exhibeant dispensationē, vigore cuius illa possideant. Et in Clementina *Quamuis verbo, Diœcesanis, vnica de Foro, competente*, ibi: Per Diœcesanos intelligo eos, qui habent in loco Episcopalem iurisdictionem, vel quasi. Vbi in Marginali Fontanella, cum Cardinali; licet regulariter appellatione Diœcesanorum (addit) veniant soli Episcopi. Glossa, *in c.* 1. *de Vita, & honestate Clericorum.* Glossa, *in c.* 1. *de Iure patronatus.* Hæc ibi. Glossa, *in Clementina* 1. *verbo Proprij, la* 2. *de Rebus Ecclesiæ non alienandis.*

Idem

Idem in terminis diſpenſationis denunciationum matrimonialium, in vim Concilij Tridentini, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformatione Matrimonij*, docent Tho. Sanchez, *de Matrimonio, tom. 1. lib. 3. diſputat. 7. num. 4. pag. mihi 211.* Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, part. 2. allegat. 32. num. 32.* cum Nauarro *conſil. 5. de Sponſalibus, num 4.* Flores de Mena, *Variarum reſolutionum, lib. 3. quæſt. 24 num. 26.* Gregorio Sayro, *in Floribus deciſionum eiuſdem Doctoris Nauarri, deciſione 9. de Sponſalibus.* Franciſco Molina, *de Ritu Nuptiarum, lib. 2. differentia 11. num. 6.* & cum Stephano Gratiano, *diſceptationum forenſium, cap. 83. num. 15.* Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. diſputat. 1. quæſito 3. & tomo 2. diſputat. 8. quæſit. 4. num. 2.* cum dicto Nauarro *lib. 4. conſiliorum in 1. editione, conſilio citato, & in 2. tit. de Clandeſtinis denunciationibus, conſil. 2.* Henriquez, *in Summa, lib. 11. de Matrimonio, cap. 5. num 5.* Emmanuel Roderiquez, *in Summa, tomo 2. in ſecunda editione, cap. 217. n. 4.* & cum Valerio Reginaldo, *in Praxi fori pœnitentiæ, lib. 31. num. 232.*

12 Docent etiam, in terminis monitoriarum generalium, pro rebus deperditis, & furto ablatis, dictus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, tomo 1. cap. 17. num. 92.* Belletus, *de iuriſdictione Abbatum, num. 9. & 22.* Bonacina, *tomo 3. de Cenſuris in particulari, diſputat. 2. quæſt. 1. num. 3.* & Machadus, *in Summa, tomo 1. lib. 1. parte 3. tract. 6. documento 2. num. 2.* qui poſt Suarez *tomo 5. in 3. partem D. Thomæ, diſputat. 2. ſect. 1. num. 2.* tenent, Abbates iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, poſſe dictas monitorias expedire, ex quo iſte actus non eſt Ordinis Epiſcopalis, ſed Epiſcopalis iuriſdictionis.

13 Vndè in his, & aliis caſibus ad iuriſdictionem Ordinariam pertinentibus, ſub nomine Epiſcopi, venit Abbas Ordinarius loci, territorium habens, dummodò tamen nulli ſit Diœceſano ſubiectus, ſiue Epiſcopo, qui illam inibi exercere valeat, vti bene limitat Gloſſa *in Clement. Quamuis, verbo Diœceſanis, de Foro competente.* Abbas Tamburinus, *dict. tomo 2. diſputat. 8. quæſit. 4. num. 2.* qui *tom. 1. diſp. 1. q. 4.* ex multis docet, quemcumque Prælatum ordinaria iuriſdictione præditum, nomine Ordinarij comprehendi. Illum ſequitur Lezana in Maremagnum Dominic. *num. 171.*

DISQVISITIO II.

An Prælati Regulares, poſſint propria ex authoritate, concedere facultatem conſtruendi Sepulchra in Eccleſiis ſuæ ſubiectis iuriſdictioni?

BREVIARIVM.

Conceſſa.

Quæ non ſunt expreſsè prohibita, cẽſentur cõceſſa. n. 5.

Concilium.

Conſtitutio Concilij Prouincialis, exemptis, nihil præiudicat intra Prouinciam exiſtentibus, nec eſt illis Superior. n. 2.

Lex.

Lex extra territorium Legiſlatoris non ligat. n. 2.

Prælati Regulares.

Omnes Regulares Prælati Supremi, mediati, & locales, & eorum Præſidentes, ſeu Vicarij in capite, habent Ordinariam iuriſdictionem, & adminiſtrationem pro vtroque foro. n. 7.

Veniunt ſub nomine Epiſcopi quoad facultatem per Tridentinum Concilium ſeſſ. 24. cap. 6. *de Reformatione ad abſoluendum, & c. conceſſam.* n. 8.

Cum ſuis Conuentibus ſunt immediati Eccleſiarum ſuarum Domini. n. 5. 6.

Niſi de licentia Prælatorum Regularium, nemo in eorum Eccleſiis conſtruere valet Sepulchra. n. 3.

Prælati immediati, & locales Regulares, Sepulchra concedere poſſunt in Eccleſiis ſuis. n. 4. *Cum Conuentibus ſcilicet ſuis, & de licentia S. Congregationis.*

Sepulchra.

Regulares concedere poſſunt Sepulchra in Eccleſiis, & locis ſuis exemptis ab Ordinariis locorum, ſi eis non ſit per Ordinis Conſtitutiones interdictum. n. 1. 6. 7.

Sine illorum licentia, nemo poteſt Sepulchra in Regularium conſtruere locis. n. 3.

CONCLVSIO.

PRælati Regulares, tam ſupremi, quam intermedij, & locales, ſeu Conuentuales, & infimi, ſi ſpecialiter per proprias Ordinum Conſtitutiones non ſit eis interdictum, poſſunt concedere in Eccleſiis ſuis, & locis religioſis facultatem conſtruendi Sepulchra; ſeruatis tamen ſeruandis, de Iure communi, & de mandato Vrbani Papæ Octaui, in Decreto Sacræ Congregationis Concilij, pro alienatione rerum Eccleſiæ, & Regularium, de quibus *ſupra tract. 4. diſquiſit. 3. num. 5.* Procedit concluſio, de Regularibus, & de eorum locis, exemptis à Diœceſani Epiſcopi ſubiectione. 1

Illam tenent Doctor Nauarrus, *lib. 13. Conſiliorum, tit. de Sepulturis, conſil. 1.* Bonacina, *in Summa, tom. 2. tract. de Contractibus, diſputat. 3. quæſt. 21. punct. 3. propoſit. 1. num. 3.* Auguſt. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 9. & de Officio Parochi, cap. 26. num. 9.* Illuminatus Moronus, *reſponſo 51. num. 35.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 172.* cum Bordono, *tom. 2. reſolut. 51. num. 84.* Aliquorum Doctorum iſtorum libet verba reddere, vt ex eorum inſpectione, in noſtra illos fuiſſe ſententia, demonſtretur.

In primis Martinus ab Azpilcueta, in allegato in- 2
quirit conſilio, An conſtitutio Concilij Prouincialis, ne Sepulturæ locus, quouis nomine cuiquam detur, néue Sepulchra fiant in vlla quauis Eccleſia, ſine Epiſcopi conſenſu, valeat, nec ſit hoc Decretum contra Regulares Mendicantes exemptos, & alios qui habent priuilegia ſepeliendi in Eccleſiis ſuis. Et reſpondet, quod prædicta Conſtitutio, nihil præiudicat exemptis, cum Concilium Prouinciale non ſit Superior eis *L. final. ff. de iuriſdictione omnium Iudicum.* Hæc Nauarrus.

Moronus ſic ait. In Eccleſiis autem Regularium, 3
non poſſunt conſtrui (ſupple Sepulchra: de iis enim erat illi ſermo,) niſi eadem facultate obtenta, ſaltem à Prouinciali.

Pellizzarius, in ſequentia prorumpit. Aduertit 4
autem Bordonus, *tomo 2. reſolut. 51. n. 84.* Superiores locales cum ſui Conuentus conſenſu, poſſe ſæcularibus concedere Ius Sepulturæ in ſuis Templi-

Et probat: quia Prælatus localis cum suo Conuentu, est immediatus Dominus suæ Ecclesiæ, ac Sepulchrorum in ea constructorum. Ergo ad ipsum spectat de iis disponere, non autem ad Prælatos superiores, cum Ius commune de hoc nihil disponat. Ista ille, qui quoad id, quod de dominio dicit, intelligi debet, de Prælato, & de Conuentu Dominij capacibus in communi, quales diximus esse omnes, non solum Monachales, sed etiam Mendicantes, præter Minores, & Capucinos. Debet tamen interuenire licentia S. Congreg. Concilij.

5 Quatenus Bordonus, ab hac facultate excludit Prælatos supremos, & intermedios, Generales scilicet, & Prouinciales, concors non est Bonacinæ, & Morona, illam Prouinciali concedentibus. Pro illorum tamen concordia, consulendæ sunt cuiuscumque Ordinis, vel Congregationis Constitutiones: ex quibus benè cognosci poterit, quid in hac Sepulchrorum materia, possint Superiores tam immediati, quàm mediati, & supremi: & quid in aliis. Non enim assignare possumus regulam generalem pro omni, & singulo Ordine: quilibet enim illorum suas habet speciales ordinationes: & non raro toto cœlo distantes. Vnde, quod Ius commune de hoc, aut de illo non disponat, parum, me iudice refert, si specialis dispositio reperiatur in municipali Lege, statuto, & Constitutione, ab habente ad id facultate condita: eo maximè, quia ex quo aliquid non est alicui expressè prohibitum, ei concessum censetur.

6 Probatur primo conclusio, & efficaciter quidem ratione, vbi proximè à Bordono tacta. Quia scilicet Prælatus Regularis, saltem cum Conuentu Dominus est Ecclesiæ suæ. Ergo ad ipsum spectat disponere de Sepulchris, quæ in illa construi debeant, non autem ad Episcopum, aut ad alium Superiorum extra Ordinem.

7 Secundò probatur eodem fundamento, quo vsi sumus *Disquisitione præcedenti*, ad probandum Episcopum, & alios habentes iurisdictionem Ordinariam quasi Episcopalem, posse concedere facultatem construendi Sepulchra in suis locis religiosis, & Ecclesiis: quia scilicet habent administrationem illarum, ratione cuius ad eos spectat distributio Sepulchrorum, & aliorum, quæ in illis distribui debent. Sed Prælatus Regularis, non solum supremus & medus, sed etiam localis, v.gr. Abbas, Prior, Guardianus, Rector, &c. qui ex officio, & munere proprio suo præest Conuentui, aut Collegio, absolutè est Ordinarius, cum iurisdictione, & administratione, immò & eorum Vicarij in capite (Præsidentes in nostra Congregatione nuncupati,) eandem habent administrationem, & quasi Episcopalem iurisdictionem pro vtroque foro, vti *in quæstionibus Pastoralibus, de Iure Parochi Ecclesiarum vnitarum, part. 3. quæst. 13. n. 7. & in Disquisitione Pastorali, de Iure Prioris annexi, n. 95. 96. 97. 113. & 133.* latè probaui. Ergo sicut Domini Episcopi, & alij Superiores Prælati possunt in Ecclesiis suis facultatem construendi Sepulchra concedere, ita poterunt Prælati Regulares supremi, medij, & immediati, seu locales in suis Ecclesiis illam concedere.

8 Et confirmatur: quia quilibet ex prædictis, in iis, quæ à Tridentino conceduntur Concilio, ac delegantur *sess. 24. cap. 6. de Reformatione*, quoad censurarum absolutionem, &c. sub nomine venit Episcopi. Cum multis, *in dicta Disquisitione de Iure Prioris annexi, n. 143. & sequentibus* probaui, & præcipuè *n. 145.* ex Pij Papæ Quinti Constitutione, incipit *Romani Pontificis*, apud Bullarium Emmanuelis Roderiquez *to. 1. 3.* Vbi rationem reddit dicens: Ne Prior Conuentualis, & Superiores Prælati... in hac parte deterioris conditionis... existant. Ergo ne dicti Prælati Regulares deterioris conditionis sint, quàm alij Ordinarij, quod isti possunt, quoad Sepulchrorum constructionem, poterunt & illi. Si enim in eo, quod magis est, parificantur, quare non in eo, quod est minus?

DISQVISITIO III.

An Abbas, aut alter habens Monasterium, vel Ecclesiam in commendam temporalem, possit concedere facultatem construendi in illa Sepulchra?

BREVIARIVM.

Commenda: Commendatarius.

Commenda Ecclesiæ, aut Monasterij, alia est perpetua, alia ad tempus. n. 1.

Commendatarius perpetuus, est verè beneficiarius, & disponit de fructibus, &c. n. 2.

Commendatarius temporalis, est veluti Tutor, Curator, seu Custos Ecclesiæ. n. 1.

Eandem habet administrationem Ecclesiæ commendatæ, in Ecclesiæ vtilitatem, ac habet Curator sui minoris, & Tutor pupilli sui. n. 4.

Assimilatur Vicario in capite, & Præsidenti. n. 5.

Curator.

Ille dicitur, qui curam gerit minoris: scilicet non habentis 25. annos completos. n. 4.

Administrare tenetur bona in minoris vtilitatem. num. 4.

Minor.

Ille dcitur, qui 25. annos completos nondum habet, num. 4.

Pupillus.

Ille appellatur, qui impuber est. n. 4.

Sepulchra.

Commendatarius, siue perpetuus, siue temporalis, illa concedere potest. n. 4.

Tutor.

Ille dicitur, qui curam gerit pupilli. n. 4.

Administrare tenetur bona, in pupilli vtilitatem. num. 4.

DIFFICVLTATI propositæ, respondet negatiuè Martinus Bonacina, *in Summa, tom. 2 de Contractibus, disputat. 3. quæst. 21. puncto 3. num. 4.* Sed 1

Pro illius intelligentia, & resolutione, suppono, cum Ascanio Tamburino, *de Iure Abbatum, tom. 1. disputat. 4. quæsito 5. dupliciter.* Ecclesiam commendari posse: ad tempus nimirum, & in perpetuum. Primo modo commendatur, quando mortuo illius Rectore, aut suspenso, quocumque ille appelletur nomine, alicuius velut depositarij Fidei, & curæ Ecclesia ad tempus committitur, in quo se habet veluti tutor, curator, siue custos; non autem vt Beneficiarius vel titularis, cum non sibi illam possideat. Ita Tamburinus, ex Rota, *in antiquis, decis. 244.*

Secundo

2 Secundo modo commendatur Ecclesia, quando alicui in perpetuum, eius vita durante committitur, vt eam gubernet, & regat, cum facultate, disponendi de fructibus ipsius sicut verus Beneficiarius. Et hic modus dicitur in vtilitatem Commendatarij. Garcia, *de Beneficiis, part* 4 *cap.*4. *num.*7. Ioannes Azorius, *Institut. Moral. part.*1. *lib.*6 *cap.*31. *quæst.*1. *in fine*. Et hæc commenda perpetua, est titulus Canonicus. *Can. Si plures,* 21. *q.*1. *Et extra, c. Dudum, el* 2. *de Electione.* Augustt. Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, allegat.*68 *num.*2. & alij.

3 Difficultas proposita non procedit, de Commendatario in secunda acceptione: quia habet omnia Iura Ecclesiæ sicut titularis, nisi expressè in commenda eadem, vel ad partes illi sit ademptum. Abbas Tamburin. cum Sarnen. *in Regula de Triennali, quæst.*5. *num* 11. *& de Idiomate, quæst.*4. Rebuffo, *in Praxi Beneficiali, de Commend. num.*6. *& seq.* & ex S. Rot. *in Acheruntina fructuũ,* 2 *Decembris,* 1591. *coram Cardinali Hieronymo Pamphylio,* in qua (inquit) ideò fuit resolutum, per derogationem factam priuilegiis concessis quibusuis Superioribus Monasteriorum, & Ordinum, censeri etiam derogatum priuilegiis concessis Commendatariis Monasteriorum. Hæc ille; sed procedit in prima acceptione, difficultas. Pro cuius resolutione, sit.

CONCLVSIO.

4 ABbas Commendatarius potest concedere facultatem constructendi Sepulchra, in Ecclesia sibi commendata.

Probatur conclusio *primò*. Commendatarius etiam temporalis, eandem habet administrationem Ecclesiæ sibi commendatæ, in ipsiusmet Ecclesiæ vtilitatem, quam habet Curator in sui Minoris (scilicet non habentis 25. annos completos) Iura, & bona, & quam Tutor, in Pupilli (impuberis nempe) bona, & iura. Sed Curator, & Tutor possunt, & debent bona Minorum, & Pupillorum benè, vtiliter, & diligenter administrare: Vnde finita tutela, Pupillus directam habet actionem tutelæ pro mala, vel inutili, aut negligenti administratione Tutoris. Ergo si in vtilitatem cedat Ecclesiæ Sepulchrorum constructio. Commendatarius, etiam temporalis, tanquam illius Tutor, & Curator, non solùm poterit facultatem ad illa construenda concedere, sed etiam tenebitur. Aliàs enim, non Ecclesiæ Tutor, Curator, nec Custos esset.

5 Probatur *secundò*. Commendatarius temporalis assimilatur Vicario in capite, seu Præsidenti Monasterij, qui illud regit, non in perpetuum, sicut regit Abbas, Prior Conuentualis, Guardianus, Rector, &c. Sed ad tempus, durante scilicet Sede vacante, suspensione, aut absentia Abbatis, Prioris, &c. Sed huiusmodi Præsidens potest concedere facultatem constructendi Sepulchra, modo, quo Abbas, & quilibet alter Prælatus localis titularis, illam concedere potest: Ergo etiam poterunt eandem concedere, qui Ecclesiam in commendam habent, siue in perpetuum, siue ad tempus.

DISQVISITIO IV.

An Canonici habeant facultatem concedendi licentiam, ad construenda Sepulchra?

BREVIARIVM.

Canonici.

Provt singuli, dominium, & administrationem Ecclesiæ non habent. Habent tamen aliquando, provt Capitulum. n.1.

Capitulum.

Episcopus, & Capitulum vnum corpus sunt. n.2.

Sede vacante succedit Capitulum in iurisdictione, quæ Episcopo Iure Ordinario competit, aliquibus tamen de Iure exceptis. n.1.

Non succedit in iurisdictione, quæ Episcopo competit Iure speciali. n.2.

Neque succedit in iurisdictione Episcopo delegata. num.2.

Capitulum Sede non vacante, Iure communi attento concedere non potest facultatem construendi Sepulchra. n.3.

Sede non vacante non habet Capitulum, de Iure communi, iurisdictionem, sed illa priuatiuè ad Episcopum pertinet. n.3.

Neque habet dignitatem. n.3.

Per consuetudinem tamen habet iurisdictionem in aliquibus Ecclesiis. n.3.4.

Delegatus.

Mortuo Episcopo delegato, non cognoscit Capitulum Sede vacante, sed spectatur Episcopus successor, vt de delegatis cognoscat. n.2.

Dignitas.

Dignitatem solus habet ille, qui habet iurisdictionem. n.3.

Ecclesia.

Iura Ecclesiæ æquè ab Episcopo, & à Capitulo possidentur. n.2.

Sepulchra.

Sede non vacante, non potest Capitulum, de Iure, facultatem construendi Sepulchra concedere. n.3.

Poterit tamen si habet priuilegium, aut consuetudinem legitimè præscriptam. n.4.

1 NON procedit difficultas de Canonicis, provt singulis, sed provt Capitulum constituunt, & vniuersitatem. Provt singuli enim, dominium non habent, nec administrationem Ecclesiæ. Nec procedit quidem de Canonicis provt Collegium, & Capitulum constituunt Sede Episcopali vacante. Tunc enim, dubio procul, dubio est affirmatiuè respondendum. Quia Capitulum de mortuo Episcopo, omnem facultatem, & iurisdictionem, quæ Iure ordinatio Episcopo competebat, acquirit, nonnullis exceptis speciatim Iure prohibitis *cap. Cum olim,* vbi Glossa, *verbo Capitulo, el* 14. *de Maioritate, & obedientia*, Augustinus Barbosa, *ibi, num.*3. *& de Potestate Episcopi, allegat.*36. *n.*9. cum Federico de Senis, *consil.*16. *num.*2. Pauino, *de Potestate Capituli Sede vacante, quæst.*1 *num.*3. *& seqq. & quæst.*5. *num.*2. *versic. Item regulariter, part.*1. Nauarro, *consil.*43. *n.*1 *de Temporibus Ordi-*

nationum, & consil.7. numer.1. de Filiis Presbyterorum. Flaminio Parisio, *de Resignatione beneficiorum, lib.7. quæst.23. à num.27.* Gutierrez, *Canonicarum, lib.1. cap.11. num.10.* Ioanne Azorio, *Institut. Moralium, part.2. lib.3. cap.37. quæst.6.* Franc. Suarez, *tom.5. in 3. part de Censuris, disputat.7. sect.2. n.4.* Molina, *de Iustitia, tract.5. disput.11. num.5.* Aloysio Riccio, *in Collectan. decisionum, part.3. collect.610. & part.4. collect.880.* Rota, *decis.1. num.13. part.2. diuersorum, & decis.346. num.2. part.1. recentiorum, & decis.632 part.2. recentior.* & cum aliis. *Cap. Ad abolendam, in principio,* vbi Gloss. *verbo Sede vacante, el 9. de Hæreticis. cap. Si Episcopus,* & ibi Gloss. *vebo Sed Capitulum, el 3. & cap. Ecclesiæ, el 4. & final. de Supplenda negligantia Prælatorum, lib.6. cap. Etsi Capitulum,* vbi Glossa, *in Summa, & verbo Episcopum, el 1. de Institutionibus. cap. Cum nullus,* & ibi Glossa, *verbo Capitulum, de Temporibus Ordinationum, eodem lib. Cap. Episcopali, vnico de Maioritate, & obedientia, in eodem 6. Clement. Multorum,* §. *Propter,* vbi Glossa, *verbo Sede vacante, la 1. de Hæreticis, & verbo Capituli.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum tom.1. disput.25. quæsito 2. n.1.* Vbi ait, quod succedit in exercitio iurisdictionis Episcopalis, in libera spiritualium, & temporalium administratione.

2 Notanter dixi succedere Capitulum Episcopo, in iis, quæ illi Iure competunt ordinario: quia in iurisdictione Episcopo delegata, non ei succedit, vti benè Nicolaus Tudeschus, Panormitanus Abbas, *in dictum cap. Cum olim, quæst.5. el 14. de Maioritate, & obedientia,* cum Lap. Abbate seniore, Ioanne Andrea, & Innocentio, *in cap. Ad abolendam de Hæreticis,* & Federico, *consil.30.* Vbi dicit secus esse, si Episcopus cognoscit Iure delegati, vel alio Iure speciali, & facit *cap. Pastoralis, §. Præterea, de Officio Ordinarij*: Vbi mortuo Episcopo delegato, expectatur successor, & non recurritur ad Capitulum.

Addit aliam rationem Abbas: quia Capitulum succedit Episcopo propter communionem, quæ est inter eos: Sunt enim vnum corpus, vt *in cap. Nouit, & cap. Quanto, de His, quæ fiunt à Prælato.* Item, vt dicit Innocentius, *cap. Dilecti, el 13. eodem tit.* dignitates, & Iura Ecclesiæ pariter possidentur per Episcopum, & Capitulum. Sed in iis quæ competunt Episcopo Iure speciali, & delegato, cessat ista communicatio. Ergo non succedit. Et concludit Abbas. Et ex his limita regulam suprà dictam, vt Capitulum succedat in iurisdictione Episcopali competente Iure proprio. Eandem limitationem admittunt Azeuedus, *ad Curiam Pisanam, lib. 1. cap.8. num.12.* Sbroz, *de Vicario Episcopi, lib.1. q.16. num.1. & lib.2. quæst.135. num.4.* quas recensет, & sequitur Barbosa, *de Potestate Episcopi, part.2. allegat.36. num.10.* cum aliis citatis per Riccium, *in Praxi aurea, resolut.118. n.2.*

CONCLVSIO.

3 CAnonicorum Capitulum, Sede non vacante, Iure communi attento, concedere non potest facultatem construendi Sepulchra in sua Ecclesia, siue Cathedrali, siue Collegiata.

Hanc tenet conclusionem Martinus Bonacina, *tomo 2. de Contractibus, disput.3. quæst.21. punct.3. proposit.1. num.3* Illam sic probo, Capitulum, etiam Ecclesiæ Cathedralis, de Iure communi, non habet iurisdictionem, sed ad Episcopum pertinet priuatiuè Canonicorum excessus corrigere, & eorum cognoscere causas. *Cap. Irrefragabili, el 13. de Officio Iudicis Ordinarij*, ex Concilio Generali desumpt. Ibi enim sic decernitur. Irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendos subditorum excessus, maximè Clericorum, & reformandos mores prudenter intendant, ne sanguis eorum, de suis manibus requiratur: Et licet paucis interiectis, addat exceptionem hanc, respectu Canonicorum, videlicet. Excessus tamen Canonicorum Cathedralis Ecclesiæ, qui consueuerunt corrigi per Capitulum, per ipsum in illis Ecclesiis, qui talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad commonitionem, vel iussionem Episcopi corrigantur, intra terminum competentem, ab eo præfigendum; alioquin ex tunc Episcopus Deum habens præ oculis, ipsos (vt animarum cura requirit) per censuras Ecclesiasticas corrigere non postponat: non eximit Canonicos in vniuersum ab Episcopi iurisdictione, sed tantum approbat consuetudinem ab aliquibus habitam Capitulis, corrigendi suos Canonicos, vti ex ipso textu fit manifestum.

Vnde eo, noster Abbas Tamburinus, *tom.1. de Iure Abbatum, disputat 25. quæsito 2. n.4.* ait, quod de Iure communi non habet Capitulum Cathedralis Ecclesiæ iurisdictionem in singulos Canonicos, sed quod ad Episcopum spectet. Neque habet Capitulum Cathedralis Ecclesiæ dignitatem. Idem Ascanius, *eodem numer.4* Et est ex modo dictis manifestum: quia vti docet Glossa, *in cap. Statutum, notabili 2. el 11. de Rescriptis, lib.6.* & Abbas Panormitanus, *in cap. De multa, num.21. el 28. de Præbendis, & dignitatibus, concluſ.1.* cum communi Doctorum, *vt is dicatur habere dignitatem, qui habet iurisdictionem*: (verba illius reddo.) Sed qui non habet dignitatem, & iurisdictionem in Ecclesia, non potest concedere facultatem construendi in ea Sepulchra: hoc enim ad administrationem, cum iurisdictione pertinet, vti ex dictis, & ex dicendis constabit. Ergo Capitulum, si Sedes non vacat, non potest, de Iure communi, concedere facultatem construendi Sepulchra in sua Ecclesia, sed hoc munus pertinet ad Episcopum, cuius est administratio, & iurisdictio, priuatiuè quoad Capitulũ, & quoad alios.

Consultò dixi: *Iure communi attento*: Quia bene poterit Capitulum facultatem facere præfatam, si habeat ad id priuilegium, aut consuetudinem quidem legitimè præscriptam. Si enim illam potest præscribere, quoad iurisdictionem correctionis Canonicorum, vti *ex præallegato capite Irrefragabili*, quare non, quoad potestatem conferendi facultatem construendi Sepulchra, quæ minor certè est, cum respiciat Templum materiale; illa autem spirituale? 4

DISQVISITIO V.

An Episcopus, & Capitulum Sede vacante, concedere possint Sepulturas in Ecclesiis Monasteriis exemptis, annexis?

BREVIARIVM.

Iurisdictio.

Nemo potest contentiosam iurisdictionem in personam, aut in locum exemptum exercere. n.3. 5.

Sepulchra.

Sepulchra.

In Eccleſiis pleno Iure annexis Monaſterio exempto ab Ordinarij iuriſdictione, non poteſt Epiſcopus, aut Capitulum Sede vacante Sepulturam concedere. num. 3.

Sepulchra concedere, eſt exercere adminiſtrationem, & iuriſdictionem in Eccleſiis pro quibus conceduntur. n. 3. 4.

Vnio.

Vnio pleno Iure, eſt quoad temporalia, & ſpirituualia. num. 1.

De Vnione pleno Iure, variis modis conſtare poteſt. num. 1.

Per vnionem plenariè factam, Eccleſia vnita fit earumdem qualitatum, & naturæ, quibus gaudet principalis, cui fuit acceſſoriè vnita. n. 2.

1 PRo reſolutione præſentis difficultatis, & eius exacta dilucidatione, duo ſuppono ſcitu neceſſaria. *Primò*, Eccleſias eſſe plenariè, ſiue pleno Iure vnitas, & annexas, id eſt, *quoad ſpiritualia, & temporalia*, conſtare, non ſolum ex inſtrumento vnionis, in quo dicatur vnam Eccleſiam alteri vniri *pleno Iure*: vel *cum omnibus iuribus ſuis*: aut *in perpetuum illi incorporari, & annecti*, vti latè probaui *in quæſtionibus Paſtoralibus, de Iure Parochi Eccleſiarum vnitarum, part. 2. quæſt. 6. & alibi ſæpè*, & nouiſſimè S. Rota 27. *Iunij*, 1664. *in Pampilonen. Iurium Parochialium*, coram Hinot, ibi. Hanc autem plenariam, & ſubiectiuam vnionem, tam quoad tẽporalia, quàm quoad ſpiritualia, Domini reſultare dicebãt non ſolùm ex illis verbis: *cum Omnibus iuribus, & pertinẽtiis ſuis*, ſub quibus, non ſolum temporalia, ſed etiam ſpiritualia continentur, Innocentius, &c. ſed etiam, quando ille, cui vnita fuit, in ea inſtituit Capellanos, & obuentiones percipit illius, præter ſtipendia miniſtrorum. Ita ex Ancharrano, & Alano Ioannes Andreas, *in cap. Abbates, ſub verbo Pleno Iure, in additione ad Gloſſam*, *el 3. de Priuilegiis, lib. 6.* & Aſcanius Tamburin. *de Iure Abbatum, tom. 1. diſput. 21. quæſito 2. n. 11.*

2 *Secundò* ſuppono, per vnionem pleno Iure factam, fieri Eccleſiam vnitam earum qualitatum, & naturæ, quibus gaudet illa, cui vnitur: inter quas quidẽ qualitates, vna eſt, vt ſi iſta libera eſt, & exempta, libera, & exempta, quæ vnitur, reddatur. Ioannes Azorius, *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. q. 2.* Abbas Tamburinus præfatus, *tom. 3. de Iure Abbatum, diſput. 15. quæſito 5. n. 5.* Ego ipſe, *dicta, quæſt. 6. num. 22.* Ea ductus ratione: quia Eccleſia acceſſoriè vnita, amittit propriam naturam, conſuetudines, & priuilegia, quæ antea habebat, vti *num. probaueram 3.* & aſſumit naturam, conſuetudines, & priuilegia principalis, cui incorporatur, vti *eodem num. 3.* Vnde Rota, in dicta Pampilonenſi Iurium Parochialium, 19. Ianuarij, 1663. coram R. P. D. Beuilaqua, ibi. Cauſa ad hoc ſacrum Tribunal deuoluta, & Iure collitigantium ad examen deducto, ad fauorem Abbatis hodie emanauit reſolutio, ſcilicet conſtare de illius bono Iure. Et fundamentum huius reſolutionis fuit: quia dicta Eccleſia Parochialis Sancti Ioannis de Mendauia, cui vnita reperitur illa de Legarda vſque de anno 1408. à Nicolao... tunc Adminiſtrare Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ plenariè, & per viam incorporationis vnita fuit Monaſterio de Yrach cum omnibus pertinentiis ſuis, reſeruato Vicario ibi reſidenti congrua per Abbatem dicti Monaſterij perſoluenda: per quam vnionem ſic factam ſequitur, Eccleſiam à primæua ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterij, cui fuit vnita, reputari. Felin. *in cap. Cum in noſtra, num. 30. de Reſcriptis.* Oldradus, *conſil. 257. num. 15.* Gonzalez, *ad Regulam 8. Cancellariæ Gloſſa 5. §. 7. num. 2. & 3.* Cardinalis Cauallerius, *deciſ. 330. n. 5.* Duran. *deciſ. 303. n. 3.* bonæ memoriæ Merlinus, *deciſ. 37. num. 1. & ſeq. & deciſ. 115. n. 5. in recentioribus, deciſ. 352. n. 7. par. 4.* & in Acernen. Vicarij, prima Iulij, 1654. §. *Atque*, coram bonæ memoriæ Richio, &c. Vnde, quamuis in priuilegio exemptionis, quod habent Monaſteria, mentio non fiat expreſſa de exemptione Eccleſiarum ipſis, modo prædicto, vnitarum, eo ipſo, quo vnitæ illis ſint, eadem omnino gaudent exemptionis immunitate. His ſupoſitis, ſit.

CONCLVSIO.

3 IN Eccleſiis, pleno Iure annexis Monaſteriis exemptis ab Ordinario loci, & ab eius iuriſdictione, non poteſt Ordinarius, neque Capitulum Sede vacante, Sepulturas concedere, aut facultatem, Sepulchra conſtruendi.

Hæc concluſio probatur. Sepulturas concedere, aut facultatem conſtruendi Sepulchra facere, eſt adminiſtrationem, & iuriſdictionem in Eccleſiis illis exercere, pro quibus conceſſio fit. Sed Epiſcopus exercere non poteſt adminiſtrationem, nec iuriſdictionem in Monaſteriis à ſua iuriſdictione exemptis, neque Capitulum quidem Sede Epiſcopali vacante, cum aliam non habeat, quàm Epiſcopalem, ſeu illius exercitium. Ergo neque Capitulum, neque Epiſcopus poteſt in Eccleſiis vnitis pleno Iure Monaſteriis exemptis Sepulturas concedere, aut facultatem Sepulchra conſtruendi.

4 Maior patet ex dictis *in præcedentibus Diſquiſitionibus*. Ideò enim diximus poſſe Epiſcopos, Prælatos Regulares, Commendatarios, & Capitulum Sede vacante concedere Sepulturas, & facultatem conſtruendi Sepulchra, quia habent adminiſtrationem, & iuriſdictionem in Eccleſiis, pro quibus illas concedunt. Ergo illas concedere, eſt iuriſdictionem exercere.

5 Minor autem eſt per ſe nota. Quia nemo poteſt Ius dicere, & actum iuriſdictionis exercere contentioſæ in alienum territorium, aut à ſua exemptum iuriſdictione, ſicut nec in perſonam exemptam. *cap. Atſi Clerici, el 4. de Iudiciis*, ibi: Sicut enim ſententia à non ſuo Iudice lata non tenet. Vbi Gloſſa „ *verbo Non tenet. cap. Ad audientiam, el 2. de Conſuetudine*, ibi: Cum ſententia à non ſuo Iudice lata, nullam obtineat firmitatem, vbi Gloſſa, *verbo Iudice. Can. In primis, 2. q. 1. ante finem*, ibi. Sententia non à ſuo Iudice dicta, nihil firmitatis contineat. Vbi Gloſſa, *verbo A Iudice, & l. 2. & 3. Cod. Si à non competente Iudice.* Concedere autem Sepulturam in alieno, aut in exempto territorio, eſt in illud iuriſdictionem exercere. Vide, quæ ex Paſqualigo recenſui, *tract. 1. D. 3. dict. 1. §. 1. n. 30.*

6 Conſequentia verò, benè ex præmiſſis infertur, cùm eadem gaudeant Eccleſiæ vnitæ exemptione, quâ Monaſterium, cui vnitæ reperiuntur, vti iam dixi; & reſpectu Eccleſiarum noſtræ Congregationi Hiſpaniæ, & Sanctæ Iuſtinæ, ſeu Caſinenſi annexarum, patet ex Conſtitutione. *Etſi ex debito, Eugenij Papæ Quarti, n. 1. la 7. noſtri Bullarij, pag. 24.* quam *ſuprà, tractatu 1. diſquiſit. 3. dubio 1. num. 2.* recenſui.

TRACTA

TRACTATVS SEPTIMVS.

DE FACVLTATE ELIGENDI ECCLESIASTICAM SEPVLTVRAM.

PROOEMIVM.

IN hoc Tractatu multa occurrunt discutienda. *Primò*, de libertate in communi Sepulturam eligendi. *Secundò*, de libertate in particulari. Hoc est, de iis, qui Sepulturam, tam pro seipsis, quàm pro aliis eligere valeant. *Tertiò*, de iis, qui nec pro se, nec pro aliis eligere illam queant. *Quartò*, de locis, in quibus validè, & licitè eligi illa possit. *Quintò* tandem, de modo probandi electionem Sepulturæ, fuisse iam factam. Tractatum, in quinque diuidam sectiones. In *prima*, de libertate in communi præfatæ electionis agam: in qua quàm plures difficultates, pro vtriusque fori praxi scitu dignissimas, enucleare, pro viribus meis, diligenter curabo. In *secunda*, de iis, qui eligere sibi, & aliis Sepulturam benè valent, differam: in qua certè non paucas dilucidabo, & non minus vtiles, quàm in prima, quæstiones. In *tertia*, nonnullas aliàs excitabo, & non inutiliter resoluam de iis, qui eligere nequeant pro se, & pro aliis. *quartam* tandem, & *quintam* breuiter, sed provt satis sit, ad doctrinæ complementum, absoluam. In illa agam de locis in quibus electio fieri possit; & in ista, de modo, quo electio ipsa probetur.

SECTIO I.

De libertate in communi eligendi Sepulturam.

DISQVISITIO I.

Quinam sint, qui in genere facultatem habeant eligendi Ecclesiasticam Sepulturam?

BREVIARIVM.

Filiusfamilias.

Nisi de patris consensu, quamuis Sepulturam eligat, nequit pro anima sua aliquid relinquere, si non habeat peculium castrense, aut quasi castrense. num. 4.

Parochus.

Non potest Parochus impedire, ne quis sepeliatur in Sepultura à se electa, in loco Sepulturæ capaci. num. 10.

Si vocatus ad funus sepeliendi extra Parochiam, accedere recensèt, aut licentiam dare nolit, licitè sepeliri ille poterit, absque Parochi interuentione. num. 10.

Puber.

Pubertatis annus in fœmina, duodecimus est, in viro autem, quartus decimus. n. 5.

Sepelire, Sepulchra, Sepultura.

Qui violenter rapit, & tumulat, quem sepelire non poterat, illum tenetur restituere, & omnia, quæ receperit occasione Sepulturæ illius. n. 3.

Quilibet Fidelis, qui liberum habet arbitrium, & puber est, siue Vir sit, siue fœmina, eligere potest Sepulturam in quocumque loco, Sepulturæ capaci. n. 1. & seqq.

Potest eligere illam filiusfamilias. n. 4.

Eligere potest, qui minor sit 25. ann. n. 2.

Ante pubertatem nemo eligere potest Sepulturam. num. 4.

Non possunt illam eligere, qui sunt à Iure prohibiti, ne illam eligere valeant. n. 7.

Neque illi, qui Sepultura sunt, ipso Iure priuati. num. 8.

Pater eligere potest Sepulturam pro Filio impubere, si id consuetudo patriæ ferat. n. 4.

Sepulturæ electio, pars est vltimæ voluntatis. n. 6.

Testamentum. Volunt. vlt.

Filiusfamilias eligens Sepulturam non potest aliquid pro anima relinquere sua, sine patris consensu, nisi habeat peculium castrense, aut quasi castrense. num 4.

Voluntas vltima, ambulatoria est vsque ad mortem, & reuocari semper potest, quò vsque aduenial illa. num. 6.

Sepulturæ electio, pars est vltimæ voluntatis. n. 6.

CONCLVSIO.

QVilibet Fidelis, qui liberum habeat arbitrium, & ætatem legitimam, pubertatis scilicet, potest sibi eligere Sepulturam Ecclesiasticam, in quocumque loco huius Sepulturæ capaci, siue vir ille sit, siue fœmina.

Hanc conclusionem tenet D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis, in principio.* Trullench, *tom. 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num. 4.* Bruno Chassaing, *de Priuilegiis Regularium, tract. 2. cap. 7. proposit. 4.* Bonacina, *tom. 2. disputat. 3. de Contractibus, quæst. 2. punct. 3. n. 6. versic. Dixi nisi, & n. 8. versic. Sexto*, Pax Iordanus, *vol. 2. de Re Beneficiaria, libro 10. tit. 20. num. 102. & 103.* Ascanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 15. quæsito 17. num. 20.* Augustinus Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 19 pag. mihi 71.* cum Cæsar. de Graffis, *decis. 1. num. 1. de Sepulturis.* Læl. Zechio, *de Republica Ecclesiast. cap. 28. de Parocho, n. 17. Fallencia 2.* Aloysio Riccio, *in Praxi rerum*

rerum fori Eccleſiaſtici, reſolut. 563. in 2. editione. Belleto, *Diſquiſitionum Clericorum, part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. num. 13.* Parlador. *different. 66. §. 1. num. 1.* Tenent etiam Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 2. controuer. 1. concluſ. 1. controuerſ. 3. concluſ. 4. & 6. & diſputat. 5. controuerſ. 1. concluſ. 1. & 7.* Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ 51. num. 37. pagina* 184. cum Augelo, *in Summa, verbo Sepultura, num. 5.* & Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium. annotatione 52. §. Vnico, num. 1.* cum Lauorio, *Variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 1. & 6.* Vbi in ſequentia prorumpit.

2 Ampliatur ſecundò ſententia, vt etiam Filiusfamilias poſſit ſibi eligere Sepulturam, citat. *Can. Vnaquæque, §. Exemplo, 13. quæſt. 2.* Imola, *in cap. Ex parte, de Reſtitutione ſpoliatorum, num. 6.* Cuman. *in L. Tam ij, §. Filiusfamilias, num. 5. ff. de Donationibus cauſa mortis,* dummodo ſit pubes, & habeat liberum arbitrium, *cap. 1. de Sepulturis, & cap. Licet hoc, eod. tit. & lib. 6.* Molina, *de Iuſtitia, & Iure, tomo 1. tract. 2. diſput. 214.* Layman. Theologus Moralis, *lib. 3, de Iuſtitia, tract. 5. cap. 12. quæſt. 3. n. 5.* Et hoc etiamſi ſit minor Viginti quinque annis. Imola, *loco citato, num. 6.* Belletus, *diſquiſition. Clericorum, part. 1. de Clerico debitore, §. 3. n. 14.* dummodo non ſit minor quatuordecim. Quodque indubitatè procedit in Filio emancipato, dicit Cuman. *citato loco*, & alij, quos refert, & ſequitur Medices, *loco citato,* (ſcilicet *de Sepulturis,*) *1. parte, quæſt. 8. num. 19.* Hactenus præfatus Ioann. Baptiſta Ventriglia.

3 Quoad partem primam, de facultate, cuilibet Fideli, prædito libero arbitrio, & pubertate, eligendi Sepulturam competente, probatur concluſio *primo*, ex *cap. Cum liberum ſit, el 6. de Sepulturis,* vbi Alexander Papa Tertius, mandat compellere Monachos Sancti Vincentij Laudenſis, qui violenter rapuerant corpus cuiuſdam mulieris, quæ ſibi elegerat Sepulturam in Monaſterio Sancti Martini Laudunenſis, vt oſſa illius, & beneficia, quæ occaſione Sepulturæ ipſius receperant, cum integritate Monachis Sancti Martini reſtituerent: & de cætero talia facere (ait Pontifex) non præſumant.

4 Probatur *ſecundò*, ex *cap. Licet pater, el 4. de Sepulturis, lib. 6.* Vbi Bonifacius Papa Octauus ſic
„ decernit. Licet pater Minores, qui nequeunt an-
„ tequam ad annos pubertatis proueniant eligere Se-
„ pulturam, poſſit (ſi conſuetudo terræ id habeat) quo
„ voluerit ſepelire; hoc tamen non poteſt, vbi con-
„ ſuetudo huiuſmodi non habetur, ſed ſunt cum ſuis
„ maioribus, vel in Parochiali Eccleſia tumulan-
„ di. Quamuis autem filiusfamilias, abſque patris aſ-
„ ſenſu, ſibi poſſit eligere Sepulturam, pro anima tamen ſua, præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat) aliquid iudicare non poteſt.

5 Hucuſque in Decretali illa. Vbi Gloſſa *verbo Pubertatis*, aſſignat pro annis pubertatis mulieris, duodecim; & pro viri pubertate, quatuordecim. Et *verbo Sepulturam*, reddit rationem quare Filius ſub patria poteſtate exiſtens ſibi valeat eligere Sepulturam, dicens. Quia electio refertur ad id tempus, quo ſolutus eſt à patria poteſtate. Idem dicit Pax Iordanus, *volum. 2. de Beneficiaria, lib. 10. tit. 20. num. 304.* Quam certe rationem tradit Hoſtienſis, *in cap. De vxore, n. 4. el 7. de Sepulturis*, ad probandum, Religioſum ſemper poſſe ſibi eligere Sepulturam: quia ſcilicet actus ille eligendi, refertur in tempus habile, quo Religioſus, per mortem à iugo eximitur obedientiæ. Idem enim ait eſt, aliquid tempore habili, vel inhabili, dummodo effectus, ad tempus habile referatur. *L. Quod Sponſæ, Cod. de Donationibus ante nuptias.* Et eandem reddit Ventriglia, *dicta annotat. 52. de Electione Sepulturæ, num. 7.* vt etiam poſſit mulier eligere illam, adhuc eius viro viuente: cum electio (inquit) prædicta, ad eum ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur à Lege viri.

Ex *cap. Cum dilectus, el Final, de Succeſſionibus ab inteſtato*, probare intendit Ioannes Ægidius Trullench, *loco citato*, concluſionem noſtram; ſed ni fallor ex illa Decretali, nulla prorſus probatio pro illa fieri poteſt: Quia nihil ibi de Sepultura, nec de eius agitur electione.

Tertiò probatur concluſio ratione iſta. Quia ele- 6
ctio Sepulturæ, pars eſt vltimæ voluntatis, cuius libertas auferri nequit. Gloſſa, *in cap. Animarum, verbo Prædictos, in Addit. el 1. de Sepulturis, lib 6.* ex *Codice de Sacroſanctis Eccleſiis, L. 1.* Ioannes Bapt. Ventriglia, *vbi proximè num. 1.* ex *Canone Vnaquæque, §. E contra Adam, 13. quæſt. 2. cap. Cum liberum, cap. Nos inſtituta, & cap. de Vxore, de Sepulturis.* Vnde Martin. Bonacina, *tom. 2. diſputat. 3. quæſt. 2. punct. 3. num. 6. verſic. Secundò*, ait: electio Sepulturæ reuocari poteſt: cum naturam redoleat vltimæ voluntatis, quæ ambulatoria eſt vſque ad mortem.

Concluſio tamen noſtra, duas patitur limitatio- 7
nes. *Prima* eſt reſpectu eorum, qui ſunt à Iure prohibiti, ne Sepulturam eligere valeant. Ita limitant, & benè Moronus, *reſponſo 51.* allegato, *n. 38.* cum Sebaſtiano de Medices, *de Sepulturis, quæſt. 8.* Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 19. & de Officio Parochi, cap. 26.* vbi refert Declarationem S. Congregationis Cardinalium, in vna Capuana, ſub die 31. Martij, de Anno 1629. in Congregatione Sacrorum Rituum factam. Ita & Samuellius, *de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 2. controu. 3. concluſ. 4.* cum Natta, *conſil. 432. num. 6.* Cæſare de Graſſis, *deciſ. 1. num. 1. de Sepulturis*, Zechio, *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 20. de Parocho, num. 17. Fallentia 2.* Riccio, *part. 4. Praxis, deciſ. 128. & 563.* Belletto, *diſquiſition. Clericorum, part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 3. n. 17.* Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap. 17. num. 2.* Geminiano, *in cap. Licet, §. Quamuis, de Sepulturis, in 6* & cum Cardinale Tuſcho, *concluſ. 97. n. 5. Litt. P.*

Secunda limitatio eſt, eorum reſpectu, qui ſunt 8
Eccleſiaſtica priuati Sepultura. Hanc tenent Moronus, cum Seb. Medices, *locis proximè redditis*, & Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. §. Vnico, num. 21.* Vbi reddit rationem. Quia ſcilicet Sepultura carent, fruſtratoriè illam eliget. Quinam autem priuati exiſtant Sepultura Eccleſiaſtica, prolixè in ſecundo tomo huius operis, per totum differo.

Quoad ſecundam autem partem de loco Sepul- 9
turæ eligendæ, probatur concluſio, ex *capite 1. de* „
Sepulturis, ibi. Et ſic demum vbicumque libitum „
fuerit, eliget Sepulturam. Et ex *cap. Cum quis, el 2.* „
eod. tit lib. 6. Vbi ſic Bonifacius Papa. Si quis anti- „
qua dimiſſa, nouam (etiam in loco minus religioſo) „
elegerit Sepulturam, electionem huiuſmodi (licet Iura ſuper hoc videantur eſſe diuerſa) nequaquam volumus impugnari.

Pro coronide huius diquiſitionis, recenſere li- 10
buit Ioannem Baptiſt. Ventrigliam, *loco citato, numer. 10.* Sic ibi fatur. Electio Sepulturæ, adeò eſt exequenda, & ſepeliendum corpus in Sepultura ele-

cta,vt Parochus non possit impedire illam,sub prætextu, quod sit extra Ecclesiam Parochialem.Quia liberum est vnicuique eligere Sepulturam in quacumque Ecclesia, relicta Parochia : quæ aliud non potest prætendere, nisi sua Iura. Est commune, & indubitatum. Hinc est Sacram Congregationem Rituum, procurante Domino Iosepho Natale,Canonico , Pœnitentiario Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ , decreuisse Parochum loci Cassapullæ, Capuanæ Diœcesis , non posse prohibere Fundatori, & successoribus de prædicta familia de Natale, Ius Sepulturæ , in Ecclesia per ipsos de Natale ædificata , in loco prædicto , reseruata quarta funerali eidem Parocho. Immò si Parochus prædictus vocatus accedere,vel licentiam dare recuset,licitum esse sepelire corpora in dicta Ecclesia absque illius licentia S. Congregatio prædicta duabus Declarationibus, vna sub die 31. Martij, 1629. & altera sub die 22 Decembris eiusdem Anni 1629. Quas Declarationes vidi oculatim in forma authentica,cum tanquam vnus ex Visitatoribus interfui Visitationibus prædictæ Ecclesiæ. Illasque refert Alphonsus de Leon, *de Officio Capellani, part.1.quæst.2.sect.1. num.7. &* 8. Barbosa , *de Iure Ecclesiastico , lib.2. cap.10.num.22. & seq. Et in Summa Apostolicarum Decisionum, verbo Sepultura, n.*11.Id etiamsi electio fiat in Ecclesia Regulari. Lauorius , *citato cap.*11. *n.*22. Hæc omnia Ventriglia.

DISQVISITIO II.

An electio Sepultura semel aut pluries facta reuocari possit quoties eligenti placuerit?

BREVIARIVM.

Iuramentum.

*Si seruato iuramento , in salutem non vergat , sed in detrimentum animæ, non illud obligat.*n.5.

*Quando post iuramentum factum noua causa orta est,non prauisa,tempore iuramenti, illud non obligat.*n.6.7.8.

Sepultura.

*Electio Sepulturæ semel , aut sæpè facta , vsque ad finem vitæ reuocari potest.*n.1.2.3.6.

*Potest eligi in loco minus Religioso.*n.2.

*Electio Sepulturæ pars est vltimæ voluntatis.*n.3.

*In graui,& periculosa infirmitate facta,non censetur reuocata per conualescentiam, & posteriorem vitam longæuam.*n.9.

*Reuocari non potest, si fuit vltroneo iuramento , aut voto firmata Sepulturæ electio.*n.4.5.

Testamentum. Voluntas vlt.

Omnis actus vltimæ voluntatis, reuocabilis est. n.3.

Per vltimam dispositionem , saltem tacitè , priores omnes reuocantur. n.1.

*Testamentum aut vltima voluntas , seu dispositio facta in graui, & periculosa infirmitate, per conualescentiam , & vitam longæuam reuocata non censetur.*n.9.

*Pars est vltimæ voluntatis Sepulturæ electio.*n.3.

Votum.

*Quod in animæ detrimentum vergit,non obligat.*n.5

*Noua causa orta , non prauisa tempore voti , cessat voti obligatio.*n.6.

CONCLVSIO.

ELectio Sepulturæ iam facta, vsque ad vitæ finem, benè ab eligente reuocari poterit, quoties illi benè visum fuerit. 1

Hanc tenent conclusionem Glossa , *in cap. Animarum, verbo eodem , el* 1. *de Sepulturis, lib.*6, ibi. Quia licet elegerit quis Sepulturã in vno loco, potest postea eligere in alio. August. Barbosa , *de Iure Ecclesiast.part.*2.*lib.*2.*cap.*10 *n.*24. cum Geminiano , *in cap.Licet*, §. *Quamuis* , *de Sepulturis in* 6. Cæsare de Grassis,*dec.*1.*n.*5. *de Sepulturis.* Ancharrano, *concil.*214.*n.*5.*& seqq.* Mario Antonio,*Variarum resolut.lib.*1.*resolut.*212.*casu* 59.*vers.Tertio.* Sebastiano Medices,*de Sepultur.par.*1.*q.*8.*n.*1.Carolo Maranta, *Responsorum,tom.*2.*resp.*14.*n.*1. Franc. Samuellius,*in Praxi de Sepulturis,tract.*1.*disp.*2.*controuers.*1 *concl.*16.*pag.*50. & Ioannes Baptista Ventriglia,*in praxi rerum notabilium,annot.*52. *de Electione Sepulturæ, n.*31. quo in loco addit , esse commune, & indubitatum, & quod fieri queat reuocatio non solum expresè , sed etiam tacitè per subsequutam electionem. Regulare enim est (ait) in causæ mortis actibus, vt secunda voluntas,reuocet primam. Docet accuratè Maranta , *loco citato, n.*4. Ita Ventriglia.

Primò probatur conclusio , ex *cap.Cum quis,* §.*Si quis,el* 2 *de Sepulturis,lib.*6.Vbi sic Bonifacius Papa Octauus decernens ait.Si quis antiqua dimissa, nouam (etiam in loco minus religioso)elegerit Sepulturam, electionem huiusmodi (licet Iura super hoc videantur esse diuersa) nullatenus volumus impugnari. 2

Secundò probatur ratione. Quia electio Sepulturæ,est pars vltimæ voluntatis. Ventriglia *vbi proximè*, cum Sebastiano Medices , *loco modo allegato*, & cum Maranta, *part.*2. *Comrouers.resp.*14.*n.*5. Martin.Bonacin.*tom.*2.*disput.*3.*q.*2.*punct.*3.*n.*6.*vers.Secundò.* Sed omnis actus vltimæ voluntatis , ex natura sua est reuocabilis.Ventriglia, Bonacina , ac Maranta,*n.*3.Ergo electio Sepulturæ validè reuocari potest, toties, quoties voluerit eligens , vsque ad vitæ vltimum. 3

Limitanda tamen est resolutio, in casu, quo electio,motu proprio,& non ad alterius suggestionem, iuramento fuerit, aut voto firmata. Tunc enim ratione voti , aut iuramenti Sepulturæ electio reuocari nequit. Ita Ventriglia *dicta annot.*52.*n.*32.cum Genuensi , *in Praxi Archiepiscopali Neapolitana, cap,*76.*n.*15.*in Annot.* Cæsare de Grassis , *decis.*2. *de Sepulturis,n.*12. & Maranta , *loco proximè recensito,n.*7. Vbi affirmare ait,quod si quis donauerit aliquid Ecclesiæ , & in eodem instrumento donationis elegerit in eadem Ecclesia Sepulturam , iuramentum appositum in dicto contractu , confirmat tantum donationem , non verò se extendit ad electionem. Quod verum saltem est , si aliud non exprimatur. 4

Hæc certè limitatio probatur ex *cap. Si verò , el* 8.*de Iureiurando,*in quo sic Alexander Papa Tertius decernit.Duximus tibi respondendum,quod non est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi talis sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ; nec Nos alicui dare materiam volumus, veniendi contra iuramentum proprium ne authores periurij videamur. Hæc Alexander. 5

Quæ tamen limitatio non procedit quando post iuramentum , aut votum, noua causa orta est , non prævisa tempore voti , aut iuramenti. Quia tunc non obstante iuramento , aut voto, electio Sepulturæ

turæ iuramento, aut voto prius firmata, ex dicta superueniente causa infirmatur; Vnde benè reuocari valet, vti benè Ventriglia, *annotat. 52. citata, n. 23.* cum Lauorio, *Variarum Lucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 4.* & Sebastiano Medices, *de Sepulturis, quæst. 15. num. finali*, Vbi exemplificat casum, si quis efficiatur Religiosus, aut Episcopus creetur post electionem Sepulturæ, iuramento, aut voto firmatam.

Idem dicit Samuellius, nonnihil addens. Ita enim fatur. Quilibet motu proprio, cum voto, & iuramento sibi Sepulturam eligere valet nouam, antiqua relicta, etiam in loco minus religioso. *Extra, de Sepulturis, cap. Cum quis.* Et sic facta electione Sepulturæ tenetur deinde seruare huiusmodi votum, seu iuramentum; nisi aliàs sit factus Episcopus, aut Regularis, vel talis Sepulturæ locus sit quasi dissipatus, & huiusmodi. *cap. Inter, de Religiosis Domibus.* Hæc Samuellius, *loco suprà allegato* cum Syluestro, *verbo Sepultura, n. 5. & verbo Excommunicatio 7. num. 49. §. 16.* citante Archidiaconum, & cum Lauorio, *dict. tit. & cap. num. 16.* & Lapo, *allegat. 59.*

7 Firmatur limitatio, *ex cap. Quemadmodum, el* » *25. de Iureiurando*, ibi: Sed pro fornicatione, quam » postea perpetraret, eam dimittere posset; non ob- » stante huiusmodi iuramento: quoniam in eo talis » erat subintelligenda conditio: si videlicet in Legem » coniugij illa non peccaret. Vbi Glossa, *verbo Conditio*, ait. Nota, quod plerumque intelliguntur conditiones in iuramentis, vt hæc: *Si placet Papæ*: vt *suprà eodem, Venientes.* Item hæc. *Si Deo placuerit. 22. quæst. 2. Beatus*, §. 1. Item hæc: *Si res in eodem statu permanserit. 22. quæst. 2. Ne quis, ff. de Solutionibus. Cum quis.* Has, & alias recenset conditiones Glossa, in iuramentis subintellectas.

8 Firmatur etiam ex *cap. Ad nostram, el 20. de Iureiurando*, vbi decernitur ab Innocentio Papa Tertio, iurantem non repetere vsuras, posse ex noua causa superueniente illas repetere. v. gr. si Vsurarius creditor in testamento hæredi iniunxerit obligationem restituendi vsuras à seipso perceptas.

9 Dubium occurrit, hîc opportunè dissoluendum. An scilicet, censeatur reuocata electio Sepulturæ, in infirmitate facta, si conualescat ægrotus, & post longum decedat tempus.

Respondeo, non censeri reuocatam. Ratio fundamentalis est: Quia non censetur mutata voluntas. Et probatur à simili de Testamento facto, in existimato mortis articulo: quod certè, ex eo, quod conualuerit testator, & postea multis transactis annis moriatur, non censetur reuocatum, infirmatum, vti benè Ioann. Baptist. Ventriglia *in allegata annot. 52. num. 34. ex L. finali*, & ibi Bald. & DD. *ff. de Hæredibus instituendis, cap. Licet, de Procuratoribus, lib. 6.* cum Mantica, *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 12. tit. 1. num. 2.* Quare, qui in graui infirmitate sibi Sepulturam eligit, & post longum tempus, ex alia decedat infirmitate, morietur cum electione Sepulturæ. Quia illa semel facta, reuocata non præsumitur. Ita præfatus D. cum Belletto, *Disquisitionum Clericorum, part. 1. de Clerico debitore, §. 3. num. 29.*

10 Et quidem argumentum factum, à Testamento, ad electionem Sepulturæ, benè valet: quia electio Sepulturæ, est eiusdem qualitatis cum Testamento, cum sit pars vltimæ voluntatis, vti vidimus *num. 3.* argumentum autem de maiori ad minus affirmatiuè factum, valet quando maius, & minus sunt eiusdem qualitatis, vt cum Cardinali Tuscho, *practicarum conclusionum, tom. 1. Litt. A. concl. 501. n. 10.* tenet Augustin. Barbosa, *tract. Locorum argumentorum communium Iuris, loco 66. verbo à Maiori. num. 4.* Ergo si tenet, & valet Testamentum factum, pluribus ab hinc annis, in infirmitate finali existimata, & mortali, ab eo, qui conualuit, & nouissimè, hodierna decedit die, tenebit, valida erit electio Sepulturæ ab illo facta, vel ab alio, si post longum moriatur tempus illa non reuocata.

DISQVISITIO III.

An qui sumpsit Fideicommissum, Maioratum, aut donationem, se obligans cum iuramento, ad eligendam Sepulturam, secundùm Testatoris, vel donatoris voluntatem, teneatur ad obseruantiam huius electionis?

BREVIARIVM.

Donatio. Donatarius. Donator.

Quascumque conditiones honestas, sibi benè visas, potest Donator in donatione apponere, & illas adimplere tenetur donatarius, donationem acceptans. n. 4.

Hæres.

Liber est ad acceptandum, vel non acceptandum hæreditatem n. 4.

Iuramentum.

Strictissimum iniungit vinculum ad exequendum promissum. n. 2.

Semper seruari debet, nisi seruatum in interitum vergat salutis æternæ. n. 3.

Amplia, etiamsi metu iniusto extortum sit, dummodo de re licita, & factum sit, animo se obligandi. n. 3.

Obligat ad vsuras soluendas. n. 2.

Si iurem viarum grassatori, illi aliquarum pecuniarum summam soluere, & relaxationem iuramenti, ab illam potente facere, non obtineam, sub periurij reatu, illam soluere compellor. n. 3.

A iuramento, metu extorto, absoluit Ecclesia. n. 3.

Iure naturæ efficere tenemur, vt verum, quod iurauimus sit. n. 3.

Sepulchra. Sepultura.

Fideicomissarius, & donatarius, sub iuramento promittens eligere Sepulturam, illam tenetur eligere, sub duplici vinculo; iustitiæ, scilicet, & Religionis. n. 1. 3. & 4.

Vsura.

Prohibita est vsura Iure diuino, & humano. n. 2.

Solui non debet vsura, nisi qui sese sub iuramento ad illam soluendam obligauerit: quo in casu ad illius solutionem compelli potest n. 2.

Post solutionem tamen vsurarum, cogendus est vsurarius ad illas restituendas, etiam per censuras. n. 2.

CONCLVSIO.

FIdeicommissarij, & donatarij, qui se cum iu- 1
ramento obligarunt ad Sepulturam eligendam secundùm testatoris, aut donatoris voluntatem, te-

nentur ad huiusmodi electionẽ, & illius obseruantiã.

Hæc conclusio certa est, & manifesta. Illam tenent Ioann. Ægidius Trullench, *tom 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub 5. num 11.* cum Aloysio Riccio, *in Praxi fori Ecclesiastici, resolut. 293. partis quartæ*, & Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 2. controuers. 1. conclus. 17. pag. 50.* cum Molina *de Primogenit. lib. 1. cap. 24. num 40.* Lauorio, *Variarum Lucubrationum, tit 2. cap. 11 num.* Gratiano, *disceptation. forensium, cap. 210. num. 19* & aliis.

2 Quod certa sit, & vera conclusio, ex quo fuit iuramento firmata, patet ex eo, quod obligatio iuramento firmata, strictissimum vinculum iniungit ad exequendum promissum, illam contrahenti. Glossa, *in cap. Ad nostram, verbo Repeterent, el 2. & 20. de Iureiurando*, ibi: Sed si iurauerit soluere (vsuras scilicet,) nec repetere, &c. Aperte decernitur ab Alexandro Papa Tertio, *in cap. Debitores, el 6. eodem titulo*, in hunc modum. Debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debent. Si verò de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt Domino reddere iuramentum. Et cum vsuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas sunt Ecclesiastica seueritate (si necesse fuerit) compellendi.

Hæc in textu illius Decretalis. In eius Summa sic habetur. Qui se obligauit ad vsuras soluendas, soluere non cogitur, nisi iurauerit: quo casu cogitur; sed repetit. Et in casus formatione, sic lego. Aliquis promisit soluere vsuras, cum vsuræ inhibitæ sint in Iure Canonico, & Diuino. Quærebatur, vtrum ille sit compellendus ad illas soluendas? Et respondetur, quod non debet compelli ad hoc. Si verò iurauit soluere, tunc propter iuramentum, debet compelli. Et Bernardus ibi inquit. Nota, quod secundùm Canones, obligatio vsurarum non tenet, sed iuramentum super hoc factum, tenet, & debet seruari. Glossa item, *verbo Cogi non debent*, sic fatur. Quia nulla fuit obligatio de Iure Diuino, siue Canonico; tamen iuramentum super hoc factum, est seruandum.

3 Idem Alexander Tertius, *in cap. Si verò, el 8. de Iureiurando*, ita decernit. Si verò aliquis, quemquam grauissimo metu sub religione iramenti suum Ius refutare coegerit, ipsumque sibi retinuerit: Quia Nos consulere voluisti an alter eorum, vel neuter id habere debeat. Duximus tibi respondendum, quod non est tutum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ, Nec Nos alteri dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium; ne Authores periurij videamur. Verum aliquando in Romana Ecclesia à pluribus prædecessoribus nostris factum esse recolitur, quod Clerici, qui coacti ministerium Ecclesiæ abiurarunt, de iuramento, absolutionis beneficium meruerunt: & ad coercendam iniquitatem eorum, qui Ecclesiasticos viros ad præstandum illud compulerant, permissi sunt in eadem Ecclesia ministrare.

Hæc omnia in Decretali illa. Cuius Summa, seu Epigraphe, & Titulus talis est. Si iuramentum per metum extortum seruari potest, sine interitu salutis æternæ, seruandum est: Ecclesia tamen Romana consueuit à tali iuramento absoluere. Plura ad rem, in Glossa lego. Sub casus formationem, hæc generalis traditur regula: quod iuramentum semper est seruandum, dummodo in obseruatione ipsius periculum animæ vergat. Quæ quidem satis textui conformis apparet.

Vnde communis Doctorum sententia tenet, iuramentum promissorium, graui extortum metu, etiamsi iniustè, obligare, modo de re licita sit factum, & animo se obligandi. Quia inre naturæ efficere tenemur, vt verum sit, quod iurauimus, ne Deum falsi faciamus testem. Quare si mihi viarum grassatores occurrunt, & pro redimenda propria vita, certam nummorum quantitatem, puta quinquaginta aureos, eis cum iuramento promitto, illam soluere, sub periurij crimine, teneor, si iuramenti absolutionem, siue relaxationem non obtineo, ab eo, qui ipsum iuramentum relaxare queat. Ita Eligius Bassæus, *tom. 1. verbo Iuramentum 11 num. 5* cum Paulo Layman. *lib. 4. tract. 3. cap. 7. num. 2.* Syluio, 2. 2. *quæst. 89. artic. 7. quæsito 1.* & cum aliis. Hermannus Busembaum, *in Medulla Theologiæ, libro 3. tract. 2. cap. 2. versic. Obligaris probabiliter*, cum Martino Becano, 2. 2. *quæst. 89.* Latè, & fundamentaliter ipse Becanus, *de Iustitia, & Iure, sub dicta quæst. 89. quæst. 5. fol. mihi 800.* Si ergo ex iuramento de soluendis vsuris, Iure Canonico, & Diuino prohibitis, & de extorto metu graui, & illicitè, & iniustè obligatio nascitur, à fortiori nascetur ex licito, & spontaneo contractu, quo qui Fideicommissum, Maioratum, aut donationem sumpsit, se obligans cum iuramento ad eligendam Sepulturam secundùm Testatoris, aut donatoris voluntatem.

Et non solùm tenetur illam eligere sub iuramenti religione, & vinculo, sed ratione iustitiæ, & rei acceptæ, quia res cum suo onere transit. Samuellius, *loco iam reddito*, ex *L. Meuius, & L. Qui hæredi, ff. de Conditionib. institutionum*, & sibi imputare debet, quod se cum ea obligauerit conditione. Quocirca idem Samuellius *tract. 1. disputat. 6. controuer. 10. conclus. 4.* ait. Testator etiam nequit pro suo hærede, quem vniuersalem instituit licitè, ac validè Sepulturam eligere, quamuis eum possit obligare ad illam (eligendam scilicet,) quia est in potestate hæredis, acceptare, vel non acceptare hæreditatem sub tali conditione, vt eligat Sepulturam in hoc vel illo loco: & obligatio facta, omnino tenet. *L. 1. ff. ad Trebellianum.* Ita ille. 4

Cui certè doctrinæ consonat Trullench *vbi suprà.* Ibi enim ait cum Riccio, quod accipiens Fideicommissum, Maioratum, aut donationem, & adstringens se cum iuramento ad eligendam Sepulturam, secundùm voluntatem Testatoris, tenetur ad illius obseruantiam, quasi imputandum sit ei, qui se cum illa conditione obligauit. Quia transit cum suo onere, & potest donator in traditione suæ rei, apponere conditiones, & pacta honesta, quæ sunt implenda per successorem. Ita Speculator, *in § Compendiosè, num. 26. de Instrument. edit. & in tit. de Sepulturis, n. 6.* Hostiensis, quem sequitur Angelus, *verbo Sepultura, n. 40.* & conclusum fuit in Rota, teste Riccio, *suprà.* Hactenus Ægidius Trullench. Et benè quidem: quia contractus, ex conuentione Legem accipiunt. D. Ioannes Montero, & Spinosa, *in allegatione Iuris pro Cœnobio Hyrachense, contra Villam de Mendauia*, in causa quadam, super caducitate, & commisso termini, Vulgo dicti *de Mendalauieja*, ex *L. 1. §. Si conueniat, ff. depositi, & L. Contract. 9 ff. de Regulis Iuris.*

DISQVI

DISQVISITIO IV.

An exequi debeat illius voluntas, qui elegit se nullam habere Sepulturam Ecclesiasticam, sed vel in mare, aut fluuium proijci, vel insepultum in campo sub dio relinqui, vel sepultum quidem?

BREVIARIVM.

Sepulchra. Sepultura. Sepelire.

Voluntas Catholici eligentis non sepeliri, aut Sepulturam non sacram, exequi non debet. n. 1.

Errauit D. Marcellinus Papa, qui ob idolatriam à se commissam, voluit in pœnam illius non sepeliri: & excommunicauit eos, qui ipsummet tumulassent. n. 3.

Hæres, qui testatorem congruè tumulat contra illius præceptum, & voluntatem eligentis non sepeliri, nullam pœnam, à Testatore inflictam ob illud facinus, incurrit. n. 2. 3.

Non debet exequi voluntas mandatis, ne corpus suum sepeliatur, nisi cum vna candela, aut vt tumuletur cum tubis, &c. n. 2.

CONCLVSIO.

1 NVllo modo est attendendâ voluntas Catholici Ecclesiasticæ Sepulturæ capacis, eligentis non habere illam, sed profanam tantum, aut insepultum relinqui sub dio in campo, aut in mare, seu in fluuium proiici.

Hanc conclusionem tenent Glossa, *in can. Nunc autem, verbo Marcellinus*, 21. *distinct.* el 8. D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. *de Sepulturis, in principio.* Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, quæst.* 5. vbi recolit factum D. Marcellini, & sententiam Glossæ mox recensendam. Dominicus Bannez, 2. 2. *quæst.* 32. *artic.* 2. Gregorius de Valentia, *ibidem, disputat.* 3. *quæst.* 2. & Lauorius, *variarum Lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 16. *num.* 18. & 19. Salizetus, *in L.* 5. *num.* 2. *Cod. de his, quæ pœnæ nomine.* Angelus, Armilla, Rosella, & Tabiena, *in suis Summis, verbo Sepultura*, & Hostiensis, *in Summa, verbo eodem*, quos refert, & sequitur Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 2. *controuer.* 1. *conclus.* 18. & *disputat.* 6. *controuer.* 15. *conclus.* 8. *pag.* 300. & *conclus.* 11. Tenet etiam Ioannes Baptista Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. §. *vnico de Electione Sepulturæ, num.* 46. in sequentia prorumpens.

2 Nota extra textum, in hac materia electionis Sepulturæ, quod eligens, & mandans corpus suum non sepeliri, non est obediendum, nec hæres incidit in aliquam pœnam, si eum congruè sepeliri faciat. Doctores *in L. Quidam in suo, ff. de Conditionibus institutionum.* Antonius de Butrio, *in Rubrica de Sepulturis, num.* 1. Lauorius, *citato loco* (scilicet *Variarum Lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 11.) *n.* 29. Quod ampliatur, vt si quis eligens mandauit corpus suum poni in vna storea, siue panno, ipsumque sepeliri cum vna candela, priuans hæredem hæreditate, si contra faceret, adhuc non est audiendus: & hæres, qui eum sepeliuit honorificè, iuxta suæ conditionis statum, non venit priuandus hæreditate. Quia tales voluntates, tanquam ineptæ circa Sepulturam non sunt seruandæ. *L. Seruo, §. fin. ff. de Legatis* 1. Paulus, *in dictam Legem Quidam in suo, num.* 3. Vbi testatur non fuisse seruatam dispositionem cuiusdam Doctoris Paduani, qui mandauerat, quod corpus suum portaretur cum tubis, & corneis ad Ecclesiam, vtque fierent nuptiæ, & vxor indueretur pannis rubeis, aliàs priuaretur hæreditate. Hæc omnia Ventriglia, cui consonat Samuellius, *dicta controuer.* 15. *conclus.* 10. Vbi sic fatur.

Testator, si purpura se indutum sepeliri manda- 3
uerit, illius hæres, absque pœnę alicuius periculo, poterit talem voluntatem reiicere, vt est textus *in L. Seruo alieno, §. final. ff. de Legatis.* Pari etiam modo dicendum est de illo, qui gemmas secum recondi mandauit. *L. Non oportet, n.* 1. *Cod. de his, quibus vt indignis.* Et horum est ædæquata ratio: quia immoderatæ, & ineptæ Testantium voluntates, sunt reiiciendæ. Ista Samuellius. Glossa autem præallegata, quæ sequuntur verba profert, loquens de sententia, quam Papa Marcellinus contra se pronunciauit, in pœnam idololatriæ, quam admiserat, thura idolis offerendo, & contra illos, qui suum cadauer sepelirent, excommunicationis mucrone ipsos feriendo. Sed videtur (inquit) quod hæc sententia, quæ præcepit non sepeliri corpus suum, contineat errorem, vndè nulla deberet esse, *vt extra, de sententia excommunicationis, cap. Pertuas.* Si quis enim præcipiat, quod corpus suum non sepeliatur, hoc præceptum non est adimplendum, vt *ff. de Conditionibus institutionum, Quidam.* Hactenus Glossa.

DISQVISITIO V.

An possit quis eligere, in alieno sepeliri Sepulchro?

BREVIARIVM.

Axioma.

Quod nostrum est, absque facto nostro auferri non potest. n. 2.

Dominium. Dominus.

Locorum sacrorum, & religiosorum, nullus priuatus habet dominium directum. n. 4.

Inuito vsufructuario, rei Dominus directus, & proprietatis, illa vti non potest. n. 2.

Sepulchra.

Alienam Sepulturam sibi eligere nemo potest nisi de consensu habentis illius vsum. n. 2. 3. 4. 7.

Qui habet dominium vsus Sepulturæ, potest impedire quod sine eius licentia in illa tumuletur. n. 1. 2. 3.

Dominium proprietatis Sepulturæ, nulla priuata habet persona. n. 4.

Sepulturæ Patronus, non est Parochus, neque Conuentus Regularium, in quorũ Ecclesia illa existit. n. 2.

Sepelire non potest Parochus, neque possunt Regulares aliquem in aliena Sepultura. n. 2.

Limita in casu necessitatis. n. 1. 2.

Limitant alij, in casu extinctionis familiæ. n. 2.

CONCLVSIO.

1 NEmo potest, si desit consensus habentis Dominium vtile Sepulturæ, illam sibi eligere.

Hanc tenent conclusionem. Ioannes Batista Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ*, §. *vnico, num.* 3. & Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 5. *controuers.* 1. *Conclus.* 5. *pag.* 224. vbi ita ait. In Sepultura aliena, illius Patrono contradicente, nemo sepeliri potest, licet Parochus, cum Domini Episcopi venia, & in casu necessitatis, aliquando hoc permittere posset. Allegat Abbatem, *in cap. penult. de Sepulturis, num.* 5. Romanum, *in singulari* 692. & Lauorium, *tomo* 1. *variarum lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 38.

2 Ioannis Bapt. Ventriglię doctrinam, ad amussim reddo. Huiusmodi illa est. Sed hic aduerte, quod si quis eligat sepeliri extra patriam, vel etiam in patria, sed in alieno Sepulchro, non debet ibi sepeliri, nisi consentientibus Patronis Sepulchri. Quia, *quod nostrum est* (axioma Iuris est, de quo augustinus Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate* 163. *n.* 2. cum Menochio, *consilio* 161. *n.* 19. *& consil.* 296. *n.* 10. *& consil.* 477. *n.* 7. & Melchore Phœbos, *tom.* 1. *decis.* 28. *num.* 12) *absque facto nostro auferri à nobis non potest. L. Id quod nostrum, ff. de Regulis Iuris.* Notat Sebastianus Medices, *de Sepulturis cap.* 9. *n.* 4. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, lib* 2. *cap.* 10. & in hac materia non dicitur Patronus Rector Ecclesiæ, vel Superior Regularis, sed ille, cui per Rectorem, vel Regulares facta est concessio Sepulturæ. Vnde, in supradicto casu, prædictus Patronus, vel eius successores sunt requirendi pro licentia prædicta: sine qua Rector, vel Regulares in prædictis, aliquem sepelire non possunt. Et hoc de Iure est, quod in fundo, in quo quis habet vsum, non potest Dominus inhabitare inuito vsufructuario. *L. Si hæres,* §. *fin. ff. de vsufructu, & habitatione.* Hactenus Ventriglia, qui duas, loco citato affert limitationes. *Prima* est, si Patroni essent extincti. *Secunda*, si fieret necessitatis causa. In vtroque enim casu, ait, potest concedi vsus Sepulturæ vnius, alteri extraneo. De quibus ego ipse, *supra, Tract.* 4. *Disquisit.* 1. *num.* 1. 7. 8. & 9. Et de secunda, Samuellius, *loco proximè recensito.*

3 Ratio fundamentalis nostræ conclusionis est. Quia, qui habet dominium vsus Sepulchrorum, impedire potest, ne in ea aliquis sine ipsius licentia tumuletur. Panormitanus Abbas, *in cap. Abolendæ, num.* 5. *el* 13. *de Sepulturis ex L.* 2. §. *vsumfructum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Martinus Rauuit, *in Enchirid. notab.* 240. Marcus Vidal, *in Arca Vtali, tit. de simonia inquisitione* 1. *n.* 84. Aug. Barbosa, *de Officio & potestate Parochi, part.* 3. *c.* 26. *n.* 12. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 6. *controuers.* 14. *concluſ.* 15. Et dare potest licentiam, vt in ea alij sepeliantur. Rota, in vna Burgensi Sanctæ Dorotheæ, *sub die* 13. *mensis Februarij, de Anno* 1579. coram Hippolyto Aldobrandino, postea ad D. Petri Sedem assumpto, Clemente Octauo nuncupato. In alia Calagurritana de Amurio, *die* 12. *Decembris de Anno* 1603. coram Alexandro Ludouisio, dicto Gregorio XV. postquam eandem ascendit supremam Cathedram. Et in alia Calagurritana Sepulturæ, 17. *Maij* 1606, coram Coccino Decano, *la* 291. *pag. mihi* 425. Ergo nemo potest eligere alienam Sepulturam, nisi de consensu habentis illius dominium vtile.

Nostram illustrat rationem Dominus Eminentissimus Nicolaus Tudeschus, Panormitanus Abbas, 4
vbi proximè, sic inquirens, & respondens. Sed quæritur nunc, an in Cœmeterio, vel Ecclesia, possit Laicus habere Sepulturam, vel ius sepeliendi? Dicit Hostiensis, & Gofredus quod non, respectu proprietatis: quia, vt dixi, loca sacra, & religiosa non possunt esse in dominio alicuius, sed quoad vsum potest habere, vt ibi ipsi, & sui sepeliantur, nec eis inuitis, potest extraneus ibi sepeliri. *L.* 2 § *vsumfructum.*

Sed obiicies contra conclusionem nostram caput 5
primum de Sepulturis, in quo decernitur sic à Leone Papa Tertio. Nos instituta Maiorum Patrum „
considerantes, statuimus vnumquemque, in Maiorum suorum Sepulchris iacere, vt Patriarcharum „
exitus docet. Nulli tamen negamus, propriam eligere „
Sepulturam, & etiam alienam: Dominus enim, & „
Magister alienam elegit vt propriam. „

Hæc tamen Decretalis nobis nullatenus aduersatur. *Primò*, quia licet Dominus, & Magister, Christus Iesus elegerit Sepulturam alienam, non tamen inuito illius Domino, immo potius Ioſepho ab Arimathæa illud ipsi Christo offerente, & alias funeris expensas insumente. Sic enim testatur. Euangelista, & Apostolus eius Matthæus, *cap.* 27. *versic.* 58. 59. „
& 60. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. „
Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, „
Ioseph inuoluit illud in sindone munda. Et posuit „
illud in monumento suo nouo, quod inciderat in pe- „
tra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monu- „
menti, & abiit. Hæc D. Matthæus, cui consonat D. „
Marcus, *c.* 15. *versic.* 46. ibi. Ioseph autem mercatus „
sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & po- „
suit in monumento, quod erat excisum de petra: & „
aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Lucas „
etiam *c.* 23. *versic.* 53. Et Abbas *cap.* 1. *de Sepult. n.* 1. „
ait. Ioseph consentit, &c. „

Secundò nobis non aduersatur Decretalis. Quia 7
intelligi illa potest, vt possit quilibet Sepulturam in aliena eligere Parochia, vt non obscurè docet ibi Glossa, *verbo Alienam*, dicens. Alienam elegit: quia natus in Bathleem, nutritus in Nazareth, Sepultus fuit in Hierusalem in Sepulchro Ioseph. Et disertis verbis Augustinus Barbosa *ibidem n.* 5. Collige (inquit) ex textu quemlibet alienam Sepuluram eligere posse: intellige alterius Ecclesiæ, quam eius Parochiæ, vt bene interpretatur Lauorius *dicto cap.* 11. *n.* 35. vbi subdit, verba relata, intelligenda non esse respectu Sepulchri familiæ, seu hæreditarij, aut alterius proprij particularis, sed respectu Rectoris Ecclesiæ, quo inuito quilibet etiam non suus Parochianus, in eius Ecclesia, etiamsi esset diuersæ Diœcesis, dummodo commodè portari, & sepeliri valeat, eligere potest.

Hæc omnia Barbosa, quo citato, *de Officio Paro-* 8
chi, cap. 26. *num.* 20. & Lauorio, *Variarum Lucubrationum tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 35. ac communi Doctorum *in dictum cap. Nos instituta*, ita fatur Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disput.* 5. *controuers.* 1. *concluſ.* 4. Sepulturam alienam quis valet eligere inuito Parocho, etiam non suus Parochianus, in illa Ecclesia, licet sit diuersæ Diœcesis, & dummodo commodè transferri, ac sepeliri possit, sanè eligere de iure valet.

DVBIVM

DVBIVM VNICVM.

An qui deceſſit, facta electione alieni Sepulchri, dicatur deceſſiſſe abſque electione, ſi Sepulchri Dominus, nolit aſſenſum præſtare?

BREVIARIVM.

Sepulchra.

Electio alienæ Sepulturæ nulla eſt, non aſſentiente illius Patrono: & ſi alia non electa quis decedat, inteſtatus quoad Sepulturam decedet. n.1.

Effectum tamen habebit electio, ſi in caſu neceſſitatis diſpenſet Prælatus, aut Rector. n.1. 2.& 3.

In neceſſitatis caſu, poſſunt diſpenſare Epiſcopus, Prælatus Regularis, & Rector Eccleſiæ, vt quis in alieno tumuletur Sepulchro, inuito illius Patrono, & Domino. n.1.

CONCLVSIO.

1 QVi deceſſit, facta electione alieni Sepulchri, ſi illius Dominus non conſentiat, inteſtatus quoad Sepulturam dici debet, ſi aliam non elegerit.

Ita docent Abbas Panormitanus, *in cap. Abolendæ, num.5. de Sepulturis, ex L.2.§. vſumfructum, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum* & Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52.de Electione Sepulturæ, §. vnico*, vt in ſequentia protumpit. Reſpondetur, ſine dubio prædictum dici deceſſiſſe ſine electione Sepulturæ, ſtante prædicto diſſenſu. Nam idem eſt aliquid non eſſe factum, & nulliter factum: & quod nulliter factum eſt, iudicatur non factum: argumento eorum, quæ habentur *in L.4 §.Condemnatum, ff de re iudicata.* Pariſius, *conſil.95.num.11 lib.1.* Contrarium dicendum eſſet (adnotanda venit, & menti tenenda hæc limitatio, pro dubij noſtri vera reſolutione, adæquata quidem, ſeu ſi mauis, pro illius explicatione,) ſi accederet Epiſcopi, vel Rectoris Eccleſiæ diſpenſatio, qui poſſunt illam concedere in caſu neceſſitatis, etiam inuito Patrono Sepulturæ. Docet Bonacina, *tomo 2.de Contractibus, diſp.3 quæſt.21.punct.3.n.4.* Hæc Ventriglia.

2 Quod prælatus tam ſæcularis, quàm Regularis, & Parochus poſſint, in caſu neceſſitatis, velit, nolitve Sepulchri Dominus, illud extraneo concedere, dixi *ſupra, tract. 4. diſquit. 3. num.7. & ſequentibus.*

3 Quocirca Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1.diſputat. 5.controuerſ.1.concluſ.5.* pag. 224.ait. In ſepultura aliena, illius Patrono contradicente, nemo ſepeliri poteſt, licet Parochus, cum Domini Epiſcopi venia, & in caſu neceſſitatis, aliquando hoc permittere poſſet. Et id quod in capite primo de Sepulturis dicitur, quod poſſit aliena Sepultura eligi, eſt ſane intelligendum de alterius Sepultura Eccleſiæ, quàm ſuæ Parochiæ, vt nuper diximus. Hactenus Pater Samuellius, qui allegat Romanum, *in ſingular. 692.* & Lauorium, *tomo 1. variarum Lucubrationum, titulo 2.c.11. numero 38.*

DISQVISITIO VI.

An electio Sepulturæ ab inducto facta, cum iuramento, vōto, aut promiſſione, licita ſit, & valida?

BREVIARIVM.

Axioma.

Clauſula poſita in quacumque parte diſpoſitionis, ad omnia in illa contenta refertur. n.10. *Si tamen omnium eadem ſit ratio.*

Clauſula: In virtute ſanctæ obedientiæ. *Idem importat, ac ſub pœna peccati mortalis inobedientiæ.* n. 6.

Clauſula: ſub interminatione maledictionis æternæ: *idem, ac ſub pœna æterna, peccato mortali debita, importat.*n.7.

Clauſula: Diſtrictæ præcipimus, *aut* prohibemus; *inducit etiam pœnam peccati lethalis.* n.7.

Excommunicatio.

Excommunicatio Papæ reſeruata, lata eſt contra Clericos, & Religioſos inducentes ſcienter, aut cum ingenti temeritate, ad eligendam cum iuramento, voto, aut promiſſione Sepulturam in Eccleſiis ſuis, aut ad illam non mutandam. n.9,& 10.

Non comprehendit Nouitios. n.13.

An Fratres Laicos. n.12.

Non ligat Clericos, nec Religioſos inducentes ad electionem in aliena Eccleſia, cum iuramento, &c. n. 17.

*Neque inducentes ad eligendam Sepulturam in propria, dummodo non inducant ad iurandum, vouendum, aut promittendum.*n.15.

Neque ligat inducentes ad iurandum vouendum, &c. ſi effectus iuramenti, voti, aut promiſſionis non ſequitur. Hoc eſt, ſi inductus non iurat, vouet, aut promittit. n.16.

Interdictum.

Qui præſumpſerint, Cleri, aut Religioſi in Eccleſiis, aut Cœmeteriis ſuis ſepelire, quos induxerant ad eligendas cum iuramento, voto, aut promiſſione Sepulturas in illis, ſi intra decendium corpora, & omnia, quæ occaſione Sepulturæ eorum receperant, non reſtituunt, ſupponuntur interdicto, Eccleſiæ, & Cœmeteria, in quibus illa fuerant tumulata. n. 5.

Nouitij.

In materia pœnali, non veniunt Nouitij nomine Religioſorum. n.13.

Non obligantur per ſe & directè ſub culpa aut pœna ad vota Religionis, nec ad obſeruantias Regulares. n. 14.

Caſus à Prælato Regulari reſeruati, Nouitios non afficiunt. n.13.

Obedientia.

Inobedientiæ peccatum, graniſſimum eſt. n. 6.

Depoſitionis pœna, à Canone, inobedienti infligitur. n. 6.

Religioſi.

Alij Laici ſunt, alij Clerici ad chorum deputati n.12.

Sepul

Sepulchra.

Nulla eſt, & illicita Sepulturæ electio, ſi fiat cum iuramento, voto, aut promiſſione ab eo, quem ad electionem cum iuramento, &c. induxerant Clerici,, aut Religioſi Eccleſiæ electæ. n. 1.

Qui ſic elegit, incapax factus eſt, aliam eligendi. n. 4.

Mortaliter peccant Clerici, & Religioſi inducentes ad electionem cum iuramento, in propria inducentium Eccleſia. n. 2. & 3.

Excommunicationique Papæ reſeruatæ ſubijciuntur. n. 9. *Dummodò ſcienter, aut cum ingenti id fecerint temeritate.* n. 10.

Si præſumpſerint ſic inductos in ſuis Eccleſiis ſepelire, tenentur intra decendium reſtituere corpora, & omnia, quæ ratione ſepulturæ receperint; aliàs Eccleſiæ, aut Cœmeteria in quibus fuerint tumulata, interdicto ſubiicientur. n. 5.

Prohibitum etiam eſt Clericis, & Religioſis, ne inducant ad non mutandam ſepulturam iam in ſuis Eccleſiis, aut Cœmeteriis electam. n. 3.

Prædicta non procedunt, quando Nouitij inducunt. n. 13. *Neque quando Laici Seculares, etiam Oeconomi Eccleſiarum.* n. 11.

CONCLVSIO.

1 NVlla eſt, & inualida electio Sepulturæ facta cum iuramento, voto, aut promiſſione, ab inducto per Clericum, aut Religioſum eiuſdem Eccleſiæ, vt illam faceret cum iuramento, voto, aut promiſſione.

2 Ita docent Gloſſa, *in cap. Animarum, ſub initium, in Additione*, ibi. Not. Si quis induxerit aliquem ad vouendum, iurandum vel promittendum, vt eligeret Sepulturam in tali loco, non valet electio. Et ibi. Nota.... quod veniens contra iſtam Conſtitutionem, peccat mortaliter. Barboſa, *in idem caput Animarum, num. 1. el 1. de Sepulturis lib. 6. & in cap. Pactum, num. 3. el 1. de Pactis, eodem libro*, cum Cæſare de Graſſis, *deciſ. 2. à num. 12. ſub tit. de Pactis*, cum Genuenſi, *in Praxi Neapolitana, cap. 74. num. 3. alias cap. 61. annotat. 1.* Riccio, *in Praxi rerum fori Eccleſiaſtici, deciſ. 662. alias reſolut. 563.* & cum Lauorio, *Variarum Lucubrationum, tomo 1. titulo 2. cap. 11. num. 3.* Sylueſter, *in Summa, part. 1. verbo Excommunicatio VII. num. 49. & part. 2. verbo Sepultura, num. 5.* Ioannes Ægidius Trullench, *tom. 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num. 12. & 15.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 2. controuerſ. 1. per totam, pag. 43.* Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tom. 2. part. 4. verbo Sepultura, num. 6. & 7.* Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæſtionum Regularium, quæſt. 58. artic. 7. dub. 2.* Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot. 52. de Electione Sepulturæ, §. vnico, à num. 28.*

3 Probatur concluſio, *ex dicto cap. Animarum*, in quo ita Bonifacius Papa Octauus decernit. Animarum periculis, & ſcandalis, quæ frequenter ex his proueniunt, obuiare volentes, vniuerſis Religioſis, & ſæcularibus Clericis, cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interminatione maledictionis æternæ, diſtrictiſſimè prohibemus, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu alias promittendum inducant, vt apud eorum Eccleſias Sepulturam eligant, vel iam electam vlteriùs non immutent.

4 Nos enim (ſi ſecus actum fuerit) electionem talem, decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis. Statuentes, vt ij, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas Eccleſias vllatenus ſepeliri, nec alibi (ne contra votum, iuramentum, aut promiſſum huiuſmodi, à ſe factum, materiam habeant veniendi) poſſint eligere Sepulturam; ſed contradictione quacunque ceſſante, ſepeliantur omninò apud illas Eccleſias, apud quas ſepeliendi de Iure fuiſſent, ſi aliàs Sepultura non electa forſitan deceſſiſſent.

Si verò idem Religioſi, vel Clerici prædictos in 5
ſuis Eccleſiis, vel Cœmeteriis præſumpſerint ſepelire, ad reſtitutionem tam ſepultorum corporum (ſi petantur) quàm etiam omnium, quæ occaſione ſepulturæ illorum petuenerint, quomodolibet ad eoſdem intra decendium integraliter faciendam, ipſos obligatos eſſe cenſemus. Quam niſi fecerint, Eccleſiæ ipſæ apud quas ſepulti fuerint, nec non & Cœmeteria earundem, ex tunc eo ipſo ſint, & tandiu maneant Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, donec ab eis facta fuerit reſtitutio plenaria omnium, prædictorum. Hactenus Bonifacij Decretalis.

Pro cuius intelligentia, & maiori Diſquiſitionis 6
dilucidatione, nonnulla, ſcitu digna, operæ pretium adnotare duxi. *Primum* ſit clauſulam: *in virtute ſanctæ obedientiæ*: idem importare, ac ſub pœna peccati inobedientiæ, ita vt tranſgreſſores incurrant in peccatum inobedientiæ, quod grauiſſimum quidem eſt, cum fideles omnes, maximè Religioſi, & Clerici Summo Eccleſiæ Principi, & Chriſti Vicario Generali obedire teneamur: & trangreſſori à Canone pœna depoſitionis infligitur, vbi alia ſtatuta non fuerit reperta, vti docet Ioannes Baptiſta Ventriglia, *vbi ſupra, num. 36.* cum Fuſco, *de Viſitatione, lib. 1. cap. 31. num. 8. & 9.* Et cum pœna ſit adeò grauis, culpa huiuſmodi inobedientiæ lethalis erit. Idem Ventriglia, Gloſſa ſupra recenſita, Ioannes Ægidius Trullench, *dicto num. 15.* Præterquam quod, clauſa præfata (ſuppoſita ſaltem materiæ grauitate) importat obligationem ſub mortali, à quocumque legitimo prolata Prælato. Franc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. part. 1. tract. 9. cap. 3. num. 37. pag. mihi 607.* Bartholomæus à Sancto Fauſto, Fullenſi Monacho, *in Theſauro Religioſorum, lib. 6. de Voto Obedientiæ, quæſt. 11. num. 7. pag. 452.* Ratio eſt (inquit iſte grauiſſimus Author) quia vſus communis eſt, vt hæc verba indicent mentem Prælati eſſe, obligare ad mortale. Et colligitur (addit) *ex Clementina Exiui, de Verborum ſignificatione.* Eandem doctrinam ab Aſcanio Tamburino, *tomo 3. de Iure Abbatum, diſputat. 3. quæſito 6. num. 5.* accepi; vbi poſtquam egit de obligatione obediendi Papæ, & aliis Superioribus, tum ratione voti, tum etiam ratione iuriſdictionis: & poſtquam pro actuali obligatione obediendi ſub lethali culpa, aſſeruit duas conditiones requiri, tanquam neceſſarias, nimirum materiam capacem talis obligationis, & voluntatem Prælati, in ſeqẽtia protũpit.

Circa primam eſt cauendum, aliquam actionem, vel materiam ſecundùm ſe conſideratam, poſſe leuem videri, quæ in tali ſtatu, & ratione finis, ſeu circunſtantiarum, ſit grauis: quia eius dilatio in tali caſu poteſt afferre nocumentum graue Religioni. Circa verò poteſtatem Prælati aduertendum eſt, communem conſuetudinem Religionum eſſe, vt præcepta ordinaria Abbatum, & Prælatorum, quæ fiunt ore tenus, non exiſtimentur ita obligare, vt dempta negligentia, & contemptu, & alia ſimili occaſione, tranſgreſſio mortalis ſit, quantumvis materia ſit grauis, & verba ſint præceptiua. Ratio eſt: quia huiuſmodi verba ex vſu indicant in Abbate voluntatem

luntatem obligandi, vt elicitur ex S. Thoma, 2.2. *quæſt* 186. *artic.*9. & S.Bernardo, *libro de Præcepto, & diſpenſatione, cap.* 12. & S. Antonino, 3. *part. tit.*16.*cap.*1.§.9. Immò, vt aduertit idem Suarez *loco citato, num.* 26. (*tomo ſcilicet* 4. *de Religione, lib.*2.*cap.*9.) ſi Abbas, & Prælatus præcipiendo, verba ſubiungat, quibus ſufficienter indicet, voluntatem ſuam obligandi in conſcientia iuxta materiæ capacitatem; tunc ſuppoſita grauitate materiæ, obligatio erit ſub mortali. Ita docent omnes Doctores, vt fatetur idem Suarez *loco citato.* Quod ſi petas, quæ ſint huiuſmodi verba indicantia talem voluntatem Abbatis. Reſpondeo non poſſe certam regulam aſſignari: ſed in hac re attendendum eſt vſus huius, vel illius Religionis. In mea Religione Vallis Vmbroſæ; ſicut etiam in aliis Congregationibus, vt audiui, verba Prælatorum obligantia ad peccatum mortale ſunt hæc: *Præcipio tibi in virtute obedientiæ*, vel *ſanctæ obedientiæ.* Hucuſque Aſcanius.

7 Clauſula ſimiliter: *ſub interminatione maledictionis æternæ*: pœnam infert æternam, quæ peccato debetur mortali, ſeu pro huius præcepti tranſgreſſione, & ſic importat obligationem illud non tranſgrediendi ſub lethali culpa. Gloſſa *in prædallegato cap. Animarum, el* 1. *de Sepulturis, lib.*6. ibi. Nota ibi: ſub interminatione maledictionis æternæ, quod veniens contra iſtam Conſtitutionem, peccat mortaliter. Trullench, *tom.*3. *tract.de Iure Parochi, cap.* 9. *dubio* 5. *num.*15. Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.*52. §. *vnico, num.*36. cum Ioanne Andrea, *in cap. Romana*, §. *Procurationes, el* 1. *de Cenſibus, lib.*6. & ibi Lap. *n.*1. Geminian. *n.*8. Mario Alterio, *tomo* 1.*diſp.*22. *lib.*5.*cap.*8. ſuper verbum, *Indignationum.*

8 Clauſula etiam: *diſtrictè prohibemus*: inducit etiam peccatum mortale. Ita Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tomo* 2. *part.* 3. *verbo Clauſula, num.* 24. & colligitur, *ex Clementina vt Clericorum, la* 1. *de Officio Iudicis Ordinarij*, iuncta Gloſſa marginali. Ibi enim ſimilem clauſulam Clemens Papa Quintus appoſuit, videlicet. *Diſtrictè iniungimus.* Gloſſa autem dicit. Si negligant, peccant mortaliter. Si ergo dictio: *ſtrictè*: iuncta verbo præceptiuo, mortale inducit peccatum, quia animum Superioris ad obligandum ſub illo manifeſtat, potiori iure illud inducere Bonifacium Papam in noſtro textu, ſub dictione *ſtrictiſſimè*, iuncta verbo *Prohibemus*, & recenſitis clauſulis: *in virtute*, &: *ſub interminatione, &c.* quarum quælibet, vti vidimus, mortale etiam peccatum demonſtrat, nefas ſit dubitare.

9 *Secundum*, quod adnoto eſt prædictam Decretalem *Animarum*, fuiſſe per Clementem Papam Quintum confirmatam, *in Clementina cupientes*, §. *Sanè la* 3. *de Pœnis*: & addit contra Religioſos, & Clericos inductores, pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, Summo reſeruatam Pontifici. Docent ibi Gloſſa, *verbo Similem ſententiam, & verbo Abſoluendos*, & Ioannes Andreas, *in Summa.* Auguſt, Barboſa, *num.* 7. & 8. *& de poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *allegat.* 50. *num.* 100. cum Raynet. *in Catalogo cenſurarum extra Bullam, cap.*2. *in principio, & cap.*3. *excommunicatione* 1. Gambarupta, *de caſibus reſeruatis, cap.*7. *num.*4. Iulio Lauorio, *de Indulgentiis, part.* 2. *cap.*11. *num.*25. Gregorio Sayro, *de Cenſuris, lib.*3. *cap.*29. *num.*39. Filliucio, *tract.*15. *num.*170. Toleto, *lib.*1. *cap.*36. *num.*3. & cum Memoriali Clericorum, *cap.*2. *excommunicatione* 2. Docent etiam Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, num.* 49. Trullench, *tomo* 3. *de Iure Parochi, cap.*9. *dub.*5. *num.* 19. & Ioannes Bapt. Ventriglia, *vbi ſupra, num.* 37. ac Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tomo* 2. *parte* 4. *verbo Sepultura num.* 7. cum Emmanuele Roderiquez, *tom.*3. *quæſt. Regul. quæſt.* 85. *artic.* 7. Franciſco Suarez, *tomo* 5. *in* 3. *partem D. Th. diſputat.*22. *ſectio* 4. *num.*25. Bonacina, *de Cenſuris in particulari, tom.* 3. *diſputat.* 2. *quæſt.* 5. *puncto* 4. & cum Paſqualigo, *deciſ.*373.

Tertium adnotandum eſt, hanc excommunicationem non incurrere, qui ſcienter, vel cum ingenti temeritate, quæ ſcientiæ comparatur, prædicta non violauerint Iura, *capitis Animarum, & Clementinæ Cupientes*, vti Ventriglia innuit, *num.*40. Ex vtraque conſtat Apoſtolica Conſtitutione. Ex prima quidē ibi: Si verò iidem Religioſi... præſumpſerint, &c. „ Ex ſecunda autem ibi: ſanè temerarios, &c. Et probatur, quia clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis, „ ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, refertur ad omnia in illa contenta, quando omnium eadem eſt ratio. Lezana *tomo* 2. *part.*3. *verbo Clauſula, n.*4. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.*2.*part.*1. *tract.*8.*cap.*3. *numer.*180. *ſub initium*, Iacobus Raggius, *de Regimine Regularium, centuria* 2. *tract.*12. *dub.*196. *numer.*1. Trullench *in Bullam Cruciatæ, lib.*1.§.7.*cap.*2. *dub.*13. *num.* 2. *pag. mihi* 438. Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſpon.* 99. *num.* 66. *pag.* 543. & ante omnes illos. Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tom.*1. *lib.*6. *diſputat.*22. *num.*16 *ad medium*, cum Nauarro, *lib.* 5. *Conſiliorum, tit. de Simonia, conſil* 35. *num.*4. *in* 1. *editione, & in* 2. *conſil.*92. *num.*4. & cum Bartolo, Iaſone, Romano, Alexandro, Socino, Capicio, Alciato; & Bologneto, quos recenſet, & ſequitur Menochius, *de Præſumptionibus, lib.*4. *præſumpt.*181. *num.*2. 10

Quartum eſt, Laicum ſæcularem etiam Eccleſiæ œconomum, in Iuribus redditis, non comprehendi. Vnde quamuis inducat, ad eligendam Sepulturam in ſua Eccleſia cum iuramento, voto, aut promiſſione, vel ad non mutandam iam electam, pœnas per illa inflictas non incurrer, nec puniri illis poterit. Ita docent Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſp.*2.*controuerſ.*1. *concluſ.* 13. & 20. Roderiquez, *tom.*3.*quæſtionum Regular.q.*58.*artic.*7.*dub.*4. Trullench, *loco prædallegato, n.*16. *in fine, & n.*19. & Ioann. Bapt. Ventriglia, *in ſæpè repetita annotatione* 52.*n.*41. cum Sebaſtiano Medices, *de Sepulturis,* 1.*p.q.*8.*n.*18. & Petro de Vbaldis, *de Canonica Epiſcop. c.*11. *n.*15. 11

Et ratio efficax eſt: quia Conſtitutiones prædictæ ſolum ſtatuunt contra vniuerſos Religioſos, & Clericos ſæculares, vti ex ipſis inſpicienti fit plus quàm manifeſtum. Ergo non comprehendunt Laicum ſæcularem. Patet conſequentia, quia dictæ Conſtitutiones odia continent. Ergo non ſunt ampliandæ ad perſonas in ipſis non expreſſas, ſed ad expreſſas reſtringendæ. *Cap. Odia el* 15. *de Regulis, lib.*6. & paſſim Doctores. Et à diuerſis non fit illatio. Axioma Iuris eſt, quod recenſet, Auguſt. Barboſa, *in tract.de Axiomatibus, verbo Illatio, Axiomate* 114. *ex L. vlt. in fine* & ibi Bart. *ff de Calumniatoribus. L. Papinianus exuli. ff. de Minoribus. L. inter ſtipulantem,* §. *Sacram, ibi: Sed hæc dimiſſilia ſunt. ff. de Verborum obligationibus. L. Naturalem,* § *Nihilominus. ff de Acquirenda poſſeſſione.* Lancellotto, *de Attentatis part.*2.*c.*12. *limitat.*2.*n.*2. Pariſio, *conſil.*18. *n.* 10. *volum.* 1. Socino *conſ.*18.*n.*41. *volum.*1. Mario Antonino, *variarum reſolut. lib.*1 *reſolut.*106.*n.*42. *& lib.*2. *reſolut.* 1. *n.* 9. Stephano Gratiano, *diſcept. forenſium, to.*3.*c.*516.*n.*6. *c.*524.*n.*56. *& to.*5.*c.*859. *n.*26. Anton. Monacho

Bononien. decis.6. num. 5. & decis.19.num.34. Cancerio, *Variarum part. 2. cap. 5. num.* 131. Surdo, *consil.150. num.94. & consil.460. num. 59. & consil.552. num.* 17. Ioanne Maria Nouario, *quæstionum forensium, lib.1. quæst. 15. num.* 6. Quod procedit etiamsi diuersitas sit in sola ratione, Menochio, *consil.106. num.304.* & Rota apud Paulum, de Rubes, *decis.116. num.46. & decis.218.num.28. & decis.255.num.20.tomo 2.diuersorum, aliàs part.2. recentiorum.*

12 Consultò dixi: Laicum sæcularem: quia in rigore Iuris, aliter dicendum est de Religioso Laico: quia recensitæ Constitutiones contra vniuersos Religiosos latæ sunt: & Laici professi, Religiosi sunt, sicut deputati ad Chorum, qui Religiosi Clerici dicuntur, & sunt.

13 Nouitij autem siue Laici, siue Clerici, non afficiuntur præfatarum Constitutionum pœnis, vti benè docent Ventriglia, Lezana, *tom. 2. part.4. verbo Nouitij num.* 4. cum Sanchez, *tomo 2. in Decalogum, lib.6. cap.14.numero* 10. Azorius, *Institution. Moral. part.1. lib.12. capite 2. quæst.* 10. *column. mihi* 1314. Eligius Bassæus, *tom.1. verbo Clausura, num.3.* ibi. Nouitiæ tamen, Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 1. tract. 2. cap.* 8. *num.* 1. Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum, tomo 2. disputat. 13. quæsito 5. num.* 20. Et ratio, quam Ventriglia *loco citato, num.42.* & communiter tradunt Doctores, est: quia Nouitij in materia pœnali, nomine Religiosorum non veniunt.

Ex quo quidem fundamento resoluit præfatus Ascanius Tamburinus, *vbi proximè*, cum Ledesma, *in Summa, cap.13. de Pœnitentia, dub.14.* Emmanuele Sa, *verbo Casus, num.* 8. Roderiquez, *tomo 1. quæstionum Regularium, quæst.21. artic.11.* Ioanne de la Crux, *de statu Religioso lib.1. cap.6. dub.10. conclus.2.* Iacobo de Graffis, *in Appendice ad decisiones, lib.1. cap.7.num.69.* Azorio, *vbi proximè*, Ludouic. de Miranda, *in Manuali Prælatorum, tomo 2. quæst. 34. artic.16.* Coriolano, *de Casibus reseruatis, part. 1. sect. 3. artic.18. in secunda edit.* Villalobos, *in Summa, tom.1. tract.9. difficult.55. num.6.* Portellio, *in dubiis Regular. verbo Nouitij absolutio, num.36.* Petro Fay, *in Additionibus ad 3. part. D. Th. quæst.8. art.5.* Bellochio, *in Praxi Theologiæ Moralis, part.1.q.2.nu.19.* Vega *in Summa, tomo 2.cap.50.casu 6.* Vgolino, *de Potestate Episcopi, part.2. cap. 35. num.8.* Naldo, *in Summa, verbo Nouitius, numero 7.* & Homobono, *de casibus reseruatis, part.1.cap.32.*

14 Et ex eodem etiam fundamento Laurentius de Peyrinis, *tomo 2. de Prælato, quæst.3.cap.1.§.3.n.119. pag.mihi* 463. in sequentia prorumpit. Dico 5. Nouitius non obligatur per se, & directè ad vota Religionis, nec ad obseruantias regulares, ita vt si eas, non seruet, peccet, & incurrat, pœnas transgressoribus impositas. Ita Rosela, *verbo Nouitius, num.32.* Angelus, *verbo eod. §.18.* Armilla *num.18.* Tabiena, *num.13.* Syluester, *verbo Religio 5.quæst.6.* Azorius *part.1.lib.12.c.2.quæst.10.* Henriquez, *lib.7.cap.22. n.7. & lib.6.cap.16.n.3. ad finem.* Sa, *verbo Religio, n.8.* Campanile *in diu.rubrica 12.c.3.n.21.* Iacob. de Graffis, *in decisionib. aureis parte 1. lib.3. c.5. n.13.* Emmanuel Roderiquez, *tom.1.quæst.Regular.q.21. artic.11.* Long. *de Casibus reseruat.part.1.sect.3.artic.18.n.3.* Vech. *disp.11.dub.14.n.1.* Suarez, *tom.3.de Religione lib.5.cap.16.num 2.* Reginaldus, *in Praxi, lib.18. num.* 284. Et probatur, quia cum nondum admissus sit ad professorum cœtum, sed tantum in probatione versetur, ad experiendum, an sit admittendus, non debet ex iustitia professorum legibus adstringi. Hactenus P. Laur. de Peyrinis.

Quintum, quod adnoto est, Religiosos, aut Clericos simpliciter exhortantes ad electionem Sepulturæ in suis Ecclesiis, Constitutionem præfatarum non incurrere pœnas, si non inducant ad vouendum, iurandum, aut promittendum, sed solùm ad eligendum inducant, simpliciter exhortantes, vt dictũ est. Ita ex Glossa, *in dict.c. Animarum*, & ex Roderiquez, *tom.3. qq.Regular.q.58.art.7.infine*, docet Trullench, *tract. de Iure Parochi, c.9.d.5.n.13.* Sed de hoc agam. *d.6.* 15

Sextum est, nec pœnis præfatis obstrictos esse Religiosos, & Clericos inducentes ad vouendum, iurandum, aut promittendum, nisi sequatur effectus, nimirum, nisi inductus vouerit, iurauerit, aut promiserit Sepulturam eligere, vel electam, non mutare. Ratio est: quia verba intelligenda sunt cum effectu. Secus tamen si voto, iuramento, & promissione factis reuocauit electionem inductus: quia effectus inductionis, nempe votum, aut iuramentum iam fuit secutus. Et ita docent Trullench, *num.17. & 19.* & Barbosa, *de Iure Parochi, cap.26.num.36.* 16

Septimum, quod adnoto est, prædicta iura non afficere Religiosos, aut Clericos quomodocumque inducentes ad eligendam Sepulturam in aliena Ecclesia expressè habetur decisum, à contrario sensu, *in dicto cap. Animarum*, ibi: apud eorum Ecclesias. Vndè fallitur Trullench *n.16. in fine*, dum ait, quod Decretalis ista non distinguat. Qui tamen, *num. 19. in fine*, adnotationem nostram tenet cum Gregorio Sayro, *in Thesauro, lib.3.cap.30.num.41.* Sed de his, infra redibit differendi occasio. 17

Quibus sic adnotatis, & præmissis, nonnulla dubia excitare, & resoluere duxi, pro potiori nostræ Disquisitionis dilucidatione. Sit ergo.

DVBIVM PRIMVM.

An Parochus inducens ad electionem Sepulturæ in propria Parochia cum voto, iuramento, aut promissione à suo Parochiano faciendam, pœnas à Iure inflictas incurrat, & electio nulla reddatur?

BREVIARIVM.

Axioma.

*Iuri suo quilibet renuntiare potest.*n.3

Concessio.

*Concessum de Iure censetur, quod non est expressè prohibitum.*n.12.

Ius.

*Renuntiare potest quilibet Iuri suo.*n.3.

*Iuri suo renuntiare præsumitur, qui Iuri suo contrarium facit.*n.3.

Parochus.

*Ius Parochi est mortuos Parochiæ suæ, Ecclesiasticæ tradere Sepulturæ.*n.13. *Vide Sepulchra.*

Regula.

*Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum.*n.2.

Sepulchra.

*Electio Sepulturæ facta ad inductionem, vel ad suggestionem Parochi, probabile est, quod sit valida, saltem solo Iure Ecclesiastico attento.*n.1.2.3.

*Probabilius lõgè est quod inualida illa sit.*n.4.& seqq.

*Pœnas incurrit Parochus.*n.14.

Electio

Electio Sepulturæ, facta ad suggestionem, vel ad inductionem Laici, connexionem habentis cum Ecclesiasticis, valida est attento Iure Ecclesiastico. n. 12.

Electio Sepulturæ facta cum pacto, etiam virtuali, quod includitur in suggestione, nulla est, & irrita Iure naturæ, ac simoniaca. n. 7. 8. 9.

1 IOANNES Baptista Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ, §. vnico, n. 43.* & Sylvester, *in Summa, part. 1. Excommunicatio VII. num 49. in fine*, negatiuam tenent sententiam. Sylvester enim sic ibi fatur. Tertio, quid agendum quando Ecclesia, in qua dictus eligens erat de Iure sepeliendus, est illa ad quam inducebatur? Et respondet Ioannes Andreas, quod ista quæstio est indubitata: quia constitutio emanauit in fauorem Ecclesiæ, cui Sepultura debetur: vnde in eius pœnam retorqueri non debet, *de Regulis Iuris, Quod ob gratiam, lib. 6.* Item licet inducens peccet auferendo libertatem eligendi, tamen certat de debito retinendo. *Cod. de Cond. L. final.* Idem Petrus de Ancharrano. Hæc Sylvester.

2 Ventriglia etiam in sequentia prorumpit, dicens, male agere Parochum sic inducentem ad electionem Sepulturæ, vel ad non mutandam electam, medio voto, iuramento, aut promissione; non tamen incurrere pœnas inflictas, *in cap. Animarum, el 1. de Sepulturis, lib. 6.* neque *in Clementina Cupientes, la 3. de Pœnis.* Fundamentum huius Doctoris est: quia vti modo dictum est, Constitutiones prædictæ in fauorem suæ Ecclesiæ, & suipsius conditæ sunt. Quod autem in fauorem est alicuius, in ipsius odium retorqueri non debet. *Cap. Quod ob gratiam, el 61. de Regulis Iuris in 6. L. Nulla, ff. de Legibus.* Ergo Parochus sic, vt in titulo Dubij prædicitur inducens, pœnas non incurrit præfatarum Constitutionum.

3 Addit Ventriglia. Id etiam procedit si Parochus induceret ad eligendam Sepulturam in alia Ecclesia, & ad mutandam electionem factam in sua Parochia. Quia Iuri suo vnusquisque renuntiare potest. *Cap. Si de terra, de Priuilegiis, c. Tuis, de Testibus. L. Si quis in conscribendo, Cod. de Episcopis, & Clericis.* Tenet Bonacina, *tom. 3. de Excommunicationibus in particulari, disp. 2 q. 5. punct. 4. n. 5.* Hæc Ventriglia. Quibus adde iuribus, *c. Accedentibus, el 15. de Priuilegiis*, vbi Glossa *verbo Renuntiasse. cap. Exore*, cum Glossa, *verbo Renuntiasse*, plura allegante iura, *el 3. de his, quæ fiunt à mari parte Capituli caput Gratum el 20. de Officio, & potestate Iudicis delegati*, vbi Glossa, *verbo Recessum*, ita ait. Nota, præsumptionē Iuris, quod Iuri suo renuntiare præsumitur, qui Iuri suo, contrarium facit. Sic illa, *ex c. Cum venisset, el 25. de Testibus, & attestationibus*, & ex aliis iuribus.

Hæc certè sententia satis probabilis videtur; contraria, nihilominus, probabilior saltem est. Pro qua sit.

CONCLVSIO.

4 SI Parochus inducat ad eligendam Sepulturam in propria Ecclesia, Parochianum suum, vel ad illā non mutandam, pœnas incurrit inflictas per *c. Animarum, el 1. de Sepulturis, l. 6.* & per *Clementinam Cupientes, la 3. de Pœnis*: & electio ipsa irrita est, & nulla.

5 Hanc Conclusionem, quoad secundam partem, de nullitate electionis, sibi, ni fallor contrarius, tenet prædictus Ioann Baptista Ventriglia, *vbi supra, n. 29.* Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis tract. 1. disputat. 2. controuers. 5. conclus 1.* cum pluribus, quos ex eo referam, Augustinus Barbosa, *de Officio Parochi, c. 26. n. 38. pag. mihi 230. & de Iure Ecclesiastico, parte 2. lib. 2. c. 10. n. 38. pag. 274.* Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa quæstionum Regul. tomo 2. part. 4. verbo Sepultura, quoad Regulares, n. 10.* cum Genuensi, *in Praxi Neapolitana, cap 61. n. 3.* & alij. Ventriglia enim, sic ait. Ampliatur primo supraposita libertas Sepulturæ, vt sola suasio Sepulturæ electionis illam infirmet, ita vt si Parochus interrogando infirmum, dicat: vis sepeliri in Parochia, vel tali Ecclesia, nominando illam specialiter, electio non valet, tanquam facta ad suggestionem alterius. Docet post alios Riccius, *citato loco, n. 3.* (scilicet *in Praxi, part. 1. resolut. 573.*) Bellettus, *citato loco, n. 26* (videlicet) *in Disquisitionibus Clericorum, parte 1. de Clerico debitore, §. 3.* vbi dicit, multò minus valere electionem Sepulturæ verbis indignatiuis, seu adulatoriis, & conditionalibus factam. Purpur. *consil. 413. per totum, volum. 2.* Hucusque Ventriglia. Si igitur sola suggestio Parochi electionem Sepulturæ infirmat, invalidat, in istius Doctoris sententia, multò magis electionem infirmabit Parochi inductio, non qualiscumque, sed facta ad vouendum, iurandum, aut promittendum huiusmodi electionem, seu illius non mutationis.

Samuellius etiam *loco citato* cum Grauetto, *volum. 6 1. consil. 16.* Bursachio, *volum. 3. consil. 226. num. 18.* Riccio *part. 2. dictis. 662. fol. 782.* multos alios recensente, *& parte 4. resolut. 293. num. 30.* Lauorio, *Variationum, tit. 2. cap. 11. num. 3.* Asinio, *L. 3. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, num. 42.* Gratiano, *disceptationum forensium, tomo 2. cap. 210. num. 18.* Augustinus Barbosa, *de Officio Parochi, cap. 26. n. 38. pag. mihi 274.* Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa qq. Regular. tomo 2. part. 4. verbo Sepultura quoad Regulares, num. 10. pag. 604.* vbi ita fatur. Vnde si Parochus dum vadit ad infirmum communicandum, ipsum interrogat, non in genere, in qua Ecclesia vult sepeliri, sed in specie, dicendo: vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia, ipsam specialiter nominando, non valet hæc electio tanquam facta ad suggestionem; debet enim in genere interrogare. Hęc Lezana cum Genuensi *in Praxi Neapolitana, c. 61. n. 3.* Similia dicit Barbosa *cap. 26. num. 38.* & addit pro conclusione nostra, quæ sequuntur.

Caueat quam maximè Parochus, ne aliquem in- 7 ducat ad promittendum, aut iurandum se acceptu-rum Sepulturam in sua Ecclesia, aut quam antea accepisset, non mutaturum: quia id prohibitum est, in *cap. 1. de Sepulturis, lib. 6.* Melchor Phœbus Lusitanus, *decis. 8. in fine, tom. 1.* Iulius Lauorius, *Variarum lucubrationum, tom. 1. tit. 2. cap. 11. numero 3.* cum aliis supra citatis, *num. 25.* (scilicet cum Corduua de Lara, *in L. Si quis à liberis, §. Parens, num. 96. & sequentibus, ff. de Liber. agnoscen.* Gutierrez, *de Iuramento confirmatorio, part. 2. cap. 4. num. 11. cum seqq.* Vgolino, *de Officio Episcopi, capite 17. num. 1. versic. Item locum.* Roderiquez, *tomo 3. quæstion. Regularium, quæst. 58. articulo 7.* Bonacina, *de Censuris extra Bullam, disputat. 2. quæst. 5. puncto 4.*) Vnde si Parochus dum vadit ad infirmum communicandum, ipsum interrogat, non in genere, in qua Ecclesia vult sepelire, sed in specie dicendo: vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia, ipsam specialiter nominando, non valet hæc electio tanquam facta ad suggestionem, sed debet in genere interrogare. Burſat. *consil. 226.*

*num.*18. *volum.*3. Aloysius Riccius *in Praxi, parte* 4. *resolut.*293. *num.*30. Hactenus Barbosa

8 Subscribit Ioannes Ægidius Trullench, *tract. de Iure Parochi, cap.*9. *dub.*5. *num.* 10. cum hac tamen limitatione: si pactum, vis, fides, seu promissio, aut aliquid huiusmodi intercedat; secus si sola nuda, & simplex interrogatio. Nam hæc (inquit) nullo modo aufert libertatem ad electionem liberam Sepulturæ. Ita ille. Sed illius distinctio, quoad secundum membrum, mihi non probatur: quia vt modò dicam, in Parocho interesse habente, non potest esse interrogatio simplex, sed quamcumque ille fecerit, implicitam saltem in se coniunctionem implicabit.

9 Probatur ratione, nostra secunda conclusionis pars. Quia omnis electio Sepulturæ cum pacto facta, ipso iure nulla est, & irrita. Glossa *in cap. Pactum, verbo Elegerint, el* 1. *de Pactis*, ibi, & nota, quod licet tale pactum inter Ecclesias initum, valeat: non tamen valet pactum, quod Parochianus promittit, vel obligat, vel iurat se Sepulturam electurum, vel electam, non dimissurum. Glossa item *in cap. Animarum, recensitum suprà, verbo Sepulturam*, vbi reddens rationem ait: Cum enim hoc sit spirituale, pactio interuenire non debet. Trullench, *loco iam allegato*, vbi ita fatur. Hinc est, quod electio Sepulturæ, quæ fit ex pacto, etiam in loco, vbi quis aliàs deberet sepeliri inducat simoniam. Quia Ius Sepulturæ est variabile, & per pactum non esset tale, quasi per illum inducatur quid plus, quod non erat de Iure communi, vt docet Felinus *in cap. Ad audientiam, el* 2. *de Rescriptis, colum.* 8. *ad medium, versic. Exprimere, num.* 9. *fallentia* 1. Riccius *supra num.*4.

Pactio in spiritualibus, simoniaca est.

10 Quocirca sic *in Canone, Quam pio, el* 2. *causa* 1. *quæst.* 2. *circa finem* habetur. Veruntamen si vestræ
„ necessitati adeò est opportunus (quidam scilicet qui
„ fidem suscipere volebat Catholicam) quam repe-
„ ristis, dum tamen omnis desit pactio, omnis cesset
„ conuentio, nullaque Ecclesiæ vestræ fiat distractio,
„ accedat, gratis Deo seruire incipiat, &c. Hæc ibi.
„ Sed electio, non solùm per inductionem, sed per suggestionem facta, omni pactione, omnique conuentione non est immunis: virtualiter enim etiam in suggestione pactio continetur, & conuentio. Ergo electio Sepulturæ per inductionem, & suggestionem factam à Parocho in specie, ipso Iure nulla, & irrita est.

Pactio virtualiter in suggestione continetur.

11 Sed dices. In nulla Apostolica Constitutione, in Iure communi inserta, aut extrauaganti, expresè inuenitur prohibita suggestio præfata. Ergo gratis affirmatur inualidum, & irritam esse ipso Iure electionem Sepulturæ, ex eadem facta suggestione.

12 Fateor quidem nullibi me inuenisse expresè prohibitam suggestionem per Parochi interrogationem, in specie factam. Quam benè, & latè probat Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*1. *disputat.*2. *controuers.*5. *conclus.*2. expresè prohibitam non existere. Vndè Iure Canonico tantum inspecto, & Constitutionibus aliis Apostolicis attentis, licita est huiusmodi suggestio: quia omnia concessa intelliguntur de Iure communi, nisi prohibita in certis casibus inueniantur. Verba sunt Glossæ *in Canone Consuluisti, verbo Superstitiosa, el* 20. 2. *quæst.*4. de quo plura dixi, *in disquisitione Pectorali, de Iure Prioris annexi, num.* 118. *& seqq. & in hoc opere, tomo* 2. *Disquisit.* 1. *dub.*14. *de absolutione ab hæresi, num.*4. Iure tamen naturæ attento, prohibente omnem pactionem, & conuentionem, non solùm formalem, & expressam, sed etiam virtualem, & implicitam circa rem spiritualem, certum mihi est, nullam, & irritam esse Iure naturæ electionem Sepulturæ factam ex suggestione Parochi, per interrogationem, in specie, de qua suprà.

Iure naturæ est nulla.

Pactio qualibet etiam virtualis circa spiritualia,

Et ratio est: quia huiusmodi interrogatione Parochi, implicita saltem, conuentio inuenitur, cum eius munus, & eius proprium sit, mortuos suæ Parociæ Ecclesiasticæ tradere Sepulturæ. Vt latè probaui, *in quæstionibus Pastoralibus, de Iure Parochi vnitarum Ecclesiarum, part.*3. *quæst.*7. & consequenter, percipere debet emolumenta, quæ secum sepelitio defunctorum trahit. Secus autem dicerem de interrogatione, & suggestione facta à quolibet, qui interesse non habeat in sepelitione, quoad emolumenta ex illa percipienda, vt si Pater, Frater, propinquus, vel amicus Laicus, qui connexionem habet cum Parocho, Beneficiariis, Prælato, aut Religiosis Ecclesiæ, quam in specie proponit, similem interrogationem moribundo proponat. 13

Quoad primam conclusionis nostræ partem, probatio efficax resultat, ex prohibitione Apostolica *in capite Animarum, el* 1. *de Sepulturis, lib.* 6. *& in Clementina Cupientes,* §. *sanè, la* 3. *de Pœnis*, absolutè, & indistinctè prohibentibus sub pœnis in eis contentis vniuersis Religiosis, & Secularibus Clericis cuiuscunque status, & conditionis, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, vt apud eorum Ecclesias Sepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent. Clausula enim *vniuersis*, vti ex ipso termino euidenter patet, vniuersalis est. Clausula autem vniuersalis, omnia complectitur, & non debet restringi, nulla existente ratione restringendi. Barbosa, *tract. de Clausulis, verbo Vniuersalis, clausula* 184. *num.*1. cum Marta *eodem tract. quæst.*4. *clausula* 4. *num.*1. & cum Ludouico Morot. *consil.*59. *colum.*1. & nihil excludit, idem operando, ac si esset facta, de omnibus mentio specialis. Idem Barbosa, *num.* 2. cum Stephano Gratiano, *disceptationum forensium, cap.*990. *num.*15. Præterquam quod, clausula illa: *cuiuscumque status, & conditionis*; tam generalis est, vt non possit non comprehendere Parochos. Et tandem: quia vbi Ius non distinguit, nos distinguere non debemus. *L. de pretio, ff. de Publiciana in rem actione.* 14

DVBIVM II.

An Religiosus, aut Clericus particularis, inducens ad electionem Sepulturæ in sua Ecclesia, sub iuramento, voto, vel promissione, pœnas Constitutionum Apostolicarum incurrat, & an electio valida sit, vel nulla?

BREVIARIVM.

Acceptatio.

Virtualis contingit acceptatio, quando Religiosus gratias agit donum offerenti, & ab eo petit, vt illud alteri, v. g consanguineo tradat suo. n. 24.

Non accepta t, nec implicitè, qui dicit ea re non indigeo: si tibi placuerit; gratum mihi facies, si dederis consanguineo meo. n. 26.

Confessio.

Confessio.

Alia est voluntaria confessio; & alia ex necessitate iudicij. Et qualis vtraque sit, explicatur. n.23.

Confessio voluntaria à Prælato, aut à Procuratore Ecclesiæ, Monasterij re facta, in iuribus amittendis, non præiudicat Ecclesiæ, vel Monasterio. n.23.

Confessio voluntaria reuocari debet etiam non docto de errore. n.23.

Contractus.

Ex contractu Monachi, Monasterium non tenetur, nisi quatenus sit ei tacitè, vel expressè aliqua commissa administratio. n.28.

Si nomine suo, aut Monasterij contrahat, est probabile obligari naturaliter, & teneri operam dare, vt Prælatus approbet. n.28. *Valde etiam probabile est non obligari, nisi damnum intulerit.* n.29.

Delictum.

Ex vnius de Ecclesia, aut de Monasterio delicto, quando tota communitas damnum patiatur. n.6. 21.22.23. & 28.

Dictio *Vniuersis.*

Omnes, & singulas personas, maiores, & minores, comprehendit. n.12.

Excommunicatio.

Nunquam communitati infligitur, sed singularibus personis. n.12.

Lex.

Nulla lex illusoria, & inutilis est. n.13.

Vt illusoria non reddatur, eius verba secundùm impropriam, significationem sunt intelligenda. n.13.

Semper intelligi debet Lex, ita vt Legislatoris mens saluetur, & intentio. n.15.

Intentio Legislatoris, & Legis intelligentia ex præfatione, proœmio, & initio hauritur Legis. n.16.

Legislatoris intentio est anima Legis. n.15. & 16.

Monasterium.

Ex delicto, aut contractu Monachi, aut Prælati, non tenetur Monasterium, nisi quatenus inde aliquid est in ipsius Monasterij commodum conuersum. n.28.

Papa.

Supremam habet rerum Ecclesiasticarum administrationem. n.9.

Obligationem, quam quis alteri tenet ad certum quid Ecclesiasticum, tollere potest de plenitudine potestatis. n.9. & 12.

Sine causa potest, in sententia Borgasij, Ecclesiasticos, suis Ecclesiasticis priuare iuribus. n.10. & 12.

Non tamen potest bona temporalia, aut laicalia auferre. n.10.

Plenariè vices gerit Christi in tota Ecclesia. n.11. & 12.

Habet plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis. n.11. & 12.

Parochus.

Qui violenter corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, vel funus spoliauit, antequam veniret ad manus eorum quibus debebatur, ius, quod habebat amittit. n.5.

Prælatus.

Præiudicare potest Ecclesiæ, vel Monasterio in acquirendis, secus verò in acquisitis. n.3.5.18.19.20. 21.22. & 24.

Procurator.

Ad vindicandam Ecclesiam, & eam defendendam, quilibet admittitur particularis. n.23.

Proprietarius.

Religiosus nullo modo acceptans donum sibi oblatum, proprietarius non efficitur, si vt illud alteri det, suadet. n.26.27.

Religiosus.

Si Religiosus Cathedraticus, aut Concionator legere, aut prædicare omittat, ne Monasterium emolumentum ex suis percipiat laboribus, Monasterio præiudicat; non tamen ad restitutionem tenetur. n.24.& 25.

Religiosus non acceptans donum sibi oblatum, præiudicat Monasterio; sed ad restitutionem non tenetur. n.24.

Religiosus est obligatus Religioni ex obedientia, & ex Charitate, non autem ex iustitia. n.25.

Religiosus, nisi ex iusta causa acceptare nolit ab extraneo oblata, contra Charitatem Monasterio debitam peccat. n.27.

Ex vi voti paupertatis non obligatur Religiosus ad acquirendum, sed ad non alienandum. n.27.

Quod tamen acquirit, Monasterio acquirit. n.28.

Restitutio.

Est actus iustitiæ, quo reparatur damnum proximo per iniuriam illatum. n.7.

Tunc est facienda, quando quis priuatur re possessa, vel sibi ex iustitia debita. n.25.

Sepultura.

Electio Sepulturæ facta cum iuramento, voto, aut promissione ex inductione Religiosi, aut Beneficiarij priuati valida est, in quorũdã sentẽtia. n.1.2.3.&4.

Immò in sententia Petri de Vbaldis valida est etiam ex Prælati inductione. n.3.

Verior tamen sententia tenet nullam, & inualidam esse electionem factam ex inductione, non solum Prælati, sed cuiuslibet Beneficiarij, aut Religiosi priuati, & pœnas inducentem incurrere, contra inductorem latas. n.6. & seqq.

Qui violenter rapit corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, vel funus spoliauit antequam venisset ad manus eorum, quibus debebatur, ius, quod habebat, amittit. n.5.

Seruus.

Domino suo præiudicare non potest in acquisitis; potest tamen in acquirendis. n.3.&5.

Tutor.

Delictum Tutoris, Pupillum non obligat. n.22.

ELECTIO Sepulturæ cum voto, iuramento, aut promissione facta, ex inductione alicuius personæ particularis Ecclesiæ illius, in qua fit electio, puta Beneficiarij simplicis, Monachi, aut Fratris similiter simplicis, qui scilicet non sit Parochus, Prælatus, Vicariúsve eorum, aut Sacrista, qui totam communitatem talis Ecclesiæ repræsentet, controuertitur inter Doctores, an valida sit. Alij enim docent, quod persuasionem factam à particulari Clerico, aut Religioso, non perdit eius Ecclesia ius Sepulturæ per promissionem acquisitum. Et consequenter asserunt validam existere electionem per huiusmodi inductionum factam. 1

Hanc sententiam tenet Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæstion. Regular. quæst.58. artic.7. dub.3.* Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum quæstionum, resolut.128. num.8.* cum Portello *in Dubiis Regularium, verbo Sepultura, num.4.* Emmanuel præfatus in sequentia prorumpit. Tertiò dubitatur circa eandem Constitutionem (scilicet *capitis Animarum, el 1. de Sepulturis in 6.*) an si vnus Religiosus inducat aliquem ad Sepulturam eligen- 2

dam, tunc electio sit nulla? Et respondetur, quod non, cum secundùm Archidiaconum *in dicta Constitutione*, locus est ei, cum interuenerit dolus, & fraus omnium Religiosorum, aut maioris partis illius Ecclesiæ in qua quis inducitur ad sepeliendum. Vnde ait Glossa, *super dictam Constitutionem: Nota puniri Ecclesiam ex facto omnium de Ecclesia.* Quod argumento aliquorum iurium comprobatur. Delictum enim vnius, non debet aliis nocere, vt est vulgatum in Iure.

3 Ex his infert Petrus de Vbaldis, quod si solus Prælatus induxisset illum ad Sepulturam ibi eligendam, non esset locus Decretali, & tunc valeret electio. Quia delictum solius Prælati, non nocet Ecclesiæ. Quæ opinio mihi non placet. Prælatus enim, cum sit caput Ecclesiæ, & Monasterij, omnes in suo facto, quantum ad hoc videtur repræsentare: quia solus Prælatus potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis, vt patet in quodam Decreto, sicut etiam seruus potest præiudicare Domino in acquirendis, vt in quadam lege est obseruatum, secus in acquisitis, provt in simili casu aduertit Doctissimus Syluester.

4 Hactenus Emmanuel Roderiquez, cuius sententiam refert Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstionum Regular. tomo 2. part. 4. verbo Sepultura num. 8.* vbi ait. Præcipuè tamen nota pro praxi Regularium, quod si vnus Religiosus nomine suo inducat aliquem dicto modo (scilicet medio voto, iuramento, aut promissione) ad eligendam Sepulturam in sua Ecclesia, quamvis ipse peccauerit, tamen non propterea alij Religiosi, aut totus Conuentus incidet in prædictas pœnas, nisi ipse sit Prælatus, aut alius nomine Communitatis. Quia solum isti possunt aliis, aut Communitati præiudicare. Roderiquez *dicto art. 7.* Portellus, *supra, num. 4.* Licet oppositum tueatur Pasqualigus, *suprà decis. 380.* Vide Angelum, *suprà num. 33.* & Sylueſtrum, *supra quæst. 11.* Hæc Lezana, in prædictæ sententiæ fauorem.

5 Syluester, *loco citato*, ita ait. Si Sacerdos Parochialis corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, violenter rapuerit, vel funus spoliauit antequam veniret ad manus eorum, quibus debebatur, secundum Hostiensem, *in dicto capite Cum liberum*, amittit ius, quod habebat: & idem si aliquis Conuentus totus, vel maior pars eius hoc fecerit; secus si pars minor, vel solus Prælatus. Et paucis interiectis, subiungit. Petrus autem de Perus. *vbi suprà*, quantùm ad hoc, id est quartam Canonicam, tenet contrarium: quia delictum Presbyteri Ecclesiæ nocere non debet. *De ordine cognitionis, cap. 2. 16. quæst. 6. Si Episcopum.* Et quod notatur *in Regula Delictum, lib. 6. & in L. fin. quis in tantam, Codice, Vnde vi.* Sed tamen primum est verius, si quid tale fiat à Prælato. Quia Prælatus solus præiudicare potest Ecclesiæ in acquirendis, *16. quæst. 6. §. fin.* sicut seruus Domino in acquirendis. *Cod. de Acquirenda possessione, L. fin.* secus in iam acquisitis.

Huc vsque Syluester, *verbo Sepultura, quæst. 11.* à Lezana citata. Illi consonant D. Antoninus *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis*, quoad id, quod de Conuentu, de maiore, de minore eius parte, ac de Prælato docet: & Trullench *tomo 3. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num. 19.* cum Roderiquez, *tomo 3. qq. Regular. q. 61. artic. 3.* Hieronymo Roderiquez, *resolut. 529. num. 14.* Portellio, *ad Dubia Regularium, verbo Canonica portio, num. 6.* & Barbosa, *de Potestate Parochi, cap. 26. num. 27.* quoad id, quod dicit de Parocho.

CONCLVSIO.

VErior tamen sententia docet Religiosum, & 6
Clericum particularem inducentem ad eligendam Sepulturam in propria Ecclesia, sub iuramento, voto, aut promissione, pœnas incurrere Constitutionum Apostolicarum, de quibus in præsenti disquisitione, & electionem ipsam, esse ipso facto nullam.

Hanc tenent prædictus Syluester, *verbo Excommunicatio VII. num. 49. prope finem, versic. Secundo.* Pasqualigus, *dicta decis. 380. à num. 2.* Ioannes Ægidius Trullench, *dicto tomo 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num. 17.* Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 2. controuers. 8. conclus. 2. & 3. pag. mihi 64. & 65.* cum dicto Zacharia Pasqualigo, *vbi proximè*, & multis aliis Doctoribus, suppressis eorum nominibus.

Syluester enim *loco proximè allegato*, hoc excitat Dubium. Quare ex delicto vnius de Ecclesia, & fortè minimi propter prædicta, tota Ecclesia damnum patiatur, vt sit interdicta? Quod sic resoluit. Dico secundùm Petrum de Ancharrano, quod reliqui de Ecclesia hanc pœnam incurrunt ex sequenti eorum delicto, non restituendo malè accepta ex facto alicuius de Collegio, quasi ex hoc totum Collegium delinquat.

Hæc Doctissimus Syluester, in quibus, dubio procul, pro nobis est: quia duo asserit: *Primum*, quemlibet, quamvis minimum de Ecclesia delinquere *contra caput primum de Sepulturis, in 6. & contra Clementin. Cupientes, §. fin. de Pœnis*, si inducat alium ad vouendum, iurandum, aut promittendum sepeliri in Ecclesia sua. *Secundum* est, cadauer, & quæ ratione funeris accepit Ecclesia, ex facto illius particularis, seu potiùs vnius de eadem Ecclesia, debere restitui, & fuisse malè accepta, ex facto alicuius, de illius Ecclesiæ gremio. Ergo asserit præfactus Doctor quemlibet particularem Religiosum, aut Clericum incurrere pœnas dictarum Constitutionum inducendo, vt præferatur ad electionem Sepulturæ, seu ad non mutandam electam: & Ecclesiam nullum ius acquirere ad eligentis Corpus, neque ad aliquod, ratione illius, emolumentum percipiendum: & consequenter nullam existere electionem, modo recensito, factam.

Consequentia ista patet: quoad priorem quidem 7
partem: quia pœnæ infliguntur per dictas Constitutiones, contra illas delinquentibus. Quoad secundam verò: quia restituere malè accepta, ille debet, qui rem alienam ex iniusta acceptione, aut damnificatione reddere tenetur. Leonard. Lessius, *de Iustitia lib. 2. cap. 7. dubitat. 5. num. 20. pag. mihi 64.* Eligius Bassæus, *tom. 1. verbo Restitutio I. num. 5.* Auson. Noctinot. *in Summa Dianæ, verbo Restituere, quis teneatur, num. 1. & 2.* communiter scribentes. Restitutio enim, vti bene ait Busembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 3. tract. 5. de Sept. Decalogi præcepto, cap. 2. dub. 3. in principio*, est actus iustitiæ, quo reparatur damnum proximo per iniuriam illatum. Ergo Syluester, dum asserit, omnes de Ecclesia restituere debere malè accepta, ex facto alicuius de eadem Ecclesia, asserit, istam ius nullum acquisiuisse ad sic accepta: ac per consequens electionem ex tali facto priuati factam, nullam, & irritam in huius Doctoris sententia: si enim valida illa fuisset, transtulisset in Ecclesiam ius ad prædicta.

Quod Trullench *dicto num. 17.* in nostra fuisse 8
sententia, fit manifestum ex suis verbis. Huiusmodi

enim

enim sunt. Vt autem electio Sepulturæ ad inductionem Religiosorum sit inualida, requiritur vt maior pars illorum, aut solus Prælatus inducat. Nam si vnus solus induxerit, valet electio, vt tenet Roderiquez suprà citatus. Contrarium tamen est verius textuique conformius. Nam Papa vniuersis Religiosis, & Clericis id prohibet. Aliter enim nunquam, aut raro haberet locum dicta Decretalis. Quia communiter hic, aut ille, & non maior pars inducit ad Sepulturam. Et dato quod esset verum in Religiosis, idem etiam dicendum erat in Clericis, à paritate rationis. Hactenus dictus Trullench.

9 Probatur conclusio *ex cap. Animarum el* 1. *de Sepulturis, lib* 6. in quo Bonifacius Papa Octauus cum vniuersis Religiosis, & Clericis sæcularibus, cuiuscumque status, conditionisque existentibus loquitur, quando sub pœna nullitatis electionis, & sub præcepto formali statuit, ne inducant aliquos ad electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promissione apud eorum Ecclesias, vel ad non immutandam apud easdem iam electam. Quod benè statuere quiuisse, nemo sanæ mentis negare potest. Quia omnium bonorum Ecclesiæ, si non dominium, vti aliqui docere videntur, supremam administrationem habet. Et de plenitudine potestatis potest dispensare, quod obligatus homini ad certum quid, vlterius ei non teneatur, & sic tollere certam obligationem. Paulus Borgasius, *tract. de Irregularitatibus, & dispensationibus, parte* 3. *concluſ.* 4. *pag. mihi* 48. *columna* 2. *circa medium, ex Canone Per principalem, causa* 9. *quæſt.* 3. *& argumento Legis Quotiens, Cod. de Precibus Imperatori offerendis.* Quod intelligit redditus Author, de persona Ecclesiastica, & de Iure Ecclesiastico. Ita *casu* 41. & *ca-*
10 *su* 31. ita *eodem folio, columna* 1. fatur. Solus Papa, quem suo iure sine causa priuat, quod intellige de persona Ecclesiastica, & iure Ecclesiastico, 9. *quæſt.* 3. *Per principalem*, & ibi Glossa, *&* 19. *distinct. In memoriam, & de excessibus Prælatorum. Quam sit graue.* Et dixi: *& iure Ecclesiastico:* propter ea, quæ dixit Innocentius, *in cap. Inquisitioni, de sententia Excommunicationis, in versic. Mortale:* vbi dixit, quod licet Papa possit præmissa, non tamen posset auferre bona temporalia, vel Laicorum: & si illa à me peteret, puta libros, vel domum meam, non teneor parere. Et idem *in cap. Quia in Ecclesiarum de Constitutionibus, & in cap. Quia plerique, de Immunitate Ecclesiarum, & textus in Clementina.* 1. *Vt lite pendente.* Facit textus *in cap.* 1. *de Prebendis in* 6. *& in cap. Constitutus de Religiosis Do-*
11 *mibus.* Hactenus Borgasius, qui *parte* 6. *tit. de Voto, & voti redemptione commutatione, & dispensatione, sub num.* 26. *pag.* 185. Sic ait. Ad tertium dicendum, quod quia Summus Pontifex gerit plenariè vices Christi in tota Ecclesia, ipsum habere plenitudinem potestatis dispensandi in omnibus dispensabilibus votis, *Cuncta per mundum*, 9. *quæſt.* 3. *& Can. Per*
12 *principalem.* Hæc ille. Si ergo Papa plenariè vices Christi gerit in tota Ecclesia, & habet plenitudinem potestatis dispensandi in votis, quæ sunt de iure Diuino, & potest tollere obligationem, quam quis ad certum quid habet Ecclesiasticum, respectu personæ Ecclesiasticæ, & potest Ecclesiasticum suo Iure Ecclesiastico priuare, negari nequit, quod possit impedire acquisitionem iuris Sepulturæ per electionem illius factam cum voto, iuramento, aut promissione ad inductionem priuati Religiosi, aut Clerici, de quo dubio procul intelligi debet dicta Constitutio *Animarum*: cum, quia dictio *Vniuersis*, omnes, & singulas personas, maiores, & minores, Religiosos, & Clericos comprehendit. Tum etiam, quia præceptum formale, immediatè ad singulares dirigitur personas. Et quod hæc sit Pontificis mens, conuincitur *ex Clementina cupientes*, §. *Sanè la* 3. *de Pœnis*, in qua innouatur *caput Animarum*, & per illam additur istius violatoribus, excommunicationis pœna: quæ quidem non infligitur vnquam Communitati, sed singularibus personis.

Secundò probatur conclusio. Nulla Lex, vel Con- 13
stitutio, maximè in iuris corpore inserta, inutilis est, & illusoria. Et hac de causa Lex, quæ in propria verborum significatione intellecta, inutilis, & illusoria redditur, intelligi debet secundùm impropriam illorum significationem, vt dixi, *in Disquisit. Pastorali, de Iure Prioris annexi, num.* 48. *ex cap. Si Ciuitas, el* 17. *de sententia Excommunicationis, in* 6. & docent Emmanuel Sa, *in Aphorism. verbo Lex, num.* 1. Ferdinandus Castr. Palaus, *part.* 1. *Oper. Moral. tract.* 3. *disputat.* 5. *punct.* 3. *num.* 5. Lezana, *in Summa quæstio. Regular. tom.* 2. *part.* 4. *verbo Leges Regularium, num.* 10. Francisc. Pellizzarius, *in Manuali Regul. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *num.* 331. *& tract.* 6. *& cap.* 6. *num.* 16. & penes illos Couarruias, *Variarum, cap.* 3. Felinus, *in cap. Translato, de Constitutionibus, num.* 14. Suarez, *de Legibus, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. Mascardus, *de Probationibus, concluſ.* 596. *num.* 2. Sarmientus, *lib.* 1. *Select. cap.* 12. *numero* 7. & Tiraquellus, *in L. Connubial. gloſſa* 5. *numero* 115. Sed Constitutio *capitis Animarum*, 1. *de Sepulturis lib.* 6. sæpè repetita, inutilis esset, & illusoria si quemlibet particularem Clericum, & Religiosum non comprehenderet, & afficeret in sua prohibitione inductionis ad Sepulturam eligendam cum iuramento, voto, aut promissione. Ergo quemlibet afficit Clericum, comprehendit Religiosum dicta Constitutio, quamvis minimum Ecclesiæ, vel Conuentus. Ergo electio Sepulturæ ex inductione cuiuslibet Clerici, aut Religiosi particularis in Ecclesia eius facta cum iuramento, &c. irrita est, & nulla existit. Minor in qua est difficultas probatur. Quia si maior pars Clericorum, aut Religiosorum, 14
aut Prælatus, vel Parochus Ecclesiæ non inducerent ad huiusmodi electionem, nunquam illa fieret contra huius Constitutionis dispositionem ac per consequens illa inutilis, & illusoria redderetur. Sed hoc non est dicendum. Ergo dici debet, quod inductio per quemlibet priuatum facta, in illa comprehendatur dispositione.

Tertiò probatur. Lex semper intelligi debet, ità 15
vt Legislatoris saluetur mens: est enim ista veluti spiritus, & anima Legis, vti prolixè, *in d. Disquisit. de Iure Prioris annexi, num.* 16. probaui. Sed illa saluari nequit, si prædicta Bonifacij Constitutio, quemlibet particularem Clericum, & Religiosum non comprehenderet. Ergo quemlibet in particulari comprehendit. Ergo Sepulturæ electio, ex cuiuslibet illorum inductione facta cum iuramento, &c. nulla erit, & irrita. Maior, & vtraque consequentia patent. Minorem probo. Bonifacij Octaui intentio in præfata fuit Decretali, omnino tollere animarum pericula, & scandala, quæ oriebantur ex inductione Ecclesiasticorum circa electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promissione. Sed eadem pericula, & scandala oriuntur ex inductione facta per particularem Clericum, aut Religiosum, ac si fiat per Parochum, Prælatum, aut per maiorem partem, Capituli Ecclesiæ, aut Conuentus Monasterij. Ergo Bonifacij Octaui mens non saluatur, si Constitutio, & Decretalis prædicta singulares Capituli, & Conuentus personas non afficit, comprehendit.

Maior

16 Maior vltimi syllogismi patet: quia intentio, & Legislatoris mens, ac vera eius intelligentia, ex præfatione, procœmio, & initio legis aut Constitutionis hauriri debet. Emman. Sa, *verbo Lex, num.* 1. Paulus, *part.* 1. *tract.* 3. *disput.* 5. *punct.* 3. §. 3. *num.* 10. Ioann. Bapt. Lezana, *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Leges Regularium, num.* 36. & 37. & ego ipse *in Disquisit. Past. de Iure Prioris annexi, num.* 16. Sed initium Decretalis Bonifacij, vti *in præsenti vidimus Disquisitione, num.* 2. huiusmodi est. Animarum periculis, & scandalis, quæ frequenter ex his proueniunt, obuiare volentes, vniuersis Religiosis, & sæcularibus Clericis, &c. Ergo illius mens, & intentio fuit omnino tollere animarum pericula, & scandala, quæ fidelibus oriebantur ex inductione Ecclesiasticorum circa electionem Sepulturæ cum voto, iuramento, & promissione.

17 Sed obiicies. Procurator, immo Abbas, vel Episcopus per suum factum præiudicare non valet Monasterio, aut Ecclesiæ suæ. Ergo multò minus præiudicabit Religiosus, aut Clericus particularis Ecclesiæ suæ per inductionem electionis Sepulturæ in ea factæ cum iuramento, voto, aut promissione. Consequentia à maioritate patet rationis. Potentiores enim sunt Procuratores, Abbates, Parochi, & Episcopi, Monachis particularibus, & Clericis minimis Beneficiariis. Ergo si illi per suum factum Ecclesiis suis præiudicium facere nequeunt, neque isti facere quibunt. Antecedens diffinitur *in Canone finali*, 16. *quæst.* 6. à Gelasio Papa, provt sequitur.

18 Si ergo delictũ personæ in damnum Ecclesiæ non
» potest cõuerti, quia Procurator conditionẽ Ecclesiæ
» potest facere meliorem, non deteriorem: si peccato
» Abbatis possessiones Monasterij auferri non licet:
» quomodo delictum Episcopi vertetur in damnum
» Ecclesiæ, vt inde detrimentum suæ causæ patiatur?
» Sed detrimentum causæ pati, non sic est accipien-
» dum, vt Ecclesia suo iure priuetur, &c. Hæc Gela-
» sius, vbi Glossa, *verbo Si ergo*, ita fatur. Concludit
» Gratianus, ex supra dictis, quod propter delictum
» Prælati Ecclesia pati damnum non debet: quia Procurator est, non Dominus. Hæc illa. Et quidem quod culpa Prælati, aut alterius Superioris non præiudicet Ecclesiæ, docet Pasqualigus, *de Sacrific. tomo* 2. *q.* 1111. ex Rota, coram Caputaquen. *dec.* 128. *num.* 3. *part.* 2. Seraph. *decis.* 436. *num.* 2. Puteo, *in Rom. Castri Feliciani, dec.* 285. *num.* 1. & *in Fesulan. Prioratus*, 3. *Martij*, 1617. coram Pamphilio, *la* 427. *num.* 3. *p.* 4. *Recent.* coram Corrado 27. *Iunij* 1644. coram Celso, 1649. & coram Otthobono. Idem Pasqualigus, *q.* 1200. *num.* 8. idem firmat *ex cap.* 2. *de Testibus*, *in* 6. & ibi Glossa, *verbo Conuentum.* Abbate, *in cap. fin. num.* 44. *vers. Et non credo*, *de Præscriptionib.* Beroio, *cons.* 116. *num.* 11. *lib.* 1. Federico de Senis, *consil.* 143. *num.* 2. Angelo, *consil.* 245. *num.* 8. Seraph. *dec.* 1417. *num.* 3. Coccino, *in Theatina Iurisdictionis*, 10. *Maij*, 1621.

19 Obiectioni respondeo, distinguendo antecedens. Procurator, &c. non valet præiudicare Monasterio, aut Ecclesiæ in acquisitis, concedo antecedens; in acquirendis, nego antecedens. Et nego consequentiam: quia in ea agitur de acquirendis per inductionem; non autem de acquisitis.

20 Ad Canonem adductum ad probationem antecedentis, dico illum distinctionem à me datam probare. Agit enim Pontifex Gelasius, de possessionibus à Monasterio iam acquisitis, & de iure, quod habebat Episcopus. Vnde, non est mirum, quod diffiniat delictum personæ Procuratoris, Abbatis, aut Episcopi, in Ecclesiæ damnum non posse conuerti.

Obiici etiam potest nobis *caput Delictum, el* 76. 21
de Regulis Iuris, lib. 6. vbi ita Bonifacius Papa Octauus decernit. Delictum personæ, non debet in de-
» trimentum Ecclesiæ redundare. Sed si electio Se-
» pulturæ ad suasionem, & inductionem Clerici, aut
» Religiosi particularis cum iuramento, voto, aut pro-
missione facta, esset nulla, & irrita; iam delictum personæ in detrimentum redundaret Ecclesiæ. Ergo valida est, & rata electio Sepulturæ provt dictum est facta.

Eodem modo ad hunc, ac ad præcedentem tex- 22
tum Canonis, *Illud statuendum, el fin.* 16. *quæst.* 6. respondeo: delictum personæ, in detrimentum redundare non debere Ecclesiæ: videlicet in iam acquisitis ab Ecclesia; secus verò in acquirendis. Et quod ibi solum agat Pontifex de acquisitis, ex exemplis ibi à Glossa adductis demonstro. *Primum.* Episcopus commisit delictum propter quod fuit depositus, & ab Episcopatu priuatus. Bona Ecclesiæ non debent confiscari. *Secundum.* Episcopus tenebat à Rege Castrum in feudum, & Regi promisit fidelitatem. Episcopus fuit depositus ob crimen proditionis in Regem. Castrum non redit ad Regem. *Tertium.* Procurator Ecclesiæ commisit falsum, & si fuisset causa propria, illam perderet; non tamen suam perdit Ecclesia. *Quartum.* Delictum Tutoris non obligat Pupillum.

Et vrget solutio obiectionis, quam sibi opponit Glossator, *ex Canone Placuit, el* 2. 16. *quæst.* 3. vbi delictum Prælati non repetentis rem Ecclesiasticam, nocet Ecclesiæ. Et idem obiicit *ex capite* 1. *de Præscriptionibus.* Solutio igitur illius est: delictum, aliud in faciendo: & hoc non præiudicat Ecclesiæ, vt hic (scilicet *in cap. Delictum*;) & aliud in omittendo: & hoc præiudicat, vt ibi: (scilicet *in Canone Placuit, & cap.* 1. *de Præscriptionibus.* Hæc, quod dicit Glossa, idem, quod ego dixi est: Quod in acquirendis potest quis præiudicare, suo delicto, Ecclesiæ, aut Conuentui, seu Monasterio; non verò in acquisitis.

Exornat distinctionem istam Augustin. Barbosa, 23
de Potestate Episcopi, part. 3. *allegat.* 125. vbi postquam latè discussérat, An, & quando Episcopi confessio, Ecclesiæ præiudicet? Et explicato, quod eius confessio potest fieri in iudicio, & ex necessitate iudicij, per modum contentiosæ iurisdictionis; & alio modo, extra iudicium, & absque necessitate iudicij, per viam iurisdictionis voluntariæ potest fieri. Quam distinctionem, inquit, tradit Bartholus post alios, *in L. Certum*, §. *Sed an, & ipsos, num.* 2. *ff. de Confessis.* Paulus, Cuman. & alij ibi. Sarmientus, & alij ab eo citati, *lib.* 3. *select. cap.* 15. *num.* 5. & ab Octauian. Pedamont. *decis.* 39. *num.* 6. & 34. Surd. *decis.* 326. *num.* 4. *lib.* 3. Rota, *in Massilien. Pecuniaria*, 6. *Iunij*, 1611. coram Gregorio XV. apud Farinacium, *part.* 1. *recentiorum, decis.* 334. *num.* 5. *in Virdunen. Abbatiæ*, 27. *Nouembr.* 1615. coram Buratto, apud Farinacium, *part.* 2. *recentiorum, decis.* 768. *num.* 5. & *in Mediolanens. Fabricæ*, 29. *Ianuarij*, 1616. coram Pirouano, *ead. part.* 2. *decis.* 779. *num.* 2. Explicato etiam, confessionem voluntariam tunc dici, quando fuit facta non præcedente Iudicis iussu, vt per Alexandrum, *cons.* 222. *num.* 16. *lib.* 2. Rotam, *in Pampilonensi Decimarum de Gongora*, 14. *Maij*, 1610. coram Bononiensi, & *in dicta Virdunen. in medio*, vel nullo iure cogente, vt post Ægidium, *decis.* 694. *in princ.* exemplificat Rota *in dicta Mediolanensi, num.* 2. *in medio*, resoluit dictus Barbosa, confessionem Prælati, seu Procuratoris voluntariam non præiudicare, nec aptam reperiri ad obligandam

gandam Eccleſiam, ſeu principalem, in aliquo, per ea, quæ tradunt Baldus, *in L. 1. num. 3. Cod. de Confeſſis* Pariſius, *conſil. 47. num. 92. lib. 1. volum. 1.* Aufrer. *in Addit. ad Capell. Toloſ. deciſ. 392.* Honded. *conſil. 66. num. 72. volum. 1.* quos recenſet, & ſequitur Rota, *dicta deciſ. 779. num. 2. in fine*, vt reuocari debeat etiam non docto de errore, vt per Rotam, *deciſ. 19. de Procurat. & deciſ. 2. de Confeſſis, in nouis, & in Pampilonenſi Decimarum*, 10. *Martij*, 1610. coram Sacratto. Et quamvis geminatè facta fuiſſet, ſecundum Caputaquen. *deciſ. 198. part. 1.* & Rota, *dicta deciſ. 768. n. 15. in fine.*

Ad finem denique dictæ allegationis, ita Barboſa fatur. Aduertit tamen idem Farinacius (ſcilicet *in apoſtilla ad deciſionem Rotæ, in vna Montis Regalis iuriſdictionis, 5. Iunij* 1606. coram Penna, per ipſum Farinacium impreſſa, *part. 1. recentiorum, fo.* 118.) aliud eſſe Epiſcopum facere aliquem actum, quo amittitur libertas Eccleſiæ, & Eccleſia inducitur in ſeruitutem (aduertat hîc Lector,) & tunc fauore libertatis non amittendæ, requiritur conſenſus omnium, (Epiſcopi ſcilicet, & Capituli;) & aliud eſt Epiſcopum facere actum, quo defenditur libertas Eccleſiæ, vt liberetur à ſeruitute, in qua reperitur conſtituta: & hoc caſu, fauore Eccleſiæ, ſolus Epiſcopus, & quilibet alius admittitur ad vindicandam Eccleſiam à ſeruitute. Hactenus Auguſt. Barboſa. In quibus apertè docet Epiſcopum, Procuratorem, & alium ſimilem, per actum ſuum ſuo principali, aut Communitati non præiudicare in obligatione, ſeu ſeruitute inducenda, & in amittenda ſua immunitate, & libertate.

24 Pro maiore dilucidatione doctrinæ in præcedentibus traditæ, libuit exempla in Religioſo apponere frequentiſſima. Religioſus enim Cathedræ v. gr. præfectus, ex malitia ſua prætermittens legere, ſuum Conuentum emolumento priuat, quod ex lectione ſua Conuentui proueniret. Et idem eſt de Concionatore nolente prædicare, ex praua etiam intentione, ne Conuentus eleemoſynam debitam propter concionem percipiat. Et Religioſus quicumque, qui non acceptat donum ab extraneo oblatum, Conuentum priuat illo dono: ſiue abſolutè illud recuſet; ſiue, omni tamen acceptatione, etiam virtuali excluſa, (quæ tunc fit, vt ait Sanchez *tomo 1. de Matrimonio, lib. 6. diſputat. 4. num. 7. pag. mihi* 431. quando Religioſus offerenti donum, gratias agit, & rogat, petitque ab eo, vt illud ſuo conſanguineo tradat) poſcit vt alteri donet.

25 Exemplum primum de Cathedratico, adducit Antonius Naldus, *in Summa, verbo Religioſus, numero* 4. vbi ita ait. Religioſus præfectus Cathedræ prætermittens legere ex ſua malitia, propter quod Conuentus priuatur illo prouentu, non tenetur illud lucrum ceſſans reſtituere Monaſterio, ſuppoſito, quod haberet, vnde poſſet reddere. Et ratio eſt: quia Monachus non eſt obligatus Religioni ex iuſtitia, ſed ex obedientia, & Charitate. Hæc ibi, & ſe remittit ad ea, quæ dixerat *verbo Filius, num.* 4. vbi ita ad rem fatur. Reſtitutio enim eſt facienda, quando quis priuatur re poſſeſſa, vel ſibi debita ex iuſtitia; lucra vero Prælati, & patrisfamilias acquiſita, ſunt quidem Religionis, & patrisfamilias; quæ vero non ſunt acquiſita, non ſunt debita ex iuſtitia, ſed ex obedientia. Salon, *tom. 1. quæſt. 62. artic. 2. controuerſ. 3.* Hæc Naldus. Addo Leonard. Leſſium, *de Iuſtitia, & Iure, lib. 2. cap. 8. dubit. 3. num.* 18. cum Bannez, *dicta quæſt. 6. 2. art. 2. dub. 6.* & aliis.

26 Exemplum autem de Religioſo non acceptante, nec implicitè donum oblatum, quod contingit non acceptare, quando non profitetur ſe nolle acceptare: vt ſi dicat ſic: *ea re non indigeo: ſi tibi placuerit, gratum mihi facies ſi dederis conſanguineo meo*, (verba ſunt Thomæ Sanchez, *loco allegato*:) tradunt præter Sanchez, Lezana, *in Summa quæſtion. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 6. numero 46. pag. mihi* 40. Laurentius de Peyrinis, *de ſubdito, tom. 1. quæſt. 2. cap. 2. §. 4. verſic. Neque facit contra votum paupertatis, pag. 172. colum. 2.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Paupertate Religioſa, numero 75.* vbi cum eiſdem Doctoribus, cum Fagundez, *in 2. præcept. lib. 8. cap. 6. numero* 18. Filliucio, *tomo 2. quæſt. 8. tract. 34. cap. 3. numero* 62. Bonacina, *de Contractibus, diſputat. 3. quæſt. 12. punct. 1. numero* 6. Suarez, *tom. 3. de Religione, lib. 8. cap. 15. numero* 45. Naldo *verbo Religioſus, numero* 8. cum iuxta codicem, quem habeo, *numero* 3. dicere deberet. Bordono, *reſolut. 43. numero* 60. & Diana, *part. 1. tract. 6. reſolut.* 8. docet, proprietarium non eſſe Religioſum, nullo modo acceptantem ab extraneo aliquod donum, ſuadentem etiam illum, vt alteri illud det. Et præter tot Doctorum authoritatem, adducit Vidal ad id probandum has tres breues rationes.

Ratio eſt (inquit:) tum, quia aliud eſt donare, 27
& aliud petere ab extraneo, vt alteri donetur. Tum, quia nihil ſibi acquiſitum alienat, ſed eſt tantum merus interceſſor. Tum, quia neque diſponit de re ſua, aut Religionis, cum nullum acceptet dominium. Ex vi enim paupertatis voti Religioſus non obligatur ad acquirendum, ſed ad non alienandum. Forſitan peccare poteſt contra Charitatem, ſi nulla cauſa iuſta ductus, non acceptet: quia tunc ſuam Religionem priuat tali emolumento, & vtilitate; non ideo cenſetur, quod ſit indirecta donatio: nam reuera nihil acceptauit, & nihil acquiſiuit. Deinde in donatione indirecta, præſupponitur dominium, quod in caſu noſtro Religioſus non acquiſiuit. Hæc omnia Vidal. Et hæc dicta ſufficiant, pro exemplis delictorum, perſonæ particularis Religioſi, præiudicantium Conuentui in acquiſitione. Exempla autem in medium etiam proferam delictorum non præiudicantium in acquiſitis, verba recenſendo Doctiſſimi Leonardi Leſſij, *dicto lib. 2. cap. 41. dubitat. 11. numero 90. pag. mihi* 499. quæ huiuſmodi ſunt.

Notandum tertiò, etiamſi Monachus acquirat 28
Monaſterio, Monaſterium tamen non teneri ex delicto Monachi, quamvis ſit Prælatus, niſi quatenus inde aliquid conuerſum eſt in Monaſterij commodum, *cap. Delictum, 76. de Regulis Iuris, in 6.* vbi „
dicitur: Delictum perſonæ, in damnum Eccleſiæ „
non eſſe conuertendum. En vnum à Leonardo tra- „
ditum, de quolibet delicto. Aliud de delicto, ſeu facto in materia contractus, ſic ipſe reddit, immediatè poſt recenſita dicens. Ex contractu etiam Monachi, non tenetur, niſi quatenus tacitè, vel expreſsè ei commiſſa eſt aliqua adminiſtratio. Si vlteriùs ſuo, vel Monaſterij nomine contrahit, probabile eſt obligari naturaliter, (Religioſum ſcilicet) ac teneri operam dare, quantum in ſe eſt, vt Prælatus approbet. Eſt tamen in poteſtate Prælati, contractum ratificare, vel irritare, provt commodius ipſi fuerit, vt docet Nauarrus, *commentario 2. num.* 42. Vnde is, cum quo contraxit, non poteſt reſilire, ſi Prælatus contractum approbet.

Contraria tamen ſententia, ſcilicet ex tali con- 29
tractu non naſci obligationem naturalem in Religioſo, niſi damnum intulerit, eſt etiam valde probabilis, & plurimorum Doctorum, quos citat Nauar-

rus. Iuxta quam dici poteſt, eum cum quo contraxit, non teneri, & poſſe reſilire, niſi poſt approbationem Prælati ipſe quoque ratificet. Huc vſque Leſſius.

DVBIVM III.

An Clericus, vel Religioſus inducens ſub iuramento, voto, aut promiſſione ad electionem Sepulturæ, in aliena Eccleſia, pœnas incurrat inflictas in cap. Animarum, & in Clementina Cupientes: & an electio ipſa ſit nulla?

BREVIARIVM.

Conceſſum.

Videtur conceſſum, quod non eſt expreſsè prohibitum. n. 2.

Lex.

Pœnalis Lex, interpretari debet ſecundùm naturalem ſignificationem verborum. n. 2.

Non eſt extendenda ad caſus in ea non expreſſos, ſed reſtringenda. n. 2.

De illa intelligitur vulgatum axioma: Si aliud Legiſlator voluiſſet, illud expreſſiſſet. *n.* 2.

Sepultura.

Religioſus, aut Clericus inducens ad electionem Sepulturæ in aliena Eccleſia, pœnas non incurrit capitis Animarum. n. 1. & 2.

Electio Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promiſſione facta ex inductione Clerici, aut Religioſi, qui non ſit de eadem Eccleſia, in qua illa fit, nulla eſt iure naturæ, non autem Eccleſiaſtico. n. 4.

DVBIO propoſito, duabus concluſionibus ſatisfacere duxi, quarum altera, illi quoad pœnas; altera vero, quoad valorem, aut nullitatem electionis reſpondeat.

CONCLVSIO I.

1 REligioſi, & Clerici, qui inducunt aliquem ad eligendam Sepulturam cum iuramento, voto, aut permiſſione in altera, quàm indecentium Eccleſia, cuius membra non ſint, pœnas inflictas *in capite Animarum, & in Clementina Cupientes*, non contrahunt.

Ita docent Auguſtinus Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, parte* 3. *allegat.* 50. *num.* 100. cum Navarro, *in Manuali, cap.* 27. *num.* 103. Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tomo* 2. *part.* 4. *verbo Sepultura quoad Regulares, num.* 7. cum Portellio, *in Dubiis Regular. verbo Sepultura num.* 5. Bonacina, *tomo* 3. *de Cenſuris extra Bullam, diſputat.* 2. *quæſt.* 5. *puncto* 4. & Paſqualigo, *deciſ.* 373. Anton. Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *de Caſibus occurrentibus tempore mortis, reſolut.* 101. cum Toleto, *lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 3. Noctinot, *in Summa ipſius Dianæ, verbo Sepulturam eligere, num.* 6. Emman. Roderiquez, *tomo* 3. *qq. Regularium, q.* 58. *artic.* 7. *dub.* 4. Hieronymus Roderiquez, *in illarum Compendio, reſolut.* 128. *numero* 9. cum Villalobos, *in Summa, part.* 1. *tract.* 17. *difficult.* 25. *num.* 4. Ioannes Ægidius Trullench, *tom.* 3. *tract. de Iure Parochi, cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 19. *ad finem*, cum Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 41. Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *num.* 39. cum Medices, *de Sepulturis, parte* 1. *quæſt.* 8. *num.* 17. & Lauorio, *Variar. lucubrationum, titulo* 2. *cap.* 11. *num.* 10. & ante omnes recenſitos Doctores, docuit Sylueſter, *in Summa, verbo Excommunicatio VII. num.* 49. *dubio* 1. cum Petro Ancharrano, & Ioanne Andrea.

2 Probatur concluſio. Quia prohibitio iurium prædictorum, ſolum loquitur de Religioſis, & Clericis inducentibus ad electionem Sepulturæ apud eorum Eccleſias. Prohibitio autem, quà talis, ſicut quælibet alia pœnalis diſpoſitio, non debet extendi ad alios caſus, ſed ad expreſſos in illa eſt reſtringenda, *cap. Odia, el* 15. *de Regulis Iuris, in* 6. Debetque intelligi, & interpretari iuxta propriam ſignificationem naturalem verborum. Lezana, *vbi ſupra, verbo Leges Regularium, num.* 33. Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Monialibus, num.* 106. Caſtr. Palaus, *part.* 1. *tract.* 3. *diſputat.* 5. *punct.* 3. §. 3. *num.* 7. & 8. Ego *in Diſquiſit. Paſtorali de Iure Prioris annexi, num.* 49. Ergo prædicta iura non afficiunt Religioſos, nec Clericos ſæculares inducentes ad eligendam Sepulturam cum iuramento, voto, aut promiſſione, in Eccleſia aliena. Si enim hos voluiſſent Pontifices dictorum iurium conditores comprehendere, illos expreſſiſſent, iuxta vulgatum axioma, quo Roderiquez, *tom.* 2. *quæſtion. Regular. quæſt.* 44. *artic.* 4. *verſic. Quartum*, & alij communiter vtuntur Doctores: & iuxta regulam: Non eſt expreſsè prohibitum: ergo cenſeri debet conceſſum, *cap. Nuper*, §. *In ſecundo*, vbi Gloſſa *verbo Non retinuit, el* 29. *de Sententia Excommunicationis.* Et conceſſum videtur, quod non eſt prohibitum Gloſſa præfata, *ex L. ex quibus cauſis maiores* 25. *annis in integrum reſtituuntur. L. Nec non*, §. *Quod eis*, & Gloſſa *in Canon. Conſuluiſti, verbo Superſtitioſa*, 2. *quæſt.* 4. *ex Canon. Lex Diuina*, 27. *q.* 2. *ex dicto cap. Nuper. ex L. Sancimus, & L. Quæſitum, ff. de Teſtibus.*

3 Aliam rationem reddit Emman. Roderiquez *dicto artic.* 7. Quia ſi contrarium (inquit) diceremus, eſſet parata fraus annullandi electionem Sepulturæ, ſi electio annullaretur per fraudem Religioſorum cuiuſcuſque Ordinis, (ponit iſte author caſum, quod Religioſi S. Franciſci, inducerent aliquem, vt eligat Sepulturam in Eccleſia Patrum Prædicatorum,) quod procedit, niſi conſtaret de fraude iniicientis eos ad inducendum illum vt apud ſuam Eccleſiam Sepulturam promitteret. Quia in hoc caſu haberet locum diſpoſitio iſtius Conſtitutionis (*capitis* ſcilicet *Animarum*) nam quod per me non poſſum facere, neque per alium licet, Ne quod vna via prohibetur; alia permittatur, præcipuè interueniente fraude, & circu.... Canonis, vt aduertit Gutierrez *de Iuramento confirmatorio*, 2. *part. cap...n.* 15. Hactenus Emmanuel Roderiquez.

CONCLVSIO II.

4 QVando quis elegit Sepulturam cum voto, iuramento, aut promiſſione, ex inductione Clerici, aut Religioſi, qui non eſt membrum Eccleſiæ in qua illam elegit, attentis tantum *capite Animarum, & Clementina Cupientes*, valida eſt illius electio; inualida tamen, & irrita iure naturæ attento.

Hæc concluſio quoad primam eius partem, proba

probatur eadem ratione, qua *num.* 2. primam probauimus concluſionem. Iura enim modo recenſita, ſolum loquuntur de electione Sepulturæ, facta vi inductionis Clerici, aut Religioſi Eccleſiæ in qua eligitur illa. Ergo dictis iuribus attentis, valida erit electio facta per inductionem Clerici, aut Religioſi alterius Eccleſiæ, cum illorum diſpoſitio, vti pœnalis, extendi non debeat, ſed reſtringi ad caſum electionis per perſonam eiuſdem Eccleſiæ.

Concluſionem, quoad ſecundam partem, tenet Gloſſa *in dictum caput Animarum, verbo Sepulturam*, & Ioannes Ægidius Trullench. *tom.* 3. *Tract. de Iure Parochi, cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 10. Et probatur dupliciter. *Primo.* Quia de Iure naturæ prohibita eſt omnis pactio, & conuentio in rebus ſpiritualibus, ita vt ſi illa in iſtis intercueniat, ſimonia committatur, vti *dub.* 1. *huius Diſquiſitionis* dictum eſt *à n.* 9. *Secundo.* Quia ius Sepulturæ, eſt variabile: & hoc ceſſat, data electione illius cum iuramento, voto, aut promiſſione.

DVBIVM IV.

Elegit quis ſibi liberè Sepulturam, & poſtea inductus à Clerico, vel Religioſo, iurauit, vouit, aut promiſit illam non mutare, eritne irrita, & nulla electio illa ex ſuperueniente inductione?

BREVIARIVM.

Alienare.

Epiſcopus alienare non poteſt ſeruos, nec alia Eccleſiæ ſuæ bona. n. 9.

Seruum bene meritum Eccleſiæ alienare poteſt. n. 9.

Donare.

Nemo abſque Iudicis interuentione donare poteſt, de Iure Cæſareo, vltra centum aureorum ſummam. n. 8.

Lex.

Generalis poſterior, & indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem priorem, & iuxta illam interpretanda, niſi expreſsis verbis illi contradicat. n. 4.

Amplia 1. *etiamſi in Lege poſteriori adſit clauſula:* Non obſtante. *Quia intelligi debet de Lege contraria, quæ non poſsit cum poſteriore ſuſtineri per aliquam limitationem, aut diſtinctionem.* n. 4.

Amplia 11. *etiamſi prior Lex iam fuerit abrogata, per illam poſterior eſt limitanda, & iuxta illam interpretanda.* n. 5.

Non ſolum eſt limitanda Lex poſterior per priorem, ſed per illius rationem. n. 5.

Quando prior Lex ponit caſum ſpecialem, Lex noua generaliter loquens, illi ſpeciali caſui non derogat. n. 6.

Regula.

Vtile, per inutile non vitiatur. *Exponitur à* n. 3.

Quando vtile ab inutili ſeparari poteſt, vtile per inutile non vitiatur. n. 8. *Exemplis illuſtratur.* n. 8. 9. & 10.

Quando vtile ab inutili ſeparari non poteſt, per inutile vitiatur vtile. n. 10. *Vbi exemplo declaratur.*

Sepultura.

Electio Sepulturæ liberè facta, ſi poſtea, qui illam elegit, inductus à Clerico, aut Religioſo Eccleſiæ electæ illam non mutare promiſit, irrita electio redditur, & nulla. n. 1. & 2.

Qui ſic inductus elegit, aut non mutare promiſit, nullam poſtea eligere poteſt. n. 2.

In caſu electionis, & promiſſionis non mutandi Sepulturam electam, per inductionem, ſepeliendus eſt promittens, vbi de iure ſepeliri deberet, ſi nullam feciſſet electionem. n. 2.

Teſtis.

Qui vero miſcet aliquid falſitatis, eius teſtimonium, nihil, valet. n. 11.

CONCLVSIO.

QVi in aliqua Eccleſia ſibi Sepulturam liberè, 1
ſine voto, iuramento, aut promiſſione elegit, ſi poſtea inductus à Clerico, vel à Religioſo eiuſdem Eccleſiæ, iurat, vouet, aut promittit electam Sepulturam non mutare, electio præcedens irrita, & nulla redditur per promiſſionem illam factam ex dicta inductione.

Ita docet Gloſſa, *in cap. Animarum, verbo eodem, el* 1. *de Sepulturis, lib.* 6. & Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 2. *controuerſ.* 3. *concluſ.* 3. *pag.* 54. cum Natta, *conſil.* 432. *num.* 6. Cæſare de Graſſis, *deciſ.* 1. *num.* 1. *de Sepulturis.* Zecchio *de Republica Eccleſiaſt. cap.* 28. *de Parocho, num.* 17. *Fallentia* 2. Riccio, *in Praxi, part.* 4. *deciſ.* 128. & 563. Belletto, *Diſquiſitionib. Clericalib. part.* 1. *tit. de Clerico debitore,* §. 3. *num.* 17. Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.* 17. *num.* 2. Geminiano, *in cap. Licet,* §. *Quamuis, de Sepulturis, lib.* 6. Cardinale Tuſcho, *Litt. P. concluſ.* 97. *num.* 5. & cum Auguſt. Barboſa, *de Officio Parochi, cap.* 26. *num.* 19. refert etiam Samuellius, & allegat plures alios Scriptores, in præcedentibus recenſitos. Verba Gloſſæ, quam recenſui, huiuſmodi ſunt. Videlicet.

Nota, ſi quis induxerit aliquem ad vouendum, 2
iurandum, vel promittendum, vt eligeret Sepulturam in tali loco, non valet electio, immò quantum ad electionem Sepulturæ, decedit inteſtatus. Idem dicendum eſt, ſi nulla promiſſione, voto, vel iuramento præcedente, elegerit Sepulturam in vno loco, & poſtea iuret, vel promittat non mutare: quia tunc electio Sepulturæ caſſatur. Hactenus Gloſſa.

Et probatur concluſio *ex præallegato cap. Animarum* expreſsè prohibente, ſub nullitatis pœna, & ſub inhibitione, ne ſepeliantur in Eccleſia electa, nec alibi, niſi in Eccleſia in qua de iure ſepeliri deberent, ſi inteſtati deceſſiſſent, qui ex inductione cum voto, iuramento, aut promiſſione elegit Sepulturam, aut iam electam promiſit non mutare. Qui quidem caſus expreſſus, pro deciſione Dubij propoſiti facit. Verba dictæ Decretalis Bonifacij Octaui, quæ ſequuntur, ſunt. Diſtrictiſſimè prohibemus, ne „ aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum inducant, vt apud eorum „ Eccleſias Sepulturam eligant, vel iam electam, vlterius non immutent. Nos enim (ſi ſecus actum fuerit) „ electionem talem decernimus nullius pœnitus exiſtere firmitatis. Statuentes, vt ij, qui ſic elegerint, nec „ apud ſic electas Eccleſias, vllatenus ſepeliri, nec alibi.... poſſint eligere Sepulturam; ſed contradictione „ quacunque ceſſante, ſepeliantur omnino apud illas „ Eccleſias, apud quas ſepeliendi de iure fuiſſent, ſi „ aliàs Sepultura non electa forſitan deceſſiſſent. Hæc „ omnia in præalllegata Decretali.

Sed „

3 Sed obiicies. Vtile, per inutile non vitiatur. *Cap. Vtile, el* 38. *de Regulis Iuris, lib.*6. ab eodem conditum Bonifacio Papa Octauo per hæc verba. Vtile, „ non debet per inutile vitiari. Sed ſic eſt, quod electio iam ante inductionem facta, vtilis erat, valida, firma, & rata. Ergo & poſt inductionem, & promiſſionem ex vi illius facta, non immutandi Sepulturam iam electam, firma etiam erit, & valida, quamvis huiuſmodi promiſſio inutilis ſit, & infirma. Aliàs enim vtile, per inutile vitiaretur.

4 Reſpondeo primo: *cap. Vtile*, legem eſſe generalem, & poſteriorem lege *capitis Animarum*. Vnde, quamvis ad inuicem contraria ſibi eſſent iſta iura, poſterius deberet interpretari, & intelligi iuxta primum, cum expreſſis verbis illi non contradicat. Lex enim generalis poſterior, & indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem antiquiorem, & iuxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illi contradicat. Sanchez de Matrimonio, *tomo* 1. *lib.*2. *diſputat.*24. *num.*6. *ex L. Sed & poſteriores, ff. de Legibus*, ibi: Poſteriores Leges ad priores pertinent, niſi „ contrariæ ſint. Qua ratione (inquit) Gloſſa, *in L.* „ *Sciendum, verbo, Non compelli*, & ibi Bartholus, *in princ. num.*1. & Iaſon, *num.*4. *ff. Qui ſatis dare cogantur*, idem Bart. *in L. Omnes populi, quæſt.*3. *ff. de Iuſtitia, & Iure*: Balduſ, *Authentico, Offeratur, numero* 12. *initio*, *Cod. de Litis conteſtatione*. Abbas, *conſilio* 24. *num.*1. *verſic. Secundo principaliter, volum.*2. Decius, *ff. de Regulis Iuris, regula* 80. *numero* 11. *& reg.*90. *num.*12. Nauarrus, *Can. Placuit, de Pœnitentia, diſtinct.*6. *num.*148. *& in Summa Latina, cap.*27. *num.*260. innitentes huic doctrinæ, aſſerunt, illam Authenticam, *Offeratur*, multò poſteriorem, reſtringi per dictam legem *Sciendum*, antiquiorem. Quæ doctrina adeo eſt vera, vt procedat, licet in Lege noua, ſit clauſula: *Non obſtante*. Debet enim intelligi, de Lege contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri per aliquam limitationem, aut diſtinctionem, *vt Authent. de ſucceſſion. ab inteſtatu, circa princip.* & docet ibi Gloſſa, *verbo Vacantibus*. Bart. *ſuper extranagantem, Ad reprimendum, §. Non obſtantibus, num.*6. *& dicta. L. Sciendum, num.*2. vbi Iaſon, *num.*4. Idem Iaſon, *L.*1. *numero* 9. *ff. ſoluto Matrimonio, quemadmodum dos petatur*.

5 Immò licet anteriores Leges abrogatæ ſint; iuxta illas recentiores explicandæ. *L. Non eſt nouum, ff. de Legibus*. Et ita docent cum Barthol. Ludouicus Gomez, *Regula de Trienali, quæſt.*61. *verſic. Tertius intellectus*, Burgos de Paz, *L.*1. *Tauri, num.*570. Et non tantum per Legem ſpecialem anteriorem, ſed etiam per rationem legis prioris, poſteriores leges limitandæ ſunt. Vt docet Bart. *L. De pretio. ff. de Publiciana in rem actione*.

6 Et confirmatur: quia quando Lex antiqua ponit caſum ſpecialem, Lex noua generaliter loquens, non intelligitur derogare illi caſui ſpeciali, vt optimè Antonius Gabriel, *in* 2. *editione Communium, lib.*10. *verbo Lex, fol.*50. *columna* 2. vbi id colligit ex Bart. & ex aliis. Idem Azeuedo, *L.*5. *Recopilationis, tom.*4. *L.*1. *num.*52. Hæc omnia Thomas Sanchez.

7 Cum igitur Conſtitutio *Animarum* ſpecialis ſit, & anterior, & Conſtitutio *Vtile*, poſterior ſit, & generalis, & apertis iſta illi non verbis contradicat: nec clauſulam contineat *Non obſtante*: & cum prior abrogata non ſit, immò potius confirmata poſt poſteriorem (*Vtile* ſcilicet) per Clementem Papam Quintum *in Clementina Cupientes, §. ſanè, la* 3. *de pœnis*: & cum ratio prioris, adhuc ſubſiſtat: & cum denique, prior Conſtitutio præfata, caſum ponat ſpecialem, & poſterior generaliter loquatur, omnino tenendum eſt *caput Vtile* interpretari debere, intelligi, ac limitari, & reſtringi, per *caput Animarum*, & non è contra, & huic non derogari per illud. Vnde reſolutioni Dubij per me datæ, minimè obſtare quilibet Regula, *Vtile non debet per inutile vitiari*, nobis obiecta.

Secundo reſpondeo obiectioni: Regulam illam 8 ſolum poſſe habere locum, quando vtile poteſt ab inutili ſeparari. Tunc enim verum eſt, quod vtile, non vitiatur per inutile; ſecus autem quando vtile ab inutili ſeparari nequit. Quam vtique magiſtralem diſtinctionem menti tenendam, tradit Gloſſa, *in dictum caput*, vbi plura reddit exempla, demonſtrantia vtile, per inutile non vitiari, quia vnum ab alio ſeparari poteſt. Pro primo ſupponit, neminem donare alteri poſſe, ſine Iudicis interuentione, vltra ſummam centum aureorum, *ex L. Sancimus, Codice de Donationibus*. Quo ſuppoſito, ponit caſum, quod quidam alteri donet contra diſpoſitionem dictæ legis, mille aureos: & inquirit, An donatio valeat quantum ad centum, quæ donare illa permittit; an vero quoad omnes inualidè donet? Et reſpondet, valere donationem, quoad centum aureos: & hoc per rationem textus. Videlicet: *quia vtile non debet vitiari per inutile*. Et addit diſtinctionem præfatam, dicens. *Quod verum eſt quando vtile ſeparabile ab inutili*.

Secundum hoc adducit exemplum, quod ſi Epiſ- 9 copus, vel alius Prælatus, (qui in vim Canonis, *ſi quos*, 12. *quæſt.*2. manumittere benè poteſt ſeruum Eccleſiæ ſuæ bene meritum, non obſtante prohibitione alienandi ſeruos, & alia Eccleſiæ bona, aliàs ſæpe à ſacris ſtabilita Canonibus,) manumittat quendam ſeruum bene meritum ſuæ Eccleſiæ, & ſimul det ſeruo ipſi poſſeſſionem Eccleſiæ: manumiſſio valida erit: quia per adiectionem donationis poſſeſſionis, quæ ſeparari bene poteſt, non vitiatur. Manumiſſio enim eſt vtilis; donatio autem inutilis. Si ergo vtile, per inutile non vitiatur, iuxta deciſionem textus, per adiectionem donationis, quæ inutilis eſt, non vitiabitur vtilis manumiſſio.

Gloſſa ſecunda eandem tradit diſtinctionem. Et 10 vltra exempla ſupra dicta, multa alia in medium profert, de vtilibus, & inutilibus ſeparabilibus, in quibus habeat locum textus *in cap. Vtile*: è quibus vnum eligere libuit deſumptum *ex L.*1. *ff. de aqua quotidiana, & æſtiua, §. Trebatius*. Vbi habetur, quod ſi habeo ſeruitutem ducendi ad aquam, certum numerum pecorum, ſi plus ducam, ſuperflua poterit Dominus remouere. Et aliud, in quo diſpoſitio *dicti capitis Vtile*, locum nequeat habere, ex eademmet Lege, *in §. Item quæritur*, deſumptum: vbi dicitur, quod ſi habeo ſeruitutem ducendi certam aquam, per fundum tuum, & ego aliam aquam illi miſceo, quod à tota potero prohiberi. Et reddit diſparitatem, dicens. Ratio ergo diuerſitatis eſt, quia pecora ſeparabilia ſunt; aqua miſta, inſeparabilis: ideo in primo, prohibeor ſolum a ſuperfluo; in ſecundo, à toto. Pro quo, plura alia iura ibi allegat, quæ breuitati conſulens, lubens recenſere omitto.

Cum ergo electio Sepulturæ liberè facta, ante 11 omnem ſuaſionem, ſeparari in effectu ſepelitionis, minimè valeat ab electione poſtea ex inductione facta, cum iuramento, voto, aut promiſſione, hinc eſt, quod prior electio vtilis, inutilis reddatur per ſecundam. Vnde non eſt vniuerſaliter verum,

quod

quod vtile, per inutile non vitietur. Licet enim regulariter vtile non vitietur per inutile, vitiatur tamen, vti docet præfata Gloſſa, quando adeſt ſpecialis ratio, qualis eſt iſta ſeparationis: Immò & quando ſpecialis caſus contra regulam generalem apparet in Iure expreſſus. Qualem certè inuenimus *in canone Pura, el* 17. 3. *quæſt.* 9. vbi à D. Ambroſio quæſito *in libro de Paradiſo Dei*, ſi teſtis admiſcet vero
» aliquid falſitatis, an eius teſtimonium valeat? Reſ-
» pondit, quod non. Quia pura, & ſimplex teſti-
» monij ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis dum
» ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo adiicit, totam
» teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil
» igitur, quod bonum videtur addendum eſt. Hacte-
» nus in canone illo, ex D. Ambroſio Mediolanenſi
» Archipræſule deſumpto.

12 Et Gloſſa, *verbo Aliquid*, ait. Argument. Vtile, per inutile vitiari, vt 12. *quæſt.* 2. *Si quos, de ſeruis. Diſtinct.* 27. *Si quid veri...* Sol. Vtile, per iuutile vitiatur, vbi inuenitur expreſſum. Sed in Iure noſtro *capitis Animarum el* 1. *de Sepulturis, lib.* 6. inuenitur expreſſum, quod electio iam facta nullius exiſtat firmitatis ſi eligens inductus à Religioſo, vel Clerico iurauerit, promiſerit, aut vouerit illam non mutare. Ergo electio vtilis Sepulturæ, per inutilem ſuperuenientem promiſſionem non mutandi illam, vitiatur. Vndè contraria ſententia, quam tenet vterque Roderiquez, Emmanuel, *tom.* 3. *quæſtion. Regular. quæſt.* 58. *artic.* 7. *dub.* 1. *caſu* 1. & Hieronymus, *in illarum Compendio, reſolut.* 128. *num.* 7. mihi non ſatis probatur.

DVBIVM V.

An per caput Animarum, & per Clementinam Cupientes, prohibeatur Religioſis, & Clericis, ne inducant ad electionem Sepulturæ pro ſuis Eccleſiis faciendam in Teſtamento, aut Codicillo?

BREVIARIVM.

Sepulchrum. Sepultura.

Licitè inducunt Clerici, & Religioſi ad electionem Sepulturæ faciendam in Teſtamento, aut Codicillo Iure Canonico. n. 1. 2.

CONCLVSIO.

1 ELectio Sepulturæ facta in Teſtamento, aut Codicillo, non eſt in Iure prohibita, *nec in cap. Animarum, nec in Clementina Cupientes.* Facta ſcilicet ex inductione Clerici, aut Religioſi. In eo enim ſenſu procedit reſponſio, quo reſpondeat quæſitui.

Hanc concluſionem tenet Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regul. tom.* 2. *part.* 4. *verbo Sepultura, quoad Regulares num.* 7. ibi. Nec qui inducunt ad eligendam Sepulturam in Teſtamento, ſeu Codicillo, & allegat Theſaurum, *in Praxi, part.* 2. *verbo Sepultura, cap.* 3. & alios penes cum tenet etiam Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *num.* 38. cum Bonifac. *in præfatam Clementinam, Cupientes, num.* 74. Toleto, *lib.* 1. *cap.* 36. §. *Quarta.* Franciſco Suarez, *tom.* 5. *in* 3. *partem D. Thomæ, de Cenſuris, diſputat.* 22. *ſect.* 4. *num.* 25. Gregorio Sayro, *in Theſauro, lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 9. Allegat & Emmanuelem Roderiquez, *tom.* 3. *quæſtionum Regularium quæſt.* 58. *artic.* 7. *in fine*; ſed ibi de hac non differit, nec loquitur difficultate.

Ratio concluſionis eſt, quia inducere ad eligen- 2
dam Sepulturam in Teſtamento, aut Codicillo, non eſt inducere ad eligendam illam cum iuramento, voto, aut promiſſione. Ergo Iura in titulo Dubij propoſita, non ſunt extendenda ad inducentes, ad electionem Sepulturæ in Teſtamento, vel Codicillo faciendam, nec ad electionem ſic, ex huiuſmodi inductione factam. Antecedens, per ſeipſum, ex ipſis terminis patet. Conſequentia verò probatur: quia recenſita Iura, pœnalia ſunt. Ergo extendi neutiquam debent, nec poſſunt quidem, ad caſum in ipſis non expreſſum, ſed ad expreſſum arctari. *Cap. Odia, de Regulis Iuris in* 6. *L. Interpretationem, ff. de Pœnis.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Duello, inquiſit.* 6. *num.* 10. *ex L. Cum quidam, ff. de Liberis, & poſthumis.*

DVBIVM VI.

An Religioſi, vel Clerici inducentes ad eligendam Sepulturam in ſuis Eccleſiis, ſi non inducant ad iurandum, vouendum, aut promittendum, pœnas incurrant inflictas in cap. Animarum, *&* in Clementina Cupientes, *& electio ipſa irrita ſit, & nulla?*

BREVIARIVM.

Sepulchrum. Sepultura.

Inducere ad eligendam Sepulturam in propria Eccleſia ſine iuramento, voto, aut promiſſione, in Iure non prohibetur. n. 1.

Clerici, & Religioſi inducentes ad eligendam Sepulturam in ſuis Eccleſiis, ſi non inducunt ad iurandum, &c. pœnas non incurrunt à Iure inflictas. n. 1.

Electio facta Sepulturæ ex inductione, non tamen ex inductione ad iurandum, vouendum, aut promittendum, non eſt irrita in vim Iuris Canonici. n. 1.

CONCLVSIO.

CLerici, & Religioſi non incurrunt pœnas in- 1
flictas à Iure, *in capite Animarum el* 1. *de Sepulturis lib.* 6. & *in Clementina Cupientes, de Pœnis*, ſi ad iurandum, vouendum, aut promittendum electionem Sepulturæ non inducunt, aut ad non mutandam iam electam, neque electio irrita eſt in vim dictorum Iurium, eſto ſuaſerint, aut induxerint ad faciendam dictam electionem in ſuis Eccleſiis, aut ad non mutandam Sepulturam in illis electam.

Ita docent Syluester, *in Summa, verbo Excom-* 2
municatio V II. num. 49. *dub.* 1. cum Archidiacono.

D. Antoninus, *in Summa, parte 3. tit. de Excommunicatione, cap. 51.* Emmanuel Roderiquez, *tom. 3. quæstion. Regul. q. 58. artic. 7. versic. vltimo*, dicens. Secundùm notabile est, quod dicta Constitutio (loquitur *de dicto c. Animarum*) non habet locum contra simpliciter exhortantes ad eligendam Sepulturam, non interueniente promissione, vel voto, seu iuramento. Quia hi tales non incurrunt pœnas eius. Ita tenet Ioannes Andreas, & Ioannes de Lugo, & alij, quos refert Gregorius Lopez, *in L. 5. tit. 13. art. 1.* Docent etiam Ioann. Bapt. Lezana, *in Summa quæstion. Regular. tom. 2. part. 4. verbo Sepultura, numero 7.* cum Franc. Suarez, *in 3. partem D. Th. tomo 5. disputat. 22. sect. 4. numero 25.* dicto Roderiquez, *in Summa, tom. 4. capite 103. conclusione 10.* Portellio, *in Dubiis Regularium, verbo Sepultura, in Additionibus, numero 3.* Pasqualigo, *decis. 373.* & Glossa, *in dicto capite Animarum* vbi postquam asseruit, pœnam *in dicto capite* contentam, *& in Clementina Cupientes* incurrere Religiosos inducentes aliquem ad promittendum, iurandum, vel vouendum, quod eligat Sepulturam penes se, hoc est in eorum Ecclesia, sic inquit. Sed quis si induxerunt solum ad eligendum, vtrum puniantur ista pœna? Respondet, quod non. Et hanc reddit rationam. Nam licet per votum, iuramentum, vel promissionem tollatur libera facultas; non tamen per electionem. Quia licet elegerit quis Sepulturam in vno loco, potest postea eligere in alio. Ioannes denique Ægidius Trullench, nostram conclusionem tenet, *tomo 3. tract. de Iure Parochi, capite 9. dub. 5. num. 19.* ibi: neque inducens ad eligendum tantum, si non inducit ad vouendum, vel iurandum, vel promittendum.

3 Dictis addo efficacem hanc rationem, quam tetigit Magister Lezana, *loco proximè allegato.* Quia scilicet præfata Constitutio *Animarum* solum loquitur de inducentibus ad vouendum, iurandum, seu promittendum, non autem ad eligendum vtcumque Sepulturam. Quod patet ex ipsiusmet textus inspectione. Ait enim ibi Bonifa-
" cius Papa: districtissimè prohibemus, ne aliquos
" ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu
" aliàs promittendum inducant, vt apud eorum
" Ecclesias Sepulturam eligant, vel iam electam vl-
" terius non immutent. Ergo non est extendenda illius dispositio, ad simplicem inductionem electionis Sepulturæ. Patet consequentia. Quia illius dispositio pœnalis est, & odiosa. Ergo extendi non debet ad casum in ea non expressum. Tritum enim valde est in Iure, quod pœnæ, & odia restringi debent ad casus expressos, & vltra eos non extendantur. De quo nonnihil dixi *Dubio præcedente num. 2.*

***

DVBIVM VII.

Elegit quis cum voto, iuramento, aut promissione sepeliri in Ecclesia, in qua de Iure tumulari deberet si in electa decederet Sepultura; inductus tamen à Religiosis, vel Clericis eiusdem Ecclesiæ: Poteritne in illa sepeliri Ecclesia?

BREVIARIVM.

Declaratio.

Non habet locum in claris. n. 4.

Dictio *Omnino.*

Omnia indistinctè, ac omni ex parte comprehendit. n. 5.

Excludit omnem gratiam, & dispensationem. n. 6.

Præcisam importat exequutionem. n. 6.

Regula.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. n. 8.

Sepulchrum, Sepultura.

Qui cum iuramento, voto, aut promissione elegit sepeliri in Ecclesia, in qua de Iure sepeliri deberet, si in electa decessisset Sepultura, in illa est tumulandus non obstante tali electione, ex inductione Clerici, aut Religiosi eiusdem Ecclesiæ facta. n. 1. & seqq.

Non tamen in vi electionis, sed ex Iuris dispositione. n. 5. & 7.

Per huiusmodi electionem, non perdit quis ius, quod ei de Iure competebat. n. 2. & 3.

In fauorem Ecclesiæ, cui Sepultura debetur, emanarunt Decretalis Animarum, *& Clementina* Cupientes n. 3. & 8.

CONCLVSIO.

IN Sepulchro, & in Ecclesia in qua quis de Iure 1
sepeliri debet, inelecta Sepultura decedens, sepeliendus est, qui ex inductione Clerici, aut Religiosi eiusdem Ecclesiæ, cum voto, iuramento, aut promissione in ea elegit sepeliri. In Sepultura scilicet Maiorum suorum, & in istius defectu, in sua Ecclesia Parochiali.

Ita docent Sylvester, *in Summa, verbo Excommunicatio* VII. *numero 49. dub. 3.* cum Ioanne Andrea. Ioannes Ægidius Trullench, *tom. 3. tract. de Iure Parochi, capite 9. dub. 5. numero 16.* Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæstion. Regular. quæst. 58. artic. 7. versic. Primum dubium est.* Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum, qq. resolut. 128. numero 6. pag. 915.* cum Franc. Suarez, *tomo 5. in 3. part. D. Thomæ, Disputat. 22. sect. 4. à numero 25.* & Portellio, *verbo Sepultura, numero 3. & 4.* & Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 2. controuers. 6. conclus. 2.* cum Pasqualigo, *decis. 378.* & petro de Vbaldis, *de Canonica Episcopali, capite 11. num. 13.* Libuit Hieronymi præfati verba recensere, quia quæ alij, in hoc casu dixerunt Doctores, breuiter, fundamentaliter ipse resoluit. Quæ sequuntur sunt.

Circa quam Constitutionem, (capitis scilicet 2
Anima

Animarum,) notandum est primò, quod non perditur ius Sepulturæ, si aliàs vouens, iurans, aut promittens, sepeliendus erat de Iure communi apud Ecclesiam vbi extat suorum parentum, seu Maiorum Sepultura. Quia eo casu non sepelitur virtute electionis factæ per votum, vel iuramentum, sed virtute Iuris communis, disponentis, morientis ab intestato, in loco Maiorum esse sepeliendum. Immo, & sic suadens, non videtur peccare contradictum Decretum. Id enim emanauit in fauorem Ecclesiæ vbi defunctus habet ex Iure Sepulturam, cui ipse suadens per suam suasionem vires obtulit. Hactenus Hieronymus Roderiquez.

3 Quocirca Sylvester, *loco allegato*, ait, quod ista quæstio est indubitata. Quia ista Constitutio emanauit in fauorem Ecclesiæ, cui Sepultura debetur. Vnde, in eius pœnam retorqueri non debet. *De Regulis Iuris. Quod ob gratiam lib.* 6. Item licet inducens peccet auferendo libertatem eligendi; tamen certat de debito retinendo. *Codice de Conditione*, *L. finali.* Idem Petrus de Ancharrano. Hæc Sylvester.

4 Nec valet si quis obiiciat textum ipsum *in dicto capite Animarum*, vbi disertis verbis videtur decerni oppositum, ibi: statuentes, vt ij, qui sic elegerint, nec apud sic electas, vllatenus sepeliri, nec alibi possint eligere Sepulturam. Verba enim: nec apud sic electas: cum clara sint, interpretatione non indigent, aut declaratione. Declaratio enim non habet locum in claris. Rota, *in Pampilonensi*, *de stella*, *Veneris* 29. *Octobris*, *Anni* 1621. coram R. P. D. Coccino Decano, cum Castro, *in L. Hæredes*, §. *Si quid numero* 4. *in fine ff. de Testamentis*, *& consil.* 22. *colum finali*, *versic. Præterea dicta Declarationi lib.* 1. *Decis. consil.* 114. *n.* 5. *versic. Et dicit hoc procedere.*

5 Non inquam valet. Quia Bonifacius Papa in recensita Decretali, tantum intendit annullare, & irritare electionem Sepulturæ factam cum voto, iuramento, aut promissione ex inductione Religiosi, aut Clerici sæcularis eiusdem Ecclesiæ, quà talem, & reduplicatiuè, & illius effectum, provt illius effectus est huiusmodi electionis interdicere. Ex eodem enim textu, id euidenter apparet. Quia immediatè post verba nobis obiecta, hæc profert Pontifex; sed contradictione quacumque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de Iure fuissent, si aliàs Sepultura non electa forsitan decessissent. Expende verba: sepeliantur omnino: quæ certe non solum conclusionem nostram non euincunt, sed potius corroborant, firmissime fulciunt, conuincunt. Dictio enim *Omnino*, omnem aliam Ecclesiam, & Sepulturam excludit vti in similibus respectiuè casibus, grauissimi resoluunt Doctores, vti Marcus Vidal, *in Arca vitali*, *tit. de Matrimonij Sacramento*, *pag. mihi* 342. *numero* 40. *in fine.* Ioannes Bapt. Lezana, *tom.* 2. *verbo Dictio*, *num.* 28. vbi ita fatur. Dictio *Omnino*, indistinctè, ac omni ex parte omnia comprehendit. Augustinus Barbosa, *de Potestate Episcopi*, *part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 6. *pag.* 304. ibi: vbi dictio illa: *Omnino*, indistinctè omnes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat, iuxta notata per me *in Remissionibus de Dictionibus*, *& Clausulis*, *dictione* 206.

6 Prædictis consonat Thomas Sanchez, *tomo* 1. *de Matrimonio*, *lib.* 1. *disputat.* 32. *numero* 6. & non pauca addit ad casum nostrum satis opportunè. Tertia differentia (inquit) est, si contractus firmetur iuramento, non licet amplius contrauenire: nec peti potest absolutio, nec facta solutione, datur repetitio, sed contractus omnino firmus, & irreuocabilis manet: quod significant illa verba *dict. Authent. Sacramenta*, ibi: inuiolabiliter custodiantur: „ & verba illa *capitis* 2. *de Pactis*, *in* 6. ibi: Omnino „ seruari debebit. Vt ibi animaduertunt Dominicus, „ *num.* 3. Francus, *num.* 4. Nam dictio *Omnino*, importat absque aliqua dispensatione: quia est dictio præcisa, vt docet Iason *L.* 1. *n.* 3. *ff. de Iurisdictione omnium Iudicum*, Alber, *in Dictionario*, *verbo Omnino.* Bertach. alios allegans, *in Repertorio*, *eodem verbo.* Et ita importat præcisam executionem. Glossa *Clementinæ* 1. *verbo Omnino*, *de vita*, *& honestate Clericorum.* Præpositus, *cap. Tuæ*, *de Sponsalibus*, *num.* 10. *initio.* Vnde Tiraquellus, *L. Si vnquam*, *Cod. de reuocandis donationibus*, *verbo Reuertatur*, *n.* 78. *&* 79. multos referens, ait significare, sine vlla exceptione, sine remedio, & ad vnguem. Et *num.* 81. multis relatis ait, excludere omnem gratiam, & dispensationem: quod idem multis relatis docet Matienzo, *L.* 5. *Recopilationis*, *in Rubrica*, *Glossa* 1. *n.* 39. Hæc omnia, ad amussim, in doctissimo Sanchez, loco recensito, lego.

Et quod illa fuerit Summi Præsulis Bonifacij 7
mens, declarat ibi Glossa, *verbo Apud quas*, in hæc, quæ sequuntur prorumpens. Quid si Ecclesia ista de qua promiserat, sit illa, in qua ab intestato sepeliri debebat? Declarari debuisset. Quia si dicamus, quod ibi non debeat sepeliri; vbi ergo sepelietur? Et littera dicit, non apud illas, &c. Vnde posset dici, quod ibi sepelietur, non obligatione permissionis, licet potestate Iuris: sicut cum ex duabus seruitutibus remittitur altera, altera remanet. Hactenus Glossa.

Denique probatur nostra conclusio. Quia Boni- 8
facij Decretalis, dubio procul, in fauorem emanauit Ecclesiæ, cui sepelitio debetur, vti ex ipsamet apparet, cum præcipiat sub interdicti Ecclesiastici pœna, restitutionem fieri huiusmodi Ecclesiæ, tam cadaueris, quàm omnium, quæ occasione Sepulturæ illius Clerici, aut Religiosi alterius Ecclesiæ recepissent. Sed sic est, quod si in nostro casu, non sepeliretur in Sepulchro Maiorum suorum, nec in Ecclesia vbi illud existit, ob istius Decretalis prohibitionem, in damnum, & pœnam talis Ecclesiæ vbi illud existit, ipsa vergeret, contra eiusdem Bonifacij aliam Decretalem, *in cap.* 61. *de Regulis Iuris*, „
eodem lib. 6. Quod ob gratiam alicuius conceditur „
(inquit ibi,) non est in eius dispendium retorquendum. Ergo dicendum est, dictam non obstare Constitutionem *Animarum*, quominus possit, & debeat in Sepulchro Maiorum sepeliri suorum, qui cum voto, iuramento, aut promissione, ex inductione Clerici, aut Religiosi eiusdem Ecclesiæ, eligit ibi tumulari, & in Parochiali, desit Sepultura Maiorum.

***

DVBIVM VIII.

An Religioſi, vel Clerici inducentes ad eligendam Sepulturam in Eccleſia ſua, cum promiſſione non irreuocabili, pœnas incurrant Iuris, & electio ſit nulla?

BREVIARIVM.

Promiſſio.

Quænam obliget ad mortale: & quæ irreuocabilis ſit, declaratur. n. 3. 6.

Sepulchrum.

Electio Sepulturæ, ex inductione Clerici, aut Religioſi Eccleſiæ electæ facta cum promiſſione reuocabili, Iure non prohibetur Canonico. n. 1. & ſeq.

CONCLVSIO

1 NEc pœnas Iuris incurrit Religioſus, aut Clericus inducens ad eligendam Sepulturam in propria Eccleſia, cum promiſſione reuocabili, nec electio ſic facta, irrita eſt, & nulla Iure Canonico attento.

Ita docet Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tom. 2. part. 4. verbo Sepultura, num. 7.* vbi allegat Paſqualigum, *deciſ. 373.* Nullam reddit rationem Lezana, aut probationem. Ea autem probabiliſſima mihi videtur: Quia Bonifacius Papa Octauus, *in cap. Animarum, el 1. de Sepulturis, in 6.* nullitatem indixit electioni Sepulturæ factæ ex inductione Clerici, aut Religioſi cum voto, iuramento, ſeu promiſſione tollente libertatem nouam Sepulturam eligendi. Apertè ex
„ textu colligitur; ibi: ne contra votum, iuramen-
„ tum, aut promiſſionem huiuſmodi, à ſe factum,
„ materiam habeat veniendi.

2 Et ita quidem illum intellexit Gloſſa; quæ quidem, quæſito, An qui induxerunt ſolùm ad eligendum, incurrant pœnas dictæ Conſtitutionis, & Clementinæ *Cupientes, de Pœnis*? Reſpondit, quod non. Et hanc reddit rationem. Nam licet per votum, iuramentum, vel promiſſionem tollatur libera facultas, non tamen per electionem: quia licet elegerit quis Sepulturam in vno loco, poteſt poſtea eligere in alio. Ita Gloſſa. Sed ſic eſt, quod electio Sepulturæ facta ex inductione cum promiſſione reuocabili, non tollit libertatem, & liberam facultatem eligendi Sepulturam in alio loco, cum reuocari poſſit promiſſio, vt ſupponitur. Ergo nec electio Sepulturæ ex huiuſmodi inductione Religioſi, aut Clerici ſæcularis ſub promiſſione reuocabili nulla eſt, & irrita, nec inducens pœnas incurrit dictarum Conſtitutionum, & ſic in Iure inflictas.

3 Quod ſi petas, quænam ſit promiſſio reuocabilis, & quæ irreuocabilis? Breuiter reſpondeo pro nunc, promiſſionem irreuocabilem eſſe, quæ obliget ad mortale, ſub lethali ſcilicet culpa: quod tunc contingit, quando materia grauis ſit, & promiſſio ſerio, & cum animo ſe obligandi fiet, & ſit acceptata. Tunc enim reuocari non licet promiſſio, abſque graui virtutis Iuſtitiæ, aut alterius ei affinis violatione, iuxta tradita per Eligium Baſſæum, *tomo 1. verbo Promiſſio, num. 9.* Thomam Sanchez *tom. 1. de Matrimonio, lib. 1. diſputat. 5. dub. 3. num. 20. pag. mihi 11.* Gabrieli Vaſquez, *tom. 1. in 1. part. D. Thomæ, quæſt. 21. diſputat. 85. cap. 6. num. 42. verſic. Verum enim verò.* Leonard. Leſſium *de Iuſtitia, & Iure, lib. 2. cap. 18. dubitat. 8. num. 55.* cum D. Antonino, *in Summa, part. 2. tit. 10. cap. 1. §. 4.* Ricardo, *in 4. diſputat. 38. circa tertium principale, quæſt. 3.* Soto, *de Iuſtitia & Iure, lib. 7. quæſt. 2. artic. 1. ad primum*, & Martino ab Azpilcueta, Doctore Nauarro, *in Manuali, cap. 18. num. 6.* Et addit. Et videtur communis Canoniſtarum eſſe. Reuocabilis autem è contra erit promiſſio, quando ad mortale peccatum non obligabit, ob defectum ſcilicet grauitatis materiæ promiſſæ, ob defectum etiam animi ſe obligandi, & ob acceptationis defectum. Quolibet enim iſtorum deficiente, promiſſio reuocabilis cenſebitur in noſtro caſu.

DVBIVM IX.

An Religioſi, & Clerici, qui inducunt ad electionem Sepulturæ in ſuis Eccleſiis, cum iuramento, voto, aut promiſſione, ſequuto electionis effectu, Sepulturæ autem effectu non ſequuto, pœnas incurrant?

BREVIARIVM.

Excommunicatio.

Non eſt inflicta excommunicatio in cap. Animarum, de Sepulturis, *inducentibus ad electionem Sepulturæ cum iuramento, &c. in propria Eccleſia Clericorum, aut Religioſorum inducentium; ſed præceptum tantum.* n. 4. & 7.

Infligitur tamen excommunicatio Papæ reſeruata in Clementina Cupientes, de Pœnis. n. 4.

Sepulchrum, Sepultura.

Clerici, & Religioſi inducentes ad electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promiſſione irreuocabili, pœnas incurrunt, cap. Animarum, & Clementinæ Cupientes, *electione ſic facta, eſto ſepelitio ipſa non ſequatur.* n. 1. & ſeqq.

Illas tamen non incurrunt, electione non ſequuta cum iuramento, voto, &c. n. 2. 5. & 6.

Verba.

Intelligi debent cum effectu. n. 2. & 6.

CONCLVSIO.

REligioſi, & Clerici, qui inducunt ad electionem Sepulturæ in propria Eccleſia, cum iuramento, voto, aut promiſſione irreuocabili, iuxta *dubio præcedente* dicta, pœnas incurrunt, *in cap. Animarum el 1. de Sepulturis in 6. & in Clementina Cupientes, de Pœnis* inflictas, ſi inductus, elegit, cum iuramento, voto, aut promiſſione irreuocabili, in illa tumulari Eccleſia; ſecus autem, ſi non elegit. In caſu tamen electionis factæ, dictis ſubſunt pœnis, quamuis de facto poſtea, qui Sepulturam, provt præfertur elegit, in ea non tumuletur. 1

Ita docent Syluester, *in Summa, verbo Excommunicatio* 2

municatio VII num. 49. vbi dicit pœnas non incurrere, qui induxit prædicto modo, sed non est sequutus effectus, vt quia inductus illud non fecit ad quod inducebatur, secundùm Zabarelam *in dicta Clementina.* Verba enim debent intelligi cum effectu, maximè hoc casu, quo agitur de pœna spirituali. Hæc Sylvester. Eligius Bassæus, *tomo 1. verbo Sepultura, n. 2.* Trullench, *tomo 3. tract. de Iure Parochi, c. 9. dub. 5. n. 19.* ibi. Immo nec inducentem ad iurandum, &c. (incurrere scilicet censuram *Clementinæ Cupientes*) nisi sequatur effectus, nimirum si non vouit, iurauit, aut promisit eligere Sepulturam. Quia verba debent intelligi cum effectu; bene vero sic inductus postquam iurauit, aut vouit, reuocauit promissionem sic factam. Quia reuera inductus iurauit, &c. sicque fuit sequutus effectus inductionis, & violata Constitutio. Ita Barbosa, *de Officio, & potestate Parochi, cap. 26. num. 36.* Hactenus Trullench. Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæstion. Regularium, tom. 2. part. 4. verbo Sepultura, num. 7.* cum Portellio, *in dubiis Regularium, eodem verbo Sepultura, in Additionibus, num. 4.* & Thesauro, *in Praxi, parte 2. verbo Sepultura, cap. 3.* Emmanuel Roderiquez, *tom. 3. quæstion. Regular. quæst. 58. artic. 7. dub. 5. & in Summa* (provt refertur à Hieronymo Roderiquez, *in Compendio dictarum qq. resolut. 128. num. 27.* & Barbosa *vbi proximè pag. mihi 228.*) *tomo 4. cap. 130. n. 7.* & Hieronymus præfatus, *dicto num. 27.* vbi in sequentia prorumpit.

3 Clericum, vel Religiosum inducentem aliquem ad vouendum, vel iurandum electionem Sepulturæ apud propriam Ecclesiam, incurrere excommunicationem positam *in capite Animarum periculis de Sepulturis, lib. 6.* etiam non sequuto effectu Sepulturæ, intrepidè tenet Author *tomo 4. Summæ, c. 130. num. 7.* vbi ad cor rediens, de opposito se corrigit, quod dixerat *tomo 3. quæst. 58. artic. 7. §. Quinto circa*, quia inquit, verba prohibitionis iam hic sortiuntur suum effectum: siquidem actus talis inductionis consistit in quadam successione continua, qui vbi primum incipit, iam pro consummato habetur, vt in simili de subornatione ad Officia, diximus *supra retractatione 11.* Atque ita in hanc partem se inclinat Suarez, (quamuis oppositum probabile iudicet) *tomo 5. de Censuris, disputat. 22. sect. 4. n. 26.* & faciunt tradita ab eodem, *ibidem, disputat. 4. sect. 5. n. 5.* Hactenus præfatus Hieronymus Roderiquez.

4 In quibus, huius Authoris verbis, duo adnoto, in quibus, ni fallor, se decepit. *Primum* est, *in capite Animarum*, positam esse, & inflictam Excommunicationis pœnam. Quæ certè inflicta neutiquam fuit: quia tantum in illa Decretali, præter nullitatem electionis Sepulturæ, & priuationem sepelitionis in alia Ecclesia, quam in ea, in qua de Iure sepeliendus esset, si intestatus decederet, præceptum in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis, æternæ, vniuersis Religiosis, & Clericis sæcularibus impositum, ne inducant ad electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promissione iniungitur. Excommunicatio autem nequaquam in dicta infligitur Constitutione, sed in Clementina *Cupientes* allegata.

Vtrumque dicit Glossa *in eodem cap. Animarum, verbo Æternæ*, sub hoc tenore, Hodie transgressores, excommunicati sunt ipso iure: nec absoluuntur ab alio, quàm à Papa, nisi in articulo mortis, *per Clementinam de Pœnis, Cupientes, in fine.* Vbi ly *Hodie*, denotat tempus in quo decretalem *Animarum* glossabat. Quasi diceret, in vim huius textus, eius transgressores excommunicationi non subsunt; iam tamen est eis excommunicatio reseruata, inflicta, per superuenientem Cõstitutionem *Clementinæ Cupientes.* Et quidem hæc, ex abundanti dicta sunt; nam ad probationem sufficiebat dicere, excummunicationẽ *in c. Animarum* non exprimi. Ergo non potest dici, quod in isto illa infligatur. Pœna enim per legem infligi minimè censetur, nisi in illa exprimatur.

Secundum est, sensisse, Emmanuelem Roderiquez 5
quæst. 58. artic. 7. oppositum, quod in allegato Summæ loco, & in eo se correxisse. Vtrobique enim docuisse incidere in pœnas inflictas per Constitutiones præfatas inducentes ad electionem Sepulturæ cum voto, &c. sequuta tantum dicta electione, & non sequuta sepelitione: atque adeo sequuto primo effectu electionis, & non sequuto effectu illius secundo, licet primario in intentione, qui est actualis tumulatio, sentit Lezana, *n. 7 allegato*, siquidem ibi Emmanuelem pro se, & pro nobis allegat, *dicto artic. 7.* & merito quidem, quia ibi idem tenere demonstrat: sic enim eo in loco fatur.

Quinto circa eandem Constitutionem (*Animarum* 6
scilicet) dubitatur, An si Clericus, vel Religiosus inducat aliquem ad vouendum & tamen non est sequutus effectus, quia moribundus noluit vouere, an scilicet incidat in excommunicationem huius Constitutionis? Respondetur, quod Zabarela, dicit, quod ex sola inductione, non sunt excommunicati, nisi inductio effectum sortiatur: vt quia scilicet inductus fecit illud ad quod fuit inductus. Verba enim debent intelligi cum effectu, maximè in hoc casu, in quo agitur de pœna spirituali, quod ex dictis in superioribus maximè constat.

Hæc ad amussim Emmanuel, qui minus bene do- 7
cet, sicut Hieronymus eius nepos, Caput *Animarum* sæpe recensitum, sententiam excommunicationis continere contra Religiosos, & Clericos inducentes ad eligendam Sepulturam in propria eorum Ecclesia, cum iuramento, voto, aut promissione.

DVBIVM X.

An qui non inductus à Clericis, vel Religiosis, Sepulturam elegit cum iuramento, voto, aut promissione, aut promisit iam electam non mutare, validè elegerit, aut promiserit?

BREVIARIVM.

Concessum.

Quod non est expresse prohibitum, censetur concessum. n. 3.

Iuramentum.

Iuramenta mulierum constante matrimonio, sponte, sine vi, & dolo facta, quibus alienationes rerum dotalium firmantur, seruari debent. n. 4.

Iuramentum quo quis electionem Sepulturæ à se factam, aut promissionem electam non mutandi firmauit, sub periurio seruari debet. n. 5.

Sepulchrum.

Qui sponte, non coactus elegit Sepulturam cum iuramento, voto, aut promissione, aut electam non mutare promisit, valide elegit, & promisit. n. 1. 2. & 3.

Tenetur ſepeliri in Sepultura electa cum iuramento, voto, aut promiſſione ſponte factis. n. 4. 5.

CONCLVSIO I.

1 QVi ex proprio motu, ex deuotione, vel veritus ne mortis tempore ab aliis impellatur ad aliam eligendam, aut aliàs liberè, & ad nullius Religioſi, aut Clerici illius Eccleſiæ inſtantiam Sepulturam eligit cum iuramento, voto, aut promiſſione, aut ſub eodem vinculo promittit iam electam non mutare, validè eligit, aut electionem confirmat.

Ita docent D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. de Sepulturis, cap. 5. in in principio, & tit. 24. de Excommunicatione, cap. 51.* Ioann. Ægidius Trullench. *tom. 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num.* cum Angelo, *in Summa, verbo Sepultura, num. 40.* Ioannes Bapt. Venttiglia *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. §. vnico, num. 28.* cum Sebaſt. Medices, *tract. de Sepulturis, part. 1. quæſt. 15. num. 50.* Aloyſio Riccio *in Praxi, reſolut. 573. primæ partis,* & Marantta, *Controuerſ. part. 2. reſp. 14. num. 8.* Sylueſter *verbo Sepultura, quæſt. 5.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 2. controuerſ. 3. concluſ. 7. & controuerſ. 8. concluſ. 7. pag. 67.* cum Hoſtienſi, *in Summa, tit. de Sepulturis, §. Cum licitum, verſic. Quid ei quis.* Lauorio, *variar. Lucubration. tit. 2. cap. 11. num. 16.* Dilecto, *de Arte teſtandi, Cautela 7. Quo remedio, tit. de Sepulturis.* Vitalino, *in cap. Cupientes, num. 38. de Pœnis.* Aymon. *conſil. 10. num. 11. & 13.* Cæſare de Graſſis, *deciſ. 2. num. 12. de Sepulturis.* Stephano Gratiano, *tom. 2. Diſceptation. forenſ. cap. 210. num. 20.* Franco, *in cap. 1. num. 3. de Sepulturis lib. 6.* Ancharrano ibi, Riccio, *part. 2. deciſ. 662.* & aliis. Verba Samuellij recenſere libet.

2 Si quis tantum ex deuotione motus, abſque tertij præiudicio, ſano iudicio, ſepulturam ſibi elegerit, vt vereatur mortis tempore, ne ab aliis ſit impulſus ad ſuam electionem factam remouendam, eam ſibi elegit cum iuramento, tenetur illam ſeruare, & talis electio tenet, & non eſt in diſpendium ſalutis, *cap. Cum contingat, de Iureiurando, & cap. 1. de Pactis, in 6. iuncta L. Si quis in quibus, §. 1. ff. de Legatis.* Hæc ille in concluſione primo allegata; in altera verò ſic fatur.

Præfatum pactum, ſeu iuramentum, de ſe obligando ad aliquam certam eligendam Sepulturam, ſi liberum fuerit, id eſt ad nullius inſtantiam, & ſuggeſtionem Parochi, tunc valeret, & cogi poſſet ad illius obſeruantiam, niſi aliquid ſuperueniat, quod ante iuramentum cogitatum non fuit. Exempli gratia, ſi fiat Epiſcopus, aut Religioſus, vel locus eſſet occupatus, vel diſſipatus. Hæc omnia Franc. Maria Samuellius.

3 Probatur concluſio, breuiter, efficaciter tamen. Nullibi reperitur prohibita, aut annullata huiuſmodi electio voluntaria, & ſpontanea promiſſio non mutandi Sepulturam iam electam. Ergo huiuſmodi electio, & voluntaria promiſſio valida eſt. Antecedens probatur. Si alicubi eſt prohibita, & proirrita declarata huiuſmodi electio, aut eius ratificatio cum iuramento, &c. maximè *in cap. Animarum, el 1. de Sepulturis lib. 6.* Non ibi: quia non prohibetur, & irritatur in illa Decretali quæcumque electio Sepulturæ cum iuramento, &c. quocumque modo facta, ſed ex inductione Clerici, aut Religioſi eiuſdem Eccleſiæ electæ. Ergo nullibi eſt prohibita, & pro nulla, declarata. Conſequentia verò bene ex antecedente infertur. Quia concеſſum cenſetur, quod non eſt expreſsè prohibitum. *Capite Nuper, §. In ſecundo,* & ibi Gloſſa, *verbo Non retinuit, el 29. de ſententia excommunicationis ex L. Ex quibus cauſis maiores viginti quinque annis, in integrum reſtituantur. L. Nec non, §. Quod eis,* & Gloſſa *in can. Conſuluiſti, verbo Superſtitioſa, 2. quæſt. 4. ex Can. Lex Diuina, 27. quæſt. 2. L. Sancimus. & L. Quæſitum, ff. de Teſtibus.*

CONCLVSIO II.

QVi ſponte, & non inductus, cum iuramento, aut voto Sepulturam elegit, aut iam electam non mutare promiſit, in illa ſepeliri ſub iuramenti, aut voti reatu tenetur. 4

Hanc tenent Doctores pro prima allegati concluſione. Et probatur *primò* à ſimili, *ex cap. Cum contingat, el 28. de Iure iurando,* vbi Innocentius Papa Tertius, ſic decernit. Cum contingat interdum, quod conſtante matrimonio mulieres alienationibus ſuper rebus dotalibus, & donationibus propter nuptias conſentiant: ne vlterius contraueniant proprio Sacramento firmando, ac ſoluto, proceſſu temporis, matrimonio, contrauenire nitantur. Vtrum hoc eis liceat, à Nobis tua fraternitas requiſiuit. Nos autem fraternitati tuæ, taliter reſpondemus, quod etſi mulierum conſenſus in talibus non videatur obligatorius ſecundùm legitimas ſanctiones; ne tali tamen prætextu viam pertingat periuriis aperiri: mulieres ipſæ ſeruare debent huiuſmodi iuramenta, ſine vi, & dolo ſpontè præſtita, cum in alterius præiudicium non redundent, nec obſeruata vergant in diſpendium ſalutis æternæ. Hucuſque Innocentius in illa Decretali.

Secundò probatur in terminis noſtris, de Sepulturæ electione cum iuramento, voto aut promiſſione ex inductione facta per Clericos, aut Religioſos Eccleſiæ electæ, ex ſæpe recenſito *capite Animarum, el 1. de Sepulturis lib. 6.* vbi ita Bonifacius Papa Octauus. Nos enim.... ſtatuentes, vt hi, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas Eccleſias, vllatenus ſepeliri, nec alibi (ne contra votum, iuramentum, aut promiſſum huiuſmodi, à ſe factum, materiam habeant veniendi) poſſint eligere Sepulturam. Hæc Bonifacius, ex quibus efficax ſit pro noſtra concluſione argumentum tum. Si enim, qui non ſponte, ſed inductus, & ſic quodammodò coactus, elegit Sepulturam cum voto, iuramento, aut promiſſione, ne voto, iuramento, aut promiſſioni contraueniat, teneatur, quantum eſt ex ſe, ſtare electioni promiſſæ, illam vtique non mutando: qui omninò liberè illam cum eiſdem elegit vinculis, à fortiori tenebitur ab electione non reſilire. 5

DVBIVM

DVBIVM XI.

An Clerici, vel Religioſi, qui in Eccleſia ſua ſepelierunt, quem induxerunt ad eligendam Sepulturam cum iuramento, voto, aut promiſſione, teneantur abſque eo quod prius requirantur, oſſa illius, & quæ Sepulturæ occaſione receperunt, reſtituere?

BREVIARIVM.

Decimæ.

Conductores, & Feudatarij ſoluere debent, & ſine vlla mora Eccleſiæ Parochiali Decimas, non autem Clericis, aut Religioſis prædia in locationem, aut in feudum concedentibus, cum pacto, vt illas eis ſoluere tenerentur. n. 3. 4.

Interdictum.

Interdicto ſupponitur Eccleſia, quæ intra decendium, computandum de momento ad momentum, non reſtituit cadauer in ipſa ſepultum in vim electionis Sepulturæ factæ cum iuramento, voto, aut promiſſione, ex inductione Clerici, vel Religioſi eiuſdem Eccleſiæ. n. 9.

Lex.

Lex, ſeu ſtatutum, vbi aliquid mandat fieri, intelligitur ſi petatur, licet verba ſint præciſa, & neceſſaria. n. 10.

Peccatum.

Regula ad diſcernendum numerum peccatorum interruptorum aſſignatur. n. 6. 7.

In inueſtigando numero peccatorum interruptorum Confeſſarius ſeſe ſcrupulosè gerere non debet. n. 7.

Reſtitutio.

Clerici, & Religioſi, qui aliquem induxerunt ad eligendam cum voto, iuramento, aut promiſſione Sepulturam in propria Eccleſia, & ipſamet Eccleſia, ſtatim, nulla præmiſſa petitione, reſtituere tenentur Eccleſiæ, in qua ille de Iure ſepeliri debebat, omnia, quæ occaſione Sepulturæ illius acceperunt. à n. 1. ad 7.

Debent etiam intra decendium, de momento ad momentum computandum, reſtituere corpus defuncti, ſi tamen petatur. n. 8. 9.

Quicquid occaſione pacti electionis Sepulturæ recipitur, Eccleſiæ, cui de Iure debetur cadauer, reſtitui debet. n. 3.

Malè accipiens, ſemper eſt in mora culpabili reſtituendi. n. 4. & 5.

Quicunquè obſtrictus eſt oneri reſtitutionis ratione rei acceptæ, vel iniuſtæ acceptionis, aut retentionis, ſtatim ac commodè poteſt, reſtituere tenetur ſub lethali culpa, niſi dilationem obtineat à creditore, vel iſte ſit irrationabiliter inuitus. n. 5.

Toties quis peccat non reſtituendo, quoties proponit non reſtituere: & quoties ſe offert occaſio commoda reſtituendi, & non reſtituit, illam occaſionem aduertens. n. 6. 7.

Sepulchrum.

Religioſi, & Clerici, qui induxerunt ad electionem Sepulturæ in propria Eccleſia, & ipſa Eccleſia tenentur ſtatim reſtituere Eccleſiæ, cui de Iure corpus debebatur, omnia, quæ ratione receperant Sepulturæ, & cadauer (ſi tamen petatur, alias non) intra decendium, à die, & momento petitionis. n. 1. & ſeqq.

CONCLVSIO I.

EA omnia, quæ Religioſi, & Clerici qui aliquem ad eligendam Sepulturam apud ſuam Eccleſiam cum voto, iuramento, aut promiſſione induxerunt, & ipſa Eccleſia, receperunt, ac recepit, abſque vlla præuia requiſitione, aut petitione debent abſque aliqua reſtituere mora, Eccleſiæ illi, in qua inductus ſepeliendus erat de Iure, ſi ille in inducentium non fuiſſet Eccleſia tumulatus. 1

Ita docent Gloſſa, *in cap. Animarum. ſub initium, el 1. de Sepulturis, lib. 6.* Ioannes Ægidius Trullench, *tom. 3. tract. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 5. num.* 18. Syluester, *in Summa, verbo Excommunicatio V I I. num.* 49. 2

Gloſſa enim præfata, ſic fatur. Nota, quod ſepelientes aliquem indebitè, tenentur reſtituere, quicquid exindè receperunt, etiamſi non fuerint requiſiti. Hæc ibi. Et *verbo Decendium*, in ſequentia prorumpit. Sed in reſtitutione rerum, credo, quod ſtatim, currat: & ideò in rebus additum: ſi petantur. Iſta enim Conſtitutio, non intendit minuere, ſed addere ad decretalem, *Plerique*, ſupra *de Pactis*. Sed ibi ſine aliqua petitione, dicebatur eos obligatos ad reſtitutionem. Hæc omnia Gloſſa. Concilium autem Lateranenſe ſub Innocentio Papa Tertio, *in Decretali allegata Plerique, la 7. de Pactis*, quæ ſequuntur dicit, decernit.

Plerique (ſicut accepimus) Regulares Clerici, & ſæculares interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium Parochialium Eccleſiarum pactum adiiciunt, vt conductores, & feudatarij, decimas eis ſoluant, & apud eoſdem eligant Sepulturam. Cum autem id de auaritiæ radice procedat, pactum huiuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes, vt quicquid fuerit occaſione huius pacti perceptum, Eccleſiæ Parochiali reddatur. 3

Hæc Conciliare Decretum. Ex quo habemus, reſtitui debere quicquid percipitur occaſione pacti electionis Sepulturæ: quod interuenire, quando ex inductione eligitur illa, nefas ſit dubitare. Tollitur enim eligenti libertas illam mutandi, vt ſæpè in præcedentibus dictum eſt: quod ſine pacto fieri nequit.

Reſtitutio cuiuſcumque rei perceptæ occaſione pacti, abſque temporis præfixione, in hac iniungitur Decretali. In quo apertè demonſtrat, ſtatim, ſine vlla temporis mora, reſtitui illam deberi. Ita Decretalem, vti vidimus intellexit Gloſſa *in cap. Animarum*, quam, & Petrum de Ancharrano ſequutus eſt Syluester, *loco reddito*, dicens. Tenentur..., reſtituere.... omnia, quæ occaſione talis Sepulturæ eis obuenerunt, etiamſi non petantur, ſecundùm Gloſſam (& reddit Syluester rationem addens:) quia vt dicit Petrus de Ancharrano, malè accipiens, ſemper eſt in mora. Ita Syluester. 4

Quam vtique rationem ſequutus eſt, Sa quando dixit verbo Reſtitutio, paulò ante finem: Per nullum tempus licet alienum retinere, cum adeſt opportunitas reſtituendi. Sotus 3. *diſtinct. 4. quæſt. 9. artic. 1. columna* 18. Huc ſpectat Eligij Baſſæi doctrina, *tom 1. verbo Reſtitutio I V. §. I V. num.* 14. vbi ait. Quicumque obſtrictus eſt onere reſtituendi ratione rei acceptæ, vel iniuſtæ acceptionis, aut detentionis, tenetur ſtatim ac commodè poteſt reſtituere, niſi dilationem obtineat à creditore, aut niſi creditor 5

ſit irrationabiliter inuitus. Quia præceptum negatiuum non detinendi rem alienam, item non differendi ſolutionem debitam, omni tempore obligat. Tamen illud ſtatim, quo facienda eſt reſtitutio, non accipitur mathematicè, ſed moraliter: expectata ſcilicet opportunitate reſtituendi abſque dolo & fraude. Vndè debitor ex delicto, vel quaſi delicto, tenetur ſub mortali ſtatim reſtituere, ac commodè poteſt, alioquin cenſetur eſſe in mora. Hactenus Baſſæus ſequutus D. Thomam, 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 8. Syluium *ibi*, Gregorium Sayrum, *in Claui Regia, lib.* 10. *cap.* 4. Molinam, *tomo* 3. *tract.* 2. *diſputat.* 753. *num.* 2. & Ioannem Azorium *Inſtitution. Moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 34.

6 In eadem fuit ſententia Ludouicus Caſpenſis, *in Curſu Theologico, tomo* 2. *tract.* 18. *diſp.* 1. *ſect.* 2. *num* 19. vbi in hæc prorumpit. Tertiò etiam fit. Qui non reſtituit, toties de nouo peccare non reſtituendo, quoties proponit non reſtituere, ſicut qui proponit de nouo peccare, & ſimiliter, quoties ſe offert occaſio reſtituendi, & non reſtituit, illam occaſionem aduertens, & Dominus rationabiliter inuitus. Quæ regula ad diſcernendum numerum peccatorum pœnitentis, quando per multum tempus deſinit reſtituere, attendenda eſt à Confeſſario, pro integritate Confeſſionis.

7 Quam regulam ita certam, & veram eſſe ait Baſſæus, *allegato in loco, num.* 15. vt peccata in re aliena retinenda multiplicentur, quoties moraliter interrumpitur intentio, & voluntas non reſtituendi, per ſomnium, contritionem, &c. Admonet tamen Confeſſarios non debere ſeſe ſcrupulosè gerere, in inueſtigando numero peccatorum interruptorum, in retinenda re aliena; ſed ſufficit, ait, inueſtigare temporis ſpatium, quo res aliena detenta fuit, quo cognito, plus, vel minus cognoſcit numerum peccatorum, & ſtatum pœnitentis.

CONCLVSIO II.

8 CLerici, & Religioſi, qui in ſuis Eccleſiis tumularunt, quem induxerunt ad eligendam Sepulturam apud illas cum iuramento, voto, aut promiſſione, ſequuta tamen huiuſmodi electione, intra terminum decem dierum tenentur illius reſtituere cadauer Eccleſiæ, in qua de Iure ſepeliri debuiſſet, ſi non electa Sepultura deceſſiſſet; ſi tamen ab illa Eccleſia, ſeu ab eius petatur Miniſtris; ſecus verò ſi non petatur.

9 Hanc concluſionem tenent Gloſſa *in cap. Animarum citatum*, Sylueſter *vbi ſuprà*, Trullench, *tract. de Iure Parochi, cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 18. Gloſſa enim ſic fatur. Nota, quod tenentur reſtituere oſſa cadaueris, ſi fuerint requiſiti, & moniti ab Eccleſia; aliter non. Nota, quod ſi requiſiti, & moniti non reſtituant oſſa defuncti intra decem dies, Eccleſia ipſo facto ſupponitur interdicto. *Et verbo Decendium*, ita ait. Iſtud decendium in reſtitutione corporis currit ex quo petitum fuerit. Et Ioannes Andreas *in marginali*, dicit. Computato die perceptionis ſecundùm Archidiaconum. Et intelligo de momento ad momentum. Ipſe autem remittit ſuprà, *de Reſtitutione ſpoliatorum*, *Frequens*.

10 Auguſt. Barboſa etiam concluſionem noſtram tenet *in dict. cap. Animarum*, cum Lap. Abbate, Archidiacono, Ancharrano, Ioann. Andr. Geminiano, Monacho, Dominico, Francho, Viuiano, *in Rationabili, lib.* 3. *pag.* 244. Alagona, *in Compendio, pag.* 459. Filliucio, *tract.* 15. *cap.* 7. *q* 3. Iulio Lauorio, *Variar. Lucubration. tomo* 1. *tit.* 2. *de priſco*, & *recenti funerandi more, cap.* 11. *num.* 3. Bonacina *de Cenſuris extra Bullam, diſput.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 4. Vgolino, *de Officio Epiſcopi, cap.* 17. *num.* 1. *verſic. Item locum*, ſeipſo, *de Offic. & poteſt. Parochi, cap.* 26. *num.* 25. & aliis. Et *num.* 5. in illa verba textus: *Quam niſi fecerit, &c.* ait. Notatur ad hoc, quod Lex, ſeu ſtatum vbi aliquid mandat fieri, intelligitur ſi petatur, licet verba ſint præciſa, & neceſſitatiua vt per Tiraquellum *de Retractu Leg.* §. 1. *gloſſa* 10. *num.* 109. Surdus, *deciſ.* 57. *num.* 2.

DVBIVM XII.

An ſi in caſu reſtitutionis cadaueris, lis ſit mota, poſſit Eccleſia, cui illud eſt reſtituendum, exceptionem ſpolij opponere, & allegare Eccleſiam ſpoliatricem, non eſſe audiendam, niſi ante omnia facta reſtitutione, ſicut in cauſis fit ſpolij?

BREVIARIVM.

Sepulchrum.

Ortalite ſuper reſtitutione cadaueris, Eccleſia, cui reſtitui debet, exceptionem Spolij non poteſt opponere Eccleſiæ ſpoliatrici. n. 2.

Spolium.

In cauſis ſpolij, ſpoliatus allegare poteſt, partem aduerſam audiendam non eſſe, niſi prius reſtituatur ipſe. n. 1.

Spoliatus ante omnia debet reſtitui. n. 1.

HAnc difficultatem excitat & reſoluit Ioann. Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *de Electione Sepulturæ*, §. *vnico*, *num.* 44. *pag. mihi* 488. quem ad amuſſim recenſere duxi. Nota (inquit) ſextò, inter pœnas notatas contra inducentem aliquem ad electionem Sepulturæ contra textum (capitis ſcilicet *Animarum*, *el* 1. *de Sepulturis in* 6.) reperiri pœnam, quod Eccleſia in qua cadauer ſepultum eſt ex inductione, teneatur reſtituere oſſa, & oblationes Eccleſiæ, in qua aliàs ſine inductione erat ſepeliendum cadauer; in qua reſtitutione, ſi contigerit lis inter dictas Eccleſias, poſſet dubitari, An Eccleſia, cui facienda eſt reſtitutio, poſſit ante omnia opponere exceptionem ſpolij, & allegare, non eſſe audiendam Eccleſiam ſpoliatricem, niſi ante omnia facta reſtitutione, vt indubiratum eſt in cauſis ſpolij, & reſtitutionis ſpoliatum ante omnia eſſe reſtituendum vulgatis Iuribus. 1

Reſpondeo negatiuè. Quia Eccleſia, quæ prætendit reſtitutionem, nunquam fuit in poſſeſſione: Vndè non poteſt dici ſpoliata. Et hoc etiam, quia corpus defuncti non facilè vexandum eſt, & loco dimouendum. *L. fin. Cod. de Sepulchro violato, & in L. Nemo, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Innocentius, *in cap. Cum liberum, de Sepulturis.* Lauorius, *variarum Lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 9. *num.* 112. Rota, *deciſ.* 854. *in antiquis.* Hactenus Ventriglia. 2

DVBIVM XIII.

An pactum initum inter Parochum, & Religiosos, vt isti non possint ad Sepulturam certos admittere Parochianos, validum sit, & licitum, an verò illicitum, & nullum, sicut initum inter Parochianos, & Ecclesiasticos, Clericos, aut Religiosos illos ad Sepulturam inducentes?

BREVIARIVM.

Pactum.

Licitum, & validum est pactum, quo Regularium Conuentus adstringitur ad non sepeliendos in Ecclesia sua aliquos Parochianos n.1.& seqq.

*Per pactum, priuilegio derogatur.*n.2.3.4.

Priuilegium.

*Priuilegio derogatur per pactum illius, cui illud concessum fuerat.*n.2.3.4.

Sepulchrum.

Regulares, qui Parocho per pactum promiserunt aliquos non sepelire Parochianos, promissum, adimplere coguntur. n.3.4.

CONCLVSIO.

1 COnuentio inita inter Parochum,& Religiosos, seu inter Capitulum Ecclesiæ sæcularis,& Capitulum, vel Conuentum Regularium, valida est, & licita, in qua scilicet adstringatur Regulare Capitulum ad non tumulandos in sua Ecclesia hos,aut illos Parochianos.

Ita docent Glossa, *in cap. Pactum, verbo Elegerint,el* 1. *de Pactis, in* 6. D. Antoninus,*in Summa, part.*3.*tit.*10. *cap.*5. *de Sepulturis*, §.2. Batbosa, *in dict.cap.Pactum,num.*1. cum Lapo, Archidiacono, Abbate, Ancharrano, Butrio, Dominico, Franco, Viuiano; Alagona,& aliis. Emmanuel Roderiquez, *tom.*3.*quæstionum Regular. quæst.*58.*art.*7.*versic.Et aduertendum.*& Ioannes Ægidius Trullench,*tom.*3. *tract.de Iure Parochi, cap.*9.*dub.*5. *num.*14. Cuius, & Glossæ verba,quæ sequuntur sunt.

2 Nota (inquit Glossa,) quod licet tale pactum inter Ecclesias initum valeat, non tamen valet pactum, quod Parochianus promittit,vel obligat,vel iurat se Sepulturam electurum, vel electam non dimissurum. Hæc Glossa; Trullench autem,ista.Nota secundò cum Glossa in dicta Constitutione (capitis scilicet *Animarum el* 1. *de Sepulturis*, *lib.*6.) *verbo Sepultura*, quod inter duas Ecclesias benè valet pactum cum Rectore Ecclesiæ Parochialis factum cum quibusdam Religiosis, ne aliquos, vel certos ipsius Ecclesiæ Parochianos reciperent ad Sepulturam Ecclesiasticam, etiamsi Monasterium habeat indultum liberæ Sepulturæ à Summo Pontifice concessum, & Parochiani apud Religiosos elegerint Sepulturam. Quia per pactum præfatum indulto fuerant derogatum, & cessat dispositio nostræ Constitutionis, quæ edita est in odium Clericorum, & Religiosorum ad eorum auaritiam compescendam. Hucusque Trullench.

Nostra conclusio est expressè diffinita à Bonifa- 3
cio Papa Octauo, *in dicto cap. Pactum*, quod sic Ioannes Andreas summauit. Monachi habentes liberam à Sede Apostolica Sepulturam, si pacisc untur de non recipiendis aliquibus, vel certis Parochianis Ecclesiæ alicuius, seruare compelluntur pactum: nec illos sepelire poterunt, licet apud eos elegerint sepeliri. Cum per pactum, priuilegio renunciauerint. Hæc summa illius Decretalis; textus autem huiusmodi est.

Pactum cum Rectore, Ecclesiæ Parochialis Ec- 4
clesiæ factum à vobis, ne aliquos, vel certos ipsius „
Ecclesiæ Parochianos recipiatis ad Ecclesiasticam „
Sepulturam, omnino seruare debetis. Quanquam „
Sepultura libera sit Monasterio vestro ab Apostoli- „
ca Sede indulta: & illi apud vos elegerint sepeliri: „
Cum per dictum pactum indulto huiusmodi dero- „
getur. „

DVBIVM XIV.

An impedientes executionem legitimæ electionis Sepulturæ pœnas incurrant, & quas, præter in præcedentibus recensitas?

BREVIARIVM.

Hæres.

Hæres, qui res subtrahit hæreditarias, quartam Trebellianicam, & Ius institutionis debitum perdit. num.2.

Præiudicare.

In acquirendis, præiudicare possunt Parochus, & Prælatus Ecclesiæ, aut Monasterio suo, & seruus Domino; secus in acquisitis. n.2.

Vide verbo Delictum, *& verbo* Prælatus.

Restitutio.

Parochus violenter rapiens, vel spolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, restituere tenetur cadauer, & quicquid cum eo accepit,& ius, quod habebat, & quartam Canonicam perdit. n.1. & seqq.

Item, Si totus Conuentus, aut maior illius pars, violenter funus spoliet, ad similem tenetur restitutionem; secus si minor pars, aut Prælatus violenter spoliet. n.2.

Qui violenter officium pro defunctis facit, tenetur restituere candelas,& quicquid de funere accepit. num.7.

Sepulchra.

Officium super cadaueribus, quæ in Regularium Ecclesiis sepeliuntur,ad ipsos Regulares facere spectat, non ad Archipresbyteros, aut Parochos, etiam Cathedralium. n.7.

Quæ restitui debeant ob violentum spolium funeris, aut officium pro defunctis, Vide verbo Restitutio.

CONCLVSIO I.

PArochus violenter rapiens, vel spolians funus 1
antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, tenetur restituere cadauer, & quicquid cum eo accepit, & perdit Ius, quod habet, & quartam Canonicam.

Ita docent D. Antonius, *in Summa, part.3.tit.10. cap.5. de Sepulturis*, cum Hoſtienſe Bernardus, *in cap.Cum liberum el 6. de Sepulturis*, vbi Abbas Panormitanus, *num.3.* Roderiquez, *tom.3. quæſtion. Regular. quæſtione 61. artic.3.* Ioannes Bapt.Lezana, *in Summa quæſtion.Regular tom.2.part.4.verbo Sepultura, num.10.* Ioann. Ægidius Trullench, *tom.3. tract. de Parocho, cap.9.dub.5.num.19. in fine*, cum Portellio, *ad Dubia Regularia, verbo Canonica portio, num.6.* & Hieronym. Roderiquez, *in Compendio, quæſt.Regular.reſolut.129.num.14.* Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2.lib.2 cap.10. num.27. de Iure Parochi, part.3.cap.26 num.27. & in dict.cap.Cum liberum, num.1. & ſeqq.* cum vtroque Abbate, antiquo, & Panormitano, Innocentio, Zabarella, Ioanne Andrea, Anania, Butrio, Ancharrano, Henrico, Viuiano, *in Rationali libri tertij Iuris Pontificij, pag.239.* Alagona, *in Compendio Iuris Canonici, pag.456.* Dueñas, *Regula 397. limit.9.* Farin. *in Praxi criminali, par.1.q.20.n.123.* qui loquitur de Sacerdote Parochiali, corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, violenter rapiente, & funus ſpoliante (verba Barboſæ recenſeo,) quod teneatur totum reſtituere, quod accepit, & perdere debeat quartam Canonicam. Lauorius, *Variarum Lucubrationum, tom.1. tit.2. cap.9. num.121.* Vbi declarat, niſi velint amicabiliter conuenire iuxta terminos textus *in cap. Ex parte, ſuprà hoc titulo.* Hæc Barboſa, quæ verò ſequuntur, Emmanuel præfatus ait.

2 Vnde ſi Sacerdos Parochialis, corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, violenter rapuerit, vel funus ſpoliauerit antequam veniret ad manus eorum, quibus debebatur, ſecundum Hoſtienſem *in dict. cap. Cum liberum*, amittit Ius, quod habebat. Et idem ſi aliquis Conuentus totus, vel maior pars eius hoc fecerit; ſecus ſi minor pars, ſolus Prælatus. Vnde ſecundum Oldradum, *conſilio 224.* tenetur reſtituere quicquid accepit, & ipſum corpus: & vltra hoc perdit quartam Canonicam, ad ſimilitudinem hæredis res hæreditarias ſubtrahentis, qui in eis quartam Trebellianicam perdit, & Ius inſtitutionis debitum, quod aliàs erat detracturus, vt in Iure, *L. Paul. reſpondit, ff ad Legem Falcidiam, reſci. ff. de his, quibus eſt diſſinitum.* Quantum autem ad quartam, Petrus de Peruſio contrarium tenet, quia delictum Presbyteri Eccleſiæ nocere non debet, vt in Iure, *Regula Delictum, de Regulis Iuris lib.6.* eſt vulgatum. At primum eſt verum, ſi tale quid fiat à Prælato, quia ſolus Prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ in acquirendis, vt patet ex quodam Decreto, *16. quæſt.6. §. finali*, ſicut ſeruus Domino in acquirendis poteſt præiudicare, vt *in quadam Lege finali, Cod. de Acquirenda poſſeſſione* eſt obſeruatum; ſecus in acquiſitis, provt aduertit Sylueſter, *de Sepulturis, num.11.* Hæc omnia Pater Emmanuel.

3 Probatur *primò* concluſio ex *cap.6. de Sepulturis, citato*, in quo ſic Alexander Papa Tertius decernit. „ Cum liberum ſit: & infra. Ad audientiam noſtram „ peruenit ex conqueſtione Abbatis, & Fratrum San- „ cti Martini Laudunenſis, quod cum Presbyter qui- „ dam corpus cuiuſdam mulieris (provt in vltima „ voluntate diſpoſuit) ad eandem Eccleſiam ſepelien- „ dum deferret, Monachi Sancti Vincentij Laudu- „ nenſis corpus ipſius violenter rapere. & in Eccleſia „ ſua ſepelire minimè dubitarunt: & infrà. Manda- „ mus, quatenus ſi ita eſſe inueneritis, præfatos Mo- „ nachos compellatis, vt oſſa præfatæ mulieris, & be- „ neficia, quæ occaſione Sepulturæ ipſius recepiſſe noſcuntur, memoratis Fratribus cum integritate re- „ ſtituant, & de cætero talia facere non præſumant. „

Hucuſque Decretalis, vbi Bernardus, verbum *Beneficia*, ſic exponit. Id eſt oblationes, & quicquid ptopter hoc perceperunt. Addo & quartam Canonicam, dictam quartam funeralem, quæ de Iure, Eccleſiæ Sancti Vincentij, ſuppoſito quod mulier præfata illius fuerit Parochiana, debebatur, vti ſupra vidimus, & docet Panormitanus ibi, *num.3.* dicens. Dicit Hoſt. quod præſuppoſito, quod iſta fuit Parochialis Eccleſia, nihilominus perdidiſſet Ius iſtius portionis propter violentiam illatam, *vt in cap.Cum, qui, de Præbendis, lib.6. & L.Si quis in tanta, Cod vnde vi.* 4

Probatur *ſecundo* concluſio, ex Declaratione Sacræ Congregationis Rituum, *in Vicentina, 21. Julij, de Anno 1607.* quam recenſent Auguſt.Barboſa, *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Defunctus, num.4.* & Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tom.2.part.3.verbo Defunctus, n.1.* In illa enim Declaratione, defuncti corpus, quod præter eius voluntatem, non ſine violentia in Eccleſia Cathedrali ſepultum fuit, inde transferri mandatur, vt ſepeliatur in Eccleſia in qua ſepeliri voluit. 5

Tertiò probatur ex altera Declaratione Congregationis, cauſis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, edita 20. *Martij de Anno 1643.* in qua Eminentiſſimi Cardinales iuſſerunt cuidam Parocho, vt reſtitueret ceram, quam abſtulerat, cum quidam defunctus deferretur ſepeliendus ad Eccleſiam quandam Regularium. Illam refert prædictus Lezana, *eodem tom.2.part.4.verbo Sepultura, n.10.* 6

CONCLVSIO II.

QVi violenter Officia, pro defunctis, facit, reſtituere tenetur candelas, & quicquid ex funere accipit. 7

Iſta concluſio probatur ex alia Declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis, *in quadam Tropenſi*, vbi cum Archipresbyter Cathedralis cum ſuis Presbyteris geſtarent corpus cuiuſdam defuncti ad Eccleſiam Patrum diſcalceatorum Sancti Auguſtini, vbi erat relictum, violenter ingreſſi fecerunt officium pro illo, & ex feretro acceperunt candelas. Ad quæ Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium, negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, iuxta alias reſoluta, reſpondit, Officium ſuper cadaueribus in Eccleſiis Regularium, ad ipſos Regulares ſpectare, & pertinere, & nullo modo ad Parochos defunctorum, etiamſi ſint Archipresbyteri, aut Curati Cathedralium. Et ideò in caſu propoſito cenſuit reſtituendam eſſe ratam Candelarum, ſeu interſtitiorum, cum quibus fuit aſſociatum cadauer, Regularibus Oratoribus, provt omnino reſtitui, & ita in poſterum ſeruari mandatt. Die 27. Maij, 1639. Sic recenſet Declarationem P. Magiſter Lezana, *dicto vorbo Defunctus num.8.*

DISQVISI

DISQVISITIO VII.

An voluntas, seu propositum eligendi Sepulturam, pro Sepulturæ electione sit habendum?

BREVIARIVM.

Sepulchrum.

Propositum eligendi Sepulturam electione non sequuta, non sufficit pro Sepulturæ electione. n.1.

Probatur illius electio per scripturam; propria manu signatam, subscriptam per Codicillum inualidum, per duos, aut tres testes, etiam singulares. num.3.

Probatur etiam per dictum Confessoris. n.4.

Testes.

Duo, vel tres requiruntur ad probationem electionis Sepulturæ, & cuiuslibet prædispositionis. n.3.

CONCLVSIO.

1 PRopositum eligendi Sepulturam, si de facto non fiat, non sufficit pro Sepulturæ electione.

Ita docent Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. de Electione Sepulturæ, §. Vnico, num.45. pag. mihi* 478. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.2. contr.1. conclus.19. pag.51. ex L.Si repetenda, Cod.de Conditione ob causam.* Martinus Bonacina, *tom.2. de de Contractibus, disputat.3 quæst.21. punct.3. n.10. versic. Addo,* cum Medices, *de Sepulturis, quæst.8.* Marco Antonio Genuensi, *in Praxi, cap.61. in additionibus, tit.2.cap.11. n.15.* Anton. Diana, *par.5. tract.3. de Casibus occurrentibus tempore mortis, resolut.106. pag.mihi* 103. cum eodem Genuensi, & Iulio Lauorio. Libuit Ventrigliæ, & Dianæ verba reddere.

2 Aduertendum (inquit Ioann. Bapt. Ventriglia,) quod non dicitur probata electio Sepulturæ, si probetur propositum sine electione: vt si testes deponant infirmum dixisse, desiderare in tali Ecclesia sepeliri. Et rationem huius reddit, addens. Nam desiderium, seu propositum eligendi, non est electio, nec est actus efficax. Hæc ille. Diana autem quæsito, An si quis testatur infirmum dixisse se velle in tali Ecclesia sepeliri, sit in illa sepeliendus? sic difficultatem resoluit.

Respondeo negatiuè. Nam ad probandam ele-
3 ctionem Sepulturæ requiruntur saltem duo, vel tres testes, cum sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Ecclesiæ Parochialis, sicut quælibet dispositio ad pias causas requiritur numerum duorum, vel trium testium. *cap.Cum esses, de Testamentis.* Et ita docet Genuensis, *in Praxi, cap.61. num.10.* & Iulius Lauorius, *in Variis elucubrationibus, tit.2 cap.11 num.18.* Vbi addit, probari Sepulturam etiam Codicillo inualido, & per scripturam manu propria subscriptam, & etiam per testes singulares, vt si deponant audiuisse electam Sepulturam à Francisco in tali loco, sed diuersis temporibus. Immò in tali casu sufficere dictum Confessarij tantum, tradit Molfessius, *in Summa, tom.2. tract. 13.cap.8. num.32.* Et ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur Lauorius, *vbi suprà, num.20. in fine.* Hactenus P. Diana.

Consonant Dianæ Laurentius de Peyrinis, *de* 4
Priuilegiis Minimorum, tom.3. cap.4. num.52. & P. Lezana, *in Summa quæstion. Regular. tom.2. par.4. verbo Sepultura, num.11.* quoad probationem electionis Sepulturæ per testamentum, vel per duos testes, etiam singulares, & per Confessarij dictum. Et pro huiusmodi Confessarij assertione, allegat Lezana Pasqualigum *decis.* 404. & 406. Et in casu quo testes discordent, esse coniecturis standum, quibus testator verisimilius moueri potuerit ad eligendam vnam, potius quam aliam, docet Peyrinus cum Lauorio *vbi proximè, n.20.*

Et quidem, quod per testes sufficienter probetur 5
electio Sepulturæ, declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium, 11. Decembris, 1615. *in Nepesina.* A qua quæsitum fuit: Num sepeliendi essent in Ecclesiis Regularium, qui coram testibus duntaxat, licet absque scriptura in iisdem Ecclesiis Sepulturam sibi elegerint? Et respondit in supradictis Ecclesiis esse sepeliendos, sine præiudicio tamen iurium Parochialium. Exscribitur ista Declaratio à præfato Laurentio de Peyrinis, *dicto tom.3. de Priuilegiis, cap.4. num.53. pag. mihi* 434. *ad Constitutionem Leonis Papæ Decimi.*

SECTIO II.

De libertate in particulari ad eligendam Sepulturam?

DISQVISITIO VIII.

Quinam sint, qui sibi eligere valeant Sepulturam?

NOn intendimus in præsenti discutere, qui sint omnes, in particulari, qui benè sibi valeant eligere Sepulturam. Superfluè enim, & inutiliter talem aggrederemur discussionem. Et penè infinitam hominum potentium huiusmodi electionem facere, texeremus, absque vlla necessitate, seriem. Quid enim vtilitatis Lectori adferrem meo, si prolixè dissererem, An summus Pontifex sibi possit Sepulturam eligere? An Imperator? An Reges? An Principes supremi, nullum in temporalibus Superiorem agnoscentes? An Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, Barones? An Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij, tam Ecclesiastici, quàm sæculares, qui puberes sunt, velle habent, & nolle, & à Iure in plurimum eligere non prohibentur Sepulturam? Cum ex dictis, *sectione præcedenti,* resolutum relinquamus, hos omnes illam eligere posse. Quod igitur intendimus, & quod elucidare aggredimur est, quinam sint, qui licet ob aliquam specialem rationem nequeant, aut nequite videantur testari, seu eligere Sepulturam, quod certè pars vltimæ voluntatis est, benè tamen illam possint eligere, illa prorsus ratione non obstante. Et non solùm sibi, sed aliis. Et qui tandem Sepulturam eligendi facultate minimè potiantur. Vnde Sectionem istam, in quatuor Disquisitiones diui-

dere libuit. In prima, & octaua in ordine, huius Tractatus reſpectu tractare duxi, de iis, qui ſibi eligere queunt Sepulturam. In ſecunda, de iis, qui aliis valeant ſua illam acquirere deſignatione. In tertia, operæ pretium duxi eos, qui electionem pro ſe facere non poſſint, recenſere. In quarta denique, eos referam, qui nec pro aliis eligere valeant, provt de Iure, licet data conſuetudine, probabiliter eligere benè poſſint. Quamlibet tandem Diſquiſitionem vt recta dilucidatur methodo, & clarior eius euadat reſolutio, in paragraphos diuidam diuerſos.

§ I.

An ſibi eligere poſſint Sepulturam Religioſi, ad Cardinalatum, aut ad aliam extra ordinem aſſumpti dignitatem?

BREVIARIVM.

Epiſcopus.

Eligere poteſt Sepulturam in qualibet Eccleſia extra Cathedralem, etiamſi Religioſus ſit. n. 1. & 3.

Quicquid adquirit, ſuæ adquirit Eccleſiæ. n. 3.

Solum habere adminiſtrationem, non autem dominium, docent grauiſſimi Doctores. n. 3.

Epiſcopi Religioſi ſine Papæ licentia, teſtari non valent. n. 2.

Sepulchrum.

Eligere poſſunt Sepulturam Religioſi ad Dignitates extra Ordinem aſſumpti. n. 1. & ſeqq.

Illam valent eligere præfecti Beneficiis Regularibus, Monaſteriis annexis. n. 1.

Teſtamentum.

A mortis tempore, valere incipit. n. 3.

Sepulturæ electio, pars eſt teſtamenti. n. 2.

CONCLVSIO

1 REligioſi aſſumpti ad Cardinalatum, Archiepiſcopum, Epiſcopatum, aut ad aliam extra Ordinem dignitatem, ſibi poſſunt Sepulturam eligere.

Ita docent Emmanuel Roderiquez, *tom. 3. quæſt. Regular. quæſt. 60. part. 2. verſic. Reſpondeo, in fine,* quatenus ait: Profeſſi autem, qui præficiuntur Beneficiis Regularibus, quæ ſunt de membris Monaſterij, poſſunt ſibi eligere Sepulturam, quia habent velle, & nolle. Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum quæſtionum, reſol. 128. num. 16.* Vbi idem ait. Et expreſsè Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 5. numero 130.*

Et ratio concluſionis eſt, quia ad huiuſmodi aſſumpti dignitates, velle habent, & nolle. Quæ quidem ratio, & reſolutio, ex dicendis §. 2. *ſequenti,* pro Abbatibus, dilucidabuntur.

2 Nec valet dicere. Epiſcopus Religioſus, ſine Pontificis Summi diſpenſatione, teſtari non poteſt, vt manifeſtè colligitur ex Aſcanio Tamburino, *de Iure Abbatum, tom. 2. diſputat. 22. quæſito 17. & 18.* & expreſsè docent Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæſtion. Regular. tom. 1. part. 1. cap. 17. num. 5.* & Bartholom. à Sancto Fauſto, *in Theſauro Religioſorum, lib. 8. de Voto Paupertatis, quæſt. 63.* cum D. Thoma, 2. 2. *quæſt. 185. artic. vlt. ad 3.* Dominico Soto, *de Iuſt. & Iure, lib. 10. quæſt. 5. artic. 7.* Nauarr. *de Redditibus, quæſt. 1. monit. 9. num. 2. & quæſt. 3. monit. 11. num. 1.* Henriquez, *lib. 10. cap. 33. num. 3.* Ioanne Azorio, *Inſtitutionum Moral. part. 1. lib. 12. cap. 7. quæſt. 2.* & Emmanuele Roderiquez, *dicto tom. 3. quæſt. 69. artic. 4.* Sed electio Sepulturæ eſt pars teſtamenti, & vltimæ voluntatis, Gloſſa *in cap. Animarum, verbo Prædictos, in Addit. el 1. de Sepulturis, lib. 6.* Bonacina, *tom. 2. diſputat. 3. quæſt. 2. puncto 3. num. 6. verſic. Secundo,* Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi Rerum notabilium, annot. 52. §. Vnico, num. 1.* & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 6. controu. 11. concluſ. 2. num. 3. pag. mihi 287.* Ergo Religioſus ad Epiſcopatum, ad aliam ve extra Ordinem ſuum Dignitatem aſſumptus, ſine Summi Pontificis diſpenſatione, ſibi non poteſt eligere Sepulturam.

Non inquam valet. Quia ideò Religioſus ad 3
Epiſcopatum aſſumptus, teſtari non poteſt, vti Lezana, Barth. à S. Fauſto, Tamburinus, & allegati exponunt Doctores, quia quicquid adquirit, ſuæ acquirit Eccleſiæ, cum ſola libera adminiſtratione, vt colligunt *ex Canone Statutum eſt, vnico,* 18. *quæſt. 1.* Adminiſtratio autem morte finitur, ex qua teſtamentum valere incipit; electio verò Sepulturæ è contra, ab Epiſcopo fieri poteſt Religioſo, cum, quia tempore, quo eligit; velle habet, & nolle, ex quo vnico principio, benè eligere ſibi Sepulturam queit: tum etiam, quia huiuſmodi electio ad tempus refertur in quo nullum aderit impedimentum ratione ſtatus Religioſi. Quod addo in ſententia Hoſtienſis, relaxata *ſuprà Diſquiſit. 1.* Vnde ad argumentum, conceſſis maiori, & minori, nego conſequentiam, ob diſparitatem traditam.

Vnde verum tenet, quod præfatus Ventriglia, loco docet allegato, *num. 9.* Vt Epiſcopus ſcilicet, poſſit ſibi eligere Sepulturam, etiam extra Eccleſiam ſuam Cathedralem, & in alia. Habemus ex *cap. Bene, 12. quæſt. 2. cap. Apoſtolicæ, de Donationibus.* Gloſſa, *in cap Vbicumque, 13. quæſt. 2.* Laborius, *Variarum elucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 6.* Hæc ille.

§. II.

An Abbates, ſibi eligere queant Sepulturam?

BREVIARIVM.

Abbas.

Velle, & nolle habet in multis, reſpectu ſubditi, & reſpectu ſui n. 2. 3. 4. 6.

Quicquid habet facultatis in ſubditum, habet, & in ſeipſum: tam quoad ieiunia, quàm quoad caſus reſeruatos, &c. n. 3.

Poteſt ſibi Sepulturam eligere. n. 1. & ſeq.

Adminiſtratio.

Reſidet penes Abbatem, penes virum, & penes patrem; non autem penes vxorem, & Filiumfamilias. n. 5.

Diſpenſatio.

Prælatus quilibet Regularis, etiam localis, & eius Vicarius, ſeu Præſidens, ſecum diſpenſare poteſt in omnibus, in quibus poteſt, cum ſubditis. numer. 3.

Electio.

Religioſus, abſque licentia ſui Prælati petita, & obtenta,

obtenta, inualidè aſſenſum præbet electioni de ſe factæ, ad Prælationem extra Monaſterium ſuum. num. 1.

Prælatus localis poteſt irrequiſito Conuentu licentiam ſubdito conferre ad aſſenſum præſtandum electioni, & ad tranſeundum ad Prælationem. n. 1.

Prælatus.

Vice Dei fungitur Prælatus. n. 1.

Penes illum eſt, in multis, velle, & nolle, tam reſpectu ſui, quàm ſubditorum. n. 2. 3. 4. 6.

Alia Vide verb. Abbas. Adminiſtratio. Diſpenſatio. Electio. Sepultura.

Religioſus.

Velle, & nolle non habet. n. 1. 2. & 5.

Sepultura.

Eligere poſſunt Sepulturam Prælati omnes Regulares, etiam locales, & eorum Vicarij in capite ſeu Præſidentes Monaſteriorum. n. 1.

Poteſt etiam eligere illam quilibet Religioſus præfectus Beneficio Regulari Monaſterio vnito. n. 6.

Religioſi priuati regulariter debent ſepeliri in Eccleſia Monaſterij ſui. n. 4.

Eligere poſſunt Sepulturam, ſi commodè tranſferri non poſſunt ad ſui Cœnobij Eccleſiam. n. 4.

Eligere poſſunt illam vxores. n. 5.

Filiifamilias eligere illam valent. n. 5.

CONCLVSIO.

1 ABbates Regulares benè poſſunt ſibi eligere Sepulturam, in Eccleſia, quam ipſi maluerint. Ita docent Abbas Panormitanus, *in cap. De vxore, num. 5. el 7. de Sepulturis.* Emmanuel Roderiquez, *tom. 3 quæſtion. Regular. quæſt. 60. art. 1.* Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum qq. reſolut. 128. num. 16.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 126.* Vbi abſolutè de omnibus Regularibus id docet Prælatis. Idem docet Lezana, *in Summa quæſtion. Regularium, tom. 1. part. 1. cap. 9. num. 10.* cum Tabiena, *verbo Sepultura, quæſt. 4. num. 5.* Caſtr. Palaus, *part. 2. tract 16. diſputat. 4. punct. 13. §. 8. num. 1. pag. 366.* cum Thoma Sanchez, *in Decalogum, tom. 2. lib. 6. cap 14. numer. 7.* & aliis penes ipſum. Ioannes Ægidius Trullench. *tom. 3. tractat. de Iure Parochi, cap. 9. dub. 6.* cum Sylueſtro, *in Summa, verbo Sepultura, quæſt. 7. num. 7.* & Ioannes Baptiſt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. §. Vnico, num 9.* cum Sebaſt. Medices, *de Sepulturis, part. 1. quæſt. 8. numer. 12. ad finem*, quo loci, benè limitat in Abbate depoſito, vel qui Abbatiæ renunciauit. Quam quidem fallenciam, & limitationem alij etiam addunt Doctores, eo innixi fundamento, quod in Sepulturæ electione, inſpiciatur mortis tempus, & ad illud referatur.

Concluſionem colligit noſtram præfatus Ventriglia ex *cap. Si Religioſus, el 27. de Electione in 6.*

» Vbi Bonifacius Papa Octauus, ſic decernit. Si quis
» Religioſus (cuius arbitrium, non ex ſua, cum velle,
» & nolle non habeat; ſed ex illius, quem vice Dei,
» ſuprà caput ſuum poſuit, & cuius imperio ſe ſubie-
» cit, voluntate dependet) electioni de ſe ad Præla-
» tionem aliquam extra ſuum Monaſterium, vel ſuam
» Eccleſiam celebratæ ſui Superioris, qui dare ipſam
» valeat, non petita licentia, & obtenta, præſumpſe-
» rit conſentire: conſenſus ſic præſtitus non teneat:
» & in pœnam præſumptionis illius, electio eadē ipſo
» facto, viribus vacuetur omnino. Et infrà, Decernen-
» tes vt iidem Superiores (ſuis irrequiſitis Conuen-
» tibus) electis huiuſmodi conſentiendi, & tranſeun-

di, liberam dare valeant facultatem.

Hactenus Bonifacius: in cuius Decretali duo 2
veniunt ponderanda. *Primum eſt*, Religioſorum particularem, & ſubditum, ideò non poſſe conſentire electioni de ſe factæ, quia velle, & nolle non habet. Quæ quidem in hoc textu eſt vnica decidendi ratio. *Secundum eſt*, Abbatem, ſeu quemlibet alium immediatum Prælatum huiuſmodi Religioſi, eſſe penes quem ſit velle, & nolle ipſius, ſeu à cuius voluntate, velle, & nolle ipſius dependet, ita vt accedente Prælati aſſenſu, ſuum ipſe præſtare aſſenſum valeat, & diſſenſum, & non aliter.

Ex quo conuincitur Abbatem velle, & nolle reſ- 3
pectui ſui habere. Quicquid enim facultatis erga ſubditum habet ſuum, erga ſeipſum etiam habere, certum omnino eſt. Vnde in caſibus, in quibus diſpenſare valet cum Monachis, ſecum benè diſpenſare queit. Aliàs prioris conditionibus eſſet, quàm Monachi: quod nefas ſit dicere. Et hac de cauſa, iuſta aliqua interueniente, poteſt ſeipſum à ieiunio ſoluere: in illis ſcilicet caſibus, in quibus Monachis poteſt ſuis ieiunium relaxare. Azorius, *Inſtit. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 18. quæſt. 6. colum. mihi 763.* qui id colligit ex Sylueſtro, *verbo Lex, quæſt. 14.* ex Soto, *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 1. artic. 3. & lib. 1. de Iuſtitia, & Iure, quæſt. 6. artic. 1. ad finem*, & ex Caietano, *1. 2. quæſt. 96. artic. 5. dub. vltimo.* Abbas Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom. 2. diſput. 12 quæſt. 8. numer. 1.* cum Valerio Reginaldo, *in Praxi, lib. 4. num. 226. verſic.* Tertium eſt. Antonin. Diana, *par. 1. tract. 9. reſol. 15.* cum Villalobos, *in Summa, tom. 1. tract. 23. difficult. 22.* & Auſonius Noctinot, *in Compendio. Diana, verbo Ieiunium quos obliget, num. 37.* Qui etiam docent, id in caſibus procedere reſeruatis. Et in vniuerſum Prælati omnes Regulares, non ſolum Generales. & Prouinciales, ſed etiam locales, ſiue Abbates, ſiue Priores, Guardiani, Commendatores, Rectores, ſiue quocumque alio appellentur nomine, ſiue principales, ſint, ſiue eorum Vicarij, in eorum abſentia, quos in noſtra Congregatione *Præſidentes* vocamus, poſſunt ſecum diſpenſare in iis omnibus in quibus cum ſuis poſſunt diſpenſare ſubditis. Diſertis id docet verbis Thom. Sanchez, *de Matrimonio, tom. 3. lib. 8. diſput. 3. concluſ. 4.* & latè, eruditéque probat.

Concluſionem noſtram colligunt Doctores alij, 4
ex *cap. Religioſi, finali de Sepulturis, in 6.* Vbi ſic præfatus Bonifacius Octauus, circa Sepulturas decernit Regularium. Religioſi, niſi à propriis Monaſteriis adeò forſitan ſint remoti, quod ad ea, cum moriuntur, commodè portari non poſſint, nequeunt (cum velle, & nolle non habeant) ſibi eligere Sepulturam: Sed ſunt apud ſua Monaſteria tumulandi. Hæc illo in capite. Ex cuius decidendi ratione quæ eadem eſt hîc, & in ſuprà reddito capite *Si Religioſus*, benè colligunt Doctores, quod illius diſpoſitio non comprehendat Abbates, & alios Prælatos, cum iſti velle habeant, & nolle in multis. Ac per conſequens, eſſe illis conceſſam facultatem, Sepulturam eligendi, ex *cap. Nuper, §. In ſecundo*, & ibi Gloſſa, *verbo Non retinuit, el 29. de ſententia excommunicationis.* Gloſſa, *in cap. Conſuluiſti, el 20. 2. q. 4. verbo Superſtitioſa*, Vbi ita fatur. Omnia conceſſa intelliguntur de Iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur.

Conſonat Gloſſa, *in dicto cap. Religioſi, verbo Se-* 5
pulturam. Sic enim ait. Ad primum reſpondeo, quod licet vxor, & Filiusfamilias, ſint in poteſtate viri, vel patris, non tamen in tantum quin aliquid habeant, & velle, & nolle, quod non eſt in Monacho. Hæc

Gloſſa, quæ ideò denegat Monacho facultatem eligendi Sepulturam, quam vxori concedit, & Filiofamilias, quia non habet aliquid velle, & nolle, ſicut iſti habent. Si ergo Abbas, & quilibet alius Prælatus Regularis habet velle, & nolle, & adminiſtrationem, quam vxor, & Filius non habent, ſed pater, & vir, poterit & ipſe eligere Sepulturam ſicut eligere poſſunt vxor, & Filius, quia habent aliquid velle, & nolle.

6 Ex dictis fit concluſionem noſtram ampliandam eſſe ad omnes Prælatos Regulares etiam immediatos, & locales cuiuſcumque Ordinis, tam Monachalis, quàm Mendicantis, cum quoad illam, eadem in omnibus militet ratio: & non eſſet ad ſupremos Religionum limitandam Prælatos, vt limitare, arctareque illam voluiſſe videtur Auguſt. Barboſa, ex ſæpè repetita ratione, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2.lib.2. cap.10.n.30. pag. mihi 72.* cum Laurentio de Franchis, *tract. de Controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares, in variis quæſtionibus, quæſt.61.* Quia (inquit) in multis habet, velle, & nolle. Et illam quidem ampliant Emmanuel Roderiquez, *tom.3. quæſtion. Regular. quæſt.60. artic.2. verſic. Reſpondeo, ad finem,* & Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum qq. reſol.128. num.16.* ad Religioſos, qui præficiuntur Beneficiis Regularibus, quæ ſunt Monaſteriis vnita. Quia habent (inquiunt) velle, & nolle.

§. III.

An Religioſi ſubditi ſibi valeant Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Declarationes Cardinalium.

Multæ recenſentur, quibus aliqua prohibentur, & aliqua conceduntur Regularibus. n.7.8.9.10.

Dictio *Niſi.*

Multa pro illius explicatione afferuntur, & pro illius efficacia demonſtranda. n.4.

Lex.

Quando aliquid prohibet attento non ſolum effectu, ſed etiam initio, non ſufficit, quod ad tempus habile referatur. Declaratur exemplis. n.2.

Minor.

Non poteſt ſeruum manumittere. n.2.

Religioſus.

Non habet voluntatem, nec declarare illam poteſt per Sepulturæ electionem. n.2.

Religioſus, etiam Nouitius extra Monaſterium ægrotans, Viaticum, & extremam vnctionem debet de manu ſui Prælati accipere, & non de Parochi manu, in Pellizzarij ſententia. n.11.

Religioſus ſubditus, ſi decedat in loco ita à Monaſterio diſtante, vt ad illud commodè transferri nequeat, vnico ſcilicet die, poteſt ſibi eligere Sepulturam. n.1. & ſeqq.

Poteſt irrequiſitio, & inuito Parocho, transferri Religioſi cadauer. n.6. & 9. ibi X.

Ius nullum prætendere poteſt Parochus in Religioſum. num.7.

CONCLVSIO.

1 SI Religioſi particulares, priuati, & ſubditi, in loco remoto, & à Monaſterio diſtanti decedant, benè ſibi valent eligere Sepulturam.

Ita docent Gloſſa *in cap. Religioſi, verbo eodem, el.5. & finale, de Sepulturis, lib.6.* & ibi Ioannes Andreas. D. Anton. *in Summa, part.3. tit.10. cap.5. de Sepulturis, in princ.* Nicolaus Tudeſchus, Panormitan. Abbas, *in cap. Nos inſtitutas, num.4. el 1. de Sepulturis, & in cap. Nimis, num.2. el 16. de Exceſſibus Prælatorum.* Hoſtienſis, *in cap de Vxore, n.5. el 7. de Sepulturis.* Barboſa, *in dicto cap. Religioſi, n.5. de Iure Eccleſiaſtico, part.2. lib.2. cap.10. n.30. & de Officio, & poteſtate Parochi, part.3. cap.26. num.3. Paulo poſt initium,* cum Nauarro, *commentario 2. de Regularibus, num.43.* & Didaco Narbona, *tract. de ætate ad omnes actus requiſita, anno 14. quæſt.47. num.5.* Ægidius Trullench, *tract. de Iure Parochi, cap.9. dub.6.* Lezana, *in Summa quæſtion. Regul. tom.1. cap.9. num.10. & tom.2. part.4. verbo Sepultura, num.16.* cum Sylueſtro, *eodem verbo, quæſt.6.* & Nauarr. *loco citato.* Caſtrus Palaus, *tom.3. tract.16. diſput.4 punct.13. §.8. n.4.* cum Abbate, *in dicto cap. Nimis iniqua, n.2.* Sanchez, *in Decalogum tom.2. lib.6. cap.14. num.3.* Anton. Diana, *par.5. tract.3. reſolut.210.* Noctinot, *in Summa dicti Dianæ, verbo Sepulturam non eligens, num.9.* Emmanuel Roderiq. *tom.3. quæſtion. Regular. quæſt.60. artic.2. verſic. Aduertendum.* Hieronymus Roderiquez, *in illarum Compendio, reſolut.128. n.16.* cum Petro de Vbaldis, *de Canonica Epiſcopali, cap.10. num.11. & cap.11. num.6.* Franco, *in prælegato cap. Religioſi, n.2.* Tabiena, *verbo Sepultura, quæſt.4 num.5.* Roſſella, *eod. verbo, num.2.* & cum Abbate, *in recenſito, cap. de Vxore, n.5.* (qui tamen ibi non benè allegatur.) Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot.52. de Electione Sepulturæ, §. Vnico, n.19.* & Pellizzarius, *in Manuali Regular. tom.2. tract.8. cap.5. n.127 & 128.* cum Mancino, *tract. de Infirmis, in ordine ad Sepulturam, n.11.*

Immò addit Hoſtienſis *loco iam reddito,* poſſe 2
Religioſum ſibi Sepulturam eligere, ſine limitatione à nobis in concluſione appoſita. Cuius certè doctrina in noſtro caſu, vera eſt, & à nemine, quem viderim impugnatur. Sed ipſe impugnatur Hoſtienſis ab Abbate, *in cap. de Vxore citato, n.4.* quoad alium caſum. Cum, ex *cap. finali de Sepulturis, lib.6. Religioſi.* Tum etiam, quia quando Lex aliquid prohibet non ſolum attento effectu, ſed etiam attento initio, tunc non ſufficit, quod illud ad tempus habile conferatur: quod contingit in *L. Si minor, ff. de Seruis exportandis:* quæ habuit reſpectum in prohibitione manumiſſionis ſerui, ad initium, quo minor non habet firmum conſilium, ideò prohibuit, quod minor 20. annorum ſeruum manumiteret. Sic contingit *in dicto cap. finali,* prohibente Religioſo eligere Sepulturam: quia licet poſt mortem abſoluatur à iugo Superioris; tamen in vita, cum non habeat voluntatem, declarare illam per electionem Sepulturæ non poteſt. Attento ſcilicet initio.

Probatur concluſio noſtra, ex allegato *cap. Reli-* 3
gioſi, de Sepulturis in 6. Vbi ſic Bonifacius Papa » Octauus decernit. Religioſi niſi à propriis Monaſte- » riis adeò forſitan ſint remoti, quod ad ea cum mo- » riuntur commodè portari, non poſſint, nequeunt » (cum velle, vel nolle non habeant) ſibi eligere Se- » pulturam: ſed ſunt apud ſua Monaſteria tumulandi. » Hæc in Decretali illa. Vbi Gloſſa, *verbo Religioſi,* air. Et exceptionem præmittit, ibi: *niſi.* Et in additione. Nota (inquit) primò, quod Religioſus non poteſt eligere Sepulturam, niſi eſſet in loco remoto.

Ex dicta vtique Decretali, ſi benè expendatur 4
dictio illa *niſi,* concluſionis noſtræ veritas demonſtratur. Dictio enim illa talis eſt virtutis, vt ſi affir-

mationi

mationi iungatur, ipſa neget, ſi autem negationi adhæreat, omnino affirmet. Sanchez, *tom.1.de Matrimonio, diſput.19.n.3.ex L.Si cum*, §. *Qui iniuriarum, ff. Si quis cautionibus. L. Actione, Cod. de tranſactionibus*, cum Bartolo, & reliquis Doctoribus, *ibi.* Dyno, *Regula Peccatum, de Regulis Iuris, lib.6.n.1.* Iaſon, *Inſtituta, de Actionibus in princ.n.3.* & Rebuffo multos referente, *de Verborum ſignificatione, L.216. Propè, in fine*, §. *Niſi.* Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo 28. n.20. pag.111.* Vbi ita fatur.

Ex illa dictione, *Niſi*, quæ talis eſt naturæ, vt ſi poſtponatur affirmatiuæ, relinquit poteſtatem faciendi in omnibus caſibus, præterquam in excepto; quando verò poſtponitur negatiuæ, tollit poteſtatem faciendi, niſi in excepto. Hæc ibi. Et *reſponſo 47.num.3.* in ſequentia prorumpit. Dictio enim illa, *Niſi*, eſt exceptiua, & in effectu aduerſatur præcedentibus, vt *in L. Actione*, vbi Bartol. Iaſon, & alij, *Cod. de Tranſactionibus, & in Reg. Peccatum, de Regulis Iuris, in 6.* Socinus Iunior, *conſil.163.num.36. volum.2.* Federicus de Senis, *conſil.80. num.2.* Alexander, *conſ.64.lib.4.* & ponitur priuatiuè & aduerſatiuè quoad præcedentia. Gratianns, *Diſceptationum forenſium, tom.3.cap.446.num 41.* Rota, apud Farinacium, *deciſ.391.num.14.part 1. recentiorum.* Et cum in hac Rubrica antecedat affirmatiua, nempè (dicatur Officium defunctorum,) dictio ſequens, *Niſi*, negat. Quia illius natura eſt, ſemper contradicere. Bart. Salicetus, Iaſon, *num.3* Decius, *n 5.* Padilia, *n.12.* per textum ibi, *L. Actione, Cod. de Tranſactionibus*, Sanchez, *de Matrimonio lib.1.diſput.19. n.3.* & ſæpè fuit tentum in Rota. Contradicit ergo prædictæ Rubricæ, & vult in caſu, quo extet conſuetudo, illa ſeruetur, relicta Rubrica. Hæc omnia Illuminatus præfatus. Habemus igitur *in Decretali Religioſi*, concludentem probationem concluſionis, vi dictionis, *Niſi*, ſuppoſita.

5 Quod ſi petas, quanta debeat eſſe diſtantia inter locum defunctionis, & Monaſterium proprium Religioſi, vt iſte cenſeatur in loco exiſtere diſtante, ad effectum eligendi ſibi Sepulturam? Reſpondeo cum Pellizzario, *in Manuali Regular. tom.2.tract. 8.cap.5.num.119*, & cum Bordono, *tom.2.reſol.51. num.161.* citato ab ipſo Pellizzario, in præſenti remotum dici Religioſum, cuius cadauer vnico die non poteſt ad proprium, aut ad aliud eiuſdem Ordinis transferri Monaſterium: Sic enim periculum eſt in mora ob corruptionem cadaueris, adeóque res debet expediri breui. Ita illi, qui ideò addunt: vel ad aliud eiuſdem Ordinis: quia in ea ſunt ſententia, vt Religioſus extra Monaſterium decedens proprium ad iſtud debeat transferri tumulandus, ſi commodè fieri poteſt, aliàs ad aliud eiuſdem Ordinis.

6 Quòd ſi iterum quæras. Quando Religioſus extra ſuum decedit Monaſterium, poteritne liberè ad illud transferri, abſque Parochi impedimento, illo irrequiſito, aut nolente, & abſque eo quod illi Ius aliquod ſoluatur? Reſpondeo quòd ſic, cum Samuellio, *in Praxi, de Sepulturis, tract.1.diſputat.4. controuer.18.concl.3.* Diana, *par.5.tract.3.reſol.110.* Auſonio Noctinot, *in Diana Compendio, verbo Sepulturam non eligens, n.9.* Ioanne Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. de electione Sepulturæ*, §. *Vnico, num.19.* Barboſa, *de Officio, & poteſt. Parochi, cap.26.n.30. & 68. & in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Regulares quoad ſuam & aliarum Sepulturam, collectanea 645. n.1. & 2.* Laurentio de Peyrinis, *tom.2. de Priuilegiis, ad Conſtitutionem 7. Pij Quinti, num.13. pag.mihi* 278. Illuminato Morono, *in centum Reſponſis, reſponſo 51. num.16.* Lezana, *in Summa quæſtion. Regular. tom.1.part.1.cap.12.verſic. Ad decimum*, cum Pellizzario, *dicto num.129.* & Bordono, *vbi proximè, num.170.*

Quod non poſſit Parochus prætendere Ius Sepulturæ Religioſorum extra Monaſteria ſua decedentium, & quod ab huiuſmodi debeat prætenſione abſtinere, declarauit S. Congregatio Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, *in vna Puteolana, 22. May, de Anno* 1615. cuius meminerunt Barboſa, *dictis num.68. & 2.* Moronus, *n.16. allegato.* Lezana, *tom.2.part.4.verbo Sepultura, n.16.* addit eandem S Congregationem declaraſſe *24. Nouembris* 1634. *& 24. Septembris* 1636. Clerum ſæcularem nihil poſſe prætendere propter exequias, aut Sepulturam Monachorum, aut Fratrum extra clauſtra morientium. 7

Quod verò Parochis inconſultis, à quibus Sacramenta receperant Religioſi, qui extra Monaſteria deceſſerunt, poſſint eorum cadauera ad Monaſteria huiuſmodi transferri, reſoluit Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, in decima ex Declarationibus quatuordecim ad Cardinalem Ludouicum Archiepiſcopum Bononienſem, & Principem miſſis, *die 2. Iulij* 1620. cuius memoriam faciunt Ventriglia *vbi proximè*, Moronus *dicto n.16.* Barboſa *de Officio Parochiali, cap.26. n.30. & dicta Collectan.645. n.1.* & exſcribitur à Peyrinis *allegato loco*, ſub hoc tenore. 8

Dichiariationi. *Della Sacra Congregatione dell'Illuſtriſſ. & Reuerend. Signori Cardinali Interpreti del Sacro Concilio di Trento, riceuute da Roma dall. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Signor Cardinal Ludouiſio Arciueſcouo di Bologna, e Principe, alli 2. de Luglio.* 1620. 9

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Signori.

I Curati della Città, e Diœceſi di Bologna ſupplicanno humilmente le Signorie Voſtre Illuſtriſſime a fare loro grati di determinare, ſe li Frati, che hanno Chieſe, non curate dentro le loro Parochie, poſſano fare li infra ſcritti, atti, por prouidere alle controuerſie, che naſcono ſpeſſo tra di loro.

I. *Annunciar le feſte, & diguini all allare nella celebracione della Meſſa.*

II. *Racogliere le offerte, e dar la pace al popolo alla Meſſa.*

III. *Portar pluuiale, o Stola per la Parochia fuori della Chieſa, o Clauſtro.*

IV. *Quando ſono chiamati alla Sepoltura di qualche morto, ſe habbiano de andare alla Caſa del morto, o trasferirſi alla Chieſa parochiale, doue ſi raduna il Clero, o pur aſpettare per la ſtrada.*

V. *Celebrare la prima Meſſa nella loro Chieſa, auanti quella del Curato.*

VI. *Publicare fra la Meſſa, li ordini del Signor Cardinale Arciueſcouo, y Matrimonij, & altro che occorra.*

VII. *Predicare nelle loro Chieſe, l'Auento, la Quareſima, & fra l'anno, quando ſi predica nella Chieſa Parochiale.*

VIII. *Portar fuori delle loro Chieſe, o Clauſtri Pluuiale, o Stola, quando fanno le proceſſioni del loro Ordine, o del Cordone, o della Cẽtura, o del Roſario.*

IX. *Riceuere nelle loro Chieſe, le Donne alla purificacione doppo il parto.*

X. *Morendo Fratri, como auiene alle volte, & in particolar de Canonici Regolari Lateranenſi, fuori del Monaſterio, in caſa de loro parenti, e hauendo i*

Curati aministrati loro i sanctissimi Sacramenti, se possano i loro Superiori far li portare, di notte alla loro Chiesa senza dirne cosa alcuna al Curato, & senza darli le ragioni parochiali.

XI. *Quando more alcun loro Superiore, o Maestro, o Theologo Collegiale in Conuento, se possano farlo portar por la Città per diuerse Parochie, e per la piazza con musiche, & riti straordinarij, & metterli anche il piuiale senza interuento del Curato.*

XII. *Essendo publicato vn ordine generale dal Signor Cardinal Arciuescouo, che niuno lasci celebrar Messa a Preti forastieri, senza prima vedere, che ne habiano hauuta licenza da sua Signoria Illustrissima, o dal suo Vicario Generale, se li Fratri siano tenuti ad obseruarlo.*

XIII. *Se possano racorre grano, vba, legne, & simili altre cose, prima che il Curato habbia raccolto le sue primitie.*

XIV. *Se possano benedir le case nella Dieces la Settimana santa, essendo questo vfficio del Curato, come si legge nel Rituale Romano nouo.*

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, ad singula capita superiùs proposita, hunc in modum respondit, videlicet.

Ad I. Regulares non prohiberi dies festos, & ieiunia in suis Ecclesiis annunciare.

Ad II. Respondit posse, dummodo à perambulationibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant.

Ad III. Non posse.

Ad IV. Debere ad Parochialem Ecclesiam accedere vbi Clerus conuocari consueuit.

Ad V. Prohiberi non posse, quominus Missa in Ecclesiis Regularium celebretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ.

Ad VI. Non posse publicare Matrimonia.

Ad VII. Posse, petita tamen benedictione ab Illustrissimo Archiepiscopo.

Ad VIII. Non licere Regularibus huiusmodi processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum.

Ad IX. Regulas non posse prohiberi in eorum Ecclesiis mulieres post partum ad purificationem admittere.

Ad X. Regulares extra claustra decedentes, posse ad eorum Ecclesias deferri, etiam Parochis inconsultis.

Ad XI. Non posse.

Ad XII. Non licere Regularibus in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares, contra prohibitionem Illustrissimi Archiepiscopi.

Ad XIII. Non esse id prohibitum Regularibus.

Ad XIV. Non posse.

HORATIVS Cardinalis Lancellottus.

Loco † Sigilli.

In Bologna per Vittorio Benacci Stampator Archiepiscopalis.

10 Sic exscribit Laurentius de Peyrinis Declarationem Sacræ Cõgregationis Concilij. Circa quam *num.* 8. aduertit, Festum *in Constitutionibus sui Ordinis, part.* 1. *cap.* 23. referre Declarationem Sacræ Congregationis, qua declaratur posse fieri processionem Rosarij per totam Ciuitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata, in quatuor festiuitatibus Beatæ Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis.

Occurrit hîc difficultas, resolutione digna. De cuius scilicet manu debeat Religiosus, Clericus, aut Laïcus, professus, aut Nouitius, extra Monasterium ad mortem ægrotans, Sacramentum Eucharistiæ per modum Viatici, & Extremam vnctionẽ accipere? Cuius resolutionem, à Doctissimo Francisco Pellizzario libuit, & eius doctrinam ad amussim mutuatam, ad vnguem meo Lectori reddere. Sic enim fatur *tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *n.* 138. Videlicet.

Respondeo debere recipere vtrumque de manu 11
proprij Prælati Regularis, aut alterius ab ipso delegati. Sicque audiui à viro fide dignissimo ad quatuor vices practicatum fuisse hîc Ferrariæ (vbi hæc scribimus:) & quidem meriti: cum Sacramenta recipi debeant à proprio Pastore, qui vtique respectu Regularis etiam ægrotantis extra Monasterium, non est Parochus Parœciæ intra quam ægrotat, sed suus Prælatus Regularis. Puto autem in tali casu posse deferri Eucharistiam solemniter ad domum, in qua est Regularis ægrotans. Sicque in casibus propositis fuit practicatum Ferrariæ nemine contradicente. Quanquam Bordonus, *tom* 2 *resol.* 51. *n.* 170. ex Declaratione Sacræ Congregationis facta *Anno* 1620. dicat Religiosum, in hoc casu, debere Sacramentum Viatici, & Extremæ vnctionis recipere de manu Parochi, intra cuius Parœciam ægrotat. Quod cum non sit in vsu, dicendum est, vel de ea Declaratione minùs certò constare, vel eam non fuisse acceptatam, vel certè non obligare instar Legis vniuersalis, iuxta alibi dicta. Hucusque Patet Pellizzarius.

§. IV.

An Religiosus à Monasterio suo non recedens, non remotus, de Superioris sui licentia possit sibi Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Dictio *Nequit.*

Idem importat, ac dictio Non potest. *n.* 2.

Dictio *Non potest.*

In plurimum nullitatem actus importat. n. 2. & 3.

Non inducit nullitatem, quando apponitur solùm ob honestatem personæ & status perfectionem. n. 3.

Dispensare.

Nemo potest in Superioris Lege. n. 3.

Prælatus.

Maiore non pollet in seipsum potestate, quàm habet in subditos; habet tamen tantam. n. 1.

Potestas, quam in se habet, illi prouenit ex potestate, quam habet in subditos, ne peioris ille conditionis sit. n. 1.

Religiosi.

Velle non habent, nec nolle. Quod est, voluntate propria, à Prælato independente carere. n. 4.

Velle, & nolle habent in multis, si Prælati accedat consensus. n. 4.

Sepulturam eligere possunt de licentia Prælati, & Prælatus illam pro eis eligere queit. n. 1. 5.

CONCLVSIO.

POtest Religiosus sibi eligere Sepulturam de 1
Prælati sui licentia, etiam in Monasterio existens. Ita docent Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepultur. tract.* 1. *disput.* 4. *Controu.* 18. *concl.* 3. & 6. *pag.* 219. & Castrus Palaus, *tom.* 3. *tract.* 16. *disp.* 4. *punct.* 13. §. 8. *n.* 5. *pag.* 367. Vbi id sic probat. Prælatus validè sibi potest eligere Sepulturam. Ergo validè

validè illam sibi eligit subditus de Prælati licentia. Patet consequentia: quia maiore non pollet in seipsum potestate Prælatus, quàm erga subditos; immò totam, quam in se facultatem habet, in hac materia dispensandi, & in aliis, illi provenit ex Officio, & potestate, quam erga subditos habet, ne peioris conditionis ille, quàm sui subditi sit. Ac per consequens, si secum potest dispensare in Sepulturæ electione, potiori ratione, cum subdito poterit dispensare, concedendo vtique ei licentiam ad illam eligendam.

2 Sed obiicies Decretalem *Religiosi, la 5. & fin. de Sepulturis, lib. 6.* disertis verbis decernentem, non posse Religiosum sibi eligere Sepulturam, nisi adeò à suo Monasterio inueniatur remotus, vt commodè cum moritur, ad id portari non possit. Ergo si remotus à Monasterio non existit Religiosus, nequit, etiam de sui Prælati licentia sibi validè Sepulturam eligere. Antecedens, ex textu recensitæ Decretalis est plus quàm manifestum. Consequentia etiam patet. Quia dictio ila, *nequeunt*, in Decretali apposita, tantum importat, quantum ista clausula, *non potest*, aut *non possunt*. Sed clausula, *non potest*, in Lege apposita, nullitatem inducit actus, vti ait Naldus, *in Summa, verbo Clausula, num.* 8. per hæc verba. Clausula (inquit) *non potest*, tollit facultatem, ita quod si actus fiat, est nullus. Not. *in L. Gallus, in princ. de Liberis, & posthumis*, & Decius, *vbi suprà*. Id est, *in cap. Decernimus, num.* 88. *de Iudiciis*. & Ioannes Baptista Lezana, *in Summa quæstion. Regular. tom. 2. part. 3, verbo Clausula, num.* 47. Vbi licet Naldi limitet doctrinam, illam tamen, & suam propriam, intra terminos nostri casus relinquit. Sic enim ait.

3 Melius tamen dicitur, quod quando ea non ponitur ob vitium, seu defectum, sed solum ob honestatem personæ, & perfectionem status, tunc non inducit talem nullitatem. Secus verò, quando ponitur ob vitium, seu defectum personæ. Gregor: Lopez, *Leg. 2. verbo Frayles, tit.* 10. *partita* 6. Sanchez, *lib. 6. in Decalogum. cap.* 11. *num.* 41. *& cap.* 12. *num.* 10. Sed Bonifacius Papa Octauus clausulam, *nequeunt*, in dicta posuit Decretali ob defectum personæ Religiosi, propriæ vtique voluntatis, ait enim, causam, & rationem decidendi pronuncians, *Cum velle, & nolle non habeant*. Ergo cum Prælatus nequeat subdito concedere facultatem, ad actum, ex Iuris dispositione, nullum, quia hoc esset, in Superioris Lege dispensare, propria ex authoritate, quod facere nemo potest, nequibit licentiam illi, ad eligendam concedere Sepulturam.

4 Fortè quidem argumentum; sed non debilis solutio, ni fallor, ex ipsiusmet doctrina offertur. Concedo igitur Bonifacium Papam ea ratione ductum ad negandam Religioso facultatem eligendi Sepulturam, à Monasterio non remoto, *quia velle, & nolle non habet*. Velle autem, & nolle non habere, est voluntate propria, à Prælato suo independente, carere. Ita enim illa Decretalis verba Palaus, *loco citato, num.* 5. interpretatur. Immò & omnium Religiosorum, ac Religionum vniformissima praxis, sic illa intelligit. Accedente enim Prælati consensu, in multis, velle, & nolle Religiosus habet. Ergo eodem accedente consensu, habet sufficiens velle, & nolle Religiosus, ad Sepulturę electionem, ex licentia Prælati, illam sibi eligere poterit, etiam à proprio Monasterio non remotus.

5 Denique. Abbas potest pro Monacho, sibi subdito, Sepulturam eligere, vt Emmanuel docet Roderiquez, *tomo 3. quæstion. Regularium, quæst* 60. *artic.* 1. Ergo ipse poterit Monachus sibi illã eligere, de Prælati venia. Patet consequentia: quia huiusmodi electio ab Abbate ipso, eodem Monacho mediante fit.

§. V.

An Religiosi legitimè à Religione expulsi, sibi possint Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Religiosus.

Expulsus Religiosus, quandiu à Prælato non reuocatur, in multis habet velle, & nolle. n. 2.

Potest sibi Sepulturam eligere. n. 1.

Talem eorum, quæ acquirit administrationem habet, vt si malè, & illicitè illa expendat, ad restitutionem non teneatur, nec qui illa ab eo accepit, in aliquorum sententia. n. 2.

Ita dum viuit expulsus, à Religione relinquitur, ac si Religiosus non esset. n. 2.

CONCLVSIO.

1 Religiosi professi, quos ob patrata facinora, habitu Religio spoliauit, & Ordine eiecit, bene sibi queunt Sepulturam eligere. Ita docet Franc. Pellizzarius, *in Manuali Regular. tomo 2. tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 132.

2 Ratio fundamentalis est, quia Religiosus expulsus, eiectus, quandiu à Superiore ad Religionem non reuocatur, habet in multis velle, & nolle. Et eorum, quæ acquirit ob hanc causam, talem habet administrationem, vt ad restitutionem non teneatur, si malè, si illicitè expenderit: neque ille quidem, qui ab eo acceperit, vti docet Leonardus Lessius, *de Iure, & Iustitia, lib. 2. cap.* 41. *dubitat.* 15. *num.* 113. cum Molina, *tract. 2. disputation.* 276. quia interim dum viuit expulsus, ita relinquitur à Religione, ac si Religiosus non esset. Ergo huiusmodi Religiosus expulsus bene potest sibi Sepulturam eligere. Patet consequentia à paritate rationis. Ideò enim resoluimus Religiosos ad Cardinalatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, & ad alias dignitates extra Religionem assumptos, immò & intra, posse sibiipsis eligere Sepulturas, quia habent velle, & nolle, & administrationem. Ergo si hæc omnia habent Religiosi eiecti, etiam illas sibi bene eligere, & validè quibunt.

§. VI.

An Religiosus ad Matrimonium legitimè dispensatus, quandiu in sæculo degit, sibi validè valeat eligere Sepulturam?

BREVIARIVM.

Religiosus.

Ad Matrimonium, legitimè dispensatus, in sæculo existens, potest Sepulturam sibi eligere. n. 1. & 2.

Si absque Sepulturæ electione huiusmodi Religiosus in sæculo decedat, sepeliendus est in Sepulchro Maiorum, si illud habeat, aliàs in Parochia. n. 1.

Habet talis Religiosus velle, nolle, administrationem, & alia, quæ nõ habẽt Religiosi Cardinales. & c. n. 2.

CONCLVSIO.

1 REligiosus dispensatus ad Matrimonium, potest in sæculo existens validè sibi eligere Sepulturam. Ita docet P. Franciscus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 1. tract. 4. cap. 3. num. 137. & tomo 2. part. 1. tract. 8. cap. 5. num. 134.* vbi addit, quod si, absque Sepulturæ electione, morietur huiusmodi Religiosus ad Matrimonium dispensatus, sepeliendus non sit in Religiosorum Sepulturis, sed vbi de iure sepeliri deberet, si omnino sæcularis esset: in Sepulchro scilicet Maiorum suorum, si illud habeat, & commodè ad illud transferri queat; & in illius defectum, in Parœcia, vbi domicilium, tempore dormitionis, seu mortis habebat.

2 Ratio conclusionis est. Quia sic iste Religiosus eximitur mortuus à potestate suæ Religionis, sicut eximitur viuus. Sed viuus ita eximitur à Religionis suæ potestate, vt velle habeat, nolle, administrationem etiam, & alia, quæ non habent Religiosi assumpti ad Cardinatum, Archiepiscopatum; Episcopatum, Abbatiam, aut ad aliam Dignitatem, intra, aut extra propriam Religionem. Ergo si isti omnes; eo, quod habeant velle, nolle, & administrationem, sibi possunt validè Sepulturam eligere, poterunt à fortiori, & illi.

§. VII.

An Regulares Conuersi, seu Fratres Laïci nuncupati, possint sibi Sepulturam eligere;

BREVIARIVM.

Axiomata.

Vbi eadem est Iuris ratio; eadem est Iuris dispositio. num. 4.

Vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. num. 3.

Conuersi.

Qui habitu mutato, professionem solemnem trium votorum in Religione emittunt approbata, & extra Chorum, pro obsequiis humilioribus Monasteriorum addicti sunt, Conuersi appellantur in Iure. num. 1.

Eisdem gratiis, & priuilegiis respectiuè gaudent, ac potiuntur Religiosi Clerici, & ad Chorum destinati. n. 2.

Veri Religiosi sunt Conuersi. n. 2.

Si in loco à Monasterio remoto decedant, possunt sibi Sepulturam eligere. n. 2.

1 PRocedit difficultas proposita circa eos, qui se Religioni habitu obtulerunt mutato, professione solemni trium votorum Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis perpetuæ emissa: qui extra Chorum, obsequiis humilioribus Monasteriorum addicti sunt: qui sub Regula, & Religione à Sede Apostolica approbata viuunt. De quibus certè sub Conuersorum nomine, mentionem fecit Alexander Papa Tertius, *in capite Non dubium est, el 5. & in capite Ex tenore, el 10. de Sententia excommunicationis*, & Innocentius Secundus, *in Canone Vt lex*, vbi Glossa, *verbo Regulares, & verbo Atque Conuersi, 27. quæst. 1.*

CONCLVSIO.

2 REligiosi Conuersi, si in distante, & remoto loco à suo Monasterio, decedant, vnde commodè ad illud non possint transferri, bene sibi possunt Sepulturam eligere.

Ita in terminis docet. Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 4. controuers. 18. conclus. 3. pag. 217.* Docent & omnes Doctores allegati *supra* §. 3. *num. 1.* quatenus absolutè asserunt Religiosos decedentes in locis à suis Monasteriis remotis, & distantibus posse sibi eligere Sepulturam. Sed Conuersi, & Fratres Laïci, veri, & proprij Religiosi sunt, gaudentque omnibus priuilegiis, facultatibus, & gratiis, respectiuè, quibus gaudent ac potiuntur Religiosi Clerici, seu ad Chorum deputati, vti ex diplomatibus Apostolicis Religionibus concessis, cuilibet ea inspicere volenti, facilè constare quibit. Ergo omnes illi Doctores nostram, & Samuellij docuerunt conclusionem.

3 Quæ quidem manifestè probatur *ex capite Religiosi, el 5. de Sepulturis in 6.* in quo Bonifacius Papa Octauus absolutè de Religiosis decernens, & non de Religiosis Clericis, seu de deputatis ad Chorum tantum, ait nequire Sepulturam eligere, nisi à propriis Monasteriis adeo forsitan sint remoti, quod ad ea cum morientur, commodè portari non possint. Quod est dicere, posse tunc illam eligere, vti expositum reliquimus §. 3. Ergo bene queunt sibi illam eligere Conuersi, & Fratres Laïci in casu à Bonifacio excepto. Consequentia patet. Cum, quia cum ius prædictæ decretalis non distinguat Religiosos Clericos, à Religiosis Laïcis, nec nos distinguere debemus, vti commune tenet axioma, quod sequuntur Ioannes Caramuel, *in Theologia Fundamentali, numero 1102.* Lezana, *tom. 2. parte 4. verbo Leges Regularium, numero 35.* Pellizzarius *in Manuali Regular. tomo 2. tract. 6. capite 3. numero 13.* Thomas Delbene, *de Immunitate Ecclesiast. part. 1. capite 1. dubitat. 7. numero 2. & capite 2. dubitat. 7. sect. 1. numero 11. dubitat. 12. numero 10.* Marcus Vidal, *in Arca Vitali, tit. de Casib. reseruatis, numero 79.* & penes Caramuelem, Coriolanus, *fol. 244. numero 22.* Cruz, *lib. 2. capite 2. dub. 3. conclus. 4. regula 2. pag. 123.* Portellius, *verbo Scrupulus, numero 1.* & Laymam *lib. tract. 4. cap. 18. numero 7.* Et hæc quidem assertio (verba Caramuelis fideliter refero) si materia sit fauorabilis, certissima est (videlicet: *vbi Leges*, (aut iuria) *non distinguunt, nec nos distinguere debemus.* De hac enim assertione, & axiomate, ibi disserit:) at in odiosa, etiam solemus distinguere, vbi iura non distinguunt: qui enim illa sanxerunt, fuerunt homines, & potuerunt aliquid obscurius dixisse aut etiam aliquid obliuioni mandasse. Hæc doctor præfatus. Ex quo habemus, certissimum esse Conuersos, in casu proposito, sibi posse eligere Sepulturam, quia dispositio *capitis Religiosi*, fauorabilis est in hac parte, & non distinguit de Religiosis Clericis, aut Laïcis.

4 Tum etiam probatur consequentia, seu potius patet. Quia vbi eadem est iuris ratio, eadem est iuris dispositio. Ascanius Tāburinus, *de Iure Abbatiss. tomo 4. disput. 17. quæsito 2. n. 1. ex L. A Titio, de Verborum obligatione.* Pellizzarius, *tom. 2. tract. 8. c. 7. n. 174. p. 523.* Lezana, *tomo 4 consulto 21. n. 16. p. 161. & in Turri Danidica, c. 3 n. 50. pag. 526. eiusdem voluminis, ex L. Illud, ff. Ad Legem, Aquiliam L. Si postulauerit, §. 2. ad Legem Iuliam, de Adulteriy. L. Quidam Nummularios, ff. de Edendo*, &

Docto

Doctoribus *ibi* & alij, quos recenſeo *tractatu* 2. *Diſq.* 2. *dub.* 17. *num.* 2. *& D.* 4. *dub.* 2. n. 2. Sed ratio Decretalis *Religioſi*, eadem eſt in Religioſo Laico, ſeu in Conuerſo, ac in Religioſo Clerico, neuter enim velle, aut nolle habet. Ergo, quod de vno diſpoſuit, de alio diſpoſuiſſe firmiſſimè tenendum eſt. Vndè ſi in vim illius poteſt Religioſus Choro addictus, eligere Sepulturam, exiſtens in remoto loco, vndè commodè transferri nequeat ad Monaſterium, poterit & Conuerſus humilioribus obſequiis addictus, in ſimili caſu illam eligere.

5 Immò poterit huiuſmodi Frater Laicus in Monaſterio ſuo exiſtens eligere illam, ſi interueniat Prælati ſui facultas, vti docet P. Samuellius, *loco ſuprà allegato*: cuius doctrina mihi valdè plauſibilis eſt: & illam probatam relinquimus §. 4. vbi de Religioſo profeſſo, id probaui, præſcindendo à Clerico, & Laico.

§. VIII.

An Tertiarij ſibi poſſint eligere Sepulturam?

BREVIARIVM.

Religioſus ſtatus.

Vt quis in Religioſo conſtituatur ſtatu, debet tria vota eſſentialia, ſecundùm certam Regulam, & ſub Religione à Sede Apoſtolica, approbata emittere. n. 8.

Tertiatij.

Sex ſunt Tertiariorum genera. à n. 1. *ad* 6.

Qui tria vota eſſentialia emittunt in Religione approbata, ſub Prælati obedientia, ſunt veri Religioſi, & omnibus priuilegiis, quibus Patres gaudent Minores. n. 1.

Qui tria vota eſſentialia non emittunt, nec collegialiter, ſeu in communitate viuunt, ſed in domibus propriis ſub Regula S. Franciſci Aſſiſienſis, vel S. Franc. de Paula, verè ſæculares ſunt: oneribus ſæcularium, & Parocho in omnibus ſubſunt, præter quam in Pœnitentiæ Sacramento. n. 3.

Huiuſmodi Tertiarij, confiteri debent approbato ab Ordinario; gaudent tamen omnibus gratiis ſpiritualibus ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinentibus, quibus ipſi fruuntur Fratres. n. 3.

Qui cum Fratribus Clauſtralibus, vel in communitate habitant, gaudent omnibus priuilegiis, ipſis Fratribus conceſſis. n. 4. & 7.

Tertiariæ collegialiter ſine votorum emiſſione viuentes prohibentur. n. 5.

Tertiariæ, ſeu Beatæ, quæ Regulam ſeruant Tertiariorum, caſtitatis tantum votum emittunt, & non in communitate viuunt, ſed in ſuis domibus, ſæculares ſunt; gaudent tamen exemptione, & priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius habitum geſtant, fruuntur. n. 6. 7.

Sepulturam eligere poterant Tertiarij vtriuſque ſexus, qui tria vota eſſentialia emittebant, ſed non ſub Regula à Sede Apoſtolica approbata. n. 8.

Qui Regulam approbatam obſeruant, in propriis domibus degentes, ſine trium votorum emiſſione, poſſunt illam eligere. n. 8.

Poterant illam eligere, qui in communitate ſine votis viuebant. n. 8.

Illam eligere valent Beatæ viuentes in ſuis Domibus cum voto caſtitatis. n. 8.

Tertiarij collegialiter viuentes ſub tribus votis, ſi in remoto decedãt loco, eligere Sepulturã poſſunt. n. 9.

Tertiarij, qui cum Fratribus Ordinis cuius habitum geſtant, in communitate viuunt, ſi veri Religioſi ſunt, niſi in loco decedant remoto, eligere illam non poſſunt. n. 11. *Poſſunt tamen, ſi Religioſi non ſunt.* n. 10.

PRo difficultatis propoſitæ intelligentia, ſcire 1
oportet, aliqua eſſe Tertiariorum genera. *Primum eſt* eorum, qui in Religione viuunt, tria vota eſſentialia emittunt, & ſub Prælati degunt obedientia. De quibus Leo Papa X. *in Bulla inter cætera, la* 42. *apud Bullarium nouiſſimum Angeli Cherubini, tomo* 1. *pag.* 619. Pius Quintus, *in Bulla, Ea eſt Officij noſtri, la* 63. *tom.* 2. *pag.* 257. & Sixtus Quintus, *in Bulla Romani Pontificis, la* 28. *pag.* 530. *eiuſdem voluminis.* Lezana, *in Summa quæſtion. Regularium, tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 4. *controuerſ.* 18. *concluſ.* 6. Emmanuel Roderiquez, *tom.* 3. *QQ. Regular. quæſt.* 72. *artic.* 1. *concluſ.* 3. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 3. *num.* 35. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſputat.* 17. *quæſito* 1. *num.* 49. & Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.* 1. *ad Conſtitutionem* 4. *Sixti Quarti*, §. 7. *num.* 31. Quo loci ait, huiuſmodi Tertiariis fuiſſe à Leone X. præfato, accommodatam Regulam Sancti Franciſci Aſſiſienſis, à Nicolao Papa Quarto approbatam: fuiſſeque per Pium Quintum reformatos. Et iſti (addit) ſunt veri Religioſi, & fruuntur omnibus priuilegiis, gratiis, & indultis, quibus cœteri Ordinis Sancti Franciſci Fratres, vt expreſsè declarauit Pius Quintus *in dicta Conſtitutione Ea eſt*, §. 16.

Secundum Tertiariorum genus eſt, qui tria eſſen- 2
tialia vota faciebant, non tamen ſub aliqua determinata Regula à Sede Apoſtolica approbata. De quibus aliqui in communitate, vel in Eremitoriis, de licentia Superiorum, & ſeparatim cum habitu Religioſo ab aliquo, Regulari accepto, vel quem propria ex authoritate acceperant, viuebant. Pellizzarius, *loco allegato*, Roderiquez, *concluſ.* 2. Lezana, *num.* 2. *&* 6. & Samuellius, *concluſ.* 7. *num.* 13. vel vti mauult Peyrinus, *num.* 32. non viuebant in Religione (ſcilicet in communitate,) ſed in Eremitoriis, de licentia Superiorum, de quibus Souſa. *in Tractatu de Profeſſione Tertiariorum, pag.* 201. Et iſti fuerunt ſublati in Concilio Lateranenſi, ſub Leone V. Ait tamen, & bene Lezana, *dicto n.* 6. nihil tale inueniri in Bulla *Dum intra mentis*, quam innuit Peyrinus hic.

Tertium genus eſt eorum, qui nec tria vota eſſen- 3
tialia emittunt, nec viuunt in communitate, aut collegialiter, Regulam tamen, pro vtriuſque ſexus perſonis à S. Franciſco Aſſiſienſi, vel à S. Franciſco de Paulo datam confirmatam à Sede Apoſtolica, illa per Nicolaum Quartum, in Bulla *Supra mentem*, iſtam per Iulium Secundum, in Bulla *Dum ad ſacrum Ordinem*, §. 26. obſeruant in propriis domibus habitantes. Et iſti ſunt verè ſæculares, & vt tales, ad onera Laicis debita tenentur, & coram Laicis Iudicibus conueniri debent, & ſuis Parochis ſubſunt in omnibus, præterquam in Sacramento Pœnitentiæ, ita declarante Concilio Lateranenſi ſub Leone X. in Conſtitutione *Dum intra mentis arcana, la* 26. *apud Peyrinum, de Priuilegiis, tomo* 1. §. 21. Quocirca aduerrit Doctor iſte, *dicto* §. 7. *ad Conſtitutionẽ* 4. *Sixti Quarti, n.* 33. quod poſſunt huiuſmodi Tertiarij, & Tertiariæ frui omnibus gratiis

ſpiritua

ſpiritualibus ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinentibus, quibus fruuntur ipſi Fratres, ex Caſarubio, *in Compendio, verbo Tertiarij Fratres, & Sorores, pag. 526. verſic. Aliter breuius.* Addit tamen, non poſſe Confeſſarios Regulares, ab Ordinariis non approbatos, dictorum Tertiariorum excipere Confeſſiones, ob Declarationem Sacræ Congregationis, cauſis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, de qua infrà.

De hoc Tertiariorum genere, agunt præter Peyrinum, *dicto num.* 33. Ioann. Bapt. Lezana *dicto cap.* 14. *num.* 3. & 7. Samuellius, *concluſ.* 7. *num.* 11. Emmanuel Roderiquez, *loco citato*, *concluſ.* 1. & Pellizzarius iam citatus.

4 Quartum genus Tertiariorum eſt eorum, qui cum Fratribus clauſtralibus habitant, & Regulam profitentur Tertiariorum. De quibus (inquit Peyrinus *num.* 4.) multi ſunt in noſtra Religione, habitum noſtrum induentes, cæteraque, quæ Fratres, obſeruantes Et iſti (addit) fruuntur omnibus priuilegiis, quibus cæteri Fratres, per Concilium Lateranenſe citatum. Et ita declarauit S. Congregatio Concilij, *Anno* 1608. paulò inferius exſcribenda eſt Declaratio, Tertiarios cuiuſvis Ordinis comprehendens. Lezana id tenet, *dicto cap.* 14. *num.* 30. & 31.

5 Quintum fuit Tertiariarum genus, quæ collegialiter viuebant, ſine votis tamen. De quibus, vti Peyrinus *num.* 35. ait, per Conſtitutionem Pij Quinti, *Circa Paſtoralis Officij*, *la* 8. *tom.* 2. *Bullarij Cherubini*, iuſſum fuit ſolemnem emittere profeſſionem, & clauſuram perpetuam ſeruare: & quæ profiteri nolent, prohibitæ ſunt in poſterum in ſuas recipi Congregationes. Et nunc ſi tales aliquæ reperiuntur, prohiberi poſſunt, ne in Congregatione maneant, niſi facta profeſſione. Ita declarante Sacra Congregatione Concilij, 22. *Ianuarij, de Anno* 1596. apud præfatum Peyrinum, & Barboſam, *in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Tertiarij, & Tertiariæ, collectan.* 700. *num.* 4. ex Piaſec. *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 57.

6 Sextum genus eſt Tertiariarum, quæ Beatæ dicuntur. Et ſunt illæ, quæ Regulam Tertiariorum ſeruant, emitunt tantum caſtitatis votum, & in ſuis priuatis domibus, non autem in Communitate, ſeu Collegialiter viuunt. Iſtæ gaudent, non obſtante, quod verè ſunt ſæculares, omnibus priuilegiis, quibus fruuntur Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum geſtant. Conceſſio eſt Concilij Lateranenſis ſub Leone Papa Decimo in præcitata Conſtitutione, *Dum intra mentis arcana*, §. 21. *ad finem*, & docet Peyrinus, *vbi ſuprà*, *num.* 36. *pag. mihi* 41. qui *num.* 38. ad maiorem iſtorum probationem, ſequentem recenſet declarationem.

7 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſulta reſpondit. Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, alióſque ſimiles, ita Demum Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegiis potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint. Quemadmodum cauetur Conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur *ſeſſ.* 11. *in fine.* Hoc autem mulierum voto, alia duo, ſcilicet pauperatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimmò huiuſmodi mulieres ſi vitam virginalem, aut cœlibem ſimpliciter, expreſsèque vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes, ſupradictis priuilegiis Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere: quemadmodum idem Leo poſtea declarauit, Conſtitutione edita *die* 1. *Martij*, *Anni* 1518. Quod ſi Fratres, Sororeſve tertij Ordinis quid amplius prætendunt vigore conſuetudinis, poſſe Ius ſuum proſequi in iudicio ordinario.

Hieronymus Cardinalis Pamphilius.

Ioannes Franciſcus Faganus, Sacræ Congregationis Concilij Secretarius.

Romæ, ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, 1608.

His præmiſſis, vtpotè neceſſariis ad præſentis difficultatis intelligentiam, & exactam eius dilucidationem, ad eam accedamus enucleandam. Eam diſtinctis concluſionibus, libuit, claritatis gratia exoluere.

CONCLVSIO I.

TErtiarij ſecundi, tertij, quinti, & ſexti generis Tertiariorum vtriuſque ſexus, bene poſſunt ſibi Sepulturam eligere. 8

Facilè probatur iſta concluſio: quia omnes præfati Tertiarij ſæculares ſunt, & non Religioſi, vti bene Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tomo* 1. *part.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. *cum ſeqq. & numero* 33. Emman. Roderiquez, *tomo* 3. *quæſt. Regular. quæſt.* 72. *artic.* 1. *concluſ.* 2. Laurentius de Peyrinis, *tom.* 1. *de Priuilegiis*, *ad Conſtitutionem* 4. *Sixti Quarti*, §. 7. *num.* 33. 35. & 36. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis*, *tract.* 1. *diſputat.* 4. *controuerſ.* 18. *concluſ.* 7. *num.* 11. Vni enim eorum, vota eſſentialia ſtatus Religioſi non emittunt: alij autem, ſi omnia illa emittunt Paupertatem ſcilicet, Obedientiam, & Caſtitatem, non tamen ſecundum certam, & determinatam Regulam, & ſub Religione aliqua, à Sede Apoſtolica approbata: quod certè omninò eſt neceſſarium ad conſtituendum aliquos in vero Religioſo ſtatu, *ex cap. Quod votum, vnico de Voto, & voti redemptione*, §. *Præſentis*: ibi: Aut per profeſſionem expreſſam, vel tacitam factam alicui de Religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis. Et ibi Gloſſa, *verbo Approbatis, lib.* 6. Lezana, *dicto cap.* 14. *num.* 6. cum Nauarro, *Commentario* 1. *de Regularibus*, *ſuper cap. Cui portio*, *num.* 18. & *in Conſiliis*, *lib.* 3. *tit. de Regularibus*, *conſil.* 12. & Miranda, *in Manuali Prælatorum*, *tom.* 1. *quæſt.* 36. *artic.* 3. *concl.* 1. Sed ſæculares, quia velle habent, & nolle bene poſſunt ſibi Sepulturam eligere. Ergo poterunt, & illam eligere Tertiarij, & Tertiariæ omnes in concluſione noſtra recenſiti.

CONCLVSIO II.

TErtiarij primi generis, qui in Religione ſcilicet viuunt ſub obedientia Prælati, & ſub Regula à Sede Apoſtolica approbata, emiſſis tribus eſſentialibus votis, Paupertatis, Obedientiæ, & Caſtitatis, ſi in remoto, & diſtante loco, vndè ad Cœnobium ſuum commodè transferri nequeant, mori contigerit, ſibi poſſunt eligere Sepulturam. 9

Hanc tenent Samuellius, *vbi proximè*, *concluſ.* 6. *pag.* 217. *numero* 9. & omnes Doctores, quos ſuprà allegaui §. 3. Et ratio eſt: quia huiuſmodi Tertiarij ſunt veri Religioſi, vti docent Peyrinus, *loco citato*, *num.* 31. Lezana, *dicto cap.* 14. *num.* 5. Nauarrus, *lib.* 3. *Conſiliorum, tit. de Regularibus, conſil.* 54. Emmanuel Roderiquez, *tom.* 3. *quæſt.* 7. *artic.* 1.

artic. 1. *concluſ.* 3. Et Samuellius illam probat *num.*18. Nam hi Tertiarij (inquit) carent proprio, velle, ac nolle, & ſubduntur *capiti finali, Religioſi, de Sepulturis in* 6. Quod & patet ex Conſtitutione Pij Quinti. *Ea eſt Officij noſtri, la* 63. *apud nouiſſimum Angeli Cherubini Bullarium, tom.*2. *pag.*257. *in exordio, vel Proœmio,* ibi: Maiore tamen ſolicitudine eadem illa in Religioſorum ſodalitatibus requirimus. *Et* §.1. ibi. Itaque inter exteras Religiones, Fratrum quoque Tertij Ordinis Sancti Franciſci,de pœnitentia nuncupati,&c. Et expreſſius adhuc in conſtitutione Leonis X. *Dilecto filio, la* 16. *apud Emmanuelis Roderici Bullarium, ſub vltima die Auguſti* 1517. in qua, declarat Sorores tertiæ Regulæ, eſſe veras Religioſas, & gaudere poſſe priuilegiis Fratrum Minorum. Sed Religioſi decedentes, in loco remoto à Monaſterio, vndè ad illud commodè transferri nequeant, poſſunt beneficio dicti *capitis Religioſi,* ſibi Sepulturam eligere, vti probatum relinquimus *dicto* § 3. Ergo etiam poſſunt illam eligere præfati Tertiarij decedentes pariter in loco remoto, vndè commodè nequeant ad Monaſterium transferri.

CONCLVSIO III.

10 TErtiarij quarti generis, qui ſcilicet cum Fratribus ſui Ordinis, cuius habitum geſtant cum Clauſtralibus ſcilicet habitant, ſi veri Religioſi non ſunt, vti ſentire videtur P. Lezana *dicto cap.*14. *num.*30. abſque omni dubio ſibi eligere valent Sepulturam, etiam in Monaſterio decedentes, vbi cum Clauſtralibus viuunt. Ratio fundamentalis eſt, quia habent proprium, velle, & nolle, & teſtari poſſunt, ſicut reliqui ſæculares. Si autem huiuſmodi Tertiarij, veri Religioſi exiſtunt, vti ſentire videtur P. Laurentius de Peyrinis, *vbi ſuprà num.*34. eligere poterunt Sepulturam, ſi in loco diſtante; ac remoto à Monaſterio decedant. Et probatur eadem ratione, quâ ſecundam concluſionem probauimus.

---

§. IX.

An Sanctimoniales fœminæ, ſibi eligere valeant Sepulturam?

BREVIARIVM.

Moniales.

*Nomine Religioſorum veniunt in fauorabilibus.*n.2.
*Priuilegiis gaudent omnibus conceſſis Religioſis, ſi illis adoptari poſſint.*n.2.
*Eligere valent Sepulturam, ſi in loco remoto à Monaſterio vltra vnam dictam decedant.*n.1. & 2.

CONCLVSIO.

1 MOniales exiſtentes extra Monaſterium, occaſione infirmitatis,v.gr. in balneis, aut alibi de iuſtis cauſis, remotæ tamen à Monaſterio, ita vt commodè ad illud transferri defunctæ nequeant, extra vnam videlicet dictam, iuxta aliàs à nobis de Religioſis viris dicta, validè, & licitè eligere poſſunt Sepulturam.

2 Ita docet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 4. *controuerſ.* 19. *concluſ.* 3. *pag.* 220. Et probatur. *Ex cap. Religioſi,* 5. *& finali de Sepulturis, libro* 6. in quo Bonifacius Papa Octauus abſolutè, & indiſtinctè liberam facultatem conceſſit Religioſis decedentibus extra Monaſterium ſuum, in locis remotis, vndè ad illud commodè tranſportari non poſſint, ad eligendam ſibi Sepulturam, vti §. 3. vidimus. Sed Moniales in fauorabilibus, quale, dubio procul eſt hoc Bonifacij indultum, nomine veniunt Religioſorum, vti docent Tamburinus, *de Iure Abbatiſſarum, tom.* 4. *diſputat.* 6. *quæſito* 6. *nu.*14. *& diſputat.* 17. *quæſito* 1. *num.* 1. Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.* 2. *ad Conſtitutionem* 8. *Pij Quinti,* §. 2. *num.*3. *pag. mihi* 282. Franc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract.* 8. *cap.*1. *num.*72. *&* 73. Zacharias Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ, tom.*1. *quæſt.*480. *&* 481. Et multi alij penes eos. Qui omnes docent, quod quando conceditur aliquod priuilegium viris, cenſetur etiam conceſſum fœminis ab illis dependentibus, ſi illo ſint capaces, aut illis adaptari, accommodari poſſit. Nam id plures Romani Pontifices conceſſerunt iiſdem Monialibus (ait Paſqualigus) vt obſeruant Miranda, *tom.* 2. *Manualis, q.* 46. *art.* 2. *Roderiq. q.* 13. *art.* 21. *&* 22. *& q.* 20. *art.* 20. Hieronym. Roderiq. *in Compend. reſ.*98. *n.* 15. *& reſol.*116.*n.*46. afferens diuerſa priuilegia, quibus hæc communicatio conceditur Pij V. Gregorij XIII. Clem. VIII. & Pauli V. Et addit Paſqualigus hoc verum eſſe, quamuis illæ ſint diuerſi Ordinis, & inſtituti. Allegat Ceſpedes, *de Exempt. Regular. cap.* 3. *dub.* 93. Quintanaduen. *to.* 1. *ſingular. tract.*7. *ſing.* 34. *n.* 4. Quartum, *in Rubric. Miſſalis, p.* 3. *tit.* 10. *num.* 1. *ſect.* 2. *dub.*8. & priuilegium Bonifacij 8. Minoribus conceſſum, in quo haberi ait: *Quæcumque Moniales.* Et facit Bulla eius 4.Bullari Emmanuelis.Ergo benè poſſunt Moniales ſibi eligere Sepulturam, ſi in remoto à Monaſterio decedant loco, in vim Decretalis *Religioſi* recenſitæ.

---

§. X.

An Nouitij, & Nouitiæ, ſibi valeant eligere Sepulturam?

BREVIARIVM.

Nouitij, Nouitiæ.

*Sibi poſſunt eligere Sepulturam.*n.1. & ſeqq.
*Sunt ſubſtantialiter ſæculares.*n.2.
*Habent velle, & nolle, & poſſunt teſtari.*n.2.
*In fauorabilibus veniunt ſub Religioſorũ nomine.*n.4.
*Secus in odioſis, & prohibitionibus.*n.4.
*Prælatus Regularis poteſt illos abſoluere ab omnibus caſibus, & cenſuris, à quibus poteſt profeſſo: Poteſt, & vota illorum commutare, & in eis diſpenſare.*n.4.
*Confiteri poſſunt approbatis, à ſolo dicto Regulari Prælato.*n.4.
*Immunes ſunt à Gabellis.*n.4.
*Gaudent priuilegio fori, & aliis, quibus gaudent profeſſi.*n.4.

CONCLVSIO.

VTriuſque ſexus Nouitij, ſiue extra, ſiue intra 1
Monaſterium decedant, validè, & licitè ſibi poſſunt eligere Sepulturam.

Ita docent Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa*

quæſtionum Regular. tomo 2. parte 4. verbo Nouitij, num. 41. cum Sanchez *in Decalogum tomo 2. lib. 6. cap. 14. num.* 10. ex Franco, Armilla, & Tabiena. Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 8. cap. 5. num.* 133. cum eiſdem, Archidiacono, & aliis. Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num.* 30. cum Laurentio de Franchis, *tract. de Controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares, in variis quæſtionibus, quæſt.* 56. Hieronymus Roderiquez, *in Compend. quæſtionum Regular. reſolut.* 128. *num.* 17. *in fine.* Caſtrus Palaus, *part. 3. tractat. 16. diſputat 4. punct. 13. §. 8. num.* 8. *pag.* 367. Diana, *part. 5. tract. 3. reſolut.* 109. cum Villalobos, *in Summa, tom. 2. tract.* 31. *difficult. 2. numero* 13. ibi: *Haſe de aduertir, que los Nouicios pueden elegir Sepultura, como pueden dejar el habito, y boruerſe al ſiglo.* Docent etiam Noctinot, *in Compendio Dianæ, verbo Nouitius, num.* 8 *& verbo Sepulturam eligere, num.* 4. Aſcanius Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 3. *diſputat. 6. quæſito* 27. *num.* 35. & Ioannes Bapt. Ventrigalia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de electione Sepulturæ, §. vnico, num.* 8. *&* 19. *ex cap.* 1. *de Priuilegiis*; ac Medices, *de Sepulturis, part. 1. quæſt. 8. num.* 15.

2 Probatur primò concluſio: quia Nouitij per habitus admiſſionem, facultatem, quam ad eligendam Sepulturam, ſæculares habent, de quorum numero ſubſtantialiter ſunt ipſi Nouitij, non amiſerunt: habéntque velle, & nolle: teſtari poſſunt: & omnino ad ſæculum redire, eis licet. Ergo poterunt Sepulturam eligere ſibi.

3 Secundò probatur. Nullo iure prohibetur Nouitiis eligere ſibi Sepulturam. Ergo liberè, licite, & valide, illam eligere poſſunt. Conſequentia patet. Cum quia Nouitij peioris conditionis, quàm merè ſæculares non ſunt. Sed iſti bene poſſunt ſibi eligere Sepulturam, dummodo puberes ſint, & non ſint à iure prohibiti, aut Sepultura priuati, vti *Diſquiſit. 1. huius Tractatus* demonſtraui. Ergo ſi Nouitij puberes ſint, & non ſunt Sepultura priuati, illam eligere poterunt, dato, quod electio non ſit eis prohibita. Tum etiam, quia omnia conceſſa cenſentur de iure communi, quæ non ſunt expreſsè prohibita, de quo prolixè *Diſquiſit. 1. dub. 14. n.* 4. & alibi ſæpe. Ergo ſi nullo iure Nouitio prohibeatur ſibi Sepulturam eligere, liberè, licitè, & valide illam eligere quibunt.

4 Antecedens autem probatur: Quia ſi alicubi Nouitij prohibetur eligere ſibi Sepulturam, maximè *in c. Religioſi, el final de Sepulturis, l. 6* Sed nō ibi. Ergo nullo iure Nouitij prohibetur ſibi eligere Sepulturam. Minor in qua poſſet eſſe difficultas, facile probatur. In recenſita Decretali, tantum Religioſis prohibetur Sepulturæ electio. Ergo nullo modo Nouitiis prohibetur. Antecedens, euidenter apparet, ex textus inſpectione. Conſequentia verò demonſtratur. Nouitij, licet in fauorabilibus ſub nomine veniant Religioſorum, & hac de cauſa à Prælato Regulari, ſub cuius degunt obedientia, in ſuis votis diſpenſari valent: & abſolui etiam in omnibus caſibus, in quibus profeſſi poſſunt: & inter alias facultates, quas habent, eæ ſunt, vt gaudeant omnibus indulgentiis profeſſis conceſſis: vt poſſint eligere Confeſſarium ex approbatis à ſuo Prælato Regulari, qui eos abſoluat ſemel in vita, & in mortis articulo ab omnibus caſibus, & cenſuris, à quibus poſſent abſolui ſi profeſſi exiſterent, & vt poſſint ſemper à ſolo ſuo Prælato Regulari approbato confiteri vt immunes ſint à gabellarum ſolutione: vt priuilegio fori gaudeant, & aliis etiam priuilegiis Religioſis profeſſis conceſſis: vt eorum vota commutari poſſint ab eorum Prælatis Regularibus. In Odioſis tamen, & prohibitionibus ſub eodem Religioſorum nomine minimè veniunt Nouitij. Vnde interdicta Ciuitate, & vnoquoque de Ciuitate, Nouitij non cenſentur interdicti: quia in præiudicialibus, ciues, ſeu incolæ Ciuitatis non reputantur. Et licet Monachis ſit interdictus vſus Bullæ Cruciatæ, quoad abſolutionem, non tamen Nouitiis eſt ille interdictus. Et quamuis profeſſis eiuſdem Ordinis prohibitum ſit ad Epiſcopatum, vel ad alias aſcendere dignitates, huiuſmodi non ſubſunt prohibitioni Nouitij. Prohibitiones etiam Religioſis in iure inflictas, ad non obtinenda Beneficia ſæcularia, & ad non acceptandam, ſine licentia Prælati electionem de ſe factam, Nouitios non afficit. De quibus omnibus, & de prohibitionibus tranſigendi, accuſandi, &c. Latè & doctiſſimè noſter Tamburinus, *tom. 3. de Iure Abbatum, diſputat. 6. quæſito* 17. cum pluribus, quos recenſet Doctoribus. Sed prohibitio adducti capitis *Religioſi*, odioſa eſt. Ergo Nouitios non afficit, ſed ſolùm profeſſos.

§. XI.

An Impubes valeat aliquando ſibi eligere Sepulturam?

BREVIARIVM.

Impubes.

Vir, qui 14. *ætatis annum non habet, impubes dicitur, & fœmina, quæ* 12. *non habet.* n. 1.

Regula.

Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit. n. 4.

Sepultura.

Impubes non poteſt ſibi Sepulturam eligere. n. 2.

Poterit illam eligere ſi malitia ſuppleat ætatem. n. 2.

1 SVppono impuberem eſſe virum non habentem quatuordecim ætatis annos, & fœminam duodecim non habentem. Ita Gloſſa *in capite Si paterfamilias, verbo Impuberes, el 1. de Sepulturis. lib. 6. ex L. Pupillus, in principio, ff. de verborum ſignificatione. L. Indecoram, Cod. Quando Tutores, vel Curatores eſſe deſinant. Et Inſtituta, Quibus modis tutela finitur, in principio.* Gloſſa Item *in cap. Licet pater, verbo Pubertatis, el 4. eiuſdem tituli, & libri.* Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ, §. vnico, n.* 11. vbi ait, eſſe indubitatum: & allegat Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico, part. 2 lib. 1. c. 10. n.* 28. Additque in hoc non eſſe ſequendam Belleti opinionem, *in Diſquiſitionibus Clericorum, part. 1. de Clerico Debitore, §. Tertius, n. 14. ad finem*, vbi tenet quod filiusfamilias, ad hoc vt poſſit ſibi eligere Sepulturam, requiritur, quod ſit maior decem, & octo annis. Neque ſententiam quidem Sebaſtiani Medices, *tract. de Sepulturis, part. 1. quæſt. 8. num.* 19. dicentis filiumfamilias poſſe ſibi eligere Sepulturam poſt decimum quartum annum, ſiue vir, ſiue fœmina ſit: quaſi videatur ſentire, quod fœmina ante decimum quartum annum non poſſit eligere Sepulturam. Quo ſuppoſito, ſit.

CONCLV

CONCLVSIO.

2 IMpubes, ſiue vir, ſiue fœmina, ſi malitia ſupplet ætatem, benè ſibi valet eligere Sepulturam. Ita docent Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controuer. 5. concluſ. 1. pag. 241.* & præfatus Ioannes Bapt. Ventriglia, *vbi proximè*: ſic enim ibi fatur. Limitatur primò in impubere. Impubes enim non poteſt ſibi eligere Sepulturam, niſi impubes eſſet, in quo malitia ſuppleret ætatem: quia tunc poſſet. Deciditur in hoc textu *cap. 1. de Sepulturis in 6.* & obſeruat Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 10. ſub num. 27.* poſt Lapum, Iulium Lauorium, Sperellium, & alios poſt eum relatos. Et eſt commune. Hactenus Ventriglia. Sed immeritò allegat dictum textum, cum in eo nihil inueniam, quòd ſuam, & noſtram doctrinam decidat. Pro ea recenſet Samuellius. D. Antoninum, *in Summa, part. 3. tit. 10.* Bartolum, *in L. Qui in poteſtate, verſic. In vno caſu, & in L. Si filius familiæ, poſt num. 3. ff. de Teſtament. Gloſſa 8. verſic. Item Sepulturam, num. 3.* Ancharanum, & Geminianum *in cap. Licet, el 4. de Sepulturis, lib. 6.* Lapum, *allegat. 59.* Lauorium, *tom. 1. variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 15. n. 109. & 110.*

Ratio autem concluſionis deducitur ex eo, quod licet impubes eligere nequeat Sepulturam, eo quod vſum rationis regulariter non habeat, vti docet Gloſſa, *in cap. Licet, in formatione caſus, el 4. de Sepulturis, lib. 6.* Aliquando tamen ita malitia ſupplet ætatem, vt impubes, tanto poleat rationis vſu, vt poſſit per ſe cauſas ſpirituales tractare, independenter ab omni alio, & Matrimonium contrahere: nam quantum ad facultatem contrahendi Matrimonium, (doctrinam, & verba reddo Gloſſæ, *in cap. Si annum, in caſus formatione, el 3. de Iudiciis, libro 6.*) non attenditur ætas, ſed poteſtas coeundi: quia ſi ſint potentes ad coeundum ante 14. annum, poſſunt contrahere. Hæc Gloſſa. Sed ad eligendam Sepulturam, non requiritur tantus rationis vſus, quantum ad contrahendum Matrimonium, & quantum ad alias ſpirituales cauſas tractandas. Ergo impubes, cuius malitia ſupplet ætatem, benè ſibi valet eligere Sepulturam.

3 Sed inquires. Elegit ſibi Sepulturam impubes (cuius ſcilicet malitia non ſuppleuit ætatem,) poteritne factus pubes, in Sepultura electa tempore impubertatis ſepeliri? Reſpondet dictus Ventriglia diſtinguendo. Aut electio illa rata habetur in pubertate, aut non. Si primum, poteſt in illa ſepeliri; ſecus verò ſi non conualidetur electio poſt pubertatem. Ita ille, *num. 12.* Et id deducit (ait) ad exemplum illorum, quæ de Matrimonio ſpirituali *in cap. 1. de Regulis Iuris in 6.* dicuntur. Sebaſtianus Medices, *dicta quæſt. 8. num. 3.* & Lauorius *loco citato, num. 110.* Samuellius etiam *concluſ. 2.*

4 Ratio autem huius reſponſi, quoad primam partem, ea eſt: quia per ratihabitionem factam poſt pubertatem electionis ante eam factæ, denuò electio ipſa in tempore habili fit. Poſterioris verò partis, eſt ratio potiſſima, Decretalis 18. *de Regulis Iuris lib. 6.* vbi ita Bonifacius Papa Octauus decernit. „ Non firmatur tractatu temporis, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit. Sed de Iure non ſubſiſtit ab initio electio Sepulturæ, ab impubere facta, *cap. Licet pa-* „ *ter, el 4. de Sepulturis eodem libro*, ibi: qui ne- „ queunt antequam ad annos pubertatis perueniant, „ eligere Sepulturam. Ergo electio Sepulturæ per impuberem facta, per ſuperuenientem pubertatem non ſubſiſtit. Vndè vt ſubſiſtat, ratihabitione indiget.

§. XII.

An Filiusfamilias Sepulturam ſibi eligere poſsit?

BREVIARIVM.

Iudicium.

Sumitur aliquando pro diſpoſitione vltimæ voluntatis. n. 3.

Minor.

Viginti annorum minor, etiamſi ſit in patris poteſtate, poteſt per ſe, & per Procuratore eſſe actor, & defenſor in iudicio in cauſis ſpiritualibus. n. 4.

Patria poteſtas.

In ſpiritualibus non attenditur. n. 3.

Sepultura.

Filiusfamilias in pubertate conſtitutus, Sepulturam ſibi eligere poteſt. n. 1. & ſeqq.

Teſtamentum.

Filiusfamilias Teſtamentum facere nequit, aut de aliquo diſponere, niſi habeat peculium Caſtrenſe, aut quaſi Caſtrenſe. n. 3.

CONCLVSIO.

1 POſſe Filiumfamilias in pubertate cõſtitutum ſibi eligere Sepulturam, commmunis ſententia tenet. D. Antoninus, *in Summa, parte 3. tit. 10. cap. 5.* ibi. Et hoc poſt 14. annum completum, ſiue maſculus, ſiue fœmina: etiam contra voluntatem parentum. Hactenus Sanctus ille Doctor. Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, q. 6.* In ſequentia prorumpens. Et dico, quod ſibi eligere poteſt Sepulturam quilibet tam maſculus, quàm fœmina habens liberum arbitrium, & debitam ætatem, ita ſcilicet, quod ſit pubes, quamuis ſit in poteſtate patris, etiam ſine patris conſenſu. Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ, §. vnico, n. 6.* Ioannes Ægidius Trullench, *tom. 3. tract. de Iure Parochi, c. 9. dub. 5. n. 4.* & ante eos Dominicus, *in Summa capitis licet pater,* & Gloſſa, *verbo Filiusfamilias, & verbo Sepulturam el 4. de Sepulturis, lib. 6.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſp. 5. controuer. 1. concl. 7. p. 224. & controu. 5. concluſ. 1.* cum Lapo, *allegat. 59.* Bartolo, *in L. Qui in poteſtate, verſic. In vno caſu, & in L. Si Filius familiæ, poſt n. 3. ff. de Teſtamentis, Gloſſa 8. verſiculo item Sepulturam, n. 3.* Ancharano, & Geminiano, *in c. Licet, de Sepulturis in 6.* cum Imola, *in c. ea parte, n. 6. de Reſtitutione ſpoliatorum,* Molina, *de Iuſtitia, & Iure tom. 1. tract. 2. diſp. 254.* Paulo Layman, *lib. 3. tract. 5. c. 12. q. 3. n. 5.* Belleto, *diſquiſ. Clericorum. p. 1. §. 3. de Clerico debitore, n. 12.* Paſqualigo, *deciſ. 381. n. 4.* Lauorio, *tom. 1. variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 109.* & Bruno Chaſſaing, *de Priuilegiis Regularium, tract. 2. cap. 7. propoſit. 4. verſic. Clarius tamen, pagina mihi 126.*

Probatur *primò* concluſio ex *Canone vnaquæque,* 2
el 3. 13. q. 2. ex D. Auguſtino deſumpto, in quo ſic lego. Exemplo igitur iſtorum liquet, quod liberum eſt „ filiis ſepeliri, in Sepulchris patrum ſuorum, & liberum eſt eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate, corpori ſuo hoſpitium inuenire. „

3 *Secundò* euidenter probatur, ex *cap. licet el* 4. *de Sepulturis, lib.* 6. vbi Bonifacius Papa ita decernit. Quamuis autem Filiusfamilias abſque Patris aſſenſu, ſibi poſuit liberè eligere Sepulturam; pro anima tamen ſua, præter ipſius aſſenſum (niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat) aliquid iudicare non poteſt. Vbi Gloſſa, *verbo Iudicare*, ſic illud interpretatur. Id eſt in vltima voluntate relinquere. Iudicium enim hîc ſumitur pro vltima voluntate.

4 *Tertiò* probatur ratione. Quia in ſpiritualibus, patria poteſtas non attenditur. Diſertis decernitur verbis à prædicto Bonifacio *in capite. Si annum, el* 3. *de Iudicijs, lib.* 6. Sub hoc tenore. Si annum quartum decimum tuæ peregiſti ætatis, in Beneficialibus, & aliis cauſis ſpiritualibus, nec non & dependentibus ab eiſdem, ac ſi minor viginti quinque, annis exiſteres ad agendum, & defendendum per te, vel per procuratorem (quem ad hoc conſtituendum decreueris) admitti debebis. Et infra, vltimum calamum decretali imponendo, dicit. In huiuſmodi quoque litibus, ſiue cauſis, quanquam in poteſtate patris exiſtas, nec aliàs abſque ipſius aſſenſu, in iudicio regulariter eſſe poſſis, eius (cum de iis ſe intromittere non habeat) neqnaquam requiri debebit aſſenſus.

Hactenus Conſtitutio præfata. In cuius ſumma, ſic Ioannes Andreas. Filiusfamilias ſine patris aſſenſu agit cauſam ſpiritualem.

§. XIII.

An mulier, marito viuente, ſibi poſsit Sepulturam eligere.

BREVIARIVM.

Vxor.

Non inducantur ad imparia, aut alterius conditionis, quoad debitum coniugale, & quoad facultatem eligendi Sepulturam vxor, & maritus. n. 1.

Poteſt vxor viuente marito, & nolente Sepulturam ſibi eligere, ſicut viuente pariter, & nolente patre. n. 1.

Vxor, quæ plures habuit viros, ſi propriam non eligit Sepulturam, cum vltimo ſepelienda eſt. n. 3.

CONCLVSIO.

1 BEnè poteſt mulier vxorata, viuente marito, ſibi Sepulturam eligere.

Ita docent Gloſſa, *in cap. Is, qui* §. *Mulier, verbo Eligat, el* 3. *de Sepulturis, lib.* 6. & marginalis, ibi. Abbas Panormitanus, *in cap. De vxore, num.* 1. dicens. Sicut liberum eſt viro eligere Sepulturam, ita liberum eſt mulieri. Nulla eſt differentia inter eos in hoc caſu, cum à lege viri ſoluta eſſe intelligatur. Et paucis interiectis, proſequitur. Nota primò vnum caſum, in quo maritus, & vxor non iudicantur ad imparia; ſed ſunt eiuſdem conditionis, vt in electione Sepulturæ. Idem eſt quoad carnis debitum, *cap. Gaudemus, de Diuortiis.* Hæc Nicolaus Tudeſchus. Docent etiam Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *de Electione Sepulturæ*, §. *vnico, num.* 7. illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo* 51. *de Sepulturis, num.* 47. *pag.* 185. Aug. Barboſa, *in dicto cap. de Vxore, num.* 1. *& 2. de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 29. *in fine, & de Officio, & poteſt. Parochi, part.* 3. *cap.* 26. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 5. *controu.* 2. *concluſ.* 1. *pag.* 227. vbi ait. Vxor de Iure communi, pleno iure valet licitè, & liberè Sepulturam eligere, viuente etiam marito, & nolente, atque patre viuente, & contradicente. Bernardus, *in prædicto cap. de Vxore* ait. Nota, quod vxor poteſt eligere Sepulturam ſibi, ſicut vir. Ioannes Ægidius Trullench, *tom.* 3. *tract. de Iure Parochi, cap.* 9. *dub.* 5. *num.* 7.

Allegantur etiam à prædictis Doctoribus pro noſtra concluſione, quàm plures alij. Sebaſtianus Medices, *de Sepulturis, part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 10. Belletus, *in Diſquiſitionibus Clericorum, part.* 1. *de Clerico debitore*, §. 3. *n.* 15. Spinus, *in Speculo Teſtamentorum gloſſ.* 2. *princip. n.* 41. Lelius Zechius, *de Republica Eccleſiaſtica, cap.* 28. *de Parocho, num.* 17. *verſic. Fallit, propè finem.* Alexander Trentacinq. *Conſil.* 56. *per totum. volum* 2. Iulius Lauorius, *variarum lucubrationum, tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 130. Abbas antiquus, Innocentius, Zabarella, Butrius, Ioannes Andreas. Imola, Anania, Hoſtienſis, Henricus Ancharranus, cum cæteris Canoniſtis, *in cap. de Vxore, & in cap. Is, qui* §. *Mulier, de Sepulturis in* 6. Ximenes Toletanus, *in Concordantiis vtriuſque Iuris, cum legibus Caſtellæ, part.* 1. *&* 2. Viuianus, *in Rationali, lib.* 3. *Iuris Pontificij, fol.* 240. Alagona, *in Compendio Iuris Canonici, fol.* 457. Antonius Auguſtinus, *in Collectanea Decretalium, lib.* 3. *tit.* 24. *cap.* 7. Paſqualigus, *deciſ.* 381. *num.* 3.

Probatur *primò* concluſio *ex prafato cap. De vxore, el* 7. *de Sepulturis*, in quo illam apertè diffiniuit Lucius Papa Tertius, dicens. De vxore verò, vtrum quemadmodum vir liberam debeat habere Sepulturam, nobis videtur, quod nulla ſuper hoc inter virum, & mulierem ſit facienda diſtinctio, ſed vtrique in caſu iſto, æqualem eſſe credimus facultatem; cum electio iſta ad eum potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur à lege viri. Hæc in Decretali illa, quæ quidem concluſionem noſtram concludenter probat. 2

Secundò probatur *ex capite. Si, qui habet*, §. *Mulier, el* 3. *eiuſdem tituli, lib.* 6. vbi in hunc modum Bonifacius Papa Octauus decernit. Mulier autem, quæ plures viros habuit ſucceſſiuè, ſi Sepulturam non eligat, eſt cum viro vltimo, cuius domicilium retinet, & honorem tumulanda. Vbi Gloſſa, *verbo Eligat*, ſic ait. Eligere enim poteſt, cum quo voluerit, vel cum nemine ſepeliri. Supra *eodem, de Vxore.* Et marginalis, ſic ait. Vxor poteſt eligere Sepulturam, vbi voluerit. 3

Et licet in hac Decretali, videatur ſupponi defunctus maritus, ibi: *eſt cum viro vltimo tumulanda*: benè intelligi etiam poteſt eius diſpoſitio, in caſu, quo ipſe viuat, ita vt ſenſus ſit, vt tumulari illa debeat, ſi non elegerit Sepulturam, in ea, quam ſibi parauerat Vir.

DISQVI

DISQVISITIO IX.

Qui sint, qui aliis Sepulturam eligere valeant?

§. I.

An pater eligere queat Sepulturam pro filio?

BREVIARIVM.

Parochus.

Nequit impedire, ne patres, filios impuberes, in Ecclesia, quam maluerint sepeliant. n.7. & 8.

Patria potestas.

Ciuilis est, & non se ad spiritualia extendit. n.5.

Sepultura.

Electio Sepulturæ spiritualis est. n.5.

Illam eligere potest pater pro filio impubere, si consuetudo patriæ id ferat. n.1.

Potest etiamsi talis desit consuetudo. n.4.

Testamentum.

An pater possit illud facere pro filio impubere. n.4.

CONCLVSIO I.

1 SI consuetudo patriæ id ferat, poterit pater eligere Sepulturam pro filio impubere. Ita docent Syluester, *in Summa, verbo Sepultura, num.7.* August. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico part.2. lib.2. cap.10. num.28. & in cap. Nos instituta, el 1. de Sepulturis.* Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. §. vnico, num.13.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responsi.51. num.41.* Nauarrus, *tom.1. consiliorum, editione Romana, pag. mihi 686.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.6. controuers.1. conclus.1.* Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo 2. tract. 8. cap.5. n.136.*

2 Allegantur etiam à præfatis Doctoribus pro conclusione nostra Sacra Rota, coram Ludouisio, Gregorio X V. dicto, *decis.276. num.1.* Belletus, *in Disquisitionibus Clericorum, parte 1. de Clerico debitore, §. Tertius, num.17.* Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæstionum Regular. quæst.60. artic.1.* Thomas Sanchez, *operum Moralium lib.6. cap.14. num.6.* Petrus de Vbaldis, *de Canonica Episcopali, cap.11. in fine.* Sebastianus Medices, *de Sepulturis, quæst.8. part.1.* Petrus de Perusio, *Tract. de Canonica portione,* Geminianus, *in cap. Licet pater, el 4. de Sepulturis, lib.6.* Parladorus, Stephanus Gratianus, & alij.

3 Probatur concludenter, *ex dicto cap. Licet,* in quo „ sic Bonifacius Papa Octauus decernit. Licet pater, „ minores filios, qui nequeunt antequam ad annos pu- „ bertatis perueniant eligere Sepulturam, possit (si „ consuetudo terræ id habeat) qua voluerit sepelire; „ hoc tamen non potest vbi consuetudo huiusmodi „ non habetur: sed sunt cum suis Maioribus, vel in „ Parochiali Ecclesia tumulandi.

CONCLVSIO II.

4 ETiamsi consuetudo desit terræ, potest hodie pater eligere Sepulturam pro filio impubere.

Hæc conclusio non innititur sententiæ Legistarum, quorum meminit Samuellius, *vbi proximè, concluſ. 2.* asserentium, Patrem de Iure Ciuili posse pro filio impubere Sepulturam eligere, ratione patriæ potestatis: cum ipse Pater possit pro filio impubere Testamentum facere. Allegat Glossam, *in cap. De vxore, versic. Virum autem, verbo Diffinitum, de Sepulturis, lib.6.* Hostiensem, *in Summa, tit. de Sepulturis, num.5.* Molinam, *de Iustitia, & Iure, disputat.214. versic. Patrem eligere,* & Emmanuelem Roderiquez, *dicta quæst.60. artic.1.* Et pro Testamenti factione, allegat *Instit. de Pupillar. institutio. §. Liberis.* Et pro eo, quod ratione patriæ potestatis facere queat substitutionem in bonis materni, allegat *Legem 1. ff. de Vulgari, & pupillari substitutione.* Sic ille, *pag.270.*

5 Non inquam conclusio dictæ innititur Iuristarum sententiæ: quia, vti ipse Samuellius *concluſ.3. sequenti* docet, de Iure Canonico pater, ratione patriæ potestatis, filio impuberi, nequit Sepulturam eligere, sed consuetudinis terræ ratione. Et ratio est: quia patria potestas, ciuilis est, *cap. fin. de Iudiciis, lib.6.* Vnde ad spiritualia non se extendit, sed ad ciuilia. Electio autem Sepulturæ spiritualis est. *cap. Suam, de simonia.* Ergo fieri nequit ratione patriæ potestatis.

6 Conclusio autem nostra, quam tenet Ioannes Bapt. Ventriglia, innititur Sacræ Congregationis Cardinalium, pro causis Episcoporum, & Regularium præpositæ Decreto quod recensent ipse Ventriglia, Laurentius de Peyrinis, *in fine tom.2. priuilegiorum, el 17. & penultimo.* Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæstionum Regular. tom.2. part.4. verbo Sepultura, num.4.* Samuellius, *vbi suprà, concluſ.4.* & Augustin. Barbosa, *in summa Decisionum Apostolicarum, Collectanea 671. num.14. pag. mihi 611.* Illius tenor, provt à Peyrino refertur talis est.

7 *Sacra Congregatio Cardinalium, Negotiis Regularium præposita sæpius censuit, licere parentibus, in quacumque Ecclesia voluerint, etiam Regularium, eorum filiis Minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, eligere sepulturam; nec à Parochis locorum impediri posse, aut debere: præsertim verò, si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri consueuerint, vel in eis habeant sepulchra Maiorum. Romæ, 20. Ianuarij, 1640.*

Fr. Antonius Cardinalis S. Honuphri.

L. A. Episcopus Theb. Secretarius.

8 Alterum eiusdem Sacræ Congregationis Decretum recenset Pater Samuellius *loco allegato, sub die 22. Februarij, de Anno 1641.* in quo *ordinauit, vt Episcopus Placentinus restitui faceret à quodam Curato suæ Diœcesis, Fratribus Minoribus cadauer cuiusdam puellæ, cui Pater suus Sepulturam elegerat in eorum Ecclesia, cum omnibus funeralibus.*

Ita illud refert Doctor ille, qui aduertit electionem fieri debere à Patre dum filius viuus est, non autem post illius mortem.

* * *

§. II.

An Pater eligere poßit Sepulturam, filio impuberi emancipato?

BREVIARIVM.

Emancipatio.

Cum Filius à Patre ſuo, quaſi manumittitur, emancipari dicitur. n.1.

Patria poteſtas.

Tribus ſoluitur modis: morte naturali; aut ciuili: & per adeptionem magnæ dignitatis. n.1.

Sepultura.

Pater illam poteſt eligere filio impuberi emancipato. n.2.

1 PRo difficultatis propoſitæ intelligentia, ſuppono, quod emancipatio dicitur, cum filius à Patre ſuo quaſi manumittitur; vt exeat de patria poteſtate. Ita Sebaſtianus Brant, *in expoſitione titulorum vtriuſque Iuris, lib.1. ff. de Adoptionibus, & Emancipationibus.* Vbi, & *Inſtit. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur*, explicat tribus modis patriam poteſtatem ſolui: ſcilicet morte naturali: vel ciuili: & per adeptionem alicuius magnæ dignitatis, quam *Authent. Conſtitutio, quæ de dignitatibus*, ait eſſe Epiſcopatum, Conſulatum, Patriciatum, & omnem aliam dignitatem, quæ à Curiali fortuna liberat.

CONCLVSIO.

2 PAter, filio impuberi emancipato, Sepulturam benè eligere queit. Ita docet Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. de electione Sepulturæ, §.vnico, num.15.* cum Sebaſtiano Medices, *de Sepulturis, parte 1. cap.9. quæſt. 8. num.7.* & cum communi Doctorum. Ratio autem concluſionis eſt: quia patria poteſtas, non confert patri facultatem vllam ad eligendam Sepulturam pro filio, cum illa ciuilis ſit, electio autem ſpiritualis, vti dictum reliquimus *in præcedente paragrapho*, ac per conſequens, emancipatio per quam filius à patria liberatur, ſoluitur poteſtate, neutiquam auferet facultatem, quam ad huiuſmodi electionem faciendam habebat. Vnde ita poterit Pater poſt emancipationem filij, illi Sepulturam eligere impuberi, ſicut poterat ante illam.

§. III.

An Pater adoptiuus, poßit filio adoptiuo eligere Sepulturam, & arrogato?

BREVIARIVM.

Adoptio.

Eſt actus legitimus, per quem quis fit filius, qui aliàs non eſt. n.1.

Alia eſt ſimplex, quæ fit imperio cuiuſlibet Iudicis, de eo, qui in poteſtate patris eſt, & manet in eius poteſtate, Adoptione etiam facta. n.1.

Alia, quæ ſimplex non eſt, dicitur Arrogatio: & eſt, qua authoritate Principis fit. n.1.

Vtraque Adoptio fit interrogando, tam adoptatum, quam adoptantem. n.1.

Arrogatio.

Adoptio eſt, authoritate Principis facta. n.1.

Per Arrogationem tranſit arrogatus, ſeu adoptatus cum omnibus liberis, & bonis in adoptantis poteſtatem. n.1.2.

Arrogatio, dicitur, à Rogando. n.1.

Sepultura.

Pater adoptiuus in aliquorum ſententia, illam poteſt eligere filio. n.2. *Sed non in noſtra.* n.3.

PRo terminorum intelligentia, adnoto cum Sebaſtiano Brant, *in expoſitione titulorum vtriuſque Iuris, lib.1. ff. de Adoptionibus, & emancipationibus*, quod *Adoptio eſt actus legitimus, per quem quis fit filius, qui aliàs non eſt.* Inde dicta Optio, quia optionis quis efficitur filius. Adoptio autem duplex eſt: alia dicitur Arrogatio; & alia ſimplex Adoptio. Diſtinguuntur per hoc, quod Arrogatio fit authoritate Principis: quando ille, qui ſui iuris eſt, arrogatur. Et fit hoc modo. Qui adoptat, interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe? Et qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur? Et inde Arrogatio dicitur à Rogando. Per Arrogationem tranſit adoptatus, cum omnibus bonis, & liberis, in adoptantis poteſtatem. Adoptio autem ſimplex fit imperio Magiſtratus, id eſt cuiuſlibet Iudicis, de eo, qui in poteſtate parentis eſt, & manet in eiuſdem poteſtate, Adoptione etiam facta. Vnde dici ſolet. 1

Conſonat Brant Gloſſa, in cap. Si qua, verbo Quandiu, vnico de Cognatione legali.

Arrogo, qui ſuus eſt, & habet meus eſſe neceſſe.
Patris adopto ſuum, nec Patris deſinit eſſe.

Hæc omnia Brant. Quo adnotato.

Ad difficultatem propoſitam reſpondent Samuellius, *in Præxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.6. controuerſ.9. concluſ.4. pag.285.* & Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.5. de electione Sepulturæ, §.vnico, num.15.* poſſe patrem adoptiuum eligere Sepulturam filio adoptiuo. Parentes, ac genitores (inquit Samuellius) licitè, ac validè Sepulturam eligere queunt pro filiis adoptiuis, & arrogatis, *ex L.1. de Adoptionibus.* Quia ſunt ſub cura hi filij impuberes parentum, ac ſi legitimi, & naturales eſſent. Hæc ille, qui allegat Sylueſtrum, Aſſinium, *in L. Familiaria Sepulchra, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, num.4.* Lauorium, *Variar. lucubrationum, tom.1. tit.2. cap.11. num.124.* & Paſqualigum, *deciſ.398. numero 4.* Ventriglia item, rationem reddens, ſic ait. Quia per adoptionem filius tranſit in poteſtatem Patris adoptantis. *L.1. ff. de Adoptionibus.* Quod procedere dicit Medices, *de Sepulturis, part.1. cap.9 quæſt.8. numero 8. ad finem*, quando filius impubes deceſſit Patre adoptiuo adhuc viuente; nam eo mortuo, ſecus eſt, *cap. vnico de Cognatione legali.* Lauorius, *variarum elucubrationum Juris, tit.2. cap.11. numero 124.* Hæc Ventriglia, cuius reſponſio, ſi ratio, quâ ad illius vtitur probationem, rectè expendatur, iuxta modo adnotatum, procedere nequit reſpectu ſimpliciter adoptati, ſeu Adoptione ſimplici affecti, ſed arrogati reſpectu. Quia ille, in poteſtatem non tranſit adoptantis, benè tamen iſte. Et quidem nec Samuellij propoſitio, & reſponſio probatur ratione eadem, ab eo adducta, ſi filios adoptiuos ſimplici adoptione affectos intelligat, prout ab arrogatis diſtinctos. Sed pro vera difficultatis reſolutione, ſit. 2

CONCLV

CONCLVSIO.

3 QVi Filium adoptauit, aut arrogauit, non poteſt ei eligere Sepulturam. Iſta concluſio probatur ex dictis *in* §. *præcedentibus.* Quia electio Sepulturæ ſpiritualis eſt, & prouenire non poteſt à cauſa, ſeu à principio temporali, & ciuili, vti idem Samuellius rectè docuerat *eadem diſputat. 6. controuerſ.* 1. *concluſ.* 3. Sed adoptatio, ſicut & arrogatio ciuilis eſt. Ergo ex ea non poteſt adoptans, aut arrogans habere facultatem eligendi Sepulturam filio impuberi adoptato, aut arrogato.

4 Quod ſi petas, vbi ſepeliendi ſunt filij adoptiui, & arrogati? Reſpondet Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ.* 51. *num.* 6. quod ſi morianrut viuente patre adoptante, ſunt in eius Sepulchro tumulandi; ſi verò decedant patre adoptante mortuo, in Sepulchro patris naturalis ſunt humandi, ſecundùm id, quod notatur *in capite vnico de cognatione legali.* Ita Moronus. Ego autem in omni caſu credo, quod ſi pater naturalis, huiuſmodi filio adoptato, aut arrogato, impuberi, Sepulturam non elegit, debeat ſepeliri in Sepulchro Maiorum ſuorum, ſi illud habeat, aut commodè ad illud transferri queat; aliàs in Parochia ſua. Et ratio eſt: quia quilibet fidelis, Sepultura non priuatus, ſi abſque electione illius decedat, à ſe ſcilicet facta, vel ab alio, qui pro eo illam facere queat, in Sepulchro Maiorum tumulari debet, & in iſtius defectu, in Parochiali Eccleſia.

§. IV.

An Pater filio impuberi non legitimo, poſsit Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Filius.

Naturalis Filius dicitur natus ex ſoluto, & ſoluta. n. 1.

Nomine Filij, an veniat ſpurius, & naturalis. n. 4.

Sepultura.

Sepulturam eligere poſſe Patrem Filio naturali, non autem ſpurio, docent aliqui, ſed vtrique poſſe eligere defenditur. n. 2. 3. & 4.

Spurius Filius non ſepelitur cum Patre, niſi ſit legitimatus à Principe, viuente, & poſtulante Patre. n. 5.

1 DIfficultati propoſitæ reſpondet Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ.* 51. *numero* 59. cum diſtinctione. Aut Filius illegitimus, eſt naturalis, qui ſcilicet natus ſit ex ſoluto, & ſoluta; aut eſt ſpurius, natus ſcilicet ex inhabilibus ad contrahendum matrimonium, aut ſaltem ex Patre, aut ex Matre inhabili, ob vinculum matrimonij iam contracti, vel ob Caſtitatis votum. Si eſt naturalis, poteſt Pater ei eligere Sepulturam; ſecus verò ſi eſt ſpurius. Quia nec nomen Filij habet.

CONCLVSIO.

2 PRobabile eſt, Patrem eligere poſſe Sepulturam non ſolum Filio naturali impuberi, ſed etiam ſpurio. Hanc ſententiam tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 6. *controuerſ.* 9. *concluſ.* 2. vbi poſtquam *concluſ.* 1. dixerat, quod probabiliter loquuntur, qui autumant, Patrem, ac Matrem, de Iure Communi non poſſe Sepulturam deligere Filiis naturalibus, ac ſpuriis, licitè, ac validè: quia Filiorum appellatione, non veniunt Filij naturales, ac ſpurij, *ex L. Generaliter, Cod. de Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & ex Clementina* 1. *de Baptiſmo*: & pro illa ſententia adduxerat Sylueſtrum, *verbo Sepultura, quæſt.* 7. Aſinium, *in L. Familiaria Sepulchra, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, num.* 46. & Gloſſam *in dicta Clementina, verbo Liberi, in dicta concluſ.* 2. in ſequentia prorumpit.

Eſt quippe longius probabile, ac in praxi obſer- 3
uandum, & conſulendum, licitè, ac validè Patrem, ac Matrem ſuis filiis impuberibus Sepulturam deligere poſſe, iure conſuetudinis locorum.

Probatur, quia eadem militat ratio reſpectu etiam filiorum naturalium, ac ſpuriorum, ob quam inducta fuit conſuetudo, ius præſtans Patri Sepulturam eligendi filio impuberi legitimo, ac naturali, cura videlicet paterna, quam genitores, Pater, & Mater habere debent de filiis, & conſequenter cenſeri debet introducta conſuetudo vniuerſaliter quoad omnes filios, iuxta rationis amplitudinem, qua fit conſuetudo rationabilis.

Hactenus Pater Samuellius, qui pro ſolutione 4
fundamenti contrariæ ſententiæ, *in* 3. docet *concluſione*, filios naturales, ac ſpurios, filiorum nomine non venire, non eſſe vniuerſaliter intelligendum, ſed tantummodo quoad commoda, & honores: venire enim quoad paternam curam, & quoad reuerentiam quam ipſi parentibus debent, aſſerit, ac per conſequens, etiam in ordine ad ius, quod parentes habent eligendi Sepulturam pro ipſis impuberibus. Et allegat dictam Gloſſam *in Clem.* 1. *de Baptiſmo, verbo Liberi*, Sylueſtrum, *verbo Filij, num.* 29. Lauorium, *tom.* 1. *Variarum lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *numero* 129. & Paſqualigum, *deciſ.* 398. *num.* 2.

Quod ſi quæras. Si neque Pater, neque Filius il- 5
legitimus, Filio ipſi Sepulturam elegit, vbi erit tumulandus? Reſpondet Moronus, quod ſi filius eſt naturalis, ſepeliendus eſt in Patris Sepulchro, niſi Pater eſſet in dignitate conſtitutus, *ex L. Generaliter, Cod. de Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus.* Si verò ſpurius eſt (inquit) non ſepelitur cum Patre: quia nec nomen Filij habet. *Authent. ex complexu, Cod. de Inceſtis, & inutilibus nuptiis.* Quod verum eſſe ait, etiamſi legitimatus eſſet à Principe, niſi legitimatio fuiſſet facta viuente Patre, & eo poſtulante. *Authent. Quibus modis naturales filij efficiantur ſui.* Et in eo caſu (addit) ſepeliretur cum matre, niſi eſſet ipſa illuſtris fœmina. *L.* 1. *ff. Ad municipales.*

§. V.

An Filius, cui ante pubertatem Pater Sepulturam elegit, debeat in ea tumulari, ſi in pubertate decedat?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Filius, cui ante pubertatem Pater Sepulturam elegit, ſi pubes moriatur abſque ratihabitione electionis per Patrem facta, in ea ſepeliri non debet. n. 1.

CONCLV

CONCLVSIO.

1 NOn debet ſepeliri Filius, qui deceſſit in pubertate conſtitutus, in Sepultura, quam ei impuberi elegit ſuus Pater, ſi iam puber illam electionem ratam non habuit.

Ita docent Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.6. controuerſ.2. concluſ. prima, & 2. pag.272. & ſeq.* cum Nauarro, *lib.3. conſiliorum, tit. de Sepulturis, conſil.* 1. Petro de Vbaldis, *de Canonica portione, cap.11. num.6.* Belleto, *part.1. Diſquiſitionum Clericorum, §. de Clerico debitore, num.18.* Aſinium, *in L. Familiaria Sepulchra, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum, numero 45.* Sperello *in, deciſ.89.* Gauanto, *in Manuali Epiſcoporum, verbo Sepultura, num.7.* & Lauorio, *in tom.1. variarum lucubrationum, tit.2.cap. 11.num.118.* Auguſtinus Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2. lib.2. cap.10. num.28. verſic. Quæ quidem,* cum eiſdem Petro de Vbaldis, & Sperello, ac Lauorio, *locis citatis.* Et Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. de electione Sepulturæ, §. vnico, num.14.* cum Sebaſt. Medices, *de Sepulturis, part.1.q.8.n.3.ad finem.*

2 Duas continet concluſio partes. *Prima*, quod Filius, cui Pater impuberi Sepulturam elegit, ſi ad pubertatem aduentus, electionem illam non approbauit, in Sepultura illa tumulari non poſſet. *Secunda*, quod valeat in illa ſepeliri, ſi puber factus, paternam electionem ratam habuerit. *Prima* pars probatur: Quia Pater non habet facultatem eligendi Sepulturam, niſi pro illo filio, qui tempore mortis, perfectum rationis vſum regulariter non habet: quod ex eo prouenit, quod Sepulturæ electio, ſit pars vltimæ voluntatis, vt non ſemel diximus, *Diſquiſit.8. §.11. num.2. & alibi ſæpe*: puber autem, vſu rationis præſumitur præditus, quo valeat ſibi Sepulturam eligere. Ergo Filius, cui Pater impuberi Sepulturam elegit, ſi puber factus illam non approbauit electionem, in Sepultura à Patre electa ſepeliri non poterit. *Secunda* etiam pars probatur. Quia per ratificationem, & approbationem electionis paternæ, per Filium iam puberem factam, cenſetur Filius de nouo eandem eligere Sepulturam. Ergo in illa benè tumulari quibit.

---

§. VI.

An facultas eligendi Sepulturam pro Filio impubere, Matri competat, ſicut Patri?

BREVIARIVM.

Conſuetudo.

Probare non debet conſuetudinem, qui illam allegat, ſi illa à Iure approbetur; ſecus ſi non approbetur. n.5.

Sepultura.

Poſſe Matrem Sepulturam eligere Filio impuberi, probabile eſt, & probabile eſt non poſſe. Vtrumque aſſeritur de Filio legitimo, n.1. *De illegitimo naturali.*n.7. *De ſpurio.*n.8.

PRo reſolutione difficultatis propoſitæ multa hinc inde inter ſe oppoſita inuenio Doctorum placita. Quæ, quia probabilia iudico, problematicè, ſequentibus, (etſi breuiter) concluſionibus dilucidabo.

CONCLVSIO I.

PRobabile eſt (ſuppoſita conſuetudine terræ, hæc enim in omni reſolutione caſus propoſiti ſupponitur) poſſe Matrem, filio legitimo impuberi, eligere Sepulturam; probabile etiam eſt illam eligere non poſſe. 1

Primam concluſionis partem, tenent Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.2. lib.2.cap.10. numero 28.* cum Gloſſa, *in cap. Licet, el 4. de Sepulturis, lib.6.* Geminiano *ibi, num.4.* Franco, *num.3.* Emmanuele Sa, *verbo Sepultura, num.11.* Paulo Laymano, *tit. de Sepulturis, num.15.* Lauorio, *tom.1. variar. lucubrationum, tit.2. cap.11. num.119.* Molina, *de Iuſtitia, tract.2. diſputat.214. verſic. Pater eligere,* & cum Sperello, *deciſ.89. à num.6.* Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, num.7.* cum Archidiacono. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tractat.1. diſputat.6. controuerſ.1. concluſ.6. pag.272. controuerſ.5. concluſ.2. & 3.* cum pluribus, quos recenſet, & ſequitur Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo 51.* Tenet etiam, & probat ex Decreto Sacræ Congregationis, Magiſter Ioannes Baptiſt. Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium, tom.3. in Maremagnum Prædicatorum, circa §.28. num.85. pag. mihi 28.* in ſequentia prorumpens.

Nouiſſimè etiam, cum conſuetudo eſſet immemorabilis in Regno, & Diœceſi Maioricenſi, quod Matres præmortuo Patre, ſi non extat Sepulchrum Maiorum, eligerent Sepulturam pro Filiis impuberibus, ortaque eſſet controuerſia à quodam Parocho contra Patres Dominicanos, S. Congregatio, *die 20. Menſis Ianuarij, Anno 1640.* edidit hoc Decretum Romæ impreſſum. Sacra Congregatio Cardinalium, negotiis Regularium præpoſita ſæpius cenſuit licere parentibus in quacunque Eccleſia voluerint, etiam Regularium eorum filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum peruenerunt, eligere Sepulturam; nec à Parochis locorum impediri poſſe, aut debere: præſertim verò, ſi in dictis Regularium Eccleſiis ſepeliri conſueuerint, vel in eis habeant Sepulchrum Maiorum. Romæ, 20. *Ianuarij* 1640. Fr. Antonius Cardin. S. Honuphri loco ✝ Sigilli. L. A. Epiſcopus Theb. Secretarius. 2

Ex verbo autem illo parentibus, quo vtitur Sacra Congregatio, colligitur non ſolum id eſſe dicendum de Patribus, ſed etiam de Matribus, ſiquidem appellatione parentum venit etiam Mater. De quo Molina, *de Iuſtitia & Iure, tract.2. diſputat.214. colum.3. §. Idem videtur,* & tradunt Armilla, *verbo Sepultura, num.8.* & Sylueſter *ibidem, quæſt.7.* Laymanus, *lib.3. tract.5. cap.9. num.15.* Lauorius, *tom.1. variarum lucubrationum, tit.2. cap.11. numero 119.* & alij, quos refert, & ſequitur Paſqualigus, *deciſ.393.* 3

Huc vſque Lezana, cui conſonat Auguſtin. Barboſa, *tract. de Appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione, verbo Parentes, numero 7.* vbi etiam aſſerit cum Tiraquelo, *de Retractu lignag. §.1. gloſſa 8. num.3. & 4.* Crauetta, *conſil.80. numero 12.* Anchar. Regien. *lib.3. practicarum quæſtionum, quæſt.6. num.10. cum ſeqq.* & Peregrin. *de Fideicomm. artic.22. num.31. in fine,* ac cum Robles *de Repræſent. lib.2. cap.14. num.30.* parentum appellatione venire Matres, & fœminas. Paſſeratius 4

etiam

etiam *in Dictionario, verbum Parens*, sic Hispanam in linguam vertit: *Padre, o Madre.*

5 Habemus igitur ex iam redditis, esse probabile, posse Matrem si adsit consuetudo, eligere filio legitimo impuberi Sepulturam. Debet tamen in casu, quod super electione sit orta lis, consuetudinem probare, & non solum allegare; quod Pater facere non tenetur, vti ait Moronus. Ratio disparitatis est, quia respectu Patris, consuetudo eligendi Sepulturam pro filio, expressè approbatur à Iure, *in cap. Licet Pater de Sepulturis, lib. 6.* non verò respectu Matris.

6 Secundam conclusionis partem, negantem Matri, electionem Sepulturæ, pro filio legitimo impuberi, tenet Ioannes Baptista Ventriglia, *in Praxi Rerum notabilium, annotat. 52. de electione Sepulturæ, §. vnico*, cum Belletto, *in Disquisitionibus Clericorum, part. 1. de Clerico debitore §. 3. numero 18.* plures allegante. Pro eadem sententia referuntur à Barbosa, *de Iure Ecclesiastico part. 2. lib. 2. cap. 10.* Petrus de Vbaldis, *tract. de Canonica portione, cap. 11. num. 4.* Marcus Antonius Gennuensis, *in Praxi Archiepiscopali Neapolitana, cap. 16. num. 4.* & Aloysius Riccius, *in Praxi rerum quotidiana resolut. 666.* dicentes, quod cum hniusmodi consuetudo sit contra Ius commune, disponens quemlibet non eligentem sibi Sepulturam, in Sepulchro Maiorum, vel in Parochia, debere tumulari, & sit etiam in tertij præiudicium, non debet ex Patre, cui est permissa *in capite Licet*, ad Matrem extendi. *L. Si viro, §. de viro, ff. Soluto matrimonio.* Ita illi, qui satis probabilem reddunt secundam conclusionis partem.

CONCLVSIO II.

7 PRobabile est, posse Matrem eligere Sepulturam Filio naturali illegitimo impuberi; probabile etiam est non posse. Primam partem tenet Samuellius, *dicta disputat. 6. controu. 9. concl. 2.* cuius fundamentum & doctrinam §. 4. recensui. Secundam tenuit Sylvester, *verbo Sepultura, num. 7.* eius ratio est, quia appellatione filiorum non veniunt filij naturales, qui legitimi non sint.

CONCLVSIO III.

8 PRobabile est, posse Matrem, eligere Sepulturam Filio impuberi spurio; probabile etiam est illam eligere non posse. Primam partem tenet Ioannes Bapt. Ventriglia, *loco citato, num. 15.* in casu, quo Filius legitimatus non sit; secus verò si legitimatus. Ad primum ducitur, ex eo, quod Mater, illo in casu, habeat Filium in sua potestate, vt aduertunt (inquit) Doctores *in cap. Licet Pater* sæpe adductum. Ad secundum verò, quia per legitimationem facultas transiit ad Patrem, sicut & potestas. Secunda autem conclusionis probatur pars: *primò*: quia potestas, quam habet in Filium spurium, immò & in legitimum, non solum Mater, sed etiam Pater, temporalis est, quæ extendi nequit ad Sepulturæ electionem, quæ spiritualis existit. *Secundò*, quia cum consuetudo, quæ introducta supponitur, sit contra ius commune, & contra ius tertij, iuxta dicta *num. 6.* non potest extendi ex Patre, cui est à iure permissa, ad Matrem.

***

§. VII.

An Prælatus Regularis possit eligere Sepulturam pro subdito?

BREVIARIVM.

Facere.

Per se videtur facere, qui per alium facit. n. 1.
Qui non potest facere per se, non potest facere per alium n. 1.

Sepultura.

Prælatus Regularis, potest subdito Sepulturam eligere. n. 1.

CONCLVSIO.

BEnè potest Regularis Prælatus, pro subdito 1
suo Regulari, eligere Sepulturam.

Probatur conclusio. Quia Religiosus subditus, de licentia sui Prælati, potest sibi eligere Sepulturam, vti iam manet probatum supra *Disquisit. 8. §. 4.* Ergo poterit ipse Prælatus illam eidem eligere subdito. Consequentia patet. Quia per se videtur facere, qui per alium facit. Augustinus Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate 92. verbo Facere, fieri ex L. 1. §. Deiecisse, ff. de vi, & vi armata. L. Ita, §. Quod si quis, ff. de Administratione tutorum. L. Si per alium, ff. Ne quis eum. L. Non ideo, Cod. de Accusationibus cap. Mulieres, §. Ille verò, de sententia excommunicationis, cap. Qui per alium, 72. de Regulis Iuris lib. 6.* Dueñas, *reg. 37.* Bart. *consil. 142. num. 3. lib. 1.* Romanus, *consil. 94. Visis iis, num. 3. versic. Ea enim.* Et quod quis non potest facere per se, non potest facere per alium. Idem Barbosa, *loco allegato*, cum Surdo, *consil. 360. num. 19.* Cardinali Tuscho, *tom. 3. Litt. F. conclus. 7.* Belletto, *Disquisitionum Clericor. part. 1. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 1. num. 6.* Aloysio Riccio, *in Praxi rerum fori Ecclesiastici, resol. 564. num. 3. in vltima editione.* Dionys. Paul. *De vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap. 3. num. 44.* Alphonso Narbona, *L. 31. gloss. 8. num. 1. tit. 7. lib. 1. recopilationis.* Ioanne Maria Nouario *quæstionum forensium, lib. 1. quæst. 143. num. 9.* & Vincentio Carocio *in suis singularibus singul. 402.* dicente, quod propriè, & verè, & non per fictionem per se facere dicitur, qui per alium facit in iis, quæ sunt Iuris, & facti simul, & facti tantum. Ergo electionem quam sibi fecit subditus, de Prælati licentia, potuit per seipsum immediatè Prælatus facere, penes quem solum velle, & nolle residet, ad huiusmodi electionem requisitum.

§. VIII.

An Dominus possit eligere Sepulturam, pro impubere seruo?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Dominus potest Sepulturam eligere seruo impuberi, si adsit consuetudo; alias non. n. 1.

SVppono, quod non extante conſuetudine, vt eligant Domini Sepulturam pro ſeruis, non valeat electio Sepulturæ, quam Dominus ſuo fecerit impuberi ſeruo. Nullo enim iure probari poteſt, quod ſecluſa conſuetudine illam facere valeat. Data igitur illa procedit difficultas.

CONCLVSIO.

1 BEnè poteſt Dominus ſeruo ſuo impuberi Sepulturam eligere. Ita docent Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, num.*7. Auguſtin. Barboſa, *in cap. Nos, el* 1. *de Sepulturis, num.*6. Ioannes Bapt. Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat.*52. *de electione Sepulturæ, §. vnico, num.*17. Antonin. Diana, *parte* 5. *tract.*3. *reſolut.*107. Et penes eos Ioann. *in cap. De vxore, de Sepulturis*, Petrus de Vbaldis, *de Canonica Epiſcop. cap.*11. *in fine.* Sebaſtianus de Medices, *de Sepulturis, part.*1. *quæſt.*8. *numero* 9. Aloyſius Riccius, *in praxi parte* 1. *reſolut.*577. *in principio.* Bonacina, *de Contractibus, diſputat.*3. *q.*21. *punct.*3. *num.*8. Henricus Villalobos *in Summa, tom.* 2. *tract.*31. *difficult.*1. *num.*2. Belletus, *in Diſquiſitionibus Clericorum, part.*1. *tit.*2. *de Clerico debitore, §.* 3. *num.*17. & Genuenſis, *in praxi, cap.*61. *num.*4. qui ait, in Ciuitate Neapolitana, talem non exiſtere conſuetudinem.

Probant concluſionem aliqui Doctores, hac ratione. Quia ſeruus eſt in poteſtate ſui Domini. Hæc tamen ratio, illam non probat. Poteſtas enim, quam Dominus habet in ſeruum, temporalis eſt, & nequit illi facultatem conferre ad electionem Sepulturæ, quæ ſpiritualis eſt. Ratio igitur, quæ concluſionem probat, & fulcit eſt: quia conſuetudo legitimè introducta, & præſcripta, potens eſt ad conferendam facultatem, etiam in ſpiritualia, quæ ab Eccleſiæ dependent poteſtate, qualis eſt facultas eligendi Sepulturam, tam pro ſe, quàm pro aliis.

---

§. IX.

An in caſibus, in quibus conceditur, vt Pater, Mater, & Dominus eligere poſsint Sepulturam pro Filio, & pro ſeruo impubere, debeant illam in vita eligere iſtorum?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Probabile eſt, poſſe Patrem, pro Filio iam defuncto, Sepulturam eligere; probabilius eſt non poſſe, ſed in Filij vita tantum. n. 1. & ſeqq.

Mater, pro mortuo Filio, eligere non poteſt Sepulturam, nec Dominus pro ſeruo defuncto. n. 4.

CONCLVSIO.

1 PRobabile eſt Patrem poſſe eligere Sepulturam Filio iam mortuo; ſed probabilius eſt, non poſſe illam eligere, niſi viuente Filio.

Hæc concluſio eſt contra Samuellium, *in tract.* 1. *de Sepulturis, diſputat.*6. *controuerſ.*3. quatenus in prima concluſione aſſerit, eſſe probabile, minimè gentium Patrem pro Filio impuberi iam defuncto, Sepulturam eligere poſſe: & in ſecunda, ait longè probabilius eſſe, aſſerere Patrem liberè, ac validè pro Filio impuberi, ſiue viuus ſit, ſiue mortuus Sepulturam eligere.

2 Quod ſit probabile, poſſe Patrem Filio iam defuncto eligere Sepulturam, conuincitur ex his quæ Pater Samuellius, pro ſua ſecunda concluſione probanda, adducit. Quia ſcilicet *cap. Licet,* 4. *de Sepulturis in* 6. dat Patri per conſuetudinem loci, facultatem eligendi Sepulturam pro Filio impubere, & abſolutè quidem illam concedit, non diſtinguendo de Filio impubere viuo, vel mortuo, & vniuerſaliter loquitur dicens licet Pater, minores Filios, qui „ nequeunt antequam ad annos pubertatis perueniãt, „ eligere Sepulturam, poſſit (ſi conſuetudo terræ id „ habeat) quo voluerit ſepelire. Ergo vniuerſaliter „ accipi debet dicta diſpoſitio, & promiſcuè intelligi de viuo, ac defuncto Filio. Lex enim vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *cap. ſolite, de Maioritate, & obedientia. L. Non diſtinguemus, ff. de..... L. Preces, ff. de Officio Præſidis, L.*2. §. *Conuenire, ff. de Iudicis.* Hæc, & alia Samuellius, qui pro ſe allegat Nauarrum *lib.*3. *conſilior. tit. de Sepulturis, conſil.*1. *num.*4. Paſqualigum, *deciſ.*391. *n.*2. Villalalobos, & Roderiquez.

3 Quod autem ſit probabilius, non poſſe Patrem eligere Sepulturam pro Filio iam defuncto, patet: cum, ex maiori numero Doctorum, abſolutè aſſerentium, illam eligere non poſſe pro Filio mortuo: tum ex Declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præfectæ, *in vna Faglinen.* 27. *Octobris, de Anno* 1587. decernentis, Sepulturam pro Filio minori, poſſe Patrem in vita, non autem poſt mortem eligere. Illam referunt Antoninus Diana, *part.*5. *tract:* 3. *reſolut.*107. & Auguſt. Barboſa, *in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, collectan.*671. *num.*6. ex Aldano, *in Compendio Canonicarum reſolutionum, lib.*2. *tit.*17. *num.*5. Lauorio, *variarum lucubrationum, tom.*1. *tit.*2. *cap.*12. *num.*18. & Sperello, *in Deciſionibus fori Eccleſiaſtici, deciſ.*89. *numero* 5. quos allegat recenſet, & ſequitur pro noſtra ſecunda concluſionis parte ipſe Barboſa, *dicto loco, & de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, part.*2. *lib.*2. *cap.* 10. *num.*28. Diana, *vbi proximè*, & Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.*52. *de electione Sepulturæ, §. vnico, num.*18. Quibus addo, ex Samuellio, *concluſ.*1. *citata*, Oldradum, *conſilio* 21. *num.*2. Crauettam, *conſil.*19. Cæſarem de Graſſis, *deciſ.*1. & 2. *de Sepulturis.* Ancharranum, *in cap. Is, qui, de Sepulturis, in* 6. & Alciatum, *in L. Appellat. parentum. ff. de Verborum ſignificatione.*

4 Ex dictis facilè colligitur, quid dici debeat, de electionibus Sepulturarum fiendis, per Matrem, pro Filio, & pro ſeruo, per Dominum: neutrum ſcilicet poſſe, pro iam defuncto Sepulturam eligere. Si enim Pater, cui ius expreſsè aſſiſtit *in cap. Licet,* ſuppoſita terræ conſuetudine, nequit Filio iam defuncto illam eligere, nequibunt Mater, & Dominus Filio, & ſeruo mortuo eligere illam, cùm talem non habeant Iuris aſſiſtentiam.

***

§. X.

An electio Sepulturæ, alterius poſsit voluntati committi? & an fieri debeat electio in vita committentis?

BREVIARIVM.

Axioma.

Facere per ſe videtur, qui per alium facit. n.1.

Sepultura.

Eligi poteſt per alium. n.1. *An in vita committentis eligi debeat.* n.2.

Teſtamentum.

Fieri poteſt per procuratorem. n.1.

CONCLVSIO I.

1 ELectio Sepulturæ propriæ, fieri poteſt per mandatarium, vel per procuratorem. Facilè probatur iſta concluſio. *Primò*: electio Sepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, ſeu ſpecies illius, vti ait Diana, *part.5.tract.5.reſol.*106. & ſæpè dictum reliquimus. Sed vltima voluntas, Teſtamentum ſcilicet, fieri poteſt per alium, per mandatarium, vel procuratorem. Ergo & electio Sepulturæ poteſt per alium fieri.

2 *Secundò* probatur: quia facere per ſe videtur, qui per alium facit, iuxta Iuris axioma, de quo plura diximus §.7. Ergo, qui eligere poteſt Sepulturam per ſeipſum, poterit ſibi illam eligere per alium.

CONCLVSIO II.

3 QVoad effectum ſepelitionis, vt valida ſit electio Sepulturæ, facta per mandatarium, fieri debet in vita mandantis, quoad alios autem effectus, ſufficiet fieri poſt mandantis vitam.

Concluſionem, quoad primam partem, Ioannes Bapt. Ventriglia tenet *in praxi rerum notabilium, annotat.52. §. vnico, num.30.* cum Lapo, *in cap. de Sepulturis*, Ancharrano, *conſil.* 214. & Belletto, *Diſquiſit. Clericalium part.1. de Clerico debitore, §.3. num.25.* & penes Dianam, *part.5. tract.3. reſolut.*105. Geminianus, *in cap. Is qui, §. Mulier.n.6. de Sepulturis.* Et ita ſeruari Neapoli, teſtantur apud eoſdem Dianam, & Ventrigliam Aloyſius Riccius, *in praxi, part.1. reſolut.574. num.4.* & Genuenſis, *in praxi Archiepiſcopali, cap.61.num.2.* Et ratio eſt: quia ſtatim ac mandans obiit, expirauit mandatum, & acquiſitum eſt ius Eccleſiæ illi, in qua de Iure ſepeliri debuit, abſque Sepulturæ electione decedens. Eccleſiæ ſcilicet, in qua adeſt Sepultura Maiorum ſuorum: & in iſtius defectum, & in caſu moralis impoſſibilitatis transferendi cadauer ad illam, vnius diei ſpatio, Eccleſiæ Parochiali, iuxta ſæpè dicta.

Mandatum expirat per obitum mandantis.

4 Non tamen probabilitate caret, quod licitè, & validè pro vtroque foro, fiat Sepulturæ electio poſt mandantis obitum. Et ita docet Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.6. controu.13. concluſ.3. pag.293.* & pro ſe allegat Gutierrez, *de Iuramento confirmatorio, part.2. cap.4.* Additionatorem ad Panormitanum, *in cap. Et ſi Chriſtus, de Iuramento*, Menochium, *conſ.60. num.6.* Rubeum, *conſ.5.* Ancharranum, *conſil.214. ex L. Vtrum, §. Cum quidam, ff. de Rebus dubiis, & ex Regula Iuris, Qui per alium facit, &c. & ex L. Qui per alium, de Regulis Juris.* Riccium, *deciſ.663.* Spinum, *in Speculo teſtamentorum, gloſſa 2. tit. de electione Sepulturæ, numero 40.* & Paſqualigum, *deciſ.399. numero 3.* Quibus aſſentire videtur, *vbi proximè*, Antoninus Diana, cum vtramque ſententiam recenſeat, & iſtam in vltimo loco. Quod certè ſignum eſſe ſolet, ad dignoſcendam mentem Authoris, varias referentis opiniones, quando, ex propriis verbis, illa dignoſci nequit. Naldus *verbo Doctor, numero 8.* Barboſa *Axiomate Poſteriora, el 183.* ex P. Ancharran. *conſ.208. numero 15.* Ita reſpectu Dianæ, in illa, & in quàm plurimis aliis, contingit reſolutionibus.

Opiniones diuerſas referēs, illam ſequi cenſetur; quā in vltimo recenſet loco, ſi aliud ex eius non conſtet verbis.

Hæc ſententia probatur à Samuellio tripliciter. 5

Primò, quia licet mandatum, morte ſpiret mandantis regulariter, & in plurimum; ſed non quando effectus eſſe debet poſt mandantis obitum, vti contingit in præſenti caſu, cum mandantis intentio, ſe extendat, vſque ad effectum incluſiuè, poſt illius obitum: quia in tali tempore, & non antea ſuus ſortietur effectus. Ergo poſt obitum mandantis, licitè & validè poterit mandatarius illi Sepulturam eligere.

Mandatum non expirat morte mandantis, quādo effectus debet eſſe poſt mortē mandantis.

Secundò, quia in præſenti caſu, ius committentis extenditur vſque ad effectum Sepulturæ: quia Sepultura executioni mandatur iuxta illius præſcriptionem: vnde virtualiter permanet in cauſis, quæ ad talem concurrunt effectum, ac per conſequens in mandatario, qui eſt cauſa quædam ad dictum Sepulturæ effectum. Ergo illam eligere poterit poſt obitum mandatarij. 6

Tertiò, quia mandantis moribundi voluntas, propriè eſt, vt perſona, cui Sepulturæ electionem commiſit, vt poſt eius obitum illam ſibi eligat, vbi libuerit, & non ipſo viuente, qui certè, ſi voluiſſet eam eligere, priuſquam ex hac vita migraſſet, non commiſiſſet electionem tertiæ perſonæ, ſed ipſemet illam feciſſet. Ergo ſignum eſt velle Sepulturam eligi à Commiſſario, poſt ipſius obitum. Ergo validè tunc illam eligere poterit. Hæc omnia Samuellius, quæ ſatis probabilem in praxi, ſuam reddunt ſententiam. Ad tollendas tamen lites, vtrinque iuſtas, ſemper ego conſulerem cum Diana, *dicta reſolutione* 105. cum Ventriglia, & Lauorio, *tit.2.cap.11.à num.7.* vt eligeret mandatarius Sepulturam mandanti, ante illius obitum. 7

Secundam noſtræ concluſionis partem, tenet Ventriglia, cum Gutierrez, *in tract. de Iuramento confirmatorio, part.2. cap.4.* Spino, *in Speculo Teſtamentorum gloſſa 2. princ. tit. de electione Sepulturæ, numero 4.* & Riccio, *in praxi, part.1. reſolut.574. per totam.* Ratio illius eſt: quia mandatum quod neceſſariò confertur pro tempore, quod ſit poſt mandantis mortem, morte committentis non expirat. 8

***

SECTIO III.

DISQVISITIO X.

Quinam sint, qui nequeant sibi eligere Sepulturam?

§. I.

An priuati à Iure, Sepulturâ Ecclesiasticâ, de quibus in Tomo 2. *latè dissero, eligere illam possint?*

BREVIARIVM.

Sepultura.

Sepulturam non valet eligere, qui illâ priuatus existit. n. 1.

CONCLVSIO.

1 NEmo ex his, quos Ius Sepulturâ Ecclesiasticâ priuat, illam eligere queit. Ita docet Ioannes Baptista Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat. 52. de electione Sepulturæ, §. vnico, num. 21.* Et ratio est clara: quia Sepultura carens, frustratoriè illam eligit.

§. II.

An decapitandus, vel alio modo per Iustitiæ ministros morte plectendus, Sepulturam eligere valeat?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Vltimo suplicio plectendus, eligere potest Sepulturam in aliquibus casibus, in aliis non. n. 1. & 2.

CONCLVSIO.

1 DEcapitandus, aut alio modo, vltimo supplicio plectendus, potest sibi eligere Sepulturam ante latam sententiam, & post illius etiam pronunciationem, si suspensa manet per appellationem interpositam: immò & post sententiam latam; quæ in rem transiuit iudicatam, potest Sepulturam eligere, si per sententiam priuatus non fuit facultate testandi.

Hanc conclusionem, quoad primam partem tenent Sylvester, *in Summa, verbo Sepultura, num. 1.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, respons. 51. num. 58.* & Franc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controu. 9. concl. 11. pag.* 257. cum Angelo, *verbo Sepultura, num. 2.* Buttio, *in cap. ex parte, n. 12. de Sepulturis.* Lauorio, *tom. 1. variarum lucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 142. &* 144. & Floriano Dulpho, *cap. 5. num. 1. de Sepulturis.* Quoad secundam etiam partem, tenet conclusionem idem Moronus. Libuit illum, & Syluestrum recensere.

Syluester igitur, postquam doctrinam dedit generalem, quod quilibet possit Sepulturam eligere, 2
sic ait. Fallit.... secundò in decapitando, & huiusmodi, quia non potest eligere si sententia est data, & appellatione non est suspensa: quia nullam vltimam voluntatem potest dimittere. *L. eius, ff. de Testamentis*, qui etiam pro anima aliquid relinquere non potest, vt notat Ioannes Andreas, *in Additionibus ad Speculatorem, in titulo de Instr. edi.* Licet possit omnia Sacramenta petere, & recipere, *vt in Clementina de Pœnitentiis, & remissionibus.* Si verò sententia non est data, vel appellatione suspensa, sic potest eligere. Hæc Syluester. *Sacramenta potest recipere morte plectendus.*

Moronus autem respondet, dicendo, quod, aut per sententiam condemnatoriam priuatus existit etiam factione testamenti, vel non. Si primum; aut est à sententia interposita appellatio, vel non. Aut tandem est decapitandus, sed nondum lata est sententia. Si nondum lata est sententia, benè potest eligere Sepulturam, & etiamsi illa lata non priuat factione testamenti. Ratio vtriusque est, quia non existit priuatus facultate disponendi de vltima voluntate. Si autem lata est sententia condemnatoria huius facultatis, & est ab ea appellatio interposita, potest Sepulturam eligere: quia per appellationem suspenditur sententiæ effectus. Si denique lata iam sententia, non est appellatio interposita, eligere nequit: quia priuatus facultate disponendi de vltima voluntate, seu factione testamenti, consequenter priuatus existit facultate Sepulturam eligendi. Ista Pater Illuminatus. *Appellatio suspendit sententiæ effectū.*

§. III.

An leprosi, & qui morbo alio laborant contagioso, sibi valeant Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Leprosi.

Permittitur leprosis habere Ecclesias cum Cœmeterio, & proprio Sacerdote. n. 1.

Eligere non possunt Sepulturam in loco communi fidelibus. n. 1.

Sepultura.

Leprosi, & qui infirmitate, morbóve contagioso laborant, sepeliri non debent in loco fidelibus communi. n. 1.

IN sententia Ancharrani, quem recensèt, & sequi- 1
tur Syluester, *verbo Sepultura quæst. 17.* benè possunt leprosi, & morbo contagioso, epidimia v.gr. laborantes, sibi eligere Sepulturam in qualibet Ecclesia, aut Cœmeterio vsui communi fidelium, ad Sepulturas, destinato, quia cessat, inquiunt, causa, quæ erat in vita.

CONCLVSIO.

LEprosi, & contagioso morbo laborantes, in lo- 2
co communi, pro fidelium Sepulturis, sepeliri eligere non possunt.

Probatur conclusio. Non possunt in loco communi tumulari, qui huiusmodi contagio laborant, iuxta veram Doctrinam vtriusque Abbatis antiquioris, & Panormitani, & Samuellij,

lij, *in Praxi de Sepulturis, tractatu* 1. *disputat.* 5. *controuersia* 9. *conclusione* 6. pro qua plures allegat Doctores, *num.* 12. Sic enim ait Abbas Nicolaus, Tudeschus, *in cap. Sacris, à num.* 6. *el* 12. *de Sepulturis*, Ancharranum impugnans, & illius doctrinæ faciens satis. Quæro, numquid leprosus debeat cum aliis in Cœmeterio sepeliri? Abbas hîc inducit istum textum *in princ.* quod non: nam sibi non communicauimus in vita, nec etiam in morte. Contrarium tenuit Petrus de Ancharrano, motus, quia causa prohibitionis, quæ fuit in vita, cessat in morte: nam non est timendum, quod inficiat aliorum mortuorum corpora. Sed ego non recederem à priori dicto, quoniam est timor in actu Sepulturæ. Item fœtor inficit aërem. Et pro hoc adduco bonum textum in articulo, *in cap. Cum dicat, infra de Ecclesiis ædificandis*, vbi permittitur leprosis habere Ecclesias cum Cœmeterio, & vt gaudeant proprio Sacerdote. Si enim possent sepeliri cum aliis, non permitteretur eis Cœmeterium, cum iniuria Ecclesiæ Parochialis. Hactenùs Panormitanus Abbas. Sequentia verò Samuellius. Qui morbo contagioso laborant, vt epidimia, & huiusmodi decesserunt, sunt humandi in loco non periculoso, vt viuis nocere non possint; verum carere Sepultura haud debent Ecclesiastica. Ergo huiusmodi, sibi non possunt liberè Sepulturam eligere. Consequentia patet: quia frustratoriè illam eligerent, in loco fidelibus communi, si in eo tumulari nequirent.

DISQVISITIO XI.

Qui sint, qui eligere nequeant Sepulturam, pro aliis?

§. I.

An filius pro Patre Sepulturam eligere valeat?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Filius, pro Patre Sepulturam eligere nequit. n. 1.

CONCLVSIO.

1 FIlius non potest Patri eligere Sepulturam. Ita docet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 5. *controuer.* 9. *conclus.* 9. *pag.* 256. ibi. Nec Filius pro Patre furioso. Allegat plures Doctores, & hanc breuem reddit rationem: quia nullam potestatem habet in eius personam. Cui aliam addo: quia huiusmodi facultas, non competit Filio respectu Patris, nec ex Iuris dispositione, nec ex consuetudine legitimè introducta, & præscripta. Ergo Filius non potest Patri Sepulturam eligere. Intellige, quà Filius; non quà Commissarius, aut Mandatarius: quà Commissarius enim, benè poterit illam eligere Patri committenti: quia non est Filius peioris conditionis, quàm quilibet alius, cui benè poterat Pater illam electionem committere, vti dictum est *Disquisitione præcedente*, §. 10.

§. II.

An Auus valeat pro Nepote eligere Sepulturam?

BREVIARIVM.

Auus.

In cura nepotis, parentibus orbati, succedit Auus. n. 3.

An ei eligere valeat Sepulturam. n. 1. 2. 3. & 4.

Consuetudo.

Introducere potest, quidquid priuilegio concedi potest. n. 4.

Parem vim habet cum lege consuetudo. n. 4.

Lex.

A proprietate verborum legis non est recedendum, nisi constet de Legislatoris mente. n. 2.

Nepos.

Non venit nomine Filij in materia stricta, & quando agitur de tertij præiudicio. n. 2.

Sepultura.

Auus pro Nepote, rigore Iuris attento, eligere nequit Sepulturam. n. 1. *Potest tamen si adsit consuetudo legitima.* n. 3.

CONCLVSIO. I.

IN rigore Iuris, non potest Auus eligere Sepul- 1
turam Nepoti. Ita docent Gauantus, *in Manuali Episcoporum, verbo Sepultura, num.* 11. August. Barbosa, *in cap. Nos instituta, num.* 6. *in fine, el* 1. *de Sepulturis.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, respon.* 51. *num.* 46. Antonin. Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *de casibus occurrentibus tempore mortis, resolut.* 108. *ad finem*, cum Farinacio, *in cap. Licet Pater, de Sepulturis, in* 6. cum Petro de Vbaldis, *de Canonica Paroch. cap.* 11. *num.* 2. Sebast. Medices, *de Sepulturis, quæst.* 8. Ioanne Asinio, *in L. Familiaria Sepulchra, de Religiosis, & sumptibus funerum*, & cum Bursato, *consil.* 226. *num.* 118. *volum.* 3. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 6. *controu.* 2. *concluf.* 4. *pag.* 273. cum Nauarro, *lib.* 3. *Consiliorum, tit. de Sepulturis, consil.* 1. Belletto, *in Disquisitionibus Clericorum, part.* 1. §. *de Clerico debitore, num.* 18. Sperello, *decis.* 89. Lauorio *variarum Lucubrationum, tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 118. Vbaldis, *num.* 6. & Asinio, *num.* 45. Idem Samuellius, *controu.* 6. *concl.* 1. *pag.* 280. addit Sylueſtrum, *verbo Sepultura, num.* 7. Riccium, *part.* 1. *resolut.* 567. *num* 1.

Et probatur conclusio ratione. Quia si de Iure 2
posset Auus Nepoti Sepulturam eligere, ideò esset, quia Nepos veniret nomine Filij, & gauderet Auus, priuilegio Iuris, Patri concesso, *in cap. Licet Pater, el* 4. *de Sepulturis, lib.* 6. Sed Nepos non venit nomine Filij, *L. Quod si Nepotes, ff. de Testamentaria tutela.* §. *fin. Instit. Qui Testamento Tutores dari possunt.* Samuellius, & Moronus *locis iam dictis*, Bardel. *conf.* 83. *à n.* 14. Pedroch. *decis.* 38. *colum.* 1. & 2. Honded. *conf.* 60. *n.* 61. Menochius, *consil.* 215. *n.* 95. *conf.* 315. *n.* 24. vbi intelligit quando agitur de præiudicio tertij, vti contingit in præsenti

noſtro caſu, *conſil.* 347. *num.* 3. *& conſil.* 493. *n.* 11. *conſil.* 567. *num.* 14. *& conſil.* 591. *n.* 1. *ac conſil.* 233. *num.* 12. vbi intelligit in materia ſtricta, vti etiam in noſtro caſu. Et plures alij Doctores, quos cumulat Barboſa, *tract. de Appellatiua verborum vtriuſque Iuris ſignificatione, appellat.* 99. *verbo Filius, n.* 83. Qui *num* 93. *infert*, tutam non eſſe ſententiam communem eorum, qui docent, in legis diſpoſitionibus appellatione Filiorum, in dubio venire Nepotes. Eo quod ſecundùm propriam nominis ſignificationem, appellatione Filiorum, ſolos Filios, non Nepotes contineantur, & quod in Legibus à proprietate verborum recedendum non ſit, ſi de mente Legiſlatoris, contrarium non appareat. *L. Scire* §. *Illud, ff. de Excuſationibus tutorum.* Prolixè ego ipſe dixi, *in Diſquiſit. Paſtorali de Iure Prioris annexi, n.* 43. Ergo facultas Patri conceſſa *in dicto cap. Licet*, ad eligendam Filio Sepulturam, Auo non competit vt in vim illius eligere poſſit Sepulturam pro Nepote.

CONCLVSIO II.

3 TVta eſt in praxi, ſententia aſſerens, poſſe Auum eligere Sepulturam Nepoti impuberi, ſi de huiuſmodi electione adſit terræ conſuetudo legitima.

Ita docent Auguſtinus Barboſa, *in dicto capite Nos inſtituta, num.* 6. *el* 1. *de Sepulturis*, ibi: Quod intellige, vbi non adeſt conſuetudo, quod eligatur. Diana, *dicta parte* 5. *tract.* 3. *reſol.* 108. ibi: Niſi aliud exiſtere de conſuetudine. Allegat Gratianum, *diſceptationum forenſium, lib.* 1. *cap.* 94. poſt Francum, *in cap. Licet pater, num.* 5. *de Sepulturis, in* 6. & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 6. *controuerſ.* 6. *concluſ.* 2. *pag.* 280. aſſerens cum dictis Franco, *num.* 3. Gratiano, *num.* 8. Paſqualigo, *deciſ.* 394. longè probabilius eſſe, ac in praxi obſeruandum, poſſe Auum eligere Sepulturam Nepotibus impuberibus in deficientia parentum eorum, quibus ſuccedit in ipſorum Nepotum cura. Et præter recenſitos Doctores, allegat Gloſſam *in dict. c. Licet, verbo Vel in Parochiali.* Et licet nec Gloſſa, nec Samuellius in terminis loquatur de Auo; vtriuſque tamen doctrina, de illo debet intelligi. Samuellij quidem, quia de conſanguineis loquitur; Gloſſæ autem, quia de amicis. Et nullus tam amicus, aut conſanguineus Nepotis, quàm Auus, in deficientia ſalterr parentum.

4 Et probatur concluſio. Quia conſuetudo introducere poteſt, quidquid priuilegio concedi queit. Aug. Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate* 56. *n.* 7. cum Oldrado *conſilio* 172. *Quia omnes, in princ. conſ.* 146. *in fine conſ.* 254. *n.* 8. *verſic. Quinto opponitur.* Ancharrano, *conſil.* 50. & Baldo *conſil.* 49. *lib.* 1. Et parem vim habet cum lege. Idem Barb. *n.* 5. *ex L. De quibus, ff. de Legibus*, §. *ex non ſcripto. Inſtituta de Iure Naturali Gentium, & Ciuili. L.* 2. *Cod. Quæ ſit longa conſuetudo. cap. Conſuetudo*, 1. *diſtinct. & cap. fin. de Conſuetudine.* Guidone, *ſingulari* 803. Gratiano, & aliis quàm plurimis. Sed Lege *capitis Licet Pater*, ſuppoſita terræ conſuetudine, conceditur Patri facultas eligendi Filio impuberi Sepulturam, & per priuilegium poteſt eadem facultas Auo concedi, ad eligendam Nepoti Sepulturam. Ergo data terræ conſuetudine, tutè poterit Auus, & validè in praxi, Nepoti impuberi, maximè orbato parentibus, Sepulturam eligere.

§. III.

An Frater poſſit Fratri impuberi, Sepulturam eligere?

BREVIARIVM.

Sepultura.

An Frater, Sepulturam Fratri eligere valeat. n. 1.

CONCLVSIO.

IVre communi attento, nequit Frater impuberi 1
Fratri Sepulturam eligere; poteſt tamen ſi conſuetudo terræ id ferat.

Primam concluſionis partem, tenent Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſpon.* 51. *n.* 46. & penes Dianam, Bellettus, *in Diſquiſitionibus Clericorum, part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 3 *n.* 18. Et pro illa faciunt, quæ §. *præcedenti* dixi pro prima concluſione. Et breuiter, ſed efficaciter probatur. Quia de Iure communi, nemo poteſt pro altero Sepulturam eligere, niſi Pater pro Filio, & data etiam terræ conſuetudine; & quilibet de Iure, debet ſepeliri in Sepulchro Maiorum, vel in Sepultura Parochiæ, ſi ipſemet, aut Pater ei, non elegerit Sepulturam. Ergo Iure communi attento, nequit Frater impuberi Fratri eligere Sepulturam.

Secundam partem tenet Barboſa, *in c. Nos inſtituta, in fine, el* 1. *de Sepulturis.* Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *de caſibus occurrentibus tempore mortis, reſolut.* 108. *verſic. Notandum in fine*, ibi: Niſi aliud exiſtere de conſuetudine. Et allegat Gratianum, *Diſceptation. forenſium lib.* 1. *c.* 94. poſt Francum, *in c. licet Pater, n.* 3. *el* 4. *de Sepulturis, lib.* 6. Et colligitur ex Samuellio, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 6. *controuerſ.* 6. *concluſ.* 2. vbi quæ modo §. *ſequenti* referam, tradit. Ratio concluſionis eſt non ſemel in præcedentibus, tacta. Quia conſuetudo potens eſt ad conferendam facultatem cuilibet, eligendi Sepulturam pro alio, quam ſoli Patri conceſſit ius, & cum dependentia ab eadem conſuetudine. Ergo ſi iſta adſit, bene poterit Frater, pro Fratre impubere, Sepulturam eligere. 2

§. IV.

An conſanguinei, & affines poſſint eligere Sepulturam, pro impuberibus orbatis parentibus?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Conſanguinei, & affines, impuberibus, parentibus orbatis, quorum curam gerunt, poſſunt eligere Sepulturam, ſi adſit conſuetudo vt huiuſmodi eligant conſanguinei, & affines. n. 1. & ſeqq.

CONCLVSIO.

SI adſit terræ conſuetudo, vt in deficientia paren- 3
tum, conſanguinei, & affines Sepulturam eligant impuberibus, quorum curam gerunt, validè eligent illam.

Proba

Probatur concluſio : quia per conſuetudinem legitimè introductam , poſſunt conſanguinei , & affines , hanc facultatem eligendi Sepulturam acquirere , ſicut quamlibet aliam , quæ priuilegio acquiri valeat. Et in hoc ſenſu,& non in alio tenet verum ſententia Franciſci Mariæ Samuellij *in Praxi de Sepulturis , tract. 1. diſputat. 6. controuer. 6. concluſ. 2. pag.*280. In ſequentia prorumpentis.

Probabilius longè eſt, ac in praxi obſeruandum, conſanguineos , & affines , licitè , ac liberè Sepulturam poſſe deligere filiis impuberibus in deficientia ſuorum parentum , quibus ſuccedunt , in ipſorum cura ; ſecus verò dicimus de aliis.

2 Probatur pars prima : nam talis ſucceſſio in cura ipſorum Filiorum impuberum, in carentia ſuorum parentum , dat illis affinibus ius ad illa exercenda , quæ ad talium Filiorum curam ſpectant : ſed Ius ad hos affines transfert illam facultatem , quam de conſuetudine loci Parentes in ſuos Filios habebant. Ergo in eorum loco ſuccedunt in cura, & ipſis affinibus conuenit agere cum ipſis Filiis impuberibus , quæ conueniebant ſuis Parentibus, etiam quoad Sepulturam illis eligendam.

3 Secunda pars probatur : Nam cæteris , qui non ſuccedunt in cura ipſa horum Filiorum impuberum, non competit talis facultas dum non habent illorum curam , nec Parentibus in hoc ſuccedunt.Ergo vera talis pars aſſertionis.

Hucuſque Author citatus , qui allegat pro ſua aſſertione Gloſſam , *in cap. Licet Pater, verbo Vel cum Parochiali,* & Francum *ibi, num.*3. Gratianum, *tom. 1. Diſceptationum forenſium , cap.*94. *num.* 8. Paſqualigum, *deciſ.*394. & Barboſam , *in cap. Nos inſtituta , el 1. de Sepulturis.*

---

§. V.

An Tutor licitè, & validè eligere valeat Sepulturam , pro impubere pupillo.

BREVIARIVM.

Extenſio.

*In odioſis, pœnalibus, & exorbitantibus extenſio non admittitur ex identitate rationis.*n.6.

*Fit extenſio de caſu ad caſum , in quo eadem eſt ratio, ad Summum quando diſpoſitio non eſt contra Ius, ſed præter Ius.*n.6.

Odioſa.

*Odioſa, maximè, quibus Iura reſiſtunt , non extenduntur de loco ad locum , nec de perſona ad perſonam , quamuis paritas adſit rationis.*n.6.

Sepultura.

An Tutor poſſit Pupillo Sepulturam eligere. n.1. & ſeqq.

*Quod pater ſuppoſita conſuetudine Sepulturam eligat Filio impuberi , non eſt præter Ius , ſed contra Iura.*n.6.

Tutor.

*Eſt loco Patris, & eius tenet locum.*n.4 & 6.

*Poſt Pupilli mortem , eius negotia agere non poteſt ; poteſt tamen perficere iam inchoata.*n.9.

CONCLVSIO I.

1 NEquit Tutor Pupillo impuberi de Iure communi Sepulturam eligere. Ita docent Aug. Barboſa , *in cap. Nos inſtituta , num. 6. in fine, el 1. de Sepulturis* , Antonin. Diana , *parte 5. tract. de Caſibus occurrentibus tempore mortis,reſolut.*108. *in fine , pag. mihi* 104. & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis,tract.1.diſputat.6. controuer.7.concluſ.1. pag.*281. cum Belleto , *in Diſquiſitionibus Clericorum , part. 1. de Clerico debitore , §. 3. num.* 18. Burſatio , *conſil.* 226. *num.*118. *volum.*3. Petro de Vbaldis, *tract. de Canonica portione , cap.* 11. *n.*5. Sperello , *deciſ.*89 *num.*32. Aſinio, *in L. Familiaria Sepulchra,num.*51. *ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum* , & cum Riccio , *in Praxi , part. 1. reſolut.*167.

Et probatur ratione. Quia in materia odioſa 2 qualis eſt præſens , Tutor nullibi gentium nomine Patris venit. Sed ſolùm Patri concedit Ius , *in cap. Licet Pater el* 4. *de Sepulturis in* 6. ſuppoſita conſuetudine, facultatem eligendi Sepulturam Filio impuberi. Ergo de Iure communi , nequit Tutor Pupillo eligere Sepulturam.

CONCLVSIO II.

NOn poteſt Tutor Sepulturam eligere Pupillo 3 ſuo , niſi adſit terræ conſuetudo , quæ hanc concedat Tutori facultatem ; Poterit enim illam eligere ; tali data conſuetudine.

Concluſio iſta , quoad primam partem , eſt contra P. Samuellium , *vbi proximè concluſ.* 2. ſic aſſerentem. Verum eſt aſſerendum , & in praxi obſeruandum omninò eſſe , licitè , ac validè Tutorem poſſe Pupillo impuberi Sepulturam eligere , eo viuente;nec opus eſſe ad id ſpecialem conſuetudinem adeſſe, quæ tale ius Tutori præſtet , dum Pater valeat Sepulturam eligere pro filio impubere , vt diximus ſuprà.

Probatur : quia Tutor eſt loco Patris , & in eius 4 ſuccedit,in ordine ad Pupilli curam;& conſequenter Patris Officium ad Tutorem tranſit. Ergo ad Tutorem ius eligendi Sepulturam tranſit;quia loco Patris ſubrogatur,& locum Patris tenere debet , nam hoc Ius Sepulturam eligendi Filio impuberi, eſt priuilegium,quoddam à conſuetudine conceſſum Patri,& eſt ſecundùm exigentiam paternæ curæ, in quibus omnibus Tutor ſuccedit, ac per omnia.

Hactenùs Samuellius , qui pro ſua concluſione 5 recenſet Paludanum , *in 4. diſtinct. 4. q. 4. artic.* 3. Suarez , *tom.* 3. *in 3. part. D. Thom. diſputat.*25. *ſect.* 3. *verſic. Secundò infertur.* Speculum , *de Sponſalibus , §. 1. verſic. Articuli tamen.*Socinum, *conſil.* 61. *part.* 1. & Paſqualigum , *deciſ.* 345. *num.* 2. Et fauere ait Samuellius , *L. ante penult. Cod. de Praxi Sac. ſcript. lib.* 11. *& Comperimus. Cod. de Praxi Sac. ſcript. libro* 12. & ibi Bartol. *L. Decernimus , Cod. de Aquæductu , lib.* 11. *& L. Maior , §. Penult. de Procuratoribus* , vbi Bartolus inquit : & Tutor fruitur iiſdem priuilegiis, & Iuribus, quæ ſpectant ad ſubrogationis finem,iuxta has leges relatas.

Ego tamen de veritate huius Samuellij concluſionis multum dubito : quia hæc materia eſt valdè odioſa, contra Iuris diſpoſitiones, & tertij præiudicium : Eccleſiæ ſcilicet in qua Sepultura Maiorum Pupilli exiſtit, & in iſtius deficientia,in Eccleſiæ Parochialis præiudicium.Vndè non capio,cur poſſeſſio, & conſuetudo, quam habet Pater eligendi pro Filio ſuo impubere Sepulturam , Tutori ad idem faciendum ſuffragetur. Odioſa enim, & præiudicium generantia , ea maximè , quibus Iura reſiſtunt , non extenduntur de loco , ad locum , neque de perſona , ad perſonam , quamuis paritas adſit 6

rationis

rationis. Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responsione* 51. *numero* 44. Augustinus Barbosa, *in cap. Odia, num. 6. el* 15. *de Regulis Iuris, lib.* 6. cum Corsert. *in Singularibus, verbo Extensio, el* 2. *num.* 1. Tiraquel. *de Retractu, in Prafatione, num.* 62. & 63. Hondedæo, *consil.* 95. *n.* 98. & 112. *lib.* 1. Farinacio, *Fragment. crimin. part.* 2. *Litt. E. num.* 115. Vbi *num.* 117, subdit, quod extensio non conceditur ex identitate rationis, etiam quod ratio sit expressa in dispositione, quando sumus in materia odiosa, & odium est irrationabile. Idem, & ex eisdem omnibus Doctoribus docet ipse Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.* 166. *verbo Odium, num.* 7. *Et in cap. Quæ à Iure communi, num.* 3. *el* 28. *de Regulis Iuris in* 6. docet cum Tiraquel. *in L. Si vnquam, verbo Libertis, sub n.* 27. Aymon. *consil.* 6. *num.* 10. *in fine* Osac. Pedem. *decis.* 120. *num.* 8. & *decis.* 126. *n.* 12. Menochio, *remedio* 12. *recup. num.* 27. Hondedæo, *consil.* 96. *n.* 121. *lib.* 1. Villagut. *in tract. de Extensione Legum, rubrica De extensione Legum exorbitantium, num.* 3. extensionem regulariter non fieri in exorbitantibus. Quod intelligit in odiosis, & pœnalibus, cum dicto Villagu. *ibi*, & cum Farinacio, *vbi suprà, num.* 224. Cum quo *num.* 125. addit, extensionem, ad summum fieri de casu ad casum in quo eadem adest ratio, quando dispositio non est contra Ius, sed præter Ius. Dispositio autem *capitis Licet Pater*, in qua Patri conceditur facultas eligendi Filio suo impuberi Sepulturam, vbi id terræ tulerit consuetudo, non solùm est præter Ius, sed contra alia Iura. Ergo esto eadem militet in Tutore ratio, cura scilicet Pupilli, in qua Patri succedit Tutor, si non extat consuetudo vt tutor Pupillo eligat Sepulturam, nequibit illam eligere quamuis posset Pater in vim *dicti capitis Licet*, simul & consuetudinis.

7 Consultò addidi: *Si non extet consuetudo, vt Tutor Pupillo eligat Sepulturam*: & in Conclusione: *nisi adsit terra consuetudo, quæ hanc concedat Tutori facultatem.* Consuetudine enim huiusmodi extante, posse Sepulturam eligere, Pupillo suo, docet Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 108. *in fine*, cum Gratiano, *disceptat. forensium, cap.* 94. *lib.* 1. post Francum *in cap. Licet Pater, num.* 3. & Barbosa *in cap. Nos instituta, n.* 6. *el* 1. *de Sepulturis*, vbi postquam recensuit Bursatij sententiam, docentis *cons.* 226. *num.* 18. non posse Fratrem Fratri eligere Sepulturam, nec Patrem Filio puberi, nec Matrem Filiis, nec Auum Nepoti, nec Tutorem Pupillo, ait ipse Barbosa. Quod intellige, vbi non adest consuetudo, quod eligatur. Quod vtique verissimum, est, & in eo nostra conclusio, quoad secundam fundatur partem. Quia vti sæpe dictum reliquimus, in præcedentibus, consuetudo, introducere potest, quidquid priuilegio potest concedi, & vim habet parem cum lege. Ergo cum lex *capitis Licet Pater*, supposita consuetudine, facultatem concedat Patri, eligendi Filio impuberi Sepulturam, data consuetudine terræ, quæ Tutori permittat Pupillo Sepulturam eligere, licite, & valide illam eliget. Quoad primam verò partem, partim iam fundata est in prima conclusione, vbi, provt de Iure, fuit assertum. Et concludenter fit manifesta ex eo, quod non extante priuilegio, saltim generali, illam facultatem Tutori concedente, sicut non extare credo, illam exercere neutiquam potest nisi in vim consuetudinis terræ. Ex nullo enim alio capite, illa Tutori prouenire potest.

8 Samuellius, *dicta controuers.* 7. *conclusione* 3. sic etiam ait. Tutor quoque vi, ac virtute Tutelæ, licite, ac valide Sepulturam deligere queit Pupillo impuberi, etiam post illius obitum.

Illam sic probat. Quia Tutela finita, quamuis 9
impediat negotia gerenda, minimè autem impedit quoad inchoata, ne perficiantur, vt rectè Bartolus, *in L. Ita autem, § final, ff. de Administratione, & periculo Tutorum.* Baldus, *in L. Tutori, verbo Oppon. Cod. de Negotiis gestis & in L. c. Cod. vt causæ post pubertatem, &c.* & Ioannes de Pra, *in L.* 1. *ff. de Procuratoribus.* Quare Tutela finita, Tutor litem deferere non debet, sed prosequi. *L. in* 1. *in princ. Cod. de Administratione, & periculo Tutorum*, & ibi communiter Doctores docent. Sed electio Sepulturæ ad negotia iam incœpta spectat, nempe ad personalem curam, quam Tutor de Pupillo impubere habere debet inclusiuè vsque ad illius obitum.

Hactenus Samuellius, cuius assertio magnas patitur difficultates. In primis enim cum Tutela titulus sit ciuilis, videtur non posse conferre facultatem ad functionem spiritualem, qualis est Sepulturæ electio. De qua certe impotentia, non semel in præcedentibus diximus §§. Et de difficultate eligendi Sepulturam post obitum illius, cui eligitur, videri possunt, quæ dicta reliquimus *disquisit.* 9. §. 9.

§. VI.

An amicus alteri amico licitè, & validè Sepulturam valeat eligere?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Amicus potest amico Sepulturam eligere, vbi extiterit consuetudo. n. 1. & 2.

CONCLVSIO.

BEnè potest amicus, si terræ id consuetudo ferat, 1
pro amico Sepulturam eligere. Ita Diana, *parte* 5. *tract.* 3. *de Casibus occurrentibus tempore mortis, resolut.* 108. *in fine*, ibi: neque amicus amico Sepulturam eligere potest. Riccius, *in Praxi resolutionum, part.* 1. *resolut.* 567. *n.* 1. nisi aliud existeret de consuetudine. Gratianus, *lib.* 1. *disceptationum forensium, c.* 94. post Francum, *in dict. c. Licet* (scilicet *el* 4. *de Sepulturis, libro* 6.) *num.* 3. Hæc Diana. Et prius docuit Glossa, *in citato cap. Licet Pater, verbo vel in Parochiali*, vbi iam supponit cõsuetudinem introductam. Ait enim. Consuetudo tamen habet, quod parentes, vel amici tales sepeliunt (impuberes scilicet de quibus ibi agitur) in altera, quam volunt. Ideſt in Maiorum Sepultura, vel in Parochiali. Illuminatus item Moronus nostram tenet conclusionem, *in centum responsis, responso* 51. *n.* 42. & ita etiam consuetudinem obtinuisse, vt amicus pro amico eligat Sepulturam, testatur. In casibus tamen contingentibus, prudenter, & caute procedendum est, & terræ consuetudo cõsuli debet. Consuetudo enim in hac materia, sicut & in quàm plurimis aliis, non est ista generalis, vt vbique terrarum illa seruari debeat.

Expende dictionem, *Nisi*, ab Antonino Diana ad- 2
ductam. Aliud enim omnino contrarium docet existente consuetudine, quod in præcedente docuerat propositione cum Riccio. Significat itaque præfata dictio, & necessario quidem oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur, vti benè Barbosa, *tract. de*

Dictio Nisi est aduersatiua, & necessariò opponitur antecedenter dicto.

de Dictionibus, dictione 217. *num.* 3. cum Dec. *in L. Bonorum, in* 2. *lect. num* 27. *Cod. Qui admitti, & in L. Si quis in aliquo, num.* 2. *Cod. de Edendo.* Alexandro, *consil.* 83. *num.* 3. *volum.* 1. Surdo, *de Alimentis, tit.* 1. *quæst.* 104. *num.* 7. Octauian. Vulpell. *de Præpositionibus, & Aduerbiorum significatione, sub prædicta dictione, versic. Regulariter, pag.* 65. & Cenedo, *post librum practicarum, & Canonicarum quæstionum, singul.* 23. *num.* 2.

Ratio autem conclusionis nostræ eadem, est, ac ea, qua conclusiones præcedentium paragraphorum probauimus. Quia scilicet consuetudo legitimè præscripta, conferre potest, & de facto confert facultatem eligendi Sepulturam pro aliis, sicut illa etiam confert ad alia spiritualia.

SECTIO IV.

De locis in quibus electio Sepulturæ, possit fieri.

DISQVISITIO XII.

In quibus Ecclesiis fieri debeat Sepulturæ electio, vt licitè, & validè illa fiat?

BREVIARIVM.

Dictio, *Careo*, vel *Careat.*

Sententiam ipso Iure latam importat non ferendam. n. 8.

Dictio *Committimus.*

Non importat alterationem, sed excitationem iurisdictionis. n. 17.

Dictio, *Omninò.*

Multos operatur effectus in dispositionibus. Importat præcisam obligationem: præcisam executionem, &c. n. 17. & 18.

Lex.

Leges Legibus concordari debent, vt vitetur Iuris correctio, etiamsi Lex contraria clausulam habeat derogatoriam: Non obstante. n. 9.

Locus.

Locus profanus est, qui non est ad diuina celebranda destinatus, & benedictus ab habente facultatem. n. 5.

Locus religiosus est, sic destinatus est benedictus. n. 5.

Locus minus religiosus est, in quo minus frequenter diuina celebrantur. n. 5.

Oratio.

Plus proficiunt speciales Orationes, quàm communes. n. 9.

Ordinarius.

Tenetur decernere, ne Parochi plus percipiant de Sepulturis, quæ fiunt in Regularium Ecclesiis, quàm de eis, quæ in propriis, seu in aliorum Clericorum. n. 16.

Ad id, sine dispensatione vlla, ex officio obligantur Ordinarij n. 17. & 18.

Mortaliter, & cum onere restitutionis delinquunt Ordinarij, in hoc negligentes. n. 18. & 19.

Parochialis.

Ecclesia Parochialis Ius habet ad tumulandos Parochianos decedentes sine Sepultura Maiorum, vel absque alterius electione. n. 4.

Parochus.

Impedire non potest, ne Parochiani eligant Sepulturas In Ecclesiis Regularium priuilegiatis. n. 13.

Ab his qui sepeliuntur in Ecclesiis Regularium maiorem eleemosynam exigere, quàm ab iis, qui in Ecclesia propria, aut in alia Clericorum tumulantur, minimè potest. n. 14. & seqq.

In Indiis si maiorem exigat eleemosynam, in Excommunicationem Papæ reseruatam incurrit. n. 15.

Tenetur associare cadauera, quæ in Ecclesiis sepeliuntur Regularium, vsque ad dictas Ecclesias, nisi legitimè sit impeditus. n. 21.

Si non impeditus, huic non interueniat associationi, emolumenta associationis non potest percipere, & si percipere queat, quæ contingunt propter Ius Parochiale. n. 20.

Peccare.

Qui contra rationem, contra institutionem, aut contra consuetudinem operatur, peccat. n. 6.

Restituere.

In solidum restituere qui teneantur. n. 19.

Sepultura.

Electio Sepulturæ in loco sacro fieri debet. n. 1.

Maiorum Sepulturam laudabiliter eligi, ex Sacra Scriptura & Patribus comprobatur. n. 2.

Qui Sepulturam relinquit Maiorum, eligere debet illam in Parochiali Ecclesia, vel in alia habente priuilegium libertatis Sepulturæ. n. 3.

Illicitè, & inualidè eliget, qui in loco profano, aut minus Religioso voluerit sepeliri. n. 5. & 7.

Quoad locum minus religiosum, limitat Abbas, quando dolo inductus, vel ex contemptu in illo elegit Sepeliri. n. 9.

Electio Sepulturæ in loco profano spernenda est. n. 10.

Selectior Sepulturæ electio est, quæ fit in loco in quo plura diuina celebrantur. n. 11. *In quo plures sunt Sacerdotes.* n. 12. *& regulariter, in Regularium Ecclesiis.* n. 12.

In Ecclesiis Regularium licitè, & validè fit Electio Sepulturæ. n. 13.

Item in Ecclesiis exterioribus Monialium, non autem in interioribus. n. 22.

Sepelientes aliquem, quem sepelire non poterant, restituere tenentur cadauer, & quidquid ratione illius receperant. n. 4.

Testamentum.

Vltima voluntas, minus legitima spernenda est. n. 10.

CVM multa admodum sint, & varia loca Diuinis deputata, meritò dubitatur, in quibus illorum fieri debeat, aut possit electio Sepulturæ. Difficultatem breuiter discutiam, & septem conclusionibus illam dilucidado. Sed antequam ad resolutiones accedam, supponere duxi, Fidelium cadauera in loco sacro tumulari debere. Colligitur ex plurimis Sacris Canonibus. Præcipuè *ex Can. Cum grauia peccata,* 13. *quæst.* 2. *& ex cap. Fraternitatem, el* 3. *de Sepulturis*, in quo sic Innocentius Papa Tertius ait. Fraternitatem tuam non credimus ignorare, mortuorum „ Sepulchra, & Cœmeteria apud illas Ecclesias, & „ Monasteria ex antiquo esse dispositа, in quibus „ Religiosorum Fratrum Conuentus sunt constituti, „ & orationes, atque Missarum solemnia, tam pro „ viuis,

viuis, quàm pro defunctis frequentiùs celebrantur. Quo ſuppoſito, ſit.

CONCLVSIO I.

2 QVi Sepulturam ſuorum eligit Maiorum, licitè, validè, & laudabiliter operatur.

Probatur concluſio *ex Can. Vnaquæque*, 13. *q.* 2. » in quo ſic D. Auguſtinus, Sancto Patriarcha Ioſeph » moriens in Ægypto, rogauit Fratres ſuos, vt tem» pore viſitationis ſuæ oſſa ſua ſecum deferrent, & in » Sepulchro Patrum ſuorum ea collocarent. Vbi Gloſſa, *verbo Viſitatione*, in hæc prorumpit. Et hoc petiit, quia ignominioſum erat tunc, quod aliquis » non ſepeliretur in Sepulchro Patrum ſuorum, vt » ſtatim ſequitur: videlicet in textu, ibi. Dictum eſt » Prophetæ Domini, qui contra præceptum Domini » comederat in Bethel: Non inferetur cadauer tuum » in Sepulchrum. Patrum tuorum. Et addit Augu» ſtinus. De nonnullis legitur in libro Regum: » Obiit, & appoſitus eſt ad Patres ſuos: hoc eſt in » Sepulchro Petrum ſuorum. Et ſtatim. In nouo Te» ſtamento Beatus Philipus (vnus de ſeptem Diaco» nibus, ait Gloſſa) legitur ædificaſſe ſibi Sepul» chrum, in quo ipſe, & Filij eius quieuerunt. Aliud » adducit exemplum dicens. Beatus Seuerus Racun» natum Archiepiſcopus, tumulum fieri iuſſit, in quo » ſe, & vxorem, & Filiam collocauit. Et concludit » ſic ille magnus Eccleſiæ Doctor. Quia ergo Paren» tes iſtorum apud priores Eccleſias ſepulti ſunt, & » hi apud eaſdem debent tumulari. Quam certè con» ſuetudinem approbat, & commendat Innocentius Papa, *in recenſito cap. Fraternitatem* per hæc ver» ba. Qui vero relictis antiquis Eccleſiis, & Patrum, » aliorumque Parentum ſuorum Sepulchris, contra » conſuetudinem Patrum veteris Teſtamenti, qui » cum Patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad noua, & » minus Religioſa loca ſe transferunt, irrationabili» ter, & contra antiquam inſtitutionem facere viden» tur. Ergo, qui Maiorum ſuorum elegit Sepulturam, » validè, licitè, & laudabiliter operatur.

CONCLVSIO II.

3 QVi relicta Maiorum ſuorum Sepultura, aliam eligit, eligere illam tenetur in Eccleſia ſua Parochiali, vel in altera priuilegium habente libertatis Sepulturæ, vt cuique liberum ſit apud illam ſepeliri. Aliàs illicitè, & inualidè Sepulturam eliget. Hanc tenet concluſionem Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 6. controuerſ. 11. concluſ. 5. pag.* 289. vbi quàm plures allegat Doctores.

4 Probatur concluſio: Quia Eccleſia Parochialis ius habet ad tumulandos ſuos Parochianos nolentes in Sepulchris Maiorum ſuorum ſepeliri, aut non vtentes priuilegio libertatis Sepulturæ, aliis » Eccleſiis conceſſo, vti patet *ex Canone Eccleſias* » *ſingulas, el* 1. 13. *quæſt.* 1. vbi ita Dionyſius Papa. » Eccleſias ſingulas, ſingulis Presbyteris dedimus: » *Parochias, & Cœmeteria eis diuiſimus: & vnicui*» *que ius proprium habere ſtatuimus*: ita videlicet, *vt* » *nullus alterius Parochiæ terminos, aut ius inuadat, ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus.* Hacte» nus Dionyſius Papa. Vnde Ioannes Ægidius Trul» lench *tract. de Parocho, capite* 9. *numero* 10. ait, recipientes aliquem ad Sepulturam in caſu non con» ceſſo, non ſolum peccare mortaliter, cum ius alie» num inuadant, ſed teneri reſtituere corpus, ſi peta» tur, & quidquid ratione corporis acceperint. Quæ quidem, attento iure communi, & ſecluſo pri» uilegio, & conſuetudine, in contrarium, communi» ter recepta, procedunt. De quibus nonnihil dixi, *in quæſtionibus Paſtoralibus, de Iure Parochi vni» tarum Eccleſiarum, parte* 3. *quæſt.* 7. Ergo, &c.

CONCLVSIO III.

QVi eligit Sepulturam in loco profano, immò 5 in loco ſacro, minus tamen Religioſo, illicitè, & inualidè illam eligit.

Suppono, pro concluſionis intelligentia, quod locus profanus eſt ille, qui per Epiſcopum, aut per alium, ad id poteſtatem habentem, deſtinatus non eſt benedictus ad diuina Officia celebranda. Ita Nicolaus Tudeſchus, Panormitanus Abbas, *in capite Abolendæ, numero* 4. ibi: Tertio modo: & ibi: largo modo, *el* 13. *de Sepulturis.* Sylueſter, *verbo Sepultura*, §. 1. & alij, quos aliàs allegaui.

Locus autem minus Religioſus eſt, vbi minus frequenter diuina celebrantur Officia. Gloſſa *in capite Fraternitatem, verbo Frequentius*, & ibi præfatus Abbas, *numero* 4. *el* 3. *de Sepulturis, ad dictum verbum*, ibi: & ob hoc cautum eſt, vt quis eligat Sepulturam in loco, vbi frequentiùs celebrantur diuina Officia. Ex his enim locus dicitur magis Religioſus.

Concluſionem noſtram tenent Gloſſa, *in dict.* 6 *capite Fraternitatem, verbo Ad noua*, & Barboſa *ibi, numero* 1. in ſequentia prorumpens. Electio Sepulturæ in loco minus Religioſo, dimiſſo Maiorum Sepulchro, non tenet. Colligunt ex Ordinar. Abbas antiq. Innocentius, Collect. Zabarella, Butrius, Ioann. Andreas, Imola, Anania, Hoſtienſis, Ancharranus, Henricus, Panormitanus, Baldus, Viuianus, *in rationali libri tertij Iuris. Pontificij pag.* 238. Alagona *in Compendio Iuris Canonici. p.* 458. remiſſiuè Ximenez, *in Concord. part.* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *Collect.* 1. *Decretalium, lib.* 3. *tit.* 24 *c.* 5. Hæc Barboſa.

Probatur concluſio, quoad vtramque eius par- 7 tem, *ex dicto c. Fraternitatem*, ibi. Qui verò relictis » antiquis Eccleſiis,.... ad noua, & minus Religioſa » loca, ſe transferunt, irrationabiliter, & contra anti- » quam inſtitutionem, facere videntur. Vnde ſi P. » de Caſtello contra antiquam, & rationabilem con- » ſuetudinem, aliquid de corpore ſuo ſepeliendo man- » dauit, hoc non præiudicat rationi, ſed viribus debeat » carere. Expende verba: *irrationabiliter: &: contra* » *antiquam inſtitutionem: &: contra antiquam, & ratio-* » *nabilem conſuetudinem*: quæ omnia culpam, dubio procul adeſſe demonſtrant. Quod enim contra rationem, contra inſtitutionem, aut contra conſuetudinem rationabilem, & antiquam fit, peccatum eſt. Ac per conſequens, per dicta Decretalis verba, ſæpe probata manet prima, concluſionis pars, de illicita Sepulturæ electione. Secunda verò, ex vltima recenſita clauſula: *ſed viribus debet carere*: apertè conuincitur, ita vt ipſo iure, abſque aliqua declaratione, electio irrita ſit, nulla, & inualida.

Dictio enim *careo*, aut *careat* latam importat ſen- 8 tentiam, & ipſo iure, non autem ferendam, vti Aug. docet Barboſa, *tract. de Dictionibus, verbo Careat, la* 53. ex Gloſſa, *verbo Foro, in L. Prouidendum, Cod. de Poſtulando, & ex Gloſſa, verbo Carebat, in L.* 1. *ff. ad Legem Iuliam, de via publica, & in c. Nihil de Electione, verbo Poteſtate.* Corſet. *in Singularibus, verbo Careo.* Tiraquello *in L. Si vnquam, verbo Reuertatur, num.* 161. *Cod. de Reuocandis Donationibus.* Vezin, *tomo* 2. *Communium opinionum, lib.* 9.

lib. 9. tit. 34. num. 354. Gama, *in tract. de Sacrament. præstand vltimo supplicio damnatis, quæstione 5. n. 17.* Gregorio Sayro, *in Clavi Regia, libro 3. c. 8. n. 26.* Cardinale Tuscho, *verbo Priuatio, conclus. 719. num. 19.* & ex Prospero Farinacio, *In Fragment. criminal. part. 2. verbo Lex, num.* 129.

9 Sed nostræ conclusioni aduersari videtur *caput Cum quis, el 2. de Sepulturis, lib. 6.* vbi ita ait Bo-
„ nifacius Papa Octauus. Si quis antiqua dimissa, no-
„ uam (etiam in loco minus religioso) elegerit Sepul-
„ turam, electionem huiusmodi (licet Iura super hoc
„ videantur esse diuersa) nequaquam volumus impu-
gnari. Vbi Glossa ait. Nota, quod quis potest eligere Sepulturam suam in loco minus religioso; cautiùs tamen faciet si eligat locum magis religiosum: nam plus proficiunt speciales orationes, quàm communes. Et licet in vniuerso mundo fiant orationes communes pro omnibus defunctis; tamen specialiter fiunt orationes pro benefactoribus illius Ecclesiæ. Hactenus Glossa.

Abbas Panormitanus, *in cap. Fraternitatem, in fine* vtramque Decretalem concordare intendit, & dicit textum *capitis Fraternitatem*, procedere, quando quis ex dolo fuit inductus, vel ex contemptu elegit Sepulturam in loco minus religioso, *cap. 1 eod. tit. lib. 6.* vel quando non soluitur portio Ecclesiæ. Hæc Abbas: per quæ bene vitari videtur correctio Capitis illius, *per caput Cum quis.* Iura enim Iuribus expedit concordari, vti ait Aug. Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Iura, axiom.* 133. *ex L. Sed & posteriores. ff. de Legibus. L. Non est nouum, ff. eodem tit. L. Præcipimus, in fine, Cod. de Appellationibus, L. Vnica, Cod. de Inofficiosis dotibus. cap. Cum expediat, de Electione, lib. 6.* Mantuo *lib. 3. Dialog. 59. à princip. & Dialogo* 71. & Barbosa *in L. 1. ff. Soluto matrimonio, part. 1. num. 7. & 8.* vt scilicet vitetur Iuris correctio. Ipse Aug. Barbosa, *verbo Correctio, axiom. 60. per totum, maximè num. 5. ex L. Si quando, Cod. de Inofficioso testamento. L. 1. Cod. de Inofficiosis dotibus, citata, ex dicta L. Præcipimus. cap. 1. de Noui operis nunciatione, & ex dicto cap. Cum expediat.* Romano, *consil. 40. Visis, num. 5. consil. 57. In causa vertente, num. 2. & 3. & consil. 322. num. 2.* Vbi subdit procedere etiamsi Lex posterior contraria habeat clausulam derogatiuam: *Non obstante*: quia adhuc correctio non sumitur, si potest fieri conciliatio. Et extendit etiam, quando adesset dictio taxatiua. Vndè cum *caput Cum quis*, dictam non habeat clausulam *Non obstante*, nec dictionem taxatiuam, per illud non corrigetur caput *Fraternitatem*, non illi aduersabitur; nec consequenter, conclusioni nostræ, eidem innixæ capiti: eo maximè, quia intelligi illud potest, vt vult Abbas, *& caput Cum quis*, intelligi possit procedere pro foro externo, ita vt velit Bonifacius, vt electioni Sepulturæ factæ in loco minus religioso, non opponatur exceptio nullitatis, ad vitandas lites. Et hanc interpretationem ex ipso colligo textu ibi: *electionem huiusmodi.... nequaquam volumus impugnari*, per hoc autem non euadet in foro conscientiæ licita.

CONCLVSIO IV.

10 ELectio Sepulturæ in loco profano, seu non sacro facta, spernenda est.

Hanc tenet Glossa *in sæpè citata Decretali Fraternitatem, verbo Præiudicat.* Abbas, *ibi num. 2.* dicens. Nota tertiò, quod fidelis non potest eligere Sepulturam in loco priuato: vndè talis voluntas est spernenda: & in hoc nota istum textum. Rationem hanc reddit dicta Glossa. Quoniam minus legitima voluntas defuncti, defendi non debet. *ff. de Conditionibus institutionum, Filius quidam & 12. quæst. 5. can. 1. & ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, L. At si quis §. Hæc actio.* Sed de hoc prolixè diximus suprà.

CONCLVSIO V.

OPtima, & selectior Sepulturæ electio est, 11
quæ fit in loco vbi plura diuina celebrantur.

Hæc sequitur conclusio *ex capite Fraternitatem citato.* Eius verba *numero 1.* recensui. Si enim Sepulchra, & Cœmeteria bene sunt constituta apud illas Ecclesias in quibus orationes, & Sacrificia frequentius celebrantur, selectior erit electio facta, vbi plures orationes funduntur, & plura Sacrificia celebrantur. Propter quod enim vnumquodque tale, & illud magis.

Ex quo infero, fructuosiorem esse electionem 12
Sepulturæ factam in Ecclesia plurium, quàm paucorum Sacerdotum: quia plura ibi celebrantur Sacrificia: & in plurimum, in Ecclesiis Regularibus. Conuentuum, quàm in Sæcularibus: Quia plures ibi preces, & orationes tam publicæ, quàm priuatæ funduntur, quàm hîc. Et respectiuè in Ecclesiis magni concursus, tam Ministrorum, quàm aliorum fidelium, quàm parui: propter eandem rationem plurium precum, & orationum.

CONCLVSIO VI.

IN Ecclesiis Regularium, licitè, & validè eligitur 13
Sepultura: ita vt Parochi electionem factam, quominus suum sortiatur effectum, impedire nullatenus possint.

Ita docent Hieronymus Roderiquez, *in Compendio quæstionum Regular. resolut. 128. numero 3.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 6. controuers 11. conclus. 6.* Ioannes Bapt. Lezana, *in Summa quæst. Regular. tom. 1. part. 2. cap. 1. numero 31. pag. 352. & tom. 2. part. 4. verbo Sepultura, quoad Regulares, numero 4.* cum Riccio, *in Praxi, part. 4. resolut. 293.* Augustinus Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 21. & in Collectan. Decisionum Apostolicarum, verbo Sepultura, collect. 671. num. 14.* & Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom. 3. cap. 4. num. 51. qui num. 53.* inter alias Declarationes S. Congregationis Regularium Romæ factas 11. *Decembris, de Anno 1615.* quas exscribit, tertia in ordine, huiusmodi est.

Tertia, Num & illi, qui coram testibus dunta- „
xat, licet absque scriptura, in iisdem Ecclesiis Se- „
pulturam sibi elegerint? Ad tertium. In supradictis „
Ecclesiis (Regularium scilicet) esse sepeliendos; „
sine præiudicio tamen Iurium Parochialium. „

Idem Author, *pag. finali dicti voluminis*, hoc etiam Sanctæ Congregationis Decretum transcribit, quod est in ordine, *el 17.* cuius etiam meminerunt Barbosa, *dicto num. 14.* & Lezana, *num. 4. reddito*, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Negotiis Re- „
gularium præposita, sæpius censuit licere Parenti- „
bus, in quacumque Ecclesia voluerint, etiam Regu- „
larium, eorum filiis minoribus, qui ad annos puber- „
tatis nondum peruenerunt, eligere Sepulturam: nec „
à Parochis locorum impediri posse, aut debere: „

„ præſertim verò ſi in dictis Regularium Eccleſiis ſe-
„ peliri conſueuerint, vel in eis habeant Sepulchrum
„ Maiorum. Romæ, 20. *Ianuarij*, 1640.
„ Fr. Anton. Cardinalis S. Honuphri.
„ L. A Epiſcopus Teb. Secretarius.

14 Aliam eiuſdem S. Congregationis Declarationem recenſet Lezana, *verbo Sepultura, ſub num.* 5. tenoris ſequentis.

„ Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, Nego-
„ tiis, & conſultationibus Epiſcoporum, ac Regula-
„ rium præpoſita, ad tollendas indebitas exactiones,
„ quæ vt proponitur in tumulandis defunctorum cor-
„ poribus, fieri ſolent, cenſuit iniungendum, provt
„ tenore præſentis Decreti iniungit Archiepiſcopo
„ Brunduſino, cæteriſque locorum Ordinariis, ne
„ permittant, vt Parochi, aliique de Clero Sæculari
„ maiorem poſthac eleemoſinam ſibi attribui faciant
„ ab hæredibus defunctorum, qui in Eccleſiis Regu-
„ larium prædictorum Sepulturam ſibi elegerunt,
„ quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia
„ ipſius Cleri ſæcularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent,
„ contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Romæ,
hac die 7. Decembris, 1640. Hactenus Decretum.

Recenſet idem P. Lezana alteram Declarationem præfatæ Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium., 16. *Auguſti*, *de Anno* 1641. factam, in qua teſtatur fuiſſe declaratum, non licere Parocho vnum accipere ſcutum, vltra quartam funeralem, ab illis, qui eligunt Sepulturam in Eccleſiis Regularium.

15 Vlterius, Clemens Papa Octauus, *in Bulla expoſitum nobis, la* 2. *apud Emmanuëlem Roderiquez, in Collectione Bullarum, pag. mihi* 523. *die* 28. *Ianuarij*, 1604. ſic ſtatuit. „ Nos igitur huiuſmodi abu-
„ ſus omninò tollere, atque dicti Ordinis commodi-
„ tatibus, & prorogationi quantumcunque in Domino
„ poſſumus, proſpicere cupientes, huiuſmodi ſuppli-
„ cationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum
„ Noſtrorum. S. R. E. Cardinalium, ſuper conſulta-
„ tionibus, & negotiis Epiſcoporum, & Regularium
„ deputatorum, omnibus, & ſingulis Parochialium
„ Eccleſiarum, vniuerſarum Indiarum Occidentalium
„ Rectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus,
„ harum ſerie interdicimus, & prohibemus, ne ſub
„ excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna,
„ à qua, non niſi à Nobis, ſeu Romano Pontifice pro
„ tempore exiſtenti, præter quam in mortis articulo,
„ abſolui poſſint, ex nunc, & deinceps, perpetuis fu-
„ turis temporibus, maiorem eleemoſynam ab iis,
„ qui in dictarum Domorum (Ordinis S. Franciſci
„ præfatarum Indiarum Occidentalium,) quam Pa-
„ rochialibus Eccleſiis huiuſmodi ſepeliuntur, quovis
„ prætextu, aut occaſione, etiam de conſilio, conſen-
„ ſu, ſeu mandato ſuorum Ordinariorum exigere de-
„ beant, ſeu præſumant. Non obſtantibus, &c. Hæc
omnia Clementina præfata, de qua putat Portellus, *in Dubiis Regularium, verbo Sepultura, in Additionibus, num.* 2. apud Lezanam, *dicto num.* 5. communicari omnibus Conuentibus Ordinis. Ex quo addit ipſe Lezana, etiam dici poſſe communicari omnibus Religionibus habentibus communicationem priuilegiorum cum Minoribus.

16 Aliam etiam Bullam Vrbani Papæ Octaui, cuius meminit idem Lezana, exſcribit Laurentius de Peyrinis, *tom.* 2. *priuilegiorum, in Conſtitutionibus nouiſſimis Vrbani prædicti, la* 20. tenoris ſequentis.

„ *Vrbanus Papa Octauus Ad futuram rei*
„ *memoriam.*

„ Cum ſicut dilectus filius Blaſius Procurator Ge-
neralis Fratrum Ordinis Minorum Conuentualium „
S. Franciſci nuncupatorum, Nobis nuper exponi fe- „
cit, diuerſæ extorſiones exceſſiuæ à dilectis filiis Ca- „
pitulo, & Canonicis ſæcularis, & Collegiatæ loci „
de Vegliæ Brunduſinæ diœceſis, necnon etiam à di- „
uerſis Parochis aliorum locorum fiant, pro impe- „
dienda libertate electionis Sepulturæ, in Eccleſiis „
Ordinis huiuſmodi, Nobis propterea humiliter ſup- „
plicari fecit, vt de opportuno in præmiſſis remedio „
prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. „
Nos igitur dictum exponentem ſpecialibus fauori- „
bus, & gratiis proſequi volentes, ex quibuſvis ex- „
communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſ- „
que Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à „
Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa „
latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad „
effectum præſentium dumtaxat conſequendum ha- „
rum ſerie abſoluendum, & abſolutum forè cenſen- „
dum. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Ve- „
nerabilium Fratrum noſtrorum S. R. Eccleſiæ Car- „
dinalium negotiis Regularium præpoſitorum con- „
ſilio, Ordinariis locorum per præſentes committi- „
mus, vt prouideant *omninò*, ne diutius abuſus hu- „
iuſmodi tolerentur, & decernant, ne Parochi plus „
percipere poſſint in Sepulturis, quæ fiunt in Eccle- „
ſiis Regularium, quam in eis, quæ fiunt in propriis, „
ſeu aliorum Clericorum. Non obſtantibus Con- „
ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæte- „
riſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ „
apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, *die* „
XI. Martij M. D.C. XXXVIII. Pontificatus „
Noſtri *Anno decimo quinto.* „
M. A. Maraldus. „

Adnoranda venit dictio illa, *omninò*: quæ inter 17
alios effectus, habet ſequentes. In primis, imponit Ordinariis præciſam obligationem, & neceſſitatem extirpandi ex officio præfatos abuſus. Id enim importat dictio illa, & operatur, idem, quod *ſine diſpenſatione*. Barboſa, *tract. de Dictionibus, dict.* 240. *num.* 11. cum Panormitano, *in cap. Qualiter, colum.* 3. *num.* 18. *verſic. Sed contra, el* 2. *de Accuſationibus*. Felino, *in cap. Ex parte, el* 1. *de Officio Delegati*, Cardinali Tuſcho, *Practicar. concluſionum, tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 322. *num.* 7. Matienzo, *in Rubric. tit.* 1. *gloſſa* 1. *num.* 39. *lib.* 2. *nouæ Recopilationis*. Sanchez, *de Matrimonio, tom.* 1. *lib.* 1. *diſputat.* 32. *num.* 6. & impedire diſpenſationem vbi ponitur in Lege, quod aliquid omninò obſeruetur, vt hîc, addit Barboſa, cum Socino, *conſil.* 111. *num.* 6. *volum.* 1. Conſultò dixi, *ex officio*: quia dictio, *committimus*, non importat alterationem, ſed excitationem iuriſdictionis. Idem Barboſa, *dictione* 61. *num.* 1. cum Felino, *in cap. Licet in corrigendis, de Officio Ordinarj, numero* 1. *verſic. Adde*. Baldo *ibi, verſic. Quia ſemper*. Marthes. *ſingulari* 80. & cum Martha, *de Clauſulis, part.* 1. *clauſula* 186. *alias* 227. *in vltima editione, num.* 4.

Secundò importat præciſam executionem di- 18
ctio, *omninò*. Barboſa *ibidem, num.* 13. cum Menochio, *conſil.* 2. *num.* 156. Tiraquelo, *in L. Si vnquam, verbo Reuertatur, num.* 78. vbi etiam ſubdit, quod præcipuè cogit ad factum, præciſámque denotat neceſſitatem. Grammat. *voto* 31. *num.* 4. Coſin. *in Pragmat. ſanction. tit. de Concubin.* §. *Quia verò, in verbo Omninò*. Cenedo, *in Singulari* 24. *n.* 2. *in fine, poſt librum Practicarum, & Canonicarum quæſtionum* & Benedict. Ægid. *ad L. Ex hoc Iure, ff. de Iuſtitia, & Iure, part.* 1. *c.* 8. *n.* 40. Et hoc ideò aſſerunt, quia præfata dictio, præciſam habet naturam.

Vndè colligo Ordinarium omittentè exequi, quod
in

quod in prærecenſitis Vrbani Papæ litteris iniungitur, mortaliter peccare contra iuſtitiam cum onere reſtitutionis, quam debent facere Religioſis, & aliis quibuſcumque, de omnibus, quæ Parochi extorſerint, ratione Sepulturarum, quæ fiunt in Eccleſiis Regularium, vltra ea, quæ percipiunt ratione Sepulturarum, quæ in aliis Eccleſiis Clericorum fiunt, & etiam tenetur de damno, quod patiuntur Regulares ob violationem libertatis Sepulturarum ſuarum, ex actionibus huiuſmodi cauſatam. Inducitur enim quædam virtualis coactio ad non eligendum Sepulturam, in Regularium Eccleſiis.

19 Ducor: quia in his, qui in ſolidum reſtituere tenentur, & continenter in his duobus verſibus, iuxta communem Doctorum ſententiam,

Iuſſio, Conſilium, Conſenſus, Palpo, Recurſus,
Participans, Mutus, Non obſtans, Non manifeſtans.

Sunt omnes, qui obligantur ex officio damnum impedire alterius. Inter quos adnumerantur Princeps, Magiſtratus, Prætor, Prælatus, Dux, & Iudex, quibus ex officio incumbit prouidere, ne damna inferantur: & ſi non prouident, tenentur, vt dictum eſt ad reſtitutionem. Ita Fabius Incarnatus, *in Scrutinio Sacerdotali in par. 2. tract. 9. de Reſtitutione, verſic. Octauo dicitur, pag.* 241. Baſſæus, *tom. 1. verbo Reſtitutio III.* §. 7. *num.* 16. cum Petro Nauarra, *de Reſtitutione, lib. 3. cap. 4. n.* 130. Sylueſtro, *verbo Reſtitutio 3. quæſt.* 5. Bonacina, *de reſtitutione, diſp. 1. quæſt. 2. punct.* 11. Filliucio, *tract. 32. num.* 75. *&* 77. Syluio, *2. 2. quæſt. 62. artic. 4. quæſito 4. & artic. 7. de Muto, &c.* Antonius de Eſcobar, & Mendoza, *in Theologia Morali, tract. 3. examine 2. de Reſtitutione, cap. 2. num.* 22. Leonard. Leſſius, *de Iuſtitia, & Iure, lib. 2. cap.* 13. *dubit. 9. num. 62. & dubit.* 10. *n.* 63. *verſic. Dico primo, & num.* 77. cum Medina, *quæſt. 9.* Nauarro, *in Manual. cap.* 17. *n.* 18. & Couarruuia, *in in Regula Peccatum, part. 2. §. 3. num.* 5. & Azorius, *Inſtitutionum Moralium, part. 3. lib. 4. cap 6. quæſt. 2. verſic. Secundo, verſic. Eſt igitur, & verſic. Ex his perſpicitur.*

20 Pro vltimo totius huius difficultatis complemento, libuit duas alias S. Congregationis Declarationes recenſere, quarum ſub tenore ſequente meminit Lezana, *verbo Sepultura, num.* 5. *citato.*

Nota hîc obiter ex Declaratione S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, *ſub die 1. Februarij,* 1641. quod quando Parochi non interueniunt aſſociationi cadaueris defuncti, qui elegit Sepulturam in Eccleſia Regularium, etſi poſſint habere emolumenta, quæ illis contingunt propter Ius Parochiale, ſed non illa, quæ dantur propter aſſociationem.

21 Nota etiam eandem S. Congregationem, *eodem anno, & eodem menſe Februarij, ſub die* 22. declaraſſe ad inſtantiam Procuratoris Generalis Auguſtinianorum Diſcalceatorum, Plebanum teneri aſſociare cadauera, defunctorum vſque ad Eccleſiam Regularium ſi in ea elegerint Sepulturam, niſi fuerit legitimè impeditus. Hæc omnia Lezana.

Præter Declarationes S. Congregationis, & Litteras Apoſtolicas ſuprà recenſitas, quibus probatur noſtra concluſio, multæ aliæ adduci poſſent; ſed quia redditæ, ad intentum ſufficiunt, ab vlteriori ſuperſedeo probatione.

CONCLVSIO VII.

22 IN Eccleſiis exterioribus Sanctimonialium electio Sepulturæ fieri poteſt; non autem in interioribus.

Hanc concluſionem tenet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 6. controuer. 11. concluſ. 7. pag.* 289. quoad primam probatur. Quia Moniales, earum Eccleſiæ, & loca, gaudent omnibus exemptionibus, priuilegiis, & gratiis, quibus gaudent, & potiuntur Regulares Viri, eorum Eccleſiæ, & loca, reſpectiuè, in omnibus, quæ illis adaptari poſſunt. Tamburinus, *tom. 4. de Iure Abbatiſſarum, diſput. 6. quæſito 6. num.* 14. *& diſputat 17. quæſito 1. num.* 1. Pellizzarius, *in Manuali Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 1. num.* 72. *&* 13. Peyrinus, *de Priuilegiis, tom. 2. ad Conſtitutionem 8. Pij Quinti, §. 2. num.* 3. Ergo ſi in Eccleſiis Religioſorum eligi poteſt Sepultura, poterit etiam eligi in Eccleſiis exterioribus Religioſarum.

Moniales, & earum loca, eiſdem gaudent gratiis, & priuilegiis, quibus Religioſi viri, eorumque loca: ſi illis adaptari poſſunt.

Quoad ſecundam verò partem, etiam probatur: quia propter Sanctimonialium clauſuram, indecens valdè eſſet, & magnis periculis plenum, quod ab exiſtentibus extra illarum Monaſteria, Sepulturas eligerent in Eccleſiis interioribus earum. Hæc tamen pars fallentiam pati poterit in caſu, quo in dictis interioribus Eccleſiis, habeat quis Sepulchrum Maiorum ſuorum, aut Familiare, vel Hæreditarium.

SECTIO V.

De variis modis, quibus electio Sepulturæ probetur.

DISQVISITIO XIII.

Quomodo electio Sepulturæ probetur?

BREVIARIVM.

Confeſſarius.

A moribundo conſtituitur executor illorum quæ ad animam concernunt, quatenus debent ad forum externum deduci. n. 10.

Confeſſario omnino credendum, ſi teſtatur defunctum elegiſſe Sepulturam hanc, vel illam. n. 20.

Libri.

Libri in archibus reperti, vulgo Tumbos, *& alij rationes continentes debitorum & ſolutionum, & ſimiles fidem faciunt, etiamſi ſubſcripti, per perſonam authenticam. non ſint.* n. 11.

Scriptura.

Scriptura authentica, & publica, non habet maiorem declarationem propriæ voluntatis, quam habet priuata propria ſubſcripta manu, ſi vera ſit ſubſcriptio. n. 4,

Subſcriptio in ſcriptura, eſt teſtimonium propriæ mentis declaratiuum n. 4.

Sepultura.

Eſt pars vltimæ voluntatis Sepulturæ electio. n. 8.

Probatur eius electio, primò, per Teſtamentum. n. 1. *Secundò, per Codicillum validum.* n. 2. *Tertiò, per Codicillum inualidum.* n. 3. *Quartò, per Scripturam priuatam propria manu ſubſcriptam.* num. 4. *Quintò, per duos teſtes.* n. 5. *Etiamſi ſint ſingulares.* n. 6. *&* 8. *Sextò, per dictum Confeſſarij.*

Quando teſtes diſcordant de electione Sepulturæ, coniecturis ſtandum eſt. n.9. *Et quænam ſint coniecturæ, quibus ſit ſtandum.* ibid.

Subrogatum.

Eiuſdem naturæ eſt cum eo, in cuius locum ſubrogatur. n.4.

Subſcriptio.

Loco vocis ſubſtituitur, & eandem habet vim ac haberet locutio. n.4.

Teſtes.

Vnus teſtis non facit Fidem; faceret tamen in cauſis modici præiudicij, ſi Papa interpretando Ius Diuinum, id limitaret ex cauſa faciendo Conſtitutionem, vt vni plena adhibeatur fides. n.5.

Duo teſtes regulariter ſufficiunt ad plenam probationem in cauſis profanis, Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus. n.5.

Teſtes ſingulares ſunt, quorum quilibet deponit, vnum aliquid audiuiſſe, aut vidiſſe, ſed in diuerſo tempore. n.7.

MVLTI admodum modi ſunt, de quibus dubitari queat, an eorum quilibet ſufficiat, ad probandam licitam, & validam Sepulturæ electionem. Illos ſequentibus dilucidabo concluſionibus.

CONCLVSIO I.

1 PRimus, frequentiſſimus, & conuenientiſſimus eligendi Sepulturam modus eſt, ſi Teſtator, in ſuo Teſtamento, ſub quo, diem clauſit extremum dixerit velle ſuum condi cadauer in tali Eccleſia aut Sepultura.

De huius concluſionis veritate, nullus vnquam dubitare potuit. Quia cum electio Sepulturæ ſit pars vltimæ voluntatis, & vltima voluntas per Teſtamentum frequentiſſimè, & conuenientiſſimè declaretur, hinc eſt, quod per illud optimè fiat Sepulturæ electio.

Concluſionem tenent Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot. 52. de electione Sepulturæ, §. Vnico, n.45.* Ioann. Baptiſt. Lezana, *in Summa quæſtionum Regular. tom.2. part.4. verbo Sepultura, quoad Regulares, n.11.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.3. in Additamentis ad Conſtitutionem Leonis Decimi, cap.4. num.52.* & Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.6. controuer.12. concluſ.1.*

CONCLVSIO II.

2 SVfficienter probatur electio Sepulturæ per Codicillum validum.

Probatur concluſio. Quia Codicillus inuentus eſt ad vltimas conſeruandas voluntates. Auguſt. Barboſa, *tract. de Clauſulis vſu frequentioribus, clauſula 21. num.2.* cum Baldo, *in L. fin. columna 4. verſic. Nunc aliqua, de Codicill.* Decio, *conſilio 287. n.3. & 4.* & Fuſar. *de Subſtitut. quæſt.245. n.40.* Ergo ſi benè, & validè eligitur per Teſtamentum Sepultura, benè, validè, & ſufficienter probabitur per Codicillum validum.

CONCLVSIO III.

3 VAlidè etiam eligitur Sepultura per Codicillum inualidum, ſaltem pro foro conſcientiæ.

Hanc tenent Ventriglia, & Samuellius, *locis allegatis*, & Antoninus Diana, *part.5. tract.3. de caſibus occurrentibus tempore mortis, reſol.106.* ex Lauorio, *Variarum Lucubrationum, tom.1. tit.2. cap.11. num.18.* & pro illa allegat Samuellius, Menochium, *conſil.165. n.10. lib.2.* Valerum, *in differentiis vtriusque fori, verbo Teſtamentum, different.1. n.2.* Emmanuelem Viguerium, *in introduct. vlt. voluntatis, lib.3. cap.14. numer.22.* Rotam, *in nouiſſ. deciſ.74. part.2.* Paſqualigum, *deciſ.401. num.2.* & Medices, *part.1. quæſt.8. n.3. de Sepulturis.* Et probat: quia ad licitam, & validam electionem Sepulturæ in foro conſcientiæ, ſufficit ſi quomodocumque voluntas vltima morientis innoteſcat. Ergo in foro conſcientiæ valida eſt electio Sepulturæ facta in Codicillo inualido. Et *concl.4.* ſic ait Samuellius. Codicillus inualidus, tunc ſufficienter notificat Sepulturæ electionem, quando conſtat, defunctum voluiſſe declarare ſuam vltimam voluntatem: quod per teſtes probari poteſt, qui deponant, quod in illa voluerit ſuam declarare vltimam voluntatem, licet poſtea neceſſariæ ſolemnitates defuerint. Hæc ille.

CONCLVSIO IV.

ELectio Sepulturæ, ſufficienter pro vtroque pro- 4
batur foro, ita vt licita, & valida fiat, per ſcripturam priuatam, manu propria ſubſcriptam.

Hanc tenent Ioannes Baptiſt. Ventriglia, *vbi ſuprà*, cum Molfeſio, *in Summa, tom.2. tract 13. cap.8. num.32.* Antoninus Diana, *vbi proximè* ex Lauorio, *dicto numer.18.* & Samuellius, *concluſ.3.* cum omnibus Doctoribus, quos ex eo, numero recenſui præcedenti. Et illam ſic probat.

Quia ad Fidem faciendam pro foro externo ſatis eſt, cum de ipſa conſtet: & idem eſt, ac ſi defunctus publicè ſuam declarauerit voluntatem. Nam ſubſcriptio, ſe habet veluti teſtimonium declaratiuum propriæ mentis. *L. final. Cod. ſi certum petatur. & ibi* Baldus. Eſt namque ſubſcriptio, quædam expreſſio propriæ mentis, quoad illa, quæ ſubſcribuntur, & loco vocis ſubſtituitur, ac eam eandem habet, quam locutio haberet: quia eſt naturæ ſubrogatum eiuſdem cum eo, in cuius locum ſubrogatum eſt. *L. Imperator, §. final ff. de Legibus, & cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, 1. & 2. tit. vt lite pend.* Crat. *conſil.76. num.13.* Tiraquellus, *de Iure primogenit. quæſt.4. num.43.* Quibus addo ego Barboſam, *tract. de Axiomatibus Iuris, verbo Subrogatum, axiomate 213. num.1. ex L. Si cum, § Si iniuriarum, ff. Si quis cautionibus*, vbi Bartolus, Baldus, Angelus, & alij. *L.1. §. Hæc actio, ff. Si quis teſtamento liber eſſe. L. Filia, §. Titia, ff. de Conditionibus, & demonſtrationibus. L. vnica, §.1. Cod. de rei vxoriæ actione, §. Fuerat. Inſtit. de Actionibus.* Gloſſa, *in dict. cap.1. Eccleſia S. Mariæ.* Alexand. *conſ.88. Quod corruere, num.4. verſic. Corroboro, lib.1.* Anchar. *conſil.421. Præmittendum, in princ.* Vbi dicit hanc regulam eſſe magiſtralem. Cranet. *conſil.973. à num.2.* Socinam *Regula 34.* Decianam *conſil.43. n.14. & ſeqq. lib.3.* & plures alios, quos recenſet idem Barboſa.

Et procedit abſque dubio concluſio, etiam ſi ſcriptura ſit priuata, & non authentica coram Notario, & teſtibus facta, dummodo tamen conſtet ſubſcriptionem factam fuiſſe manu eligentis Sepulturam propriâ. Quia quod ſcriptura publica ſit, & authentica, maiorem declarationem propriæ voluntatis non continet, quàm priuata, ſi vera iſta ſit, & eandem vocis ſubſtitutionem habet.

Hîc non incongruè inquiri poterat, An aliæ

ſcripturæ

scripturæ priuatæ, & libri censuum, & similes, qui in Archiuis adseruantur, fidem faciant? Inquiram tamen, & resoluam ad finem huius Disquisitionis, vt hîc digressionem euitem.

CONCLVSIO V.

5 ELectio Sepulturæ sufficienter probatur per duos testes, & non per minus.

Ita docent Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.3.cap.4.num.52.* Lezana, *verbo Sepultura, num.11.* Diana, *part.5.tract.3.resol.106*, Samuellius, *tract.1.disput.6.controu.11.conclus.4.& controu.12. conclus.4.* cum Sebast. Medices, *de Sepulturis, par.1. quæst.8.* Laurent. de Franchis, *in Controuers. inter Episcopos, & Regulares, quæst.64.§.Probatur verò, num.3.* Genuensi, *cap.61.n.10. in 2. edit.* Lauorio, *Variar.Lucubration.lib.1.tit.2.cap.11.n.18.* Pasqualigo, *decis.404.n.3.* Gauanto, *in Manuali Episcoporum, verbo Sepultura, n.20.* & Augustinus Barbosa, *tract.de Axiomatibus Iuris, verbo Modica, n.6.& in cap.In omni negotio, n.2.el 4. de Testibus, & Attestationibus*, quatenus hanc tradit generalem regulam, seu doctrinam. Collige ex textu, quod in qualibet causa, tam profana, quàm etiam Ecclesiastica, vel spirituali, duo testes sufficiunt ad perfectam probationem inducendam; vnus verò non probat. Et *n.3.* addit. Amplia, vt nec statuto, nec Constitutione, nec etiam à Principe, vel à Papa fieri possit, vt vnico testi plena adhibeatur fides. Vtramque propositionem plurium probat Doctorum authoritate. Ideò hanc facit ampliationem, Papæ respectu, quia Lege diuina habetur *Matthæi cap.18.versic.16.* Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Aduertit tamen Barbosa cum Secatia, *in tract.de Iudic.causa ciuili, lib.2. cap.9.dub.9 n.396.* & Buccaron. *de Differentiis inter iudicia ciuilia, & criminalia, differentia 82.n.2.* quod in leuibus, & in causis modicis præiudicij possit Papa interpretando, limitare Ius diuinum, ex causa, & sic facere Constitutionem, vt vni duntaxat testi, plena fides adhibeatur.

Ratio autem nostræ conclusionis est: quia in Sepulturæ electione agitur de præiudicio Ecclesiæ, in qua defunctus, de Iure sepeliendus erat: & quia huiusmodi electio comparatur dispositioni quoad pias causas: & hac probari debet, per duos saltem Testes.

CONCLVSIO VI.

6 PEr Testes etiam singulares sufficienter probatur Sepulturæ electio.

Hanc tenet August. Barbosa, *in cap.Cum super, n.2. el 8. de Sepulturis, & in cap. In omni negotio, limitatione 24. el 4. de Testibus, & Attestationibus*, post Guidonem Papam, *decis.544.* Rolandum, *consil.81.n.44.lib.2.* Mascardum, *de Probationibus, conclus.1297.* Flores de Mena, *Variar.lib.2.quæst.22. à n.49.* Gutierrez, *de Iuramento confirmatorio, par.2. cap.4. in fine*, Flaminium Parisium, *de Confidentia, quæst.67.num.20.* Azeuedo, *lib.2.nouæ recopilationis, L.6.n.12.tit.9.* & Spinum, *in Speculo Testamentorum, glossa 2.in princ.num.33.* quos recenset. Tenet Anton. Diana, *par.5.tract.3.resolut.106.* cum Iulio Lauorio, *Variar.Lucubrat.lib.1.tit.2.cap.11.num.18.* Lezana, *cum eodem Lauorio, tom.2.par.4.verbo Sepultura quoad Regulares, n.11.* & cum Genuensi, *in Praxi Archiepiscopali Neapolit.cap.61.n.8.* Laurentius de Peyrinis, *de Priuileg. tom.3. cap.4.n.52.* Samuellius, *in Praxi de Sepult.tract 1.disput.6.controu.11.conclus.2.& controu.12.n.12.* cum Azeuedo, *lib.3.tit.19.L.6.n.12.* Riccio, *part.1.resol.565.* Belletto, *Disquisition. Clerici. §.3. de Clerico debitore.* Capella Tolosana, *decis.11.* Crauetto, *de Antiquitate tempor.part.4 n.25.* Bellamer. *decis.368.* Laurentio de Franchis, *in Controuersiis inter Episcopos, & Regulares, quæst 64.§.Probatur verò.* Pasqualigo, *decis.404.405.& 406.* & cum Molfesio, *in Summa, tom.2.tract.13.cap.8.n.32.* Et ita in facti contingentia declarauisse Episcopum in causa cuiusdam sui Fratris, testatur ipse Samuellius, *dicto n.12.* in sequentia prorumpens.

Quam doctrinam sanè à me dictam, ac de testibus etiam singularibus in causa, & occasione mortis mei maioris Fratri germani secundùm carnem, Domini Horatij Samuelli, Æquitis S.Stephani, Clusini Patritij, ac nobilis Senensis, qui non duntaxat, suam dixit voluntatem liberè Patri suo Confessori, velle esse tumulatum in Ecclesia S Francisci, in Sepultura, vbi antea fuit illius Filius sepultus; sed etiam hanc suam volnntatem Dominæ Vlimpiæ Sorori nostræ de Samuellis, & suæ vxori Dominæ Syluiæ de Bellarminis Politianæ, & aliis consanguineis: Attamen Archypresbyter Curatus Ecclesiæ Cathedralis credere noluit. Vnde de re ista D.Episcopus certioratus pro veritate, decretauit, vt sepeliretur, iuxta bonam voluntatem D. Æquitis, in Ecclesia S.Francisci, vt *die 2.Augusti, 1639.* ni fallor, factum est, me præsente, &c. Hactenus ille.

Pro conclusionis, & doctrinæ intelligentia, ad- 7
uerto, Testes singulares in præsenti casu esse illos, quorum quilibet deponit audiuisse à N.defuncto, velle sepeliri in tali Ecclesia, aut Sepultura; in diuerso autem tempore illud audiuisse testantur. Ita Diana, *in dicta resol.106.* & Samuellius, *controu.11. citata, n.4.pag.288.*

Ratio autem conclusionis est: quia electio Se- 8
pulturæ, est pars vltimæ voluntatis. Glossa *in Additione, ad caput Animarum, el 1. de Sepulturis, lib.6.* Samuellius, *vbi proximè, n.3.* & alij passim. Sed vltima voluntas probatur per Testes singulares, quia in eo, quod principaliter probant, contestes euadunt; & licet sint singulares respectu exterioris manifestationis, seu respectu temporis, in quo fit voluntatis manifestatio; attamen contestes sunt in probanda voluntate manifestata. Ergo etiam per testes singulares sufficienter probatur Sepulturæ electio.

Quod si petas, quando testes discordant circa 9
Sepulturæ electionem iam factam, ita vt vnus testetur illam in tali elegisse loco, alius verò in altero, vbinam elector sepeliri debeat? Sit pro quæsiti responso.

CONCLVSIO VII.

QVando Testium testimonia circa Sepulturæ 10
electionem, non conueniunt, standum est coniecturis, quibus moribundus verisimilius moueri potuerit, ad vnam potius, quàm aliam eligendam. Si enim defunctus Capellam cum Sepulchro sibi cum Armis, & inscriptionibus fabricauit, licet intestatus decedat, tunc non est dubium, quin sepeliri velit in Sepultura ab ipso fabricata: statim enim ac eam sibi fabricauit, eam elegisse videtur, etiamsi alibi habeat Sepulturam, in qua Maiores sui sepulti sint. Ita Laurentius de Peyrinis, *de Priuilegiis, tom.3.cap.4.n.52.in fine.* Similiter, si vnus ex locis, circa quos discordant Testes, sit maiori frequentatione,

tione, & deuotione à defuncto profecutus, illum pro ſua eligere Sepultura cenſendus eſt: & idem eſt iudicandum, de loco Sepulturæ Maiorum ſuorum: & denique de propria Parochia. Ita dictus Peyrinus cum Lauorio, *Variarum Lucubrat. lib. 1. tit. 2. cap. 11. n. 20.* Samuellius, *dicta controu. 11. concl. 3.*

CONCLVSIO VIII.

10 SVfficienter probatur electio Sepulturæ per dictum Confeſſarij. Ita docent Lezana, *verbo Sepultura, n. 11.* cum Marco Antonio Genuenſi, *in Praxi, cap. 61. n. 8. de Praxi Neapolitana*, teſtante, Antoninus Diana, *part. 5. tract. 3. reſolut. 106.* cum Molfeſio, *in Summa, part. 2. tract. 13. cap. 8. num. 32.* & Lauorio, *vbi proximè*, de eadem praxi Neapolitana teſtante. Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot. 52. de Electione Sepulturæ, §. Vnico, num. 45.* cum Riccio, *in Praxi, part. 1. reſolut. 575. verſic. Et patet, ad finem*, & Samuellius, *in Praxi, tract. 1. diſput. 6. controu. 12. concl. 5.* cum Paſqual. *dec. 405. & 406.* Et probat ſic Samuellius.

Cuius eſt ratio adæquata: quia Moribundus in Confeſſarij manibus diſponit de his, quæ ad animam ſpectant: & per conſequens Confeſſarius cõſtituitur veluti illorum executor, quæ ad animam concernunt, quatenus debent ad forum externum deduci. Quando igitur moribundus ſuo communicauit Confeſſario propriam, quoad Sepulturæ electionem, volũtatem, & ipſe de tali electione teſtatur Confeſſarius, omnino eſt illi credendum: quia non ſe habet vt purus, ac merus Teſtis, ſed vt executor vltimæ voluntatis, à defuncto ſibi commiſſæ. Vnde illius atteſtationi omnino ſtandum eſt.

11 Pro coronide huius Diſquiſitionis, vt promiſſis ſtemus, inquiro, An libri in Archiuis inuenti, vulgo *Tumbos*, & alij rationes continentes debitorum, & ſolutionum, ac ſimiles, fidem faciant etiamſi ſubſcripti non ſint per perſonam authenticam? Et idem inquiritur de aliis ſcripturis, ſimiliter non ſubſcriptis, & ſignatis, antiquis tamen, in dictis Archiuis adſeruatis.

Reſpondeo, huiuſmodi libris, & ſcripturis priuatis, fidem eſſe adhibendam. Ita docent Nicolaus Genua, *de Scriptura priuata, libro 5. cap. 1. n. 48. & 49.* Poſtius, *de Manutentione, obſeruat. 35. à n. 34.* Maſcardus, *de Probationibus, concluſ. 976. n. 2.* Pax Iordanus, *volum. 3. de Re Iudiciaria, lib. 14. tit. 20. de Fide inſtrumentorum, n. 76.* Vbi ita fatur. Sextò principaliter limita, quoad libros cenſuales Epiſcoporum, Capitulorum, Monaſteriorum, & ſimilium, in quibus libris deſcripti reperiuntur cenſuales, & emphyteotæ menſæ Epiſcopalis, Capituli, vel Monaſterij, qui magna diligentia confici, & cuſtodiri, ſolent. Sic enim in his affirmatiuam concluſionem firmat Cardinalis Tuſchus, *tract. Concluſionum, ſub Littera L. concluſ. 344.* quam variis modis ampliat, & declarat. Idem videtur ſentire Rota, *deciſion. 290. num. 5. part. 1. nouiſſ.* ſaltem de conſuetudine, ex Romano, *conſil. 127.* & aliis, ibi allegatis, necnon à Maſcardo, *dicta concluſ. 976. num. 49* Hactenus ibi Pax, qui poſtquam *num. 77.* ſententiam recenſuit, contrarium aſſerentem huiuſmodi libros pro ſcribentibus non probare, illi adhibet nonnullas limitationes, pro iis, qui maluerint illam ſequi. Et quartam ſub hoc tenore, *num. 8.* Quartò (inquit) ſublimita in libris Eccleſiæ antiquis, qui propter illorum antiquitatem probant pro Eccleſia, *dicto cap. Cum cauſam de Probationibus*, & ibi Gloſſa cum aliis plurimis, cumulatis per Maſcardum, *eodem loco, numer. 57.* Hæc Iordanus. Affirmatiuè etiam docet nobiſcum, Riccius, *part. 4. deciſ. 23. num. 5.* Vbi cum pluribus reſoluit ſuam, & noſtram doctrinam, maximè locum habere, procedere, circa Monaſteria, magnis redditibus præditа, habentiaque Religioſos probos, & Fideles, qui libris, ac ſcripturis præſint. Pro nobis etiam eſt doctiſſimus Iuriſperitus D. Ioannes Montero de Spinoſa, *in Allegatione Iuris ab ipſo facta pro Regio meo Hyrachenſi Cœnobio, contra Villam de Mendauia*, coram Regia Curia Maiori Pampilonenſi, *anno proximè elapſo 1664. num. eius 2.*

Reſponſum probo primò *ex Canone Peruenit, el 1. 30 quæſt. 1.* ibi. Inuenimus in Archiuis Apoſtolicæ Sedis. Vbi Gloſſa, *verbo In Archiuis*, ſic ait. Archa dictum eſt Archiuum: vbi ſcilicet reponuntur libri: & per tales libros fit fides.

Secundò, ex *cap. Cum cauſam, el 13. de Probationibus*, in quo Honorius Papa Tertius, ſic decernit. 12
„ Mandamus, quatenus ſecundùm diuiſiones, quæ per
„ libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur, nec non per teſtes, famam, & quæcumque alia
„ adminicula in negotio procedatis. Vbi Gloſſa, *verbo*
„ *Per libros*, ait. Nota ergo, quod Scriptura antiquorum librorum, facit fidem. Inſtrà *de Præſcriptionibus, Ad audientiam.* Item creditur inſtrumento producto ex Archiuo publico, etiamſi ſubſcriptionem non habeat. 30. *quæſt. 1. Peruenit. & in Authent. de iis, qui ingrediuntur ad appellandum, §. Illud eo. V. & Cod. de Fide Inſtrumentorum. Authent. Ad hoc, & ſuprà, de In integrum reſtitutione, Tum ex Litteris, & ff. de Probationibus, Cenſus, & Cod. Arbitrium tutelæ, L. vlt & Cod. Qui potiores in pignore habeantur, ſcripturas.*

Tertiò, ex *dicto cap. Ad audientiam, de Præſcriptionibus*, probatur. Ibi enim Innocentius Papa Tertius ſic ait. Nos igitur, magis authoritatem priuilegij, quàm depoſitiones teſtium attendentes, conſiderantes etiam librum cenſualem, quem non ſuſpectum habuimus, licet non noſtra, ſed in Cardinalis S. Adriani camera ſit inuentus. Vbi Gloſſa, *verbo Librum*, dicit. Sic enim per libros antiquos probatur diuiſio Diœceſum. Et adducit textus vtriuſque Iuris ſuprà allegatos. 13 *Ad probationem. Priuilegij authoritas, magis attendi „debet, quàm „teſtium de„poſitiones.*

TRACTATVS OCTAVVS.

DE HIS, QVI SEPVLTVRAM NON ELEGERVNT: VBI SINT TVMVLANDI.

HVIVS Tractatus materiam, ad duas Disquisitiones, iuxta stylum præsentis Operis reducere duxi: cum illa adæquatè consistat in Sepultura Maiorum, & in Ecclesia Parochiali, in qua quis decessit, aut in cuius territorio, dum vixit, Domicilium habuit. In prima, de prima diuisionis differam parte; & de secunda, in secunda, in qua aliquantò fusiùs me geram, examinando, quænam vnicuique propria Parochialis Ecclesia ad effectum Sepulturæ censeatur.

DISQVISITIO I.

Quænam sit Sepultura Maiorum, & quis in ea tumulari debeat?

BREVIARIVM.

Funeralia.

Portio Funeralium Parochiæ debetur, quando quis extra illam tumulatur. n. 4. & 5.

Maiores.

Maiores dicuntur Pater, Auus, & alij superiores ascendentes. n. 1.

Quoad Sepulturam, nomen Maiorum in Patre, & Auo saluatur. n. 1.

Sepultura.

Maiorum Sepultura est, in qua Maiores tumulati existunt, siue sit Familiaris, siue Hæreditaria. n. 1.

In Sepultura Maiorum sepeliendi sunt, qui cum haberent facultatum eligendi Sepulturam, illa non electa obierunt. n. 2.

Intellige, si commodè, & sine periculo ad illam deportari queant. n. 3.

Sepulturæ vnio, ex dilectione, quæ fuit inter viuos procedit. n. 6.

CONCLVSIO I.

1 SEpultura Maiorum, illa est, in qua vniuscuiusque Maiores tumulati, existunt, siue illa sit Familiaris, siue Hæreditaria.

Maiores dicuntur Pater, Auus, & alij superiores ascendentes, vti docet Aug. Barbos. *de Vniuerso Iure Ecclesiast. part. 2. lib. 1. cap. 10. n. 32. ex L. Maiorum, ff. de Verborum significatione. In cap. Nos instit. n. 3. el 1. de Sepulturis. Et tract. de Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione, verbo Maiores, num. 4.* cum Læl. Zech. *de Republica Ecclesiastica, cap. 28. de Parocho, n. 17. vers. Fallit.* & cum Oldrad. *consil. 25 Thema, tale est, verbo Maiorum.*

In præsentia tamen nomen Maiores, in Patre tantum, & in Auo saluatur: ita vt vbi Pater, & Auus sepulti fuerint, ibi dicatur Sepultura Maiorum. Ita idem Barbosa, *dicto n. 1.* cum Oldrado, *loco citato, versic. Ad secundum.* Antonin. Diana, *par. 5, tract. 3. de Casibus occurrentibus tempore mortis, resol. 108.* cum Villalobos, *in Summa, tom. 2. tract. 31. diffic. 2. n. 4.* & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controu. 4. concl. 8. n. 17. ex Canone Ebron, 13. quæst. 2. iuncto cap. Nos instituta recensito, & L. Maiorum citata.* Et sic declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium, *in vna Ausculena, die 28. Octobris de Anno 1616.* quam referunt Samuellius, *vbi proximè,* & Barbosa, *in Collectaneis Decisionum Apostolicarum, collect. 671. de Sepultura, n. 7.* ex Aldano, *in Compendio Canonicarum resolutionum lib. 2. tit. 17. num. 4.*

CONCLVSIO II.

QVi absque electione Sepulturæ decessit cum 2 haberet eligendi facultatem, in Sepultura Maiorum suorum tumulari debet.

Ita docent D. Anton. *in Summa, par. 3. tit. 10. c. 5. de Sepulturis,* §. 1. cum Ioanne Andrea, *in cap. Animarum, de Sepulturis, lib. 6.* Abbas Panormitan. *in cap. Nos instituta, n. 4. el 1. eod. tit.* Barbosa *ibi, n. 2. & de Iure Ecclesiastico, loco citato, n. 31.* cum Spino, *in Speculo Testamentorum, glossa 2. in princ. n. 38.* Ioan. Garcia, *de Expensis, cap. 8. n. 4.* Cardinali Tuscho, *tom. 7. Littera S. concl. 194.* Iulio Lauorio, *Variar. Lucubrationum, lib. 1. tit. 2. cap. 11. n. 44.* Vgolino, *de Officio, & potest. Episcopi, cap. 17. n. 3. in fine.* Parladoro, *different. 66. §. 2. à principio,* & Sperellum, *in Decisionibus fori Ecclesiastici, decis. 88. n. 1.* Samuellius, *dicta disput. 5. controu. 1. concl. 10. & controuer. 2. concl. 6. ac controu. 9. conc. 13.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responso 51. n. 40. 50. 54. & 63.* cum Archidiacono, *in cap. Is, qui, de Sepultur. lib. 6.* & Angelo, *verbo Sepultura, n. 14.* & Ioann. Baptista Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium annot. 52. de Electione Sepulturæ,* §. *Vnico, n. 24. versic. Alij verò,* vbi ait: Et est indubitatum.

Procedit conclusio, quando absque periculo, aut 3 magno incommodo, cadauer ad Sepulturam Maiorum suorum deportari valeat, vti D. Antoninus explicat; aliàs non. Sic Moronus, *n. 62.* Vbi ita fatur. Qui habent Sepulturam in ciuitate, & egressi animi causa in villam, si ibi decedant, deferendi sunt in ciuitatem, si commodè fieri potest, & sepeliendi

ſunt in Sepulchro Maiorum, Angelus, *n.* 28. ſi verò commodè non poteſt, ſepelientur ruri. Sebaſtianus Medices, *n.* 42. Hæc Moronus.

4 Probatur primò concluſio, *ex cap. Nos inſtituta, el* 1. *de Sepulturis*, in quo ſic Leo Papa Tertius decernit. Nos inſtituta Patrum conſiderantes, ſtatuimus vnumquemque in Maiorum ſuorum Sepulchris iacere, vt Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere Sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim, & Magiſter alienam elegit, vt propriam. Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem ſui iudicij illi Eccleſiæ dari cenſemus, in qua Cœleſti pabulo refici conſueuit.

5 Secundò probatur ex Declarationibus Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quarum primam refert Aug. Barboſ. *in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Sepultura, n.* 7. ex Aldano, *in Compendio Canonicarum Reſolutionum, l.* 2. *tit.* 7. *n.* 4. datam *ſub die* 21. *Octobris, de Anno* 1616. *in vna Auſculana*, in qua fuit declaratum, quod Sepulturam ſibi eligendi facultatem non habens, in Maiorum ſuorum Sepultura humari debet.

Secundam, & tertiam recenſet Samuellius, *vbi ſuprà, controu.* 4. *concl.* 9. *pag.* 236. Iſtarum prior edita eſt *die* 9. *Nouembris*, 1640. in qua declaratur, quod qui habet Sepulturam ſuæ familiæ, etiam in Eccleſiis Regularibus, in illis ſepeliendus eſt, quando abſque Sepulturæ electione decedit, & non in Eccleſia Parochiali.

Poſterior verò fuit edita 3. *Maij de Anno ſequenti* 1641. in qua S. Congregatio declarauit, quando cadauera illorum, qui ſunt ſui iuris, & non ſibi elegerunt Sepulturam, ſepeliri debeant in Sepultura Maiorum ſuorum, etiamſi in Eccleſiis Regularium ſit; ſine præiudicio tamen iuris Parochialis, & monito primum Parocho defuncti; ſi tamen non obſtet conſuetudo contraria, legitimè præſcripta.

6 Tertiò probatur ratione concluſio. Quia optabile cuique eſt in Sepultura Maiorum ſuorum tumulari. Vnio enim Sepulturæ ex charitate, & mutua dilectione, quæ inter viuos fuerat, procedit. Abbas *in dict. cap. Nos inſtit. n.* 4. *ex Canone* 1. *& ſeqq.* 13. *q.* 1. Samuellius, *tract.* 1. *diſp.* 5. *controu.* 2. *concluſ.* 6. Sed charitas, & mutua dilectio, maximè erga Maiores viget, propter conſanguinitatis vinculum. Ergo decedens abſque Sepulturæ electione, ſepeliri debet in Maiorum ſuorum Sepultura, attenta vniuſcuiuſque interpretatiua voluntate.

Et licet concluſio noſtra vera ſit, cum ſæpè contingat Maiores in diuerſis Sepulturis tumulatos exiſtere, non paucæ difficultates in praxi occurrere ſolent: aliquas excitare, & reſoluere operæ pretium duxi, & præcipuas quidem, vt ex illarum reſolutione, facilè alias, meus Lector, reſoluere queat.

DVBIVM I.

Si Pater, & Auus in vna ſint Sepultura tumulati, & reliqui accendentes in alia, in quanam illarum Filius ſepelietur?

BREVIARIVM.

Dilectio.

Maior eſt dilectio inter Auum, Filium, & Nepotem, quàm inter iſtum, Abauum, Proauum, & alios aſcendentes. n. 3.

Domicilium.

Patris, & Aui Domicilium Filiu conſequitur, non autem aliorum aſcendentium. n. 2.

Sicut Domicilium eſt inter viuos, ſic Sepultura inter mortuos. n. 2.

Maiores.

In plurimum, ſolùm veniunt nomine Maiorum Abauus, Attauus, Tritauus, & alij his ſuperiores, non verò Pater, & Auus, n. 4.

In materia tamen Sepulturæ, nomen Maiorum in Patre, & Auo ſaluatur. n. 5.

Sepultura.

Sicut ſe habet Domicilium inter viuos, ſic ſe habet Sepultura inter mortuos. n. 2.

Sepulturæ vnio, ex dilectione, quæ fuit, aut debuit eſſe inter viuos, procedit. n. 3.

Qui abſque electione Sepulturæ deceſſit, debet tumulari in Sepultura, in qua Pater, & Auus iacent, non in quareliqui aſcendentes, ſi diuerſa ſit. n. 1.

CONCLVSIO I.

IN Sepultura, in qua Pater, & Auus tumulati exiſtunt, ſepeliri debet, qui abſque electione deceſſit Sepulturæ, non verò in qua requieſcunt cadauera Proaui, Abaui, Tritaui, aut reliquorum aſcendentium, ſi in diuerſa iaceant. 1

Ita docent Panormitanus, *in cap. Nos inſtituta, n.* 5. *el* 1. *de Sepulturis.* Aug. Barboſa, *de vniuerſo Iure Eccleſiaſt. par.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 32. cum Læl. Zech. *cap.* 28. *de Parocho, n.* 17. Anton. Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 108. cum Villalobos, *in Summa, part.* 2. *tract.* 31. *difficult.* 2. *n.* 4. Illuminatus Moronus, *in centum reſpouſis, reſponſ.* 51. *n.* 56. cum Angelo, *verbo Sepultura, num.* 15. & Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 5. *controuerſ.* 5. *concl.* 3. cum Bartolo, & Capolla, *leg.* 8. *de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.* Ancharrano, *in cap. Licet, notab.* 5. *verſic. Sicut. maior, el* 4. *de Sepulturis in* 6. Franco *ibi, n.* 3. *verſic. Sed quid*, & Geminian. *de Sepulturis.* Medices, *q.* 7. *num.* 22. *de Sepulturis.* Archidiacono, *in cap. Is, qui* Ioanne Andrea & Gloſſa, *de Sepulturis lib.* 6. cum eodem Ioanne Andrea, *in Nouella.* Oldrado, *conſ.* 25. Ioanne Aſinio, *in L. Familiaria, n.* 7 *ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, Lauorio, *Variarum Lucubrationum, lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 15. *n.* 111. *&* 113. & Turre cremata, *in can. Facultates*, 13. *quæſt.* 2.

Probatur concluſio primò: quia ſicut Domicilium eſt inter viuos, ita eſt Sepultura inter mortuos. Oldradus, & Abbas *locis citatis*, Moronus, *n.* 52. & Samuellius *concl.* 7. Sed inter viuos quis Domicilium Patris, & Aui conſequitur, non Proaui, Abaui, Tritaui, aut aliorum aſcendentium. Moronus, *ex L. Aſſumptio, ff. Ad municipales*, & Samuellius, *ex eadem Lege. §. Filij*, aliàs, (inquit iſte Author oporteret nos agrum quærere Damaſcenum, vbi Adamus eſt creatus à Deo. Ergo Filius decedẽs abſque Sepulturæ electione, cõſequitur Sepulturã Patris, & Aui, neutiquam autem aliorum ſuorum aſcendentium. 2

Secundò probatur. Vnio Sepulturæ ex mutua dilectione, quæ eſt inter viuos procedit. Oldradus, & Panormitan. *vbi ſuprà*, & Samuellius, *tract.* 1. *diſp.* 5. *controu.* 2. *concl.* 6. *pag.* 229. Sed maior eſt dilectio inter Auum, Filium, & Nepotem, quàm inter iſtum, & Proauum, ac alios aſcendentes. Ergo maior eſt vnio Sepulturæ inter Filiũ cum Patre, & Auo, quàm cum aſcendentibus aliis. Ergo tumulari debet, non cum iſtis. ſed cum illis, ſi inelecta obeat Sepultura. 3

Sed dices. Proauus, Abauus, Tritauus, & alij huic ſuperiores, non verò Pater, & Auus, nomine Maiorum veniunt. *L. Quique, §. Parentes. ff. de In ius vocando,* 4

cando. L. Iureconſultus, §. Parentes, ff. de Gradibus, & cap. Cum quis, de Sepulturis, dum de Maioribus loquitur Papa, addit: *ab antiquo.* Sed non dicuntur Maiores ſepeliri ab antiquo, ſi tantum Pater, & Auus ſepelirentur, & alij ſuperiores. Ergo vt quis ſepeliatur cum Maioribus, ſepeliri debet, non cum Patre & Auo, ſed cum aſcendentibus aliis.

6 Reſpondetur cum Morono, *n.* 57. in materia odioſa, qualis eſt iſta ſeparationis Filij à Patre, non eſſe Leges adeò ſtrictè interpretandas: eſt enim nimis durum ſeparare Filium à Patre. Et ideò quotieſcumque fieri poteſt, quòd non ſeparentur, Leges commodè ſunt interpretandæ. In materia denique Sepulturæ, nomine Maiorum veniunt Pater, & Auus: & in his duobus verificatur, quod ſit Sepultura Maiorum, ſi ibi duo illi tantum ſunt ſepulti. Nàm *in Canone Ebron*, ad hoc vt ſepeliretur Iacob in ſepulchro Maiorum ſuorum, ſatis fuit, quod in illo eſſent Pater Iſaac, & Abraham Auus.

DVBIVM II.

Si Pater in vna iaceat Sepultura, & Auus in alia, ſiue ſolus, ſiue cum aſcendentibus aliis, in qua illarum ſepelietur Filius?

BREVIARIVM.

Amor.

Plus influit in immediatum proximum, quàm in mediatum. n. 3.

Dictio, *Solitum.*

Plures actus exigit, vt aliquid ſolitum fieri dicatur. num. 7.

Domicilium.

Filius domicilium Patris ſequitur, non verò ſequitur Aui domicilium. n. 2.

Domicilio comparatur Sepultura. n. 2.

Lex.

Iuris, ſeu Legis diſpoſitioni ſtandum eſt, & non rationi. n. 11.

Sepultura.

Vnio Sepulturæ, ex mutua dilectione procedit. n. 3.

In rigore Iuris, ſi Auus, & alij ex aſcendentibus in vna exiſtunt Sepultura, & Pater in alia, Filius inelecta decedens Sepultura, cum Auo, non cum Patre ſepeliendus eſt. n. 7.

Si tamen adſit terræ conſuetudo, vt Filius abſque electione decedens Sepulturæ, cum Patre tumuletur, etiamſi cum Auo, & aliis aſcendentibus ille ſepultus non ſit, cum Patre eſt hamandus. n. 9.

Si Pater, & alij aſcendentes in diuerſis iaceant Sepulturis, ac Filius non elegit Sepulturam, ſepeliri debet in Parochia, attenta Iuris diſpoſitione. n 8.

In Sepulturarum materia multum tribuitur conſuetudini. n. 10.

Eo ipſo quo Sepultura conſtruitur Familiaris ei addicti exiſtunt omnes de Familia, qui alia inelecta deceſſerunt. n. 12.

1 IN diuerſis, circa propoſitam difficultatem diuerſa legi. Alij enim abſolutè tenent, quod Filius inelecta Sepultura decedens, debet in noſtro caſu, in Patris ſui Sepultura tumulari. Ita Aug. Barboſ. *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſ. par. 2. lib. 2. c. 10. n. 32.* cum Panormit. *in cap. Nos inſtituta, n. 5. el 1. de Sepulturis*, Oldrad. *conſ. 25.* Petro de Vbaldis, *de Canon. Epiſcopali, c. 9. n. 12.* Sperello, *dec. 88. n. 7. & 9.* & Sebaſt. Medices, *de Sepult. q. 7. n. 22. tract. 2. diſp. 214. verſ. Si quis è vita*, aſſerentibus id eſſe verum, etiamſi cæteri omnes Maiores, & Auus in eodem exiſtant Sepulchro; Pater verò in alio; dummodo non caſu, vel ex accidenti Pater in diuerſo tumulatus fuerit. Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rer. notabilium annot. 52. n. 24.* Illos ſequitur, & aliam limitationem addit: dummodò contrarium non ſuadeatur ex qualitate perſonarum, vel Sepulchri, ex quibus coniecturari queat intentio præſumpta defuncti.

Iſta ſententia probatur. Quia Sepultura comparatur domicilio. Idem enim eſt Sepultura mortuis, quod viuis domus habitationis. Sed Filius viuens Domicilium ſequitur Patris, non autem Aui, aut aliorum aſcendentium. Ergo etiam mortuus debet Patris Domicilium, ſeu Sepulturam ſequi, non verò Aui, aut aliorum aſcendentium. 2

Tum etiam: quia amor plus influit in immediatum proximum, quàm in mediatum. Ergo cum vnio Sepulturæ ex amore, & mutua dilectione procedat, præſumi debet Filium voluiſſe potiùs cum Patre, quàm cum Auo ſepeliri. Vnde Abbas dicit, quod Sepultura paterna præ omnibus ponderatur. 3

Alij verò dicunt, quod ſi Auus, cum aliis aſcendentibus, in eodem iaceat Sepulchro, Pater verò in alio, Filius debeat ſepeliri cum Auo, & aliis Aſcendentibus. Ita ſentiunt Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, q.* 8. Villalobos, *in Summa, part. 2. tract. 31. difficult. 3. n. 4.* Diana, *par. 5. tract. 3. de Caſibus occurrentibus tempore mortis, reſolut. 108.* cum Barboſa, *de Iure Parochi, cap. 26. n. 31* & Iulio Lauorio, *Variar. Lucubrationum lib. 1. tit. 2. cap. 11. n. 113. & 114.* Illuminatus Moronus, *in Centum reſponſis, reſponſ. 51. num. 55.* cum Angelo Theologo, *in Summa, verbo Sepultura, n. 15.* & penes eum Ioann. Andr. Samuell. *in Praxi, de Sepultur. tract. 1. diſp. 5. contr. 5. concluſ. 3. pag. 242.* cum pluribus, quos allegat. 4

Alij dicunt: quod ſi quilibet ex Maioribus ſeparatim ſit Sepultus, debeat, qui deceſſit abſque Sepulturæ electione, in Parochia tumulari. Ita Læl. Zech. *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 28 de Parocho, n. 17. verſic. Fallit*, provt refert Barboſa, *in cap. Nos inſtituta, n. 2. de Sepulturis el 1.* Sic & alij apud Abbatem, *ibidem, n. 5.* Et ratiò eſt: quia in hoc caſu, non adeſt Sepultura Maiorum: communis ſcilicet vllis ex Maioribus. 5

Alij tandem dicunt, quod ſi aſcendentes ſeparatim ſint tumulati, debeat Filius, cum Patre ſepeliri, ſi commodè id fieri poſſit. Sic Panormit. *in dict. cap. 1. de Sepultur.* ibi: Mihi autem placet multum, vt ſepeliatur quis in Sepulchro paterno, niſi ſeriosè elegerit ſibi Sepulturam. Sic & Samuell. *dict. concl. 3.* 6

CONCLVSIO I.

IN rigore Iuris, ſi Auus, & alij ex aſcendentibus ſimul exiſtãt tumulati, & Pater in diuerſa ſit Sepultura, Filius abſque electione decedens Sepulturæ, tumulari debet non apud Patrem, ſed apud Auum. 7

Hanc tenent omnes Doctores, quos *n.* 4. recenſui pro ſecundo ſentiendi modo. Illam probo ſic. Iuxta Iuris diſpoſitionem debet quiſque ſepeliri, ſi non elegit Sepulturam, vbi ex antiquo ſui aſcendentes ſepulti ſunt. *cap. Fraternitatem, el 3. de Sepulturis*, ibi: Qui verò relictis antiquis Eccleſiis, & » Patrum, aliorúmque Parentum ſuorum Sepul- » chris, &c. *Cap. Cum quis, el 2. eodem tit. in 6.* Cum » quis (inquit) cuius Maiores ſunt ſoliti ab antiquo »

„ in Eccleſia ſepeliri ea dimiſſa eligit alibi Sepultu-
„ ram,&c. Sed hoc non verificatur in Sepulcho ſolius Patris: cum quia Pater nomine non venit Parentum, & Maiorum, ſed Maioris tantùm,& Parentis. Tum etiam, quia Pater, non ab antiquo, ſed à proximo eſt ibi ſepultus: & ſemel quidem, non autem pluries, quod verbum *ſoliti* denotat. Dictio namque *ſolitum*, ſignificat, quod pluries obſeruatum eſt. Barboſa, *tract.de Dictionibus vſu frequentioribus, dict.376.ex §. In pauonum, Inſtitut. de Rerum diuiſione,& in L.Si quis donaturus, ff.de Vſufructu, & in L.Solet.ff de Feriis.*Perett.*ad Extrauagantem Ambitioſæ, verbo Ac, de Rebus Eccleſiæ non alienandis,à num.37.pag.197.* & Bertazol. *de Clauſulis inſtrumentorum,clauſula 21.gloſſa 12.n.2.* Vbi ait, quod ſolitus aliquid facere, vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus ſufficit. Et tamen verificatur in Sepulchro Aui, & aliorum aſcendentium, vti ex ſe patet ob dictis contraria:quia ſcilicet ſunt Parentes, & Maiores: quia ab antiquo ibi ſepulti ſunt:& non ſimul,ſed plures, & ſolitè. Ergo Filius non eligens Sepulturam in rigore Iuris ſepeliri non poteſt cum Patre, ſed cum Auo,ſi cum aliis aſcendentibus tumulatus exiſtat, & Pater ſeparatim ſepultus ſit.

CONCLVSIO II.

8 IN rigore Iuris, ſi Pater, & alij aſcendentes in diuerſis Sepulturis tumulati reperiantur, & Filius inelecta decedat Sepultura, ſepeliri debet in Eccleſia Parochiali, & non cum Patre, aut alio ex aſcendentibus extra ſuam Parochialem ſepultis.

Hæc etiam concluſio certiſſima eſt. Quia qui abſque electione Sepulturæ decedit, debet tumulari in Sepultura Maiorum, ſi illam habeat,& in illius defectum,in Eccleſia ſua Parochiali. Sed in caſu concluſionis,non adeſt Sepultura Maiorum.Ergo qui abſque electione Sepulturæ decedit tumulari debet in Eccleſia Parochiali rigore Iuris attento, & non extra illam, in Sepultura Patris,aut alterius, ex ſuis aſcendentibus. Et in hoc ſenſu intelligi debent Authores tertij modi dicendi: in quo quidem mihi certiſſimus ille eſt,& indubitatus.

CONCLVSIO III.

9 SI terræ conſuetudo ſit,vt Filius abſque electione decedens Sepulturæ cum Patre tumuletur,etiam ſi cum Auo, aut cum aliis aſcendentibus ſepultus non ſit, illa ſeruanda eſt,& tumulandus Filius cum Patre ſepulto etiam extra Parochiam.

Hanc tenet Abbas Panormitanus, *in cap. Nos, inſtituta,num.5. el 1. de Sepulturis.* Propoſito enim, quod Ioannes Andreas *in nonnulla* quærit. Quid ſi Pater, Auus, & Abauus ſunt ſepulti in diuerſis Eccleſiis, vbi debet ſepeliri? Reſpondet Abbas. Dic,de conſuetudine ſeruari,vt ſepeliatur in Sepulchro Patris. Hæc Nicolaus Tudeſchus, in quibus non ſolum concluſionem tenet noſtram, data conſuetudine, ſed illam adeſſe teſtatur. Tenet etiam illuminatus Moronus *reſponſo 51,n.55.*

10 Probatur concluſio. Quia in materia Sepulturæ, etiam Summus Pontifex, multum tribuit conſuetudini, vti videre eſt, *in cap. Licet Pater, el 4. de Sepulturis in 6.* Vbi ſic Bonifacius Papa Octauus. Licet Pater minores Filios, qui nequeunt antequam ad annos pubertatis perueniant, eligere Sepulturam,poſſit (ſi conſuetudo terræ id habeat) quo voluerit ſepelire;hoc tamen non poteſt vbi conſuetudo huiuſmodi non habetur,ſed ſunt cum ſuis Maioribus,vel in Parochiali Eccleſia tumulandi. Hæc in Decretali illa. Conſuetudo autem huiuſmodi, ſepeliendi Filium cum præmortuo Patre, valdè rationabiliter induci poteſt,ratione mutuæ dilectionis,quæ inter Filium, & Patrem viuentes reperta fuit ob quam vtique vnitas Sepulturæ inducta legitur per Sanctos Patriarchas, *Nam ita diſpoſuerunt* (inquit. Abbas, *vbi proximè*) *iſti Patriarchæ, quorum actio, eſt noſtra inſtructio.*

Conſuetudine tamen non extante, nulla ſufficit 11
ratio ad ſepeliendum cum Patre præmortuo.Filium inelecta Sepultura decedentem: quia dum Iuris habemus textus, illis, & non rationibus ſtare debemus,vti benè Moronus.Et per hoc patet ad rationes pro prima adductas ſententia: quæ certè multum vrgerent, ſi aliter quàm ex diſpoſitione Iuris, eſſet decernendum.

Id autem quod aſſerit Samuellius, *tract.1.diſp.5.* 12
controu.1.concl.12. Videlicet.Si Filius decedat ante ſuum Patrem, abſque Sepulturæ electione, ac eius Pater ſibi Sepulturam elegit, aut conſtruxit,in ea eſt ſepeliendus. Verum eſt,& tenet,ſi verum eſt, quod in probatione aſſerti ſupponit.Ait enim. Nam eo ipſo, quod eſt pro Familia deſtinata Sepultura, ſi nulla fiat ſpecialis Sepulturæ electio, remanet ei addictus quicumque de Familia reperitur: quia de Familia omnes cenſentur domicilium ibi acquiſiuiſſe. Hæc ille. Sed ſi non eſt verum, quod Pater pro Familia deſtinauerit Sepulturam, eſto eam ſibi elegerit,vel cõſtruxerit,vera non erit Samuelli aſſertio.

DVBIVM III.

Si Pater, & Mater habent Sepulturas Maiorum ſuorum,in quanam illarum Filius ſepelietur?

BREVIARIVM.

Dilectio.

*Maior adeſt dilectio inter Filium & aſcendentes per lineam paternam, quàm per maternam.*n.3.

Filius.

*Aliquando conditionem ſequitur Matris.*n.2.

Illegitimi.

*Dignitatibus,Perſonatibus,& Beneficiis Curam animarum habentibus, priuati exiſtunt illegitimi.*n.2.

Sepultura.

*Qui abſque electione Sepulturæ decedit, in Sepultura Maiorum Patris, & non Matris eſt ſepeliendus,niſi adſit conſuetudo,aut priuilegium.*n.1.& 3.

CONCLVSIO.

FIlius,qui abſque Sepulturæ deceſſit electione,ſi 1
Pater,& Mater habeant Sepulturas ſuorum Maiorum,ſepeliri debet in Sepultura Maiorum Patris, non autem in Maiorum Matris Sepultura;niſi adſit conſuetudo, aut priuilegium ratione cuius Matris conditionem ſequi debeat.

Ita docet Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1.diſputat.5.controuer.5.concluſ.8.* Vbi in hæc prorumpit verba. Filius, ſi Patrem, ac Matrem habet, & ambo Sepulturam retinent, & decedens ſine electa Sepultura, ſepelietur in Patris, & Matris minimè Sepultura. *Cap. finali, de Filiis*

Preſbyte-

Presbyterorum. Cap. Licet, de Coniugio leproſorum. L. Parum, ff. de Rei vendicatione; niſi conſuetudo, vel priuilegium deberet conditionem Matris ſequi. *L. 1. ff. Ad municipales.* Ita ille *pag.* 244.

2 Sed aduerto, quod *in cap. finali de Filiis Presbyterorum*, nihil de hac legitur materia; ſed id tantum, quod Filij Sacerdotum, & alij non legitimè nati, priuentur dignitatibus, perſonatibus, & aliis beneficiis Curam animarum habentibus: & quod de cætero ad ſimilia non promouentur, abſque Apoſtolica diſpenſatione.

Nec in titulo de Coniugio Leproſorum *capitulum Licet* inuenio; inuenio tamen *in titulo de Coniugio ſeruorum.* Sed neque in eo agitur de Sepulturis paternis aut maternis, aut de ea quidem in qua ſepeliri debeat quis, qui inelecta Sepultura decedit. Deſeruit tamen tam textus, quàm eius Gloſſa, *verbo Secundum Leges*, ſicut & *caput Dilectus, el* 8. *& finali de ſeruis non ordinandis*, & ibi Gloſſa, *verbo Mater ſua*, ad probandum Filium, ſequi aliquando conditionem Matris.

Concluſio nihilominus, mihi vera probatur. Cum, quia Maiores dicuntur, vt ſuprà dictum eſt, Pater, Auus, Proauus, Abauus, Tritauus, & alij ad ſummũ eorum aſcendentes; non autem Mater, Auia, & illarum aſcendentes. Tum etiam, quiá vnio Sepulturæ, ex dilectione, quæ inter viuos interuenit, procedit. Dilectio autem maior videtur adeſſe inter Filium, & inter aſcendentes per lineam paternam, quàm per maternam. Ergo Filius decedens abſque electione Sepulturæ, ſi Pater, & Mater habeant Sepulturas Maiorum ſuorum, ſepeliri in Paterna Sepultura Maiorum debet, non autem in Materna.

DVBIVM IV.

An Filius naturalis illegitimus, ſepeliendus in Sepultura Patris, & ſuorum Maiorum ſit, ſi inelecta decedat Sepultura?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Filius naturalis illegitimus, ſepeliendus eſt in Sepultura Patris, & Maiorum ſuorum, ſi inelecta decedat Sepultura, ſi Pater non eſt conſtitutus in dignitate. n. 1.

Filius ſpurius, non ſepelitur cum Patre, niſi iſto viuente, & poſtulante ſit legitimatus; ſed ſepelitur cum Matre, niſi ſit illuſtris fœmina. n. 1. 2.

CONCLVSIO.

1 FIlius illegitimus, & naturalis, ſi abſque electione decedat Sepulturæ, in Sepultura Patris, & Maiorum ſuorum tumulari debet, dummodo Pater non ſit in dignitate conſtitutus.

Hanc concluſionem tenent Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, quæſt.* 8. *verſic. Quartum.* & Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ.* 51. *n.* 59. vbi ſic ait. Quid de Filiis illegitimis? Si decedant impuberes, poſsúntne Pater, & Mater eligere illis Sepulturam: etſi non ea electa decedant puberes, vbi ſunt ſepeliendi? Reſpondent aliqui, quod vel Filius eſt naturalis, vel ſpurius. Si naturalis, decedens in impubertate, Pater eligit Sepulturam, & ipſe Filius poteſt ſibi eligere: & niſi eligat ipſe ſibi, vel Pater Filio, ſepelitur in ſepulchro Patris; niſi tamen Pater eſſet in dignitate. *L. Ex facto, § Si quis rogatus, ff. de Trebelliani*; (*vel ff. Ad ſenatuſconſultum Trebellianum.*) Et facit, quod notatur *in L. Generaliter, Cod. de Inſtitutionibus, & Subſtitutionibus.* Si verò ſunt ſpurij, non ſepeliuntur cum Patre: quia neque Filij nominãtur. *Authentica Ex complexu, Cod. de incertis, & inutilibus nuptiis.* Quod verum aſſerit, etiamſi eſſent legitimati à Principe, niſi tamen legitimatio facta eſſet viuẽte Patre, & eo poſtulante. Facit, quod notatur *in Authentica Quibus modis naturales efficiuntur ſui.* Et in eo caſu ſepelirentur in Sepulchro Matris. *L. 1. ff. Ad municipales*, niſi etiam ipſa eſſet illuſtris fœmina. Caſu autem, quo eſſet in dignitate Pater, & illuſtris Mater, eſſet ſepeliendus in Parochia. Hæc omnia P. Moronus.

Partim ei conſonat Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controu. 5. concl. 4. pag.* 242. 2
Vbi ſic ait. Filius pubes naturalis, minimè verò ſpurius, viuente Patre, non electa Sepultura, ſepeliti valet in ſui Patris Sepultura dum eſt viuus, minimè autem ſi iam ſit mortuus; tunc enim eſt in Parochia ſepeliendus, niſi aliàs Sepulturam ſibi elegit. Et hoc eſt verum, ſi ad Patris viuentis contemplationem legitimetur per Principem, & non poſt Patris obitum, ſi eius legitimationem non petiit, ſepelietur in Matris Sepultura, dummodo non ſit illuſtris Mater eius. *L. Si qua illuſtris, Cod. Ad Orficianum, l. 1. Ad Municipales.* Hactenus Samuellius.

DVBIVM V.

Si Filius ſuperſtite Patre, abſque electione Sepulturæ decedat, eritne in Aui Sepultura tumulandus?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Filius inelecta Sepultura decedens viuente Patre, ſi Auus cum aliis aſcendentibus tumulatus ſit, cum eo eſt Sepeliendus. n. 2. *Secus ſi cum aſcendentibus non ſit Auus tumulatus.* n. 3.

DIfficultati propoſitæ reſpondent affirmatiuè 1
Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, par. 2. lib. 2. cap.* 10. *n.* 32. cum Petro de Vbaldis, *de Canonica Epiſcopali, cap.* 9. *n.* 8. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controu. 4. concl. 9. n.* 29. Nam ſi quis (inquit) moriatur, ſiue vir, ſiue mulier, Patre viuente, eſt ſepeliendus in Aui ſui Sepultura, & ſic vicinioris aſcendentis. Affirmat etiam Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot.* 52. *de electione Sepulturæ, §. Vnico, n.* 24. *verſic. Alij verò.*

Probatur hæc ſententia: quia cum vnio Sepultura proueniat ex mutua dilectione, & iſta magis in proximum influat immediatum, quàm in mediatum, ideò fit, vt nepos potius ſepeliendus ſit cum Auo, ſi Patre viuente obeat, quàm cum alio ex aſcendentibus. His tamen non obſtantibus, ſit.

CONCLVSIO I.

SI Auus tumulatus eſt cum ſuis aſcendentibus, 2
atque adeò in Sepultura Maiorum ſuorum, cum eo eſt tumulandus Nepos, qui ſuperſtite Patre,

absque electione decessit Sepulturæ, siue impubes sit, siue pubes.

Ratio conclusionis est. Quia qui decessit inelecta Sepultura, si habeat Sepulturam Maiorum suorum in ea debet tumulari, vti *in Disquisitione dictum est*, & probatum, *num. 2. & sequentibus.* Sed Auus, & illius ascendentes sub nomine Maiorum veniunt. Ergo si Auus, & alij illius ascendentes in eadem iaceant Sepultura tumulati, in illa debet tumulari Nepos, qui inelecta Sepultura decessit.

CONCLVSIO II.

3 SI Auus tumulatus non est cum Proauo, aut aliis ex ascendentibus, Nepos, qui absque Sepulturæ electione decessit, non potest cum Auo sepeliri. Salua Iuris dispositione. Hæc conclusio verissima est, & facilè probatur. Quia ex Iuris dispositione, qui absque electione Sepulturæ moritur, debet sepeliri in Sepultura Maiorum si illam habet, & in eius defectum, in Ecclesia Parochiali. Sed Sepultura Aui, in qua alter ex ascendentibus non est tumulatus, non est Sepultura Maiorum Nepotis. Ergo Nepos, qui, viuente Patre, absque electione Sepulturæ decessit nequit tumulari in Sepultura Aui, in qua simul alter saltem ex ascendentibus humatus non sit.

Tria suppono, pro vera conclusionis istius intelligentia. *Primum*, quod Sepultura, in qua existit Auus tumulatus, non sit Familiaris, aut Hæreditaria. *Secundum*, quod Aui Sepultura, non sit in Ecclesia Parochiali. *Tertium*, non adesse consuetudine terræ, ratione cuius Nepotes debeant tumulari cum Auo. Si enim Sepultura Familiaris esset, dubio procul in ea sepeliendus est Nepos; & etiam si Hæreditaria, si iste hæreditatem adiuit. Et idem omninò dicendum, in casu, quo adesset præfata terræ consuetudo. Hæc enim legitimè præscripta, bene valet inducere facultatem, & necessitatem quidem sepeliendi cum Auo Nepotem, etiamsi ille cum ascendentibus minimè requiescat. Et tandem, si Sepultura Aui, est in Nepotis Parochia, meritò debet iste in illa tumulari, cum præiudicium nullum indè sequatur, & aliàs rationabiliter præsumatur voluisse Nepotem sepeliri in Aui sui Sepultura, propter mutuam dilectionem, quæ dum viuerint interuenerat.

DVBIVM VI.

Decedens absque Sepulturæ electione, & absque eo, quod Maiores illam habeant, habet tamen illam Frater secundùm carnem, estne in illa tumulandus?

BREVIARIVM.

Familia.

Aliquando sumitur hæc vox contentiuè *seu* passiuè *& tunc comprehendit omnes agnatos etiam transuersales ipsius Testatoris, vel aliquid disponentis.* n. 3.

Aliquando verò sumitur actiuè, *seu* effectiuè: *& tunc omnes, & solos descendentes disponentis comprehendit, tam per lineam rectam, quàm per transuersales inter se.* n. 4. 5. 6. & 10.

Intelligitur dispositio de Familia actiuè quando in ea apponitur pronomen aliquod possessiuum, veluti ipsius, *vel* suæ. n. 4. 5.

Quando in dispositionem vocatur Familia recta, & transuersalis, intelligitur solum descendentium respectu inter se, nisi aliud exprimatur. n. 6. & 10.

Sepultura.

In Sepultura Hæreditaria Fratris superuenientis, non potest quis sepeliri, si illa sit extra Parochiam, & ipse absque electione decessit Sepulturæ. n. 7.

Neque potest Frater, inelecta Sepultura decedens, sepeliri in Sepultura Fratris, quæ sit Familiaris actiuè; *benè tamen si* passiuè. n. 8.

In Sepultura Hæreditaria, *solum debent tumulari Hæredes, Filij, & descendentes.* n. 7.

In Familiari Sepultura passiuè tali, omnes qui sunt agnati, etiam transuersales illam acquirentis, sepeliri debent. n. 8. 9.

In Familiari verò actiuè, omnes, & solum descendentes per lineam rectam, & transuersalem illam acquirentis, debent tumulari. n. 10.

PAter Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tractatu 1. disputat. 5. controuers. 9. concluf. 8. pagina 256.* sic difficultatem resoluit istam. Fratres Germani secundùm carnem sæculares, morientes inelecta Sepultura, si suorum Maiorum, vel Fratrum eam habeant, ibi sunt tumulandi; aliàs in Parochia, à cuius Parocho Sacramenta receperunt. Hæc ille. 1

Sed pro exacta, & vera Dubij resolutione operæ pretium duxi adnotare, Sepulchra, seu Sepulturas, in duplici esse differentia: aliæ enim dicuntur *Hæreditaria*; & aliæ *Familiaria*, siue de Familia. *Hæreditariæ* Sepulturæ sunt, quas quis acquirit sibi, & hæredibus suis: siue agnati isti sint, de propria Familia, & stirpe; siue extranei. *Familiares* verò illæ sunt, quas pro se, & pro his, qui de propria sunt Familia, quis acquirit. Ita Augustl. Barbosa, *in cap. Nos instituta, num. 5. versic. Et etiam alienam, el 1. de Sepulturis, & in cap. Abolendæ, num. 3. & 7. el 13. eod. tit.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responso 51. num. 64.* Samuellius, *eodem tract. 1. disputat. 1. controuers. 5. concluf. 1. pag. 33.* & alij communiter scribentes. De *Familiaribus* Sepulturis, quæ etiam *Gentilitiæ, Agnationis*, & *Sanguinis* dicuntur, sæpè præfatus docet Samuellius, in illis tantum, & omnes esse tumulandos, qui ex eâdem stirpe, & sanguine fuerint orti, siue per lineam virilem, siue per fœmineam descendât, etiamsi eiusdem Familiæ nomen, *vulgò Apellido O Alcuña* secum non ferant, siue hæredes sint, siue non, & etiamsi emancipati fuerint. Sic ille, *dicta disp. controuers. 4. concluf. 11. & 17. & controuer. 5. concluf. 5. & 6.* 2

Quia tamen Familiæ appellatione, aliquando venit Familia *contentiuè*, seu *passiuè*, comprehendendo omnes agnatos, etiam transuersales, vti docet Barbosa, *tract. de Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione, verbo Familia, num. 1.* ex adductis per Gabr. *consil. 132. quæst. 6. n. 59. lib. 1.* Sim. de Prætis, *de Interpretation. vltimar. voluntat. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. solut. 11. n. 26.* per Rotam, *in Romana Fideicommissi, de Minicellis, 17. Iunij, 1615.* coram Patriarcha Pamphilio, apud Farinacium, *decis. 707. num. 6. part. 1. recentiorum.* Cardinal. Seraphinum, *decis. 14. 38. n. 4.* & per Stephanum Gratianum, *Disceptationum forensium cap. 645. num. 3. & 4.* 3

Aliquando verò venit tantum Familiæ appellatione, 4

tione Familia *actiuè*, ſiue *effectiuè*, ita vt de alicuius Familia illi tantum dicantur, qui ab ipſa deſcendunt, non autem tranſuerſales eius, vti aduertit idem Barboſa, *num.* 2. cum Sim. de Prætis, *loco citato*, Ruin. *conſil.* 153. *n.*10. *lib.*2. Pariſio, *conſil.* 51. *num.*10. *& conſil.*88. *num.*36. *lib.*2. Rolando à Valle, *conſ.*70. *num.*75. *lib.* 3. Socino Iuniore, *conſil.* 97. *num.*61. *lib.* 2. Menochio, *conſil.*30. *num.* 13. *&* 14 *& conſ.*106. *n.*226. *& conſi.* 233. *n.* 15. *& ſequentibus conſil.*633. *conſil.*732 *àn.* 40. *conſil.* 875. *num.*25. *in fine & conſil.*1083. *n.*22. vbi, quod non continentur Fratres. Et cum aliis, quos recenſet. Et infra ait, cum Menochio, *conſ.*233. *n.*20. *&* 21. *& conſil.*1171. *n.*3. Seraphino, *deciſ.*1438 *n.*11. Gabr. *conſil.*132. *n.* 60. *lib.* 1. Stephano Gratiano, *Diſceptation. forenſ. capite* 645. *num.*5. & Rota, *in Romana Iuris patronatus*, 15. *Martij*, 1630. coram Merlino, *verſic. Quoniam reſpondebant*, quod quando additur nomini Familiæ ptonomen aliquod poſſeſſiuum, veluti *ipſius*, vel *ſua*, teſtator intelligit Familiam *effectiuè*.

5 Et addit ex Rota, *in eadem Romana*, quod quoties vocatur Familia ipſius Teſtatoris, venit ſolùm Familia *effectiuè*. Pro quo *ex dicta deciſione* citat Pariſium *conſil.* 51. *numero* 5. *verſic. Item propter, libro* 2. Cephal. *conſil.* 510. *numero* 13. Menochium, *de Præſumptionibus*, *lib.* 4. *præſumpt.* 88. *num.*2. *& couſil.*233. *num.*21. *& conſil.*1177. *num.* 5. Peregrinum, *conſil.*31. *num.*3. *libro* 4. *& conſil.* 149. *num.*18. *verſic.* 3. *lib.* 5. Et concludit Barboſa, *dicto num.*4. dicens. Quæ quidem Rotæ deciſio, *in dicta Romana Iuris patronatus*, reperitur impreſſa *tomo* 5. *recentiorum*, *deciſ.* 362. *vbi num.*5. citat plures Doctores, tenentes ſub Familiæ nomine intelligi ſolùm de *effectiua.*

6 Hæc ille, qui *num.* 3. dicit. Amplia procedere etiam quando vocata eſſet Familia recta, & tranſuerſalis. Nam intelligitur de tranſuerſali reſpectu ſuorum deſcendentium inter ſeſe: vt reſoluit Menochius *conſil.* 1177. *num.*9. *verſic. Non obſtant verba*: quem refert, & ſequitur Fuſar. *de Subſtitut. quæſt.*351. *n.*30 Hæc Barboſa. Quibus prænotatis, ſit.

CONCLVSIO I.

7 SI Sepultura, quam habet Frater ſuperuiuens, Hæreditaria eſt, non poteſt in ea tumulari Frater, qui abſque electione Sepulturæ deceſſit, ſi illa ſit extra Eccleſiam Parochialem defuncti Fratris ſita. Ita Moronus, *dicto reſp.* 51. *num.*64.

Ratio concluſionis eſt: quia in Sepulchris Hæreditariis, quæ quiſque ſibi conſtituit, & hæredibus, nulla habita ratione, ſeu prærogatiua Gentilium, aut Agnatorum, illi tantum, qui hæredes ſunt ſepeliri poſſunt, omnibus aliis excluſis præter liberos, & deſcendentes, quibus licet hæredes non ſint, debetur ius Sepulturæ *L. Si Sepulchrorum, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum. L. Familiaria, & L. ſequenti, §. ſed & in vtroque, ff. eodem tit.*

CONCLVSIO II.

8 SI Sepultura ſuperſtitis, Fratris, *Familiaris* ſit *paſſiuè*, debet in ea tumulari Frater, qui abſque Sepulturæ electione deceſſit; minimè ſi ſit *Familiaris actiuè.*

9 Ratio prioris partis concluſionis eſt: quia *Familia paſſiuè* ſumpta, omnes comprehendit, qui ſunt eiuſdem Agnationis, tam aſcendentes, quàm deſcendentes, & tranſuerſales. Ac per conſequens, ſi quis conſtruit Sepulchrum pro omnibus, qui ſunt & fuerint de Familia, ſeu de Genere Guzmanorum v.gr. omnes Guzmani, etiam collaterales conſtructoris Sepulchri, in illo tumulari debent.

Poſterioris verò partis ratio eſt: quia *Familia actiuè* accepta, ſolùm comprehendit deſcendentes, non autem tranſuerſales, etiamſi Fratres eſſe reperiantur illius, qui ad aliquid eos, qui de ſuo Genere ſunt, vocat. Et ſic, ſi quis conſtruit Sepulchrum pro ſe, & ſua Familia, etiamſi addat, tam rectâ, quàm tranſuerſali, non poteſt in eo tumulari illius Frater: quia accipitur *Familia actiuè*: quæ non comprehendit niſi deſcendentes conſtructoris per lineam rectam, & tranſuerſales inter ſeſe. 10

DVBIVM VII.

An Pater, aut Auus abſque Sepulturæ electione decedens, vel ſine Sepultura Maiorum ſuorum debeat in Filij, aut Nepotis Sepultura tumulari?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Pater decedens abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum, ſi Filius Sepulturam Familiarem paſſiuè habeat, in illa tumulari debet; ſecus ſi habeat Familiarem Sepulturam actiuè. n.1.

Idem dicitur de Auo, reſpectu Sepulturæ Nepotis. n.1.

CONCLVSIO.

SI Filius, aut Nepos conſtruxit, aut acquiſiuit Sepulchrum pro ſe, & pro ſua Familia *paſſiuè* ſumptâ, iuxta ea, quæ dubio præcedente *n.*3. *&* 9. dictum eſt, in eo ſepeliri debent Pater, & Auus decedentes abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum; ſi autem Sepulchrum acquiſierit pro ſeipſo ſolo, aut pro ſe, & Familia ſua *actiuè* ſumpta, iuxta dicta *eodem dubio, num.*4. 5. 6. *&* 10. in eo ſepeliri neutiquam poſſunt Pater, & Auus. 1

Probatur quoad primam partem concluſio. Quia eo ipſo, quod Filius, aut Nepos acquiſiuit Sepulchrum pro Familia ſua *paſſiuè*, acquiſiuit illud non pro deſcendentibus tantum, ſed etiam pro aſcendentibus, & prot omnibus agnatis ſuis, etiam tranſuerſalibus, proximis, & remotis: & omnes illi, eidem Sepulchro addicti fuerunt, & cenſentur ibi Domicilium acquiſiuiſſe. Ergo Pater, & Auus, qui inelecta Sepultura obierunt, & abſque Maiorum Sepultura, in illa Filij, aut Nepotis tumulari debent. 2

Secunda concluſionis pars, quam tenet Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum Notabilium, annotat.*52. *num.* 24. *verſic. Prædicta regula*, cum Sebaſtiano de Medices, *tract. de Sepulturis, part.*1. *tract.* 2. *diſputat.* 214. *quæſt.*7. *num.* 24. & cum Iulio Lauorio, *Variarum lucubrationum*, etiam probatur. Quia aſcendentes non ſequuntur Sepulchrum deſcendentium, nec tranſuerſales, Sepulchrum tranſuerſalium, niſi facta ſit electio iſtius, aut illi ſint hæredes; & Sepulchrum *Hæreditarium* ſit. Et quia Sepulchrum Familiæ *actiuè* ſumptæ, non deſtinatur, niſi pro ſucceſſoribus per lineam rectam, & tranſuerſalem, illud acquirentis pro ſua Familia, iuxta tradita *dubio præcedente.* 3

DVBIVM

DVBIVM VIII.

Deceſſit quis habens Maiorum Sepulturam, aliqua inelecta, poteritne ille ad quem cura funeris illius ſpectat, eligere in Eccleſia Parochiali ſepelire?

BREVIARIVM.

Rector.

Rector diſcretus debet eſſe in ſilentio, in verbo vtilis, & cautus. n. 4.

Regula.

In alternatiuis, debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. n. 1.

Non ſemper datur electio in alternatiuis, ſed datur neceſſitas ad ſeruandum diſpoſitionis ordinem. n. 4.

Sepultura.

Quando quis habens Sepulturam Maiorum, nulla electa decedit, neceſſario eſt in illa tumulandus, non autem in Parochia, niſi in ea illa exiſtat. n. 2.

Maiorum præfertur in Iure Eccleſiæ Parochiali. n. 3.

Verba.

Ordo verborum Conſtitutionum, ſcripturarúmque ſeruari debet. n. 4.

Ex verborum ordine, ordo intellectus præſumitur. n. 4.

1 RAtio dubitandi deſumitur *ex cap. Licet Pater, el 4, de Sepulturis, lib. 6.* vbi poſtquam Bonifacius Papa Octauus declarauerat poſſe Patrem eligere Sepulturam pro Filio impubere, ſi conſue-
» tudo terræ id habeat, addit id non poſſe vbi huiuſ-
» modi conſuetudo non habetur; ſed ſunt (inquit)
» cum ſuis Maioribus, vel in Parochiali Eccleſia tumulandi. Vbi alternatiua dari videtur, vt ſepeliantur in Sepultura Maiorum, vel in Parochiali Eccleſia. Ergo ille ad quem funeris cura ſpectat, eligere bene quibit, defunctum inelecta Sepultura decedentem, in Eccleſia Parochiali ſepelire, & non in Sepultura Maiorum. Patet conſequentia *ex Regula 70. de Regulis Iuris in 6.* in qua ſic præfatus Bonifa-
» cius decernit. In alternatiuis, debitoris eſt electio,
» & ſufficit alterum adimpleri. Quæ Regula vti ad-
» uertit. ibi Gloſſa, deſumpta eſt *ex L. In eo, quod plus eſt, ff. eodem titulo.* Sed his non obſtantibus, ſit.

CONCLVSIO.

2 QVando quis, potens ſibi eligere Sepulturam, abſque eius moritur electione, ille ad quem cura ſpectat funeris, eligere non poteſt illum in Parochia ſepelire, ſi extra eam habeat Sepulturam Maiorum ſuorum, ad quam commodè deferri valeat. Extante enim Sepultura Maiorum, non eſt liberum pro alio illam, aut Parochiam eligere, ſed neceſſariò dicta eligi debet Maiorum Sepultura.

Conſultò dixi: *pro alio*: quia pro ſe, bene poteſt quilibet velle habens, & nolle, & pubertatis ætatem, eligere Sepulturam, etiamſi habeat Sepulturam Maiorum ſuorum, dummodò illa priuatus non ſit.

3 Concluſionem noſtram tenet Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 6. concluſ. 3. pag. 245.* Illam ſic probo. In præiudicium Eccleſiæ, in qua eſt Sepultura Maiorum cederet electio Eccleſiæ Parochialis. Extantibus enim *capite Nos inſtituta, el 1. de Sepulturis, & capite Licet Pater, el 4. eod. tit. in 6.* Eccleſia in qua eſt Sepultura Maiorum, Ius habet inferendi deſcendentem, abſque electione Sepulturæ decedentem. In priori enim capite, ſic decernit Leo Papa Tertius. Nos
» inſtituta maiorum Patrum conſiderantes, ſtatuimus,
» vnumquemque in Maiorum ſuorum Sepulchris ia-
» cere. Vbi Gloſſa, *in Caſus formatione* ita fatur. Statuit Leo Papa, quod quilibet debeat ſepeliri in Sepulchro Maiorum ſuorum. Et Bonifacius Octauus, *in dicto cap. Licet*, ſic decernens ait. Licet Pater
» minores Filios, qui nequeunt antequam ad annos
» pubertatis peruenient, eligere Sepulturam, poſſit (ſi
» conſuetudo terræ id habeat) quo voluerit ſepelire;
» hoc tamen non poteſt, vbi conſuetudo huiuſmodi
» non habetur, ſed ſunt cum ſuis Maioribus, vel in
» Parochiali Eccleſia tumulandi. In vtraque igitur Decretali primariò aſſignatur Sepultura Maiorum, & in illius defectum, Eccleſia Parochialis. Ergo ille, ad quem ſpectat cura funeris illius, qui habens Sepulturam Maiorum ſuorum, inelecta Sepultura deceſſit, nequit illum in Parochiali tumalare Eccleſia, Sepultura Maiorum relicta.

Ad rationem dubitandi, in contrarium adductam, 4
reſpondeo cum Gloſſa, *in dict. cap. Licet, verbo Vel in Parochiali, & in Regula, In alternatiuis, verbo eodem*, non ſemper in alternatiuis dari electionem, ſed aliquando dari neceſſitatem ad ordinem Conſtitutionis ſcripturæ, ſeu diſpoſitionis ſeruandum. Pro quo fundando allegat *Legem Cum pater §. penult. la 2. ff. de Legatis*, vt cum Teſtator mandat aliquid dari liberis, aut, his deficientibus, conſanguineis, aut affinibus: quia tunc ſequimur ordinem. Allegat etiam ſeipſam *in canonem 1. diſtinct. 43.* in quo noſter Gregorius Magnus, *ex cap. 4. Paſtoralis ſui, part. 2.* deſumptam ait. Sit Rector diſcre-
» tus in ſilentio, vtilis, & cautus in verbo, ne aut
» tacenda proferat, aut proferenda reticeſcat. Gloſſa
» autem, *verbo Importunitas*, quæ ſequuntur dicit. Item ordinem verborum attendendum. Et *in cap. Si quis iuſto, verbo Nominatus, el 46. de Electione, lib. 6.* ibi. Per ordinem ſcripturæ. Vbi Marginalis id probat dicens. Et ratio: quia ex ordine verborum, præſumitur ordo intellectus. Facit Gloſſa *in Can. In Chriſto Pater, verbo 6. gradum, de Conſecrat. diſtinct. 2.* ibi: Ordo enim & diſtinctio nominum, multum operatur.

DVBIVM IX.

Quomodo probetur Sepulturam Familiarem, aut Hereditariam eſſe?

BREVIARIVM.

Dominium.

Loca Sacra, & religioſa nequeunt eſſe in alicuius dominio. n. 9.

Probatio.

Efficacior eſt probatio per Scripturam publicam, quàm per inſcriptiones facta. n. 1. & ſeqq.

Libri antiqui, bene probant. n. 7.

Inſcriptiones in loco publico ab Antiquo inuentæ probant, etiam in iis, quæ ſunt præiudicij magni. n. 4. & ſeqq.

Inſcri

*Inſcriptiones nouæ, quæ nullius ſunt præiudicij, plenè etiam probant.*n.4.

*Non probant iſtæ in iis, quæ ſunt magni præiudicij illius, qui non conſenſit.*n. 5.

*An verò probent, ſi non appareat, an factæ fuerint volente illo, cui præiudicant, controuertitur inter Doctores.*n.5.

Sepultura.

*An ſit Familiaris, vel Hæreditaria probatur efficaciter per ſcripturam publicam.*n.1.

Probatur etiam per inſcriptiones. n.2. & ſeqq.

CONCLVSIO I.

1 SI adſit ſcriptura publica conceſſionis Sepulturæ, titulus v. gr. aut alia ſimilis, per quam demonſtretur, pro quorum cadaueribus conſtruatur, vel concedatur, efficaciſſimè probabitur ex ea an Sepultura *Familiaris* ſit, aut *Hæreditaria*. Si enim in ea dictum ſit, concedi Sepulturam Petro pro ſe, & ſua Familia *paſſiuè* ſumpta iuxta explicationem *n.3. & 9. dubij ſexti* factam, Sepultura probabitur Familiaris; ſi autem dicatur concedi pro ſe, & ſua Familia *actiuè* ſumpta, iuxta explicationem *eodem dubio 6.n.4.6.& 10.* erit etiam Familiaris, & talis probabitur; licet non pro omnibus de eadem Familia, Guzmanorum v.gr. ſed pro deſcentibus per lineam rectam, & tranſuerſales illius, cui conceditur, & non pro aſcendentibus, & tranſuerſalibus illius. Si tandem in ſcriptura dicatur concedi, aut conſtrui Sepulchrum pro Petro, ex.gra. & pro hæredibus ſuis, illud concludenter probabitur Hæreditarium.

Hæc concluſio certiſſima eſt, & eius probatio efficaciſſima, ex dicendis reſultabit: cum efficacior ſit probatio per ſcripturam publicam facta, quàm per ſcriptiones, & libros.

CONCLVSIO II.

2 PEr inſcriptionem in Sepultura inuentam, aut in pariete quidem, in qua dicatur illam eſſe Petri v.gr. & ſuorum agnatorum, vel ſuorum Familiarium, aut deſcendentium, ſufficienter probatur Sepulturam illam Familiarem eſſe: & ſi dicatur illam eſſe Petri, & hæredum ſuorum, Hæreditariam eſſe pariter probabitur.

3 Ita docent Aug. Barboſa, *in cap. Nos inſtituta, num.5 el 1.de Sepulturis*, cum Sebaſtiano Næuo, *in L.2.ff. de Operibus publicis,n.4.* Maſcardo, *de Probationibus,conuluſ.* 1297.*num.* 4. Menochio *de Præſumptionibus, lib.2.præſumpt.59.n.2.* & Zerola, *in Praxi Epiſcoporum, part.1. verbo Arma.* Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat. 6.controuerſ.*14.*concluſ.* 12. cum Petro de Vbaldis, *de Canonica portione, cap.10.num.6.* Syluestro, *verbo Sepultura, quæſt.*3. Lambertino, *de Iure patronatus lib.2.quæſt.*18.*art.9* Lauorio, *variar. lucubrationum lib.1.tit.2.cap.*18.*n.*18. Gratiano, *diſceptation.forenſium, tom.2. cap.* 210.*num.* 1. Decio, *conſil.* 135. Alexandro, *conſil. 9. num.* 18. *volum. 6.* Felino, *in cap. Cum cauſam, num.7 & 8. de Probationibus.* Riccio, *part.2.deciſ.*130. Baldo, *conſil.*310. *lib.5.* Añania, *conſilio* 86.*num.2. Ripa, in cap. Cum Eccleſia Sutrina, num.97. de Cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, Aſinio, *in L.vel quæ Pater,§. Si adhuc, num.4.ff. Si certum petatur* cum Gloſſa, *in cap. Cauſam, citat.cap. Ad audientiam de Præſcriptionibus, cap.Olim, de Cenſibus, & in can. Sane,* 29.*quæſt.* 2. & cum Rota, *in Calagurritana Sepultura.* 21. *Maij,* 1616. coram Coccino, *n.*14. *& in Vercellenſi Beneficij,* 23. *Iunij,* 1595. coram Cardinali Seraphino, *deciſ.*1141. Allegantur ab eo, *pag.*297.

Tenet etiam Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ.* 51.*num.* 65. *& ſeq.* vbi in ſequentia prorumpit. Sepulchrum autem, An ſit *Familiare*, vel *Hæreditarium*, colligitur ex inſcriptione Medices, *de Sepulturis, parte* 1. *q.*3. Maſcardus, *de Probationibus, concluſ.* 1292. *num.* 4. Menochius, *lib.* 2. *Præſumpt.* 59. qui habet, quod ſcriptura in lapidibus, parietibus, & monumentis, ſi ſit antiqua, & poſita in loco publico, & manifeſto, facit plenam & perfectam fidem, etiam in iis, quæ ſunt magni præiudicij. Quia ſcriptura hæc publicè omnibus patet: ob id inducit notorium. Bartolus, & Baldus, *in L. Monumentorum. Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Si verò non ſit antiqua, ſed recens, & noua, cum de nullius præiudicio agitur, hoc etiam caſu plenè, & perfectè probat: & etiamſi agatur de alterius præiudicio, ſed modico, provt eſt quæſtio confinium, in quibus ſufficiunt etiam præſumptiones. Rota, *coram Ludouiſio, deciſ.* 434. *num.*4.

Si verò agitur de ſatis magno præiudicio illius, de cuius voluntate non apparet, quod conſenſiſſet, vt quia proteſtatus eſt contra eos, qui ſcripturam fecerunt examinare, & ſcriptura etiam ſit recens, & noua non facit fidem. Si verò agatur etiam de magno præiudicio, & ſcriptura ſit noua, & recens, & non appareat an facta fuerit eo volente, de cuius præiudicio agitur, hoc caſu, diſcrepant Doctores Menochius concludit eſſe tribuendum multum arbitrio Iudicis. Doctores vide apud ipſum 5

Probatur ergo qualis ſit Sepultura, ex inſcriptione, quæ ſi deficiat, ius illius ſepulturæ liberè redit ad Eccleſiam, quæ poterit eundem locum aliis concedere. Syluester, *verbo Sepultura quæſt.*3. de Vbaldis, *c.*10.*n.*6. Rota, *in vna Calagurritana Sepulturæ*, 21. *Maij,*1616. Colligi ex inſcriptionibus, qualia ſint Sepulchra, docet etiam *Lex Familiaria, ſupra citata, & cap.cum cauſam, de Probationibus.* Hucuſque Illuminatus Moronus. 6

Colligitur inquit, & bene quidem, *ex dicto c. Cum cauſam el* 13.*de Probationibus*: nam ſic ibi Honorius Papa Tertius decernit. Mandamus quatenus ſecundùm diuiſiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur, nec non per teſtes, famam, & quæcumque alia adminicula, in negotio procedatis. Hæc Honorius vbi Gloſſa, *verbo Per libros antiquos*, ait. Item ſi reperiatur ſcriptura in aliqua columna, vel lapide, ei ſtatur, 24.*quæſt.*2. Sane. Item ſcripturæ, quæ olim fiebat in albo Prætoris, fides adhibebatur. *ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum, Si quis & ff. de Albo ſcribendo, L.*1. *&* 2. Hæc Bernardus. 7

Abbas noſter Panormitanus, *in dictum caput Cum cauſam, n.*1. ita Gloſſam interpretatur, vt intelligatur, quoad partem de ſcriptura in columna, vel lapide ſculpta, hoc modo, vt in non tendentibus, in alicuius præiudicio, faciat plenam fidem. In aliis verò, adminiculatur ſecundùm qualitatem loci, vbi reperitur, & ſecundùm quantitatem præiudicij. *Dicto cap. Sane.* Plenam autem fidem non faciunt, vt *L. Monumentorum, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Vbi dicitur, quod ſcripturæ Monumentorum, ſeu Sepulchri, non probant proprietatem ipſius, & dic de intellectu huius legis, vt ibi plenius notatur. 8

Hæc Abbas, qui circa id, quod Gloſſa ait de ſcriptura in albo, dicit. Erat enim olim locus dealbatus ante oſtium Prætoris, in quo deſcribebantur prætoria edicta. Et vide de hoc textum iuncta Gloſſa *in verbo In albo, in Clementina* 1. *de Iudiciis.* Id autem, quod dicit Abbas, de ſcripturis Monumentorum, 9

non probare proprietatem illorum, certum eſt, & prius ipſe docuerat *in cap. Abolendæ, n. 5. el 13. de Sepulturis*, ibi: quia vt dixi, loca ſacra, & Religioſa non poſſunt eſſe in dominio alicuius. Et prius dixerat, *in cap. Nos inſtituta, num. 1. eod. tit.* Circa id autem, quod docet, quod in præiudicialibus, non probent ſcripturæ in columna, vel in lapide ſculptæ, ſi in publico, & ab antiquo exiſtant, magis Maſcardo, & Morono, *n.* 4. recenſitis, adquieſco: quia ex ſciẽtia, & tolerantia præiudicium patientis, veritas ſcripturæ, ſatis benè conuincitur.

DISQVISITIO II.

Quænam Eccleſia Parochialis vnicuique propria cenſeatur, ad effectum Eccleſiaſticæ Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Quarta funeralis.

Quando quis extra propriam Eccleſiam, Parochialem ſepelitur, ei debetur quarta oblationum, & aliorum, quæ defunctus pro anima ſua reliquit in vltima diſpoſitione. n. 5.

Sepultura.

Qui abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum deceſſit, debet in ſua Eccleſia Parochiali tumulari. n. 1. & ſeqq.

Procedit etiamſi habuerit animum aliò ſe transferendi, vt contingit in officialibus, famulis, conducentibus domum ad annum. n. 2.

Sepultura ius multum pendet ab adminiſtratione Sacramentorum. n. 2.

Qui alienum Parochianum ad Sepulturam admittit, delinquit. n. 3. 4. & 5.

Reſtituere debet illius cadauer, & omnia quæ illius recepit occaſione. n. 4.

1 SVppono quemlibet Fidelem, non eligentem ſibi Sepulturam per ſe, vel per alium, iuxta tradita *tract.* 7. & non habentem Sepulturam Maiorum ſuorum ſepeliri debere in ſua Eccleſia Parochiali. Quod docent Gloſſa *in cap. Nos inſtituta, in Caſus formatione, el 1. de Sepulturis*, ibi: vbi dum viuebat, cœleſti pabulo refici conſueuit. D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis*, §. 1. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, parte 2. lib. 2. cap. 10. num. 33.* cum Sebaſt. Medices, *de Sepulturis, part. 2. quæſt. 6. num. 1. & 2.* Mari Antonin. *Variarum reſolutionum, lib. 1. reſolut. 112. caſu 59. verſic. Quarto.* Burſatio, *conſil. 226. num. 119.* Parladoro, *different. 66. §. 3. à principio*, & cum Bulletto, *Diſquiſitionum Clericalium, tit. de Clerico debitore*, §. 3. *num. 19.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 1. concluſ. 11. controuerſ. 6. concluſ. 1.* cum Ioanne Andrea, *in c. Religioſi, de Sepulturis in 6.* & Paſqualigo, *deciſ. 401. n. 1.* & Ioannes Bapt. Ventriglia *in Praxi verum notabilium, annotat. 52. de electione Sepulturæ*, §. *vnico, n. 26.* vbi in ſequentia prorumpit.

2 Et eſt indubitatum: & procedit, etiamſi in Parochia, vbi quis deceſſit, & Sacramenta ſuſcepit, reperiebatur animo alibi ſe transferendi, vt eſt in Officialibus, famulis, conducentibus domum ad annum, & ſimilibus. Eſt etiam commune. Et quod in caſu præſumatur quis eligere Sepulturam in Parochia, vbi recipit Sacramenta, & quod ius Sepulturæ pendeat multum ab adminiſtratione Sacramentorum, docuerunt Gratianus, *diſceptat. forenſium, c. 95. num. 74.* Rota, *apud Seraphinum, in Hiſpalenſi Iuris ſepeliendi, 9. Iunij, 1595.* Petrus de Vbaldis, *de Quarta Parochi, c. 6. n. 19.* & ſeq. Latè Barboſa, vbi alios citat, *de Iure Eccleſiaſtico, lib. 2. c. 10. n. 33.* & id etiam extendit ad exteros, & forenſes habentes domicilium in loco vbi deceſſerunt. Hucuſque Ventriglia.

3 Et probatur primò, *ex cap. Nos inſtituta, el 1. de Sepulturis*, vbi Leo Papa Tertius, ſic decernens ait. „ Ne transgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui: ſub anathematis vinculo deteſtamur, & contradicimus. Quem exponens Gloſſa, „ *verbo, Ne transgrediaris*, ait. Transgreditur quis terminos proximi ſui, cum quis Parochianum alterius admittit ad Sepulturam, vt hîc.

4 Probatur ſecundò, *ex c. 5. eod. tit.* in quo ſic Alexander Papa Tertius. Ex parte Canonicorum obrigens. Nobis eſt intimatum, quod Prior de Inſula, „ quendam Parochianum ſuum poſt appellationem „ ad Nos factam, in ſua Eccleſia ſepeliuit. Et infra „ Mandamus, quatenus præfatum Priorem compellas, vt memoratis Canonicis prædicti Parochiani „ corpus reſtituat, & exinde amicabiliter conueniat „ cum eiſdem. Hæc in Decretali illa, cuius Gloſſa, *verbo Parochianum*, cauſam recenſet ob quam reſtitutio cadaueris, & bonorum, occaſione illius perceptorum, fieri præcipiatur Canonicis: quia ſcilicet, vel non elegerat Parochianus illorum ſepeliri in Prioris Eccleſia; vel quia ab illo fuerat inductus; vel quia impubes erat. Quæcumque enim iſtarum cauſa interuenerit, de Iure reſtitui debuit ſuæ Eccleſiæ Parochiali, corpus illius Parochiani.

5 Tertiò probatur, *ex c. In noſtra, el 10. dict. tit.* in quo Innocentius Papa Tertius ſimiliter prohibet Hoſpitalariis, ne ad Sepulturam recipiant Parochianos Eccleſiæ Montisferrandi, niſi apud eos elegerint Sepulturam: & tunc Parochialis Eccleſia recipiat quartam partem oblationum, & aliorum, quæ defunctus, pro anima ſua, in vltima diſpoſitione reliquit.

6 Quo ſuppoſito pariter, & probato, quod differendum reſtat eſt, Quænam vnicuique Parochialis Eccleſia cenſeatur, ad effectum, vt ius habeat illum tumulandi? Dupliciter in huius diſcuſſione me geram. *Primò* in genere dilucidabo, Quid ſit, per quod quiſque conſtituatur Parochianus huius, aut illius Eccleſiæ, aut per quod talis cenſeatur? An ſcilicet habitatio, vel domicilium, Parochianum conſtituat? *Secundò* in ſpecie, ſeu in particulari. Quænam reſpectu particularium perſonarum, dicatur propriè Eccleſia Parochialis? Primam partem quinque abſoluam dubiis. Secundam verò pluribus & ſi breuiter, perficere curabo. Illam quidem in Sectione prima: & iſtam in ſecunda.

SECTIO I.

De Domicilio, & Habitatione.

DVBIVM I.

An Habitatio, & Domicilium aliquem constituant Parochianum loci Habitationis; aut Domicilij, ad effectum, vt in eo tumuletur si inelecta decedat Sepultura?

BREVIARIVM.

Diœcesis.

*Illa propriè dicitur alicuius Diœcesis, in qua habet Domicilium Habitationis, non in qua habet Originis Domicilium.*n.10.

Domicilium.

Aliud est Domicilium Originis: quod Domicilium Iuris dicitur: & est idem cum Domicilio Habitationis parentum. n.8.

*Non dicitur Domicilium Originis locus, in quo quis nascitur, si ibi parentes Domicilium Habitationis non habent.*n.8.

*Dominium Originis est immutabile, quia est naturale.*n.9. *Sed quoad quid sit immutabile.* n.10.

*Non deperditur, sed retinetur, cum Domicilio Habitationis distincto.*n.9.

*Domicilium Habitationis acquiritur habitatione, & animo ibi perpetuo manendi.*n.1. & seqq. *Non requirit decennium, ad sui acquisitionem.*n.3. *Quam autem requirat voluntatem, seu animum.*n.7.

Animo deperditur, & facto, sicut acquiritur. n.4. & 5.

*In quibus differant Domicilium Habitationis, & Originis.*n.9.

*Domicilium, in dubio, de Domicilio Habitationis intelligitur, non de Originis Domicilio.*n.10.

*Domicilium Habitationis præfertur Domicilio Originis, & magis attenditur.*n.13.

Dubium.

*In Dubiis, non est à proprietate recedendum verborum.*n.10.

Iurisdictio.

Iurisdictionem in neutro foro quis habet, nisi in ibi commorantes, etiamsi perpetuum non contraxerint Domicilium. n.18.19. & 21.

Mercenarij.

De illa censentur Parochia, quoad iura Parochialia, in qua pro tempore habitant. n.17. 18. 20. 21. & 22.

Naturalia.

*Immutabilia sunt naturalia.*n.9.

Parochia.

*Illa propriè alicuius Parochia dicitur, intra cuius territorium, Domicilium habet Habitationis, non intra quod Originis obtinuit Domicilium.*n.10.

Quoad Sacramenta, & Sepulturam acquiritur Parochia per solam habitationem per tempus notabile, absque Domicilij acquisitione. n.14. & seqq. *secus quoad alia.*n.18. & seqq.

Regula.

*Omnis res, per quascumq; causas nascitur, per easdem dissoluitur.*n.4.

Scholares.

*De illa censentur Parochia quoad Parochialia iura, in qua pro tempore habitant.*n.17.18.21. & 22.

Sepultura.

Qui decessit absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum, sepeliri debet, vbi per tempus notabile vltimam acquisiuit habitationem, etiam sine domicilio. n.14. & seqq.

*Qui extra huiusmodi obiit Domicilium, debet ad illud transferri, si commodè posit.*n.24.

Quando periculum adest corruptionis, non est transferendum cadauer ad locum, in quo sepeliri debebat. n.24.

Verba.

*Cum effectu debent intelligi verba.*n.23.

PRo Dubij resolutione suppono, quod ad Domicilium comparandum, non sufficit qualiscumque habitatio, sed requiritur vna cum habitatione animus perpetuò habitandi; aliàs nullo illud comparabitur tempore. Acquiritur igitur Domicilium, statim ac quis incipit alicubi, animo ibi perpetuo manendi, habitare. Ita Franc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom.2. part.2. tract.10. cap.10. num.233. versic. Quod si fœmina, & versic. Et quidem.* Et priùs Thom. Sanchez, *tom.1. de Matrimonio, lib.3. disput.23. num.2. ex L. Domicilium, ff. Ad municipales, & de incolis,* ibi: Domicilium, re, & facto transfertur, iuncta Glossa *verbo Domicilium,* vbi inquit. Facto, sub.intellige, & animo: nam hæc duo sunt necessaria. Ergo cum hîc adsit factum, nempe habitatio, & animus perpetuò ibi manendi, acquiretur Domicilium. 1

Allegat Sanchez Hostiensem, *in Summa, tit. de Parochiis, §. penult. num.7.* Iacobum de Sancto Georgio. Dominicum, *in cap. Cum Nullus de Temporibus Ordinationum lib.6. in princip. num.11.* Francum, *ibi, num.4.* Abbatem, *in cap. final. de Parochiis, num.8.* Fellinum, *in cap. Dilectus, el 2. de Rescriptis, num.12. versic. Secundo limita.* Marianum, *cap. Licet ratione, num.25. de Foro competente.* Angelum, *verbo Domicilium, num.vnico.* Sylvestrum, *eodem verbo, num.2.* Alciatum, *in L. Pupillus, §. Incola, num.1. ff. de Verborum significatione.* Nauarrum, *libro 1. consilior. in 2. edit. tit. de Temporibus Ordinationum, consil.10. num.2.* Auiles, *cap.2. Prætorum, glossa, Tales pueblos, num.7. & 8.* Gregorium Lopez, *in L.32. tit.2. partita 3. verbo Diez annos.* Antonium Gabriel, *tom.1. communium contra communes, lib.4. fol.192. colum.2. versic. Domicilium habitationis.* Menochium, *de Arbitrariis, lib.2. centur.1. casu 86. num.2.* & Henriquez, *lib.10. de Sacramento Ordinis, cap.22.* & multos alios, penes recensitos Doctores. 2

Sed contra id, quod dictum est, statim acquiri Domicilium, ac quis incipit alicubi habitare animo perpetuò ibi manendi, obstare videntur Leges exigentes habitationem decennij, vt sunt *L.2. Cod. de Incolis, lib.10. L.32. tit.2. & L.2. tit.24. p.3.* Sed reuera non obstant. Quia vti P. Sanchez *loco citato, num.1.* docet, huiusmodi Leges procedunt ad præsumendum animum perpetuò habitandi, & sic Domicilium acquisitum esse, quando dictus animus, ex aliis non deprehenditur coniecturis. Non enim decennium requiritur ad Domicilium comparandum; sed ad animum habitantis colligendum.

Ex dictis colligit Sanchez, quod sicut Domicilium, non solum animo, sed animo, & habitatione comparatur, & acquiritur: ita vt illud deperdatur, animo, & facto habitationis opus est, nempè deser-

tione habitationis, in eodem loco. Quare ſola mutatione animi perpetuò manendi, dum prius non mutatur illud Domicilium habitationis acquiſitum, non deperditur. Et ratio in promptu eſt: quia omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, *cap. Omnis, el 1. de Regulis Iuris.* Sed Domicilium habitationis non acquiritur ſolo animo habitandi, ſed animo, & facto, nempè habitatione ipſa, vt per *Legem Domicilium, ff. Ad municipales*, docet ibi Gloſſa, *verbo Domicilium, & L. Non vtique, verbo Conſtituerit, ff. eod. tit. & L. Ciues, verbo Larem, Cod. de Incolis, lib.* 10. Bart. *in L. Placet, num.* 1. *ff. Ad municipales.* Marianus, *in L. Licet, num.* 25. *de Foro competente.* Ergo ſimiliter non deperditur Domicilium ſolo animo, & reali mutatione.

5 Item probatur *ex dicta L. Domicilium*, ibi: Domicilium re, & facto transfertur, non nuda conteſtatione. Et ita tenet ait Gloſſ. ibi, *verbo Domicilium*, & melius *L. Origine, ad finem, Cod. De municipibus lib.* 10. *& L. de Iure*, 37. *verbo Ad munera. fine. ff. eod.* Marianus, *loco citato, num.* 54. Baldus, *L. fin. Cod. de Municipibus, & Originariis, lib.* 10.

6 Non obſtat doctrina Bartoli, *dicta Lege de Iure, num.* 2. dicentis, Domicilium habitationis, quod nuda voluntate conſtituitur, poſſe nuda transferri voluntate. Quia vti Sanchez cum Mariano, *vbi proximè* explicat, intelligendus eſt Bartolus quando voluntas non ſtat in finibus ſolius deſtinationis. Aliàs falsò (ait) & contra ſeipſum aſſereret Bartolus, domicilium ſola voluntate conſtitui.

7 Sed pro dictis aduertit Pellizzarius, *loco reddito, verſic. Quod ſi fœmina*, quod ad acquirendum Domicilium neceſſaria ſit voluntas ibi permanendi abſoluta, vel conditionata reſolutiua, & quod non ſufficiat voluntas conditionata ſuſpenſiua: qualis eſt, ſi dicat: *Volo Pampilonæ habitare, ſi talis inhabitatio mihi placuerit.* Reſolutiua autem erit, ſi dicat: *Volo habitare Pampilonæ* (perpetuò ſcilicet) *niſi talis inhabitatio mihi diſpliceat.* Et ratio prioris eſt: Quia ſuſpenditur animus inhabitandi in illo caſu. Cum autem ad Domicilium acquirendum ſimul concurrere debeant inhabitatio, & voluntas perpetuò ibi permanendi, hinc eſt, quod ſuſpenſa hac voluntate, nequeat Domicilium acquiri. Poſterioris verò eſt ratio: Quia voluntas in illo caſu abſoluta eſt, & efficax, quatenus eſt ex parte volentis, & determinata, ita vt adueniente diſplicentiæ caſu, animus ibi habitandi reſoluatur: quod ſignum manifeſtum eſt, animum abſolutè, & ſimpliciter præceſſiſſe, & non fuiſſe ſuſpenſiuum, quoad perpetuitatem, ſicut eſſet in priori caſu. De quo videndus etiam eſt Pater Sanchez, *in Decalog. lib. 7. c. 5. à n.* 59.

8 Præter Domicilium habitationis, de quo in præcedentibus numeris, datur etiam Domicilium Originis, quod ab Abbate, *in cap. Extirpandæ, in Repetitione, §. Qui vero, num.* 11. *el* 30. *de Præbendis, & Dignitatibus*, Domicilium Iuris appellatur: quod ſic explicat: putà paternæ originis. Eſt igitur Domicilium Originis, idem cum Domicilio habitationis parentum, ita, vt non ſufficiat aliquem eſſe natum in loco, ſeu oppido, in quo parentes Domicilium non habebant, ſed aderant ad tempus cauſa alicuius negotij expediendi: neque eſſe originarium illius loci, in quo natus eſt, ſed fingi natum in oppido in quo parentes habebant Domicilium habitationis. Docet Sanch. *de Matrim. dict. lib. 3. diſp. 23. n. 3. ex L. Filios, Cod. de Municipibus, & Originariis. L.* 10. *& L. Ciues, fin. Cd. de Incolis, lib.* 10. ibi: Vnde cum profectus eſt, peregrinari videtur. Et mater, quæ animum reuertendi habebat, ſemper fuiſſe in Ciuitate fingitur, & ita ibi peperiſſe. *L.* 1. *& L. Retro, ff. de Captiuis.* Et ita docent (ait) Bartolus, *in dictam Legem Filios, num.* 4. Abbas, *in cap. Rodulphus, de Reſcriptis, num.* 9. Vbi Felinus, *num.* 14. Barbatius, *numero* 97. *& conſil.* 52. *volum.* 2. Rebuffus, *Rubrica de Collationibus, §. cum vero, V. Natus.* Ripa dicens eſſe communem ſententiam, *tract. de Peſte, in* 2. *parte, octauo peſtis priuilegio.* Salzedus, pluribus citatis, *Practic. cap.* 54. *num.* 27. Angelus, *verbo Ciuis, num.* 3. Syluеſter, *verbo Ciuitas, quæſt.* 14. Nauarrus, *lib.* 3. *conſilior. tit. de Prabendis, in* 1. *editione conſil.* 41. Gregor. Lopez, dicens ſic ſententia Regi Senatus Pinciani declaratum eſſe, *L. verbo Maguer. tit.* 24. *partita* 4. Azebedus, *L.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Recopilationis, num.* 1. *&* 2. Guttierrez, *conſil.* 7. *numero* 7. Maſcardus, *de Probationibus, concluſ.* 807. *num.* 3. & Henriquez, *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis, cap.* 22. *num.* 1. Et hoc adeo verum eſſe ait Sanchez cum Gregorio Lopez, Azebedo, *num.* 1. & Salzedo *ibidem*, vt licet parentes decennio, & vltra ibi habitauerint, non dicatur filius ibi natus, ſed in loco vbi parentes habent Domicilium.

Inter Domicilium habitationis, & Domicilium 9
Originis, hoc dignoſcitur adeſſe diſcrimen: quod iſtud, eſt immutabile; illud autem, mutabile. Barboſa, *tract. de Appellatina verborum ſignificatione, verbo Domicilium, num.* 8. cum Menochio, *de Præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 42. *num.* 4. *& conſilio* 329. *num.* 37. *& conſil.* 1171. *num.* 5. Brunore à Sole, *in locis communibus, verbo Domicilium, num.* 2. Cardoſo, *in Praxi Iudicum, & Aduocatorum, verbo eod. num.* 3. Bernard. Græua, *ad Practicam Cameræ Imperialis, lib.* 2. *concluſ.* 36. *num.* 2. & Stephano Gratiano, *Diſceptionum forenſium, cap.* 75. *numero* 10. Thomas Sanchez, *loco citato, num.* 4. *ex L. Aſſumptio, ff. Ad municipales, & de Incolis*, ibi: Neque re- „
cuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, mutare „
poteſt. Et *ex Lege Origine, Cod. de Municipibus, & Originariis, lib.* 10.

Quod & ratione probatur. Quia Domicilium Originis, naturale eſt. Sed naturalia ſunt immutabilia. Ergo & Domicilium Originis immutabile eſt. Domicilium autem habitationis, quia ſicut propriâ voluntate, proprióque facto conſtituitur, ita propriâ poteſt voluntate, & facto mutari, & amitti. *L. Domicilium, ff. Ad municipales.* Et ita docere omnes Doctores, & ſpecialiter Menochium alios referentem, *de Præſumptionibus, vbi proximè, & conſil.* 80. *num* 10. *volum.* 1. ait Sanchez, *dicto num.* 4. qui *num.* 6. dicit, quod Domicilium Originis, nunquam deperditur, ſed retinetur vnà cum Domicilio habitionis. *L. Senatores ff. de Senatoribus*, ibi: Senatores, „
licet in vrbe Domicilium habere videantur, tamen „
& ibi, vnde oriundi ſunt, Domicilium habere vi- „
dentur. „

Adnotat tamen Doctor iſte, *num.* 7. & Barboſa 10
cum Menochio, *de Præſumptionibus dicta præſumpt.* 42. *num.* 5. & cum aliis, quos recenſet, Domicilium Originis eſſe immutabile quoad munera, & honores; quoad Iuriſdictionem verò, mutabile eſſe, amitti, & deperdi, aliò tranſlata habitatione. Quod menti tene. Et *eodem numero* docet Sanchez propriè illam dici alicuius Diœceſim, & Parochiam, in qua Domicilium habet habitationis: & in dubio, nomine Domicilij, Domicilium Originis non venire, ſed habitationis. Docet & Gloſſa, *in cap. Statutum, §. cum vero verbo Vnam Diætam, vlt. de Reſcriptis, lib.* 6. Francus *ibi, num.* 12. Dominicus, *ad fin. verſic. ex fine tamen Gloſſæ.* Ancharra-

nus,

nus, *num* 4. *verſic. Quærit Gloſſa, Olim dicebamus.* Alexander, *L. penult. num.* 11. *ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum*, & alij multi, quos recenſet, & ſequitur Tiraquellus *de Retract. lignag.* §. 9. *Gloſſa* 2. *num.* 21. Felinus, *in dict. cap. fin. num.* 23. *verſic. Benè facit, de Foro competenti.* Brunor. à Sole, *in Compendio, Litt. D. verbo Domicilij mentio*, quos etiam refert, & ſequitur Barboſa, *dicto verbo Domicilium, num.* 1. & addit Afflict. *deciſ.* 384. *numero* 7. Cephalum, *conſil.* 414. *numero* 58. & Ioſephum à Seſe, *Aragoniæ deciſ.* 59. *num.* 9. & ratio eſt: quia in dubio, à verborum proprietate, recedendum non eſt. *L. Non aliter ff. de Legatis* 2.

11 Aliam reddit rationem Barboſa, *num.* 2. quia ſcilicet Domicilium incolatus, præfertur Domicilio Originis, vt docent Alexander *conſilio* 16. *volum.* 1. Bertrand. *conſil.* 201. *num.* 4. *volum.* 2. Natta, *conſil.* 139. *num.* 16. Et quia Domicilium habitationis, omnino, & ſemper ſpectatur. Iaſon, *in Repetit. L. Si arrogator, num.* 46. *ff. de Adoptionibus*, & *in L.* 1. *colum.* 6. *verſic. Tene contrarium, Cod. de Summa Trinitate.* Et magis attendi, ſaltem in muliere, aſſerit cum Surdo, *conſil.* 549 *n.* 1.

12 Ipſe tamen Barboſa, ſequi videtur ſententiam Socini, *conſil.* 254. *num.* 8. *volum.* 2. Deciani, *conſil.* 71. *num.* 11. *volum.* 2. Surdi, *conſil.* 343. *num.* 30. & *conſil.* 346. *n.* 8. & 9. *conſil.* 371. *n.* 49. & aliorum ſiquidem *n.* 5. in ſequentia prorumpit.

13 Quod quidem concludenti probatur ratione. Quia Domicilium Originis, potentius eſt, quàm Domicilij: quia vnum naturale, aliud accidentale, ſecundùm Ancharranum, *conſil.* 37. *Contra, num.* 6. *in fine*, & *num.* 7. Peralta, *in L. Vnum ex Familia*, §. *ſi de Falcidia, num.* 13. *ff. de Legatis* 2. Cardinalem Tuſchum, *Practicarum concluſionum, tom.* 5. *Litt. N. concluſ.* 8. *num.* 3. Menochium, *de Præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 42. *à num.* 4. Atqui naturalis qualitas maior eſt accidentali, & magis attendi debet, quia naturalia prævalent. *L. Qui habet, in princ.* & *ibi* Dynus, & Bartolus, *ff. de Tutelis*, Tiraquellus, *de Retract. lignag.* §. 30. *Gloſſa* 1. *num.* 26. Menochius, *conſil.* 52. *num.* 124. Sanchez, *dicto lib.* 3. *diſputat.* 23. *num.* 6. *verſic. primò.* Ergo, &c. Hæc Barboſa, qui alia ad idem firmandum in ſequentibus addit. Sed de his ſatis. Ad reſolutionem Dubij propoſiti accedamus; pro qua ſit.

CONCLVSIO.

14 NOn ſolum Domicilium habitationis, ſed ſola inhabitatio per tempus notabile abſque Domicilio, conſtituit commorantem, Parochianum illius Eccleſiæ Parochialis, intra cuius territorium commoratur, tam quoad Sepulturam, quàm quoad Sacramenta percipienda.

Hanc concluſionem tenent quàm plurimi Doctores: & licet non omnes hanc Parochialitatem, quoad Ius exprimant Sepulturæ; exprimunt tamen quoad Ius Sacramentorum: ex quo, dubio procul, oritur Sepulturæ ius: vel multum pendet ab adminiſtratione Sacramentorum, vti docent D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. §. 1. Barboſa, *de vniuerſo Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 34. & cum Gratiano, *diſceptation. forenſ. cap.* 94. *num.* 75. Mareſcot. *lib.* 2. *variarum, cap.* 95. *num.* 9. & cum Sperello, *deciſ.* 87. *num.* 8. *in deciſionibus fori Eccleſiaſtici*, & Antoninus Diana, *part.* 5. *tract.* 3. *de caſibus occurrentibus tempore mortis, reſolut.* 113.

15 Tenent igitur concluſionem Innocentius, *cap. Omnis vtriuſque ſexus, num.* 6. *de Pœnitentiis*, & *remiſſionibus, vbi* Ioannes Andreas, *num.* 13. Anton. *num.* 38. Cardinalis, *num.* 6. Ancharranus, *num.* 9. & *in cap. de Vxore, num.* 7. & 8. *de Sepulturis*, & *in cap. Is, qui, num.* 1. *eod. tit. in* 6. Federicus de Senis, *conſil.* 254. *incipit. Subſequens quæſtio, verſic. Iſta Iura*, & *verſic. Sed diceret aliquis.* Quod quidem conſilium, magnificat noſter Abbas Panormitanus, Nicolaus Tudeſchus, *in cap. Extirpandæ, in Repetitione*, §. *Qui vero, num.* 11. *pag. mihi* 52. *el* 30. *de Præbendis*, qui hanc etiam tenet concluſionem *in cap. cum contingat, num.* 29. *el* 13. *de Foro competenti, pag.* 99. & *in Clement. Religioſi, num.* 6. *la* 1. *de Priuilegiis, ſicut* & Gloſſa, *ibi verbo Parochialis, vbi ſe allegat in cap. Omnis vtriuſque ſexus verbo Sacerdote*, & Hoſtienſem, *in Summa, de Paroch.* §. *penult. verſic. Quis intelligatur Parochianus*, & *de Pœnitentiis*, & *remiſſionibus* §. *Cui confitendum, ad finem*, D. Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 24. *de Excommunicatione, capite* 54. *verbo Parochialis, pag. mihi* 226. Cardinalis, *in cap.* 1. *de Sepulturis, num.* 5. *quæſt.* 7. Baldus, *L. Si quis ad declinanda*, 37. §. *In omnibus, num.* 26. *initio, Cod. de Epiſcopis*, & *Clericis.* Gabriel, *in* 4. *diſtinct.* 17. *quæſt.* 2. *artic.* 3. *dub.* 2. Patres Minores, *in conſilio* 398. *num.* 32. *vèlato per Menochium volum.* 4. Ipſe Menochius, *de Præſumptionibus lib.* 6. *præſumpt.* 88. *num.* 3. Maſcardus, *de Probationibus, concluſ.* 1150. *num.* 1. & 2. Sylueſter, *verbo Excommunicatio* 7. *caſu* 11. 44. *num.* 5. & *caſu* 14. *dub.* 1. *num.* 31. & *verbo Sepultura, num.* 8. *verſic. Si verò*, & *verbo Domicilium num.* 2. & *verbo Parochi, in fine.* Angelus, *eodem verbo etiam in fine*, & *verbo Domicilium, numero vnico ad finem*, & *verbo Excommunicatio* 5. *caſu* 12. *num.* 18. Tabiena, *verbo Parochi, quæſt.* 2. *num.* 3. Selua, *de Beneficiis, part.* 3. *quæſt.* 42. *num.* 7. Roſella, *verbo Abſolutio* 1. *num.* 41. & *verbo Confeſſio Sacramentalis*, 3. *num.* 40. Petrus de Vbaldis, *de Canonica Epiſcopali, cap.* 7. *numero* 2. Rebuffus, *Repetit. ſuper dictum cap. Extirpandæ*, §. *Qui vero, de Præbendis, verſic. Contrariam opinionem, fol.* 385. Bonifacius, *in Clement.* 1. *de Priuilegiis, num.* 29. Rota, *in nouiſſimis deciſ.* 655. *initio, volum.* 1. Molina, *tom.* 1. *de Iuſtitia*, & *Iure, tract.* 2. *diſputat.* 214. *fol.* 1304. §. *Quando quis*, & §. *Illi, qui ad modum Scholaſticorum.* Thom. Sanchez, *lib.* 3. *Matrimonio diſputat.* 23. *num.* 12. & 13. qui plures allegat ex recenſitis. Franciſcus Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tomo* 2. *tract.* 10. *cap.* 10. *num.* 233. *verſic. Immò puto.* Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico, part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 33. cum Salzedo, *ad Bernard.* & *Practic. cap.* 73. *verſic.* 14. *in fine.* Ceuallos, *Communium contra communes, quæſt.* 458. *num.* 36. Menochio, *conſil.* 398. *lib.* 4. Gutierrez, *de Matrimonio, cap.* 63. *numero* 19. Stephano Gratiano, *Diſceptationum forenſium, cap.* 75. *numero* 18. & Sperello, *in Deciſionibus Fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 87. *num.* 5. Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 5. *controuerſ.* 8. *concluſ.* 3. & 8. vbi plures ex præcitatis Doctoribus allegat, & non paucos addit alios. Archidiaconum, *in cap. Is, qui, num.* 1. *de Sepulturis, lib.* 6. Turrecrematam, *in Can. Facultates*, 13. *quæſt.* 2. Gratianum, *vbi proximè, numero* 58. & *cap.* 298. *num.* 15. Sanchez, *in Decalogum, tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 24. Molfeſſium, *in Summa, tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 30. Cardinalem Seraphinum Oliuarium, *deciſ.* 1035. Lauorium, *variarum lucubration. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 114. & 150. & *cap.* 17. *num.* 46. Belletum, *in Diſquiſitionibus Clericorum, part.* 1. *tract. de Clerico debitore,*

§.3. *num.*21. Butrium, *in cap. Omnis vtriusque sexus, num.*38. Paulum Laymanum, *lib.*5. *tract.* 6. *num.*5. *cap.*10. Bonacinam, *de Contractibus, disput.*3. *quæst.*21. Mancinum, *de Sepulturis, dub.*24. Barbosam, *de Paroch, cap.*19. *num.*10. Antoninus Diana, *part.*5. *tract.*3. *resolut.*113. Libuit, ad nostram conclusionem, ex dictis Authoribus firmandam, aliquorum eorum doctrinam ad amussim reddere.

16 In primis Glossa *in dict. Clement.*1. *de Priuilegiis*, sic ait. Per hoc, quoad Scholares, Mercenarios, & his similes, intelligo Presbyterum, in cuius Parochia inhabitant.

17 Abbas, *in eandem Clementinam, num.*6. Scholares, mercenarij, & his similes censentur, quoad Sacramenta, de illa Parochia, in qua pro tempore habitant. Hoc notat Glossa *hic, verbo Parochialis*. Et statim, *num.*7. prosequitur. Ex qua nota, quod quoad Iura Parochialia, non requiritur quod quis moretur in Parochia, animo perpetuò ibi standi, vel Domicilium ibidem constituendi; sed satis est, quod ibidem ad tempus moritur remotus à sua Parochia. Quod intelligo, quando tanta est à propria Parochia distantia, quod ad illam commodè pro Sacramentorum susceptione accedere non valet. Argumentum optimum *in cap. is, qui, & cap. fin. de Sepulturis, libro* 6.

18 Idem Panormitanus, *in cap. Cum contingat, numero* 29. *de Foro competente*, ita fatur. Et licet supra dixerim hos inferiores per Canones iurisdictionem non habere in ibidem delinquentes, & in foro Pœnitentiæ, si sint extranei; habent tamen iurisdictionem in ibidem, scilicet in eorum Parochia commorantes, licet ibi non contraxerint perpetuum Domicilium, vt sunt Scholares, mercenarij, & similes, quorum Parochialis est ille, in cuius Parochia inhabitant, vt est Glossa singularis *in Clement.*1. *de Priuilegiis, in verbo Parochialis*. Facit, quod *not. in cap. Omnis vtriusque, de Pœnit. & remissionibus*. Ad idem in simili Glossa, *in L.*2. *Cod. Vbi de criminibus agi oportet*, quæ dicit ibi, quem posse conueniri, vbi commoratur, & conuersatur, licet ibi Domicilium non habeat. Facit *L. Quisquis, Cod. Si certum petatur*, & quod dixi *in cap. Quod Clericis, supra eodem.*

19 *In dicto cap. Quod Clericis, num.*4. *el* 11. *de Foro competenti*, ita dicit. Not. vltimo, argument. quod ex solo commorari in loco, quis contrahit saltem quasi domicilium, vt possit ibi conueniri, etiamsi sit Clericus. Et paucis interiectis ait. Hostiensis instat, & in effectu intelligit istam litteram, quod commorantes in loco possunt conueniri super contractibus, vel quasi, delictis, vel quasi in loco moræ initis. Et ponderat litteram *moram*, quæ dicit de commorantibus; quia de viatoribus, & transeuntibus, secus esset. Nam si ibi contraherent non cogerentur respondere ibi, vt *in L. Hæres absens, ff. de iu. &c.*

20 D. Antoninus, *dicto tit.*24. *cap.*54. *circa medium*, sic ait. Quis intelligatur Parochianus secundùm Franciscum (Cardinalem scilicet Zabarellam,) die, quod statim cum quis vadit ad habitandum in certa Parochia, intelligitur ibi fieri Parochianus, nisi accesserit causa recreationis, vel ob aliam causam temporalem statim reuersurus ad propriam Parochiam; quia tunc secus. *De Sepulturis, cap. Is, qui, lib.*6. Hæc Florentinus Archipræsul, quo loci, exponens verbum *Parochialis* Clementinæ *Religiosi*, citatæ, recenset Ioannem Andream dicentem. *Per hoc quoad sæculares mercenarios, & his similes, intelligo Presbyterum, in cuius Parochia habitant.* Vbi non dicit, in cuius Parochia habitant animo perpetuò habitandi, seu ibi manendi perpetuò; sed habitant: quod saluatur saltem in mansione per aliquod notabile tempus.

Angelus, Sylvester, Tabiena, Innocentius, Ioannes Andreas, Anton. Cardinalis, & Ancharranus. 21
*locis supra num.*15. *citatis*, penes Thom. Sanchez, *dicta disput.*23. *num.*12. illorum dictum approbantem, aiunt, dici proprium Sacerdotem Scholasticorum, & mercenariorum, illum, in cuius Parochia per anni spatium habitant. Et penes eundem Doctorem, Federicus de Senis, & Ancharranus *eisdem locis* recensiti, dicunt non esse arguendum de Iure Parochiæ, ad ius Domicilij: quia ad ius Parochiæ, consideratur præsens status, id est habitatio præsens. Vnde si propter bellum ad aliam Parochiam quis se transtulit, animo redeundi ad primam, bello cessante, non erit sua Ecclesia Parochialis illa dimissa, sed quam tunc inhabitat. Et idem dicunt de mercenario, & famulo in aliena Parochia ministrante. Vnde concludunt, illum dici Parochianum, qui habitant in Parochia animo manendi, licet non animo Domicilium constituendi; secus quando causa recreationis, vt *cap. Is, qui, de Sepulturis in* 6. Vnde dicunt esse Parochianum loci, belli verisimiliter duraturi: quia tunc accedit animo commorandi; secus si per transitum exercitus transeuntis, se ad ciuitatem transtulisset.

Rosella, *dicto num.*4. apud eundem Sanchez di- 22
cit, acquirere Parochiam, qui translatus est, licet non habeat ibi Domicilium, vel animum habitandi perpetuò. Petrus de Vbaldis, *citato loco*, inquit, prout idem Sanchez: Parochianus dicitur, quando per annum, vel maiorem anni partem inhabitat. Rebuffus ait, *cap. Is, qui, de Sepulturis in* 6. dum decidit, euntem in villam causa recreationis, non acquirere ibi Parochiam, loqui, quando non venit ad habitandum ex causa in loco, sed animo statim recedendi: quare fugientem ob pestem causa habitandi ad aliquod tempus, dici statim Parochianum; secus si non causa habitandi, sed vt vno, aut altero die ibi sit. Bonifacius, prout Sanchez refert, ita inquit. Proprius Curatus dicitur omnium Parochianorum, etiamsi ad tempus habitent in Parochia illa, vt sunt Scholares, & mercenarij: pro tunc enim, non sunt actu Parochiani alterius Parochiæ.

Consultò addidi in conclusione *per tempus nota-* 23
bile: quia si quis habens Domicilium in vno loco, & se in alium, v. gr. in villam ruralem pro breui tempore confert, vel recreationis causa, vel vt ibi ruralia exerceat, si in huiusmodi decedat villa, absque Sepulturæ electione, non censetur propria Ecclesia, illius villæ Ecclesia, sed illa ad quam Domicilium pertinebat defuncti. Ita præter DD. modo allegatos, docent D. Antoninus, *parte* 3. *Summa, tit.*10. *cap.*5. *de Sepulturis*, §.1. Abbas *in cap. In nostra num.* 10. *el* 10. *de Sepulturis*. Vbi postquam retulit Decretalem *Is, qui habet*, statim recensendam, sic fassus est. Ecce ergo, quod assumitur corpus de Parochia Ecclesiæ ruralis, nec per hoc dicitur illa Parochialis illius defuncti. Nec obstat textus (addit) dum dicit: *de cuius Parochia*: quia habuit respectum ad verum Parochianum: quia verba sunt intelligenda cum effectu. Hactenus Nicolaus Tudeschus. Ita & Samuellius, *in Praxi, tract.*1. *disputat.* 5. *controuers.*8. *conclus.*6. *pag.*252. cum Suarez, *in* 3. *part. D. Thom. tom.*4. *disput.*25. *de Pœnitentia sect.*2. Ægidio Conincho, *de Sacramentis, disputat.*8. *dub.*3. *conclus.*4. Nauarro, *in cap. placuit num.*77.

num.77. de Pœnit. diſtinct.6. & cum quàm plurimis aliis. Et quidem, ſic decreuit Bonifacius Papa Octauus, *in cap.3. de Sepulturis, in 6.* per hæc, quæ ſequuntur verba.

24 Is, qui habet Domicilium in ciuitate, vel caſtro, „ quandoque ad villam ruralem ſe transfert, recrea- „ tionis cauſa, vel vt ruralia exerceat in eadem: ſi non „ electa Sepultura decedat ibidem, non in Eccleſia „ dictæ villæ, ſed in ſua Parochiali, vel in ea potius „ in qua Maiorum ipſius ab antiquo Sepultura extitit, „ ſepeliri debebit: dummodo abſque periculo ad ipſam „ valeat deportari.

Adnotanda valdè venit vltima iſta Decretalis clauſula: quia quoties commodè, & abſque periculo ſaltem corruptionis, deportari cadauer non valet ad locum in quo aliàs deportari debebat, minimè erit ad illum deportandum, ob moralem impotentiam, & huius textus authoritatem.

25 *Matrimoniũ coràm Parocho Originis, contrahi non poteſt.* Ex dictis infero I. ad validitatem Matrimonij, non ſufficere aſſiſtentiam Parochi Domicilij Originis alterius, aut vtriuſque contrahentes; niſi idem ſit locus Domicilij Originis, ac habitationis alterius ſaltem contrahentis. Quia illa propriè eſt alicuius Parochia, quoad Sacramenta, & Sepulturam, in qua ſolam habitationem habet per tempus notabile (maiorem ſcilicet anni partem) etiamſi nullum habeat ibi Domicilium. Et quia in dubio, nomine Domicilij, Domicilium Originis non venit, ſed habitationis. Et ita docet Sanchez, *de Matrimonio, part.1. lib.3. diſput.23. num.7.* dicens. Verum tenendum eſt, Parochum ſolius Originis, non cenſeri proprium, ad coniungendum aliquos Matrimonio.

26 *Ordines conferre poteſt Epiſcopus Originis.* Nec valet dicere Epiſcopus Originis alicuius, poteſt ad Ordines illum promouere, & illius cenſetur Diœceſanus, etiamſi in illius Diœceſi Domicilium non habeat habitationis, nec habitationem. Ergo ſimiliter Parochus Originis, poterit etiam aſſiſtere illius Matrimonio validè, & licitè. Conſequentia patet à maioritate rationis, plus enim eſt Ordines conferre, quàm aſſiſtere Matrimonio. Ibi enim Epiſcopus Spiritualem poteſtatem confert ordinato, tanquam verus Ordinis Miniſter, Parochus nihil confert Matrimonium contrahentibus, ad illius ſubſtantiam neceſſarium, ſed aſſiſtentiam tantum præſtat illius celebrationi, tanquam Teſtis qualificatus, cum aliis duobus, ex præſcripto Concilij Tridentini ad vitandam nullitatem illius contractus, neceſſarius. Antecedens verò, diffinitum eſt *in cap. cum nullus de temporibus Ordinationum, lib.6.*

Matrimonio aſſiſtit Parochus tãquam Teſtis.

27 Non inquam valet, non ſolum propter modò, *numero* 25. dicta, ſed quia *in dicto cap.* expreſsè reſtrinxit Pontifex Epiſcopi Originis poteſtatem, ad ſolos Ordines conferendos, ait enim. Superior intelligitur *in hoc caſu* Epiſcopus, de cuius Diœceſi eſt is, qui ad Ordines promoueri deſiderat ordiundus. Hæc ibi. Et ita obſeruat Sanchez. Cum igitur à diuerſis non fiat illatio, ex eo, quod Epiſcopus Originis poſſit Ordines conferre, non benè infertur. Ergo etiam poteſt Matrimonio Parochus Originis aſſiſtere.

28 *Parochus ſolius habitationis, abſque Domicilio Matrimonio aſſiſtere poteſt, dummodò habitare intendant maiori anni tempore.* Secundò infero Parochum ſolius habitationis, acquiſitæ ad tempus maioris vnius anni partis, aſſiſtere poſſe Matrimonio illorum, qui in ipſius territorio Domicilium non habent, non ſolum Originis, ſed nec Habitationis: quod adeo eſt verum, vt ſtatim ac inhabitare incipiant, animo inhabitandi locum, pro maiori anni parte, contrahere poſſint Matrimonium licitè, & validè, coram illius loci Parocho.

Primam huius illationis partem, tenent Eligius Baſſæus, *in Floribus Theologiæ, tom.1. verbo Matrimonium 5. num.2.* ibi. Illos autem, qui duplicem habent Parochiam habitationis, vt qui hyeme habitant in vno loco, æſtate verò in alio, quilibet Parochus ex duabus illis habitationibus, poteſt coniungere: quia vterque eſt illorum proprius Parochus. Hermannus Buſembaum, *in Medulla Theologiæ, lib. 6. tract.6. cap.3. dub.2.* ibi. I. Per Parochum, intelligitur, is, qui habet ordinariam iuriſdictionem in contrahentes, vtpote, qui Domicilium, & habitationem habeant in eius Parochia. Vbi dictio: *et*: non ponitur copulatiuè, pro habentibus Domicilium, ſimul & habitationem, ſed ponitur diſiunctiuè, pro altero eorum habentibus. Licet enim illa ſit regulariter coniunctiua, & copulatiua, vti latè probat Barboſa, *tract. de Dictionibus vſu frequentioribus, dict. 110. num.3.* aliquando tamen ponitur inter diuerſa, vti *ibidem ipſe num.25.* non minus copioſè docet: quod maximè locum habere in præſenti caſu debet, iuxta limitationem ab eodem Doctore traditam *num.26. ſequenti*: quia Domicilium, & Habitatio, non idem important: cum Domicilium Originis, paſſim detur, ſine habitatione, & Habitatio detur ſine vllo Domicilio, Originis ſcilicet, aut Habitationis. Tenent etiam corollarium, quoad vtramque eius partem, quàm plures Doctores, quorum aliquos recenſere duxi.

29 *Poteſt aſſiſtere ſtatim, ac huiuſmodi capitur habitatio.*

Dictio et *non ſẽper ponitur* copulatiuè, *ſed aliquando* diſiunctiuè.

In primis enim Antonius Naldus, *in Summa, verbo Matrimonium, num.3.* vbi ita ait. Non dicitur autem alienus Parochus oppidi in quo vagus moram trahit: cùm enim is poſſit cuilibet Confeſſario peccata ſua confiteri in illo oppido, poterit etiam ſimiliter quilibet Parochus eius Matrimonio aſſiſtere ex deductis per eundem Sanchez, *eod. tom.1. lib.3. diſput.25. n.5. & 6.* Et idem erit de Scholaribus, ſeu Iudicibus locorum, qui poſt tres, vel quatuor dies aduentus ſui in loco, in quo ſunt commoraturi, dicuntur habere ibi Domicilium, ad finem, & effectum contrahendi Matrimonium; vt ſæpè cenſuit S. Congregatio. Hæc Naldus. 30

Thomas Sanchez, *dicto lib.3. diſput.23. num.14.* ſic ait. Hinc infertur I. non opus eſſe expectare vt maiori anni parte hi in Parochia, aut Diœceſi habitarint, ſed ſtatim ac animum habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici Parochianos, & poſſe omnia dicta circa illos exerceri. Sicut enim ad Domicilium nullius temporis habitatio requiritur, ſed ſtatim ac quis incipit habitare, cum animo perpetuò habitandi, illud acquirit, vt dixi *num.2.* ſic ſtatim ac quis incipit habitare animum habens habitandi, toto tempore requiſito, efficietur Parochianus. Hæc Sanchez, poſtquam *num.13.* aſſeruit, quoad Matrimonium, Sepulturam, & omnia præter Ordinem, effici aliquem Parochianum, & ſubditum alicuius Diœceſis, & Parochiæ, quando maiori anni parte ibi inhabitat. 31

Auguſt. Barboſa, *de Poteſtate Epiſcopi, parte 2. allegat.32. num.57. num.63.* vbi refert S. Congregationem Concilij, *die 26. Iunij de Anno 1621.* declarationem. Dubitatum enim fuit, an relegatus ad certum locum pro tempore, arbitrio Iudicis menſurando, debent Matrimonium contrahere coram Parocho loci in quo relegatur; an illius vbi Domicilium habebat. Et deciſum fuiſſe aſſerit, coram Parocho loci in quo erat relegatus Matrimonium eſſe contrahendum, ex ea (inquit) tantum ratione, quia ſufficit præſentia Parochi habitationis. Et *n.64.* proſequitur, dicens. 32

Ex quibus ad praxim *primò* infertur, non opus eſſe 33

esse expectare, vt maiori anni parte hi, in Parochia, vel Diœcesi habitent, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habentes, incipiant habitare, effici Parochianos, & posse omnia dicta erga illos exerceri. Ita ille, qui eandem pro hoc rationem reddit, quam ex Sanchez, *n.* 31. recensui.

Prædictos Doctores, & Bonacinam *quæst.* 2. *de Matrimonio, puncto* 8. *num.* 1. *&* 2. sequitur Pax Iordanus, *volum.* 1. *de Re sacra, lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 71. vbi sic ait. Primum verò illud sit, sufficere Parochum habitationis, quam quis capit animo continuandi pro maiori anni parte, siue cum intentione gerendi aliquod negotium maiorem anni partem expostulans; secus si minorem: quia his casibus contrahitur Parochiale Domicilium ad suscipienda Sacramenta (præter Ordines) potest ibi sepeliri, & adstringitur ad leges, & consuetudines illius loci. Nec opus esse, dictam maiorem anni partem inhabitare, sed statim, vt capitur ipsa habitatio, cum tali animo, sufficiens contrahitur Domicilium ad hunc effectum. Sanchez, &c. Hactenus Pax.

DVBIVM II.

Suscipit quis habitationem in aliquo loco, pro aliquo breui tempore, vnde commodè reuertere non valet ad suscipienda Sacramenta, ad locum suæ Parochiæ, censebiturne propria Parochia, quoad Sacramenta, & Sepulturam, illa ad quam locus nouæ illius habitationis non notabilis pertinet?

BREVIARIVM.

Parochia.

Inhabitatio pro breui tempore in aliquo loco, constituit Parochianum illius, si bona fide recessit inhabitans à propria Parochia, ad quam commodè accedere non potest ad recipienda Sacramenta, aut Sepulturam; secus si mala fide. n. 1. & seqq.

CONCLVSIO.

1 SI bona fidę, & sine fraude, in proprij Parochi præiudicium, accessit quis ad locum, pro breui, seu non notabili tempore, vnde ad propriam Parochiam commodè reuertere non valet ad suscipienda Sacramenta de manu proprij Sacerdotis, censetur ad hunc effectum, & ad Sepulturam, illius noui loci Parochianus; secus verò si fraude, & dolo à propria recessit Parochia.

Ita docent Martinus ab Azpilcueta Doctor Nauarrus, *tomo* 1. *consiliorum, tit. de Parochiis, & alienis Parochianis, consil.* 1. & Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat* 5. *controuers.* 8. *conclus.* 4. *pag.* 251. Pro conclusionis nostræ probatione, libuit Nauarri doctrinam reddere.

2 Quintò (inquit magnus ille Doctor,) quod videtur sufficere habitatio bona fide, & sine fraude suscepta in aliquo loco, vnde non potest commodè reuerti ad sumenda Sacramenta in loco Parochiæ vbi habebat Domicilium. Tum per præfatam Glossam singularem *dicta Clementina* 1. *de Priuilegiis.* Tum, quod alioquin Mercatoris, & stipendiarij degentes in longinquis à suis patriis regionibus, carerent proprio Parocho, quod videtur contra *cap. Omnis, de Pœnitentiis, & remissionibus*, & Innocentij, & aliorum scribentium, & rationem naturalem.

Sexto, quod habitatio fraudulenter in præiudicium Parochi proprij, vel alterius Parochi, habita in aliquo loco ad effectum acquirendi nouum Parochum, non sufficeret. Tum, quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. *cap. Sedes Apostolica, de Rescriptis.* Tum, quia malitiis hominum obuiandum est. *L. In fundo, ff. de Rei venditione.* Huc vsque Nauarrus. 3 *Dolus, & fraus nemini suffragantur.* *Malitiis est obuiandum.*

DVBIVM III.

Habet quis Domicilium, aut Habitationem diuisam, partim in vno loco, & partim in alio, quando iste moriatur, in quanam illorum locorum Ecclesia, tanquam in propria illius Parochia sepeliendus est?

BREVIARIVM.

Iuramentum.

An paruitas materiæ à mortali excusset in Iuramento. n. 6.

Luxuria.

Dari paruitatem materiæ, excusantem à mortali in Luxuriæ materia, docent plurimi. n. 7.

Matrimonium.

Si aliquis in duabus Parochiis habitat, pro æquali anni tempore, quilibet illarum Parochus illius assistere potest Matrimonio. n. 2.

Si maiori anni tempore in vna habitat Parochia, illius Parochus debet assistere. n. 2.

Intellige quando inæqualitas notabilis sit. n. 3. & seqq.

Modica.

Attendi non debent modica. n. 3. & seqq.

Parochia.

Duas Parochias, & duos Parochos potest quis simul habere. n. 2.

Paruitas materiæ.

Admittitur materiæ paruitas à culpa excusans mortali à grauiss. DD. in materiis Iuramenti, Luxuriæ, Simoniæ, & Vsuræ. n. 4. 5.

Sepultura.

Si quis æqualem in duabus Parochiis habet habitationem, in qua decesserit, sepeliendus, si absque electione obierit Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum. n. 1.

Si inæqualem tamen, in ea sepeliendus est in qua maiori anni tempore, per tempus non modicum habitauerit. n. 1. & seqq.

Simonia.

Non committit simoniam per traditionem modicæ rei temporalis, pro spirituali, docent graues DD. n. 4.

Vsura.

Posse dari vsuram, quæ peccatum mortale non sit, ratione paruæ quantitatis, docent graues Doctores. n. 5.

CONCLV

CONCLVSIO.

1 QVi habens duas Parochias, in quibus æqualem habitationem habuerat per anni tempus, in illa debet sepeliri, in qua decessit, si non elegerit Sepulturam, aut Sepulturam non habeat Maiorum suorum.

Ita docet Samuellius *in praxi de Sepulturis tract. 1. disputat. 5. controu. 8. conclus. 7. pag. 252.* dicens. Qui habet Domicilium diuisum, id est, partim in Ciuitate, vel Castro habitat in hyeme, & partim ruri in æstate, in autumno commoratur, in tali casu, si moriatur non electa Sepultura, & suorum Maiorum careat Sepultura, est sepeliendus vbi decedit in ea Parochia, à cuius Parocho Sacramenta accepit, siue reperiatur in Ciuitate, aut Castro, siue sit ruri. Allegat Paludanum, *in 4. distinct. 17. quæst. 3. artic. 2. concluf. vlt.* Sylvestrum, *verbo Sepultura, num. 8. & verbo Confess. num. 10.* Menochium, *consil. 398. num. 21. & 33.* multos allegantem. Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione Episcopali, cap. 7. num. 12.* Tiraquellum *de Retract. lignag. §. 9. glossa 2. n. 26.* & Sperellum, *decis. 87. n. 10.*

2 Consonat conclusio nostra doctrinæ traditæ à Barbosa, *de potestate Episcopi, parte 2. allegat. 32. num. 69.* dicente. Sextò infertur, duos simul proprios Parochos, quoad dictum effectum posse reperiri, vbi scilicet quis dimidia anni parte in vna Parochia, altero dimidio in altera habitat, tunc æqualiter sic inhabitans duas proprias potest habere Parochias, & coram Parocho vtriusque Matrimonium inire, quia vtraque est æquè Parochia. *cap. Cum quis, de Sepulturis lib. 6. argum. L. Assumptio, §. final. ff. Ad municipales.* Ita Coninch. *disputat. 27. dub. 2. num. 19.* Segur. *in Director. iud part. 2. cap. 15. num. 47.* Francisc. Molin. *disser. 11. num. 91. de rit. nupt. lib 2.* Nauarr. *consil. 7. num. 3. tit. de Clandestinis desponf. in nou.* Sanchez, *lib. 3. disputat. 24.* Gutierrez, *cap. 62. num. 4 & cap. 64. num. 2.* Bonacina, *quæst. 2. puncto 8. num. 5.* Consonat inquam: quia si pro assistentia Matrimonij, habet duos Parochos, qui dimidia anni parte in vna habitat Parochia, & dimidia in altera, duos etiam habebit pro Sacramentis, & Sepultura Parochos. Cum autem ille, in cuius decedit Parochia, maius ius habeat, ad illum tumulandum, cùm vltimò ei Sacramenta ministrauerit, aut saltem ministrare debuerit, vti ex se patet, cum intra suæ Parochiæ limites, nullus præter ipsum, potuerit moribundo Viaticum, & Vnctionem extremam ministrare, & aliàs eius cadauer in suo habeat territorio, consequens est, illud tumulari debere in Parochia in qua decessit inelecta Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum, in sententia Barbosæ.

3 Circa id, quod iste addit Doctor *loco citato*, videlicet: Vbi verò inæqualitas habitationis datur maioris temporis pars, eum facit proprium Parochum, in quo habitatio (maior scilicet) fit, *argum. textus in L. 1. §. æstate, ff. de Aqua quotidiana, & æstiua*, Menoch. *cons. 398. num. 16. & 17.* aduerto, non quamlibet maioris temporis habitationis partem, sufficere ad constituendum habitatorem, Parochianum solius illius Parochiæ, excludendo scilicet illum à Parochialitate loci in quo minori anni tempore habitauit sed requiri ad hoc vt maioritas illa temporis, sit considerabilis, & non parui temporis. Ducor: quia de modico non est curandum, vti idemmet Barbosa docet, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiomate 151. num. 2. & in Proœmio Decretalium, num. 50. ex L. Si oleum, §. fin. cum L. sequenti, ff. de Oleo legato. L. In rebus, §. Commodati. L. Res. ff. de Contrahenda emptione. L. Scio, ff. de in integrum restitutione.* Aloysio Riccio, *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 39. num. 3. in 1. editione, & in 2. resolut. 36.* Thoma de Thomasset, *in Floribus legum, reg. 422.* Bertazol. *in Repetit. L. Si quis maior. Cod. de Transactionibus, num. 422.* Giurba, *in Consuetudin. Messanens. cap. 16. glossa 1. num. 14.* Ioanne Maria Nouario, *Quæstionum forensium lib. 1. quæst. 37. numero 10. & 11. & quæst. 56. num. 8.* & cum Stephano Gratiano, *Disceptationum forensium, tom. 5. cap. 951. num. 7.*

Vnde modicam rem temporalem, ob spiritualem datam, non sufficere ad inducendam Simoniam, docet idem Barbosa, *in locis proximè allegatis, in axiomate., num. 3. & in Proœmio, num. 47.* cum Cardinali Tuscho, *tom. 5. practicarum conclusionum, Litt. M. concluf. 239. num. 46.* Crauet. *consil. 46. num. 12. versic. Confirmatur.* Tiraquello, *de Iudicio in rebus exiguis, versic. 30. folio 32.* Riccio, *in Decisionib. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, decis. 208. à num. 1. part. 1.* Valerio Reginaldo, *in praxi fori Pœnitentiæ, lib. 23. num. 166.* & cum Francisco Suarez, *tom. 1. de Religione, lib. 4. de Simonia, c. 3. n. 3. & seqq.* 4

Et in materia Vsuræ docet idem Barbosa, *locis citatis, num. 4. & 48.* ex D. Thoma, *2. 2. quæst. 66. art. 6. ad 2.* & Couarruuia, *lib. 1. variarum, cap. 3. num. 12.* ratione paruæ quantitatis, posse dari peccatum, quod mortale non sit, sed veniale. 5

Et in Iuramento, tenet ipse Barbosa, *in axiomate 151. citato, num. 5. & in Proœmio Decretalium, num. 49.* ex D. Antonino, *in Summa, part. 2. tit. 10. cap. 4. §. 1. colum. 3.* Sylvestro, *verbo Iuramentum 4. quæst. 1. ad finem*, Soto, *de Iustit. & Iure, lib. 8. quæst. 1. artic. 7. colum. 7. & lib. 7. quæst. 2. artic. 2. versic. vtrum ratione lenitatis.* Azorio, *Institutionum Moralium, parte 1. lib. 11. cap. 5. quæst. 3.* Emmanuele Rodriquez, *tom. 3. quæstion. Regular. quæst. 50. artic. 2.* & Gregorio Sayro, *in Claui Regia, lib. 5. cap. 46. num. 28.* paruitatem materiæ excusare à culpa mortali periurij. Quorum sententia militare solum potest in iuramento promissorio; nam in assertorio, nullatenus admitti potest. 6

In materia similiter luxuriæ, dari paruitatem à mortali excusantem culpam, docent apud Dianam *part. 3. tract. 5. resolut. 1.* Zanardus, *in Directorio Confessariorum, part. 1. de Sacramento Matrimonij, cap. 41. quæst. 28.* Salas, *in 1. 2. disputat. 6. sect. 21. num. 149.* Villalobos *in Summa, tom. 2. tract. 40. dub. 9. num. 8.* & penes eum Nauarrus, & Caietanus, & Seraphinus Freitas *in Addition. ad Tractatum de Confessariis solicitantibus, quæst. 7. num. 33.* & Sancius, *in Selectis, disputat. 11. num. 22.* Et apud Eligium Bassæum, *tomo 1. verbo Peccatum 1. num. 7. versic. An autem*, Sayrus, *in Claui Regia, lib. 8. cap. 6. num. 1.* Vazquez, *in 1. 2. disputat. 108. num. 3.* & P. Soto, *de Doctr. fol. 26.* Docet etiam Caramuel, *in Theologia Fundamentali, num. 1208* Ea autem, quæ Villalobos à mortali excusat ob materiæ paruitatem, *son los tocamientos leues, como de la mano de vnamuger: y del pietocarle los dedos: o pisarle el pie.* Immò Thomas Sanchez, *tom. 3. de Matrimonio, lib. 9. disput. 46. num. 27.* admittit, non esse mortale, propria verenda inspicere, ex quadam curiositate, absque alia mala intentione, & periculo. Quia non est (inquit) tanta inhonestas, & indecentia vt culpæ lethali tribuenda sit, sed soli veniali. Et hoc dicit pudicissimus iste Doctor, post- 7

quam *num.9. pag. mihi* 313. fatetur sibi olim non displicuisse sententiam admittentem paruitatem materiæ in rebus venereis, & postquam ait, quod re benè considerata, tanquam certissimum iudicat tenendum, nullam reperiri paruitatem materiæ in delectationibus venereis, etiam secluso periculo pollutionis, & consensus.

8 Si igitur in omnibus recensitis materiis, iure Diuino, & naturali prohibitis, probabiliter admittitur materiæ paruitas, & quod non sit curandum de modico, non ab Augustino Barbosa tantum, sed à tantis grauissimis Doctoribus, cur in materia Parochialitatis, à Iure stabilita humano, de modico tempore habitationis in vno loco facto, plus quàm in alio, curandum sit, capere non valeo. Et sic credo, quod huiusmodi inhabitator, in vtroque habeat Parochialitatem.

DVBIVM IV.

Si quis Domicilium, aut Habitationem habet in confinio duarum Parochiarum, ad quam illarum tanquam Parochianus pertinebit?

BREVIARIVM.

Domus, in confinio duarum Parochiarum existens, illius erit Parochiæ, ad quam habet portam principalem, & cuius aditus est magis frequentatus. n. 3.

1 REspondeo subdistinctione. Aut domus Domicilij, aut Habitationis habet vnicam portam, aut plures, quibus ingrediatur, & egrediatur: etsi plures, aut patet aditus ad vnam tantum Parochiam, aut ad vtramque.

CONCLVSIO I.

SI vnicam habet portam, Parochianus, domus inhabitator, censebitur illius Parochiæ, ad quam immediatè per illius egreditur portam.

Ita docent Augustinus Barbosa, *de Officio, & potestate Episcopi, parte* 2. *allegat.* 32. *num.* 71. cum Bartolo, *in L.6. num.6. in fine, ff. de Damno infecto*, & Franc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis tract.* 1. *disputat.* 5. *controuers.* 8. *conclus.* 10. cum eodem Bartolo, *vbi proximè. & in L. Prædij,* §. *Qui Domum, ff. Legatis* 3. Baldo, *consil.* 60. *num.* 5. *volum.* 1. Aloysio Riccio, *in prima editione decis.* 333. *& in* 2. *resolut.* 510. Geminiano, *in cap. Cum quis, num.* 4. *de Sepulturis.* Vnde (ait Samuellius) Senis casus euenit inter Parochum S. Mauritij, & Sancti Martini: quia Parochianus S. Martini accepit de domo S. Mauritij duo cubicula, cuius causa fuit controuersia orta magna, quia Parochus S. Mauritij prætendebat habitantem in illis duobus cubiculis esse suæ Parochiæ, quod reuera de iure fuit decisum, esse S. Martini, à cuius Parocho recepit omnia Sacramenta, & in Parochia S. Martini fuit humatus, quia aditum, seu portam habebat in Parochia ipsa S. Martini. Hæc Samuellius.

2 Et ratio conclusionis est: quia ex aditu iudicatur de domo, cui cedat. *L. ei, cui ædes, ff. de Legat.* 3. Barbosa, & Samuellius, cum Baldo, *vbi proximè.* Quæ quidem ratio, & fundamentum, idem probat in casu, quo domus plures habeat portas, per quas ad eandem Parochiam aditus pateat & sic casus iste, eodem modo est resoluendus, ac in hac prima conclusione est decisus vnicæ portæ casus.

CONCLVSIO II.

SI domus autem plures habet portas, per quas 3 ad plures Parochias aditus pateat, & vna ex portis principalior sit, & cuius aditus sit magis frequentatus, ad illam Parochiam pertinebit domus inhabitator, tanquam eius Parochianus, ad quam per huiusmodi principaliorem portam, & magis frequentatam egreditur.

Ita docet August. Barbosa, *loco citato*, ex Bartolo *in dictam Legem Prædij* §. *Qui Domum*, & Riccio, *in praxi fori Ecclesiastici, vbi suprà.*

DVBIVM V.

Aduenæ, & Hospites in Ciuitate, aut Castro hospitium habentes, & Peregrini, si inelecta Sepultura decedant, aut absque Maiorum suorum Sepultura, vbi tumulari debent?

BREVIARIVM.

Aduena.

Propriè sumptus est ille, qui ex vno longinquo loco, in aliquod oppidum venit. Impropriè Aduena dicitur externus, etiamsi ex longinquo non venerit. n. 1.

Hospes.

Ille dicitur Hospes, qui in aliena est Ciuitate, oppido, &c. n. 1.

Parochialis.

Ecclesia Parochialis fundat intentionem suam super omnibus obuentionibus spiritualibus intra Parochiam prouenientibus. n. 5.

Parochus.

Tam de iure Parochi est ius Sepulturæ, quam ius Sacramentorum n. 3.

Pars.

Eadem ratio est in parte, quoad partem, quàm est in toto, quoad totum. n. 4.

Peregrinus.

Ille est, qui per aliena loca peregrè proficiscitur. n. 1.

Sepultura.

Aduenæ, Hospites, & Peregrini, absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum morientes, humandi sunt in Parochia in qua decesserunt. n. 2. & seqq.

Sepultura multum dependet à Sacramentorum administratione. n. 3.

PRo Aduena intelligo eum, qui non est ciuis, aut 1 inquilinus, sed externus; etiamsi ex longinquo loco ad Ciuitatum, vel Castrum non venerit: vt comprehendam, non solum illos, qui propriè

Aduenæ

Aduenæ sunt, sed etiam eos, qui impropriè, & latè. Strictè enim tales sunt, & dicuntur, qui ex vno longinquo loco, in aliquem veniunt oppidum. Pro Hospite, illum intelligo, qui in aliena est Ciuitate, Castro, Villa, aut oppido. Et pro Peregrino tandem eum accipio, qui per aliena loca peregrè proficiscitur. Qui certè ab Aduena propriè, & strictè sumpto, differre non videtur.

CONCLVSIO.

2 OMnes in quæsito contenti, sepeliri debent in Ecclesia Parochiali loci, in quo decedunt inelecta Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum.

Pro hac conclusione sunt Archidiaconus, *in cap. 1. de Sepulturis, lib. 6.* D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. do Sepulturis*, §. 1. vterque *ex Can. Ecclesias, el* 1. 13. *quæst.* 1. Abbas Panormitanus, *in cap. Nos instituta, el* 1. *de Sepulturis, numero* 4. *paulo ante finem.* Sanchez, *tomo* 1. *de Matrimonio, lib. 3. disputat. 23. num. 17. in fine*, cum Hostiense, *in Summa*, 1. *de Sepulturis, num. 3. §. & apud quam Ecclesiam, num. 6. versic. Quid de Viatore.* Dominico, *in cap. 1. de Sepulturis in 6. §. Statuentes, num. 4.* Franco, *num. 5.* Henrico, *cap. Abolendæ, num. 7.* Angelo, *verbo*, *Sepultura*, *num. 19.* Armilla, *eod. verbo, num. 10. L. 7. tit. 13. partita 1.* & ibi Gregor. Lopez, *verbo O en la Yglesia.* Augustinus Barbosa, *de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 33.* cum Vitalino, *in Clement. 1. n. 19. de Priuilegiis*, Syluestro, *verbo Sepultura, num. 8.* Giga, *consil. 93. num. 3.* Maresc. *lib. 2. variar. cap. 95. num. 9.* Gratiano, *disceptat. forens. cap. 94. num. 73.* Sperello, *decis. 87. num. 12.* Butrio, *in cap. 1. de Sepulturis*, *lib. 6. num. 9.* Cardinali Seraphino Oliuario, *decis. 1135. num. 3.* & Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controu. 8. conclus. 9. pag. 253.* cum Boërio, *decis. 175.* Federico de Senis, *consil. 253.* & cum aliis communiter.

3 Et licet aliqui ex recensitis Doctoribus, supponant, defunctos recepisse Sacramenta in Parochia, in qua decesserunt, & ideo censeantur ibi elegisse Sepulturam, quia multum ius Sepulturæ dependet ab administratione Sacramentorum, absolutè conclusio est vera, esto absque Sacramentis decesserint. Quia Sepultura tam de Iure Parochi est, quàm Sacramentorum administratio, vti probaui, *in quæstionib. Pastoralibus, de Iure Parochi Ecclesiarum vniuersarum, part. 3. quæst. 3. 5. & 7.* & vt Abbatis verbis vtar: si poterant recipere Sacramenta à Presbytero Parochiali, censenda est illa Ecclesia Parochialis transeuntium. Et sic erit idem dicendum in iure funerandi, cum omnia ista sint de iure Parochiali. Hæc omnia Panormitanus. Non itaque dependet ius funerandi exteros, transeuntes, & Peregrinos ex tacita, seu virtuali petitione, siue electione Sepulturæ, mediante receptione Sacramentorum de manu Parochi, in cuius obeunt territorio; sed ex proprio ipsius Parochi iure, potentis in casu necessitatis, Sacramenta administrare Peregrinis, & transeuntibus per Parochiam suam. Quod probat Abbas *ex cap. 1. de Celebratione Missarum.* Quod adducit pro prima conclusionis probatione.

4 Secunda autem huiusmodi est. Eadem ratio debet esse in parte, quoad partem, quæ est in toto, quoad totum, *vt in cap. Pastoralis, §. Item cum totum, de Officio Delegati, & in L. Quæ de tota, ff. de Rei vendicatione.* Quemadmodum ergo ratione totius Diœcesis vult Episcopus sibi vendicare potestatem in istum Peregrinum, eodem modo, debet Sacerdos Parochialis posse respectu suæ Parochiæ. Nam Episcopus non habet potestatem in Peregrinum, sicut nec Presbyter Parochialis, *vt in dicto capitulo Omnis.* Ex quo ergo iste hîc non habet Superiorem, debet in Diuinis recognoscere Ecclesiam Parochialem, vbi decedit. Nam ad hoc habuit Cœmeterium distinctum, & Parochiam distinctam. 13. *q. 1. c. 1.*

1645. *apud Dianam, par. 8. ex Alba. cons. 199. n. 2. & Monoch. cons. 671. n. 8.*

Addo Rotam in Lucana Iuris patr. coram Ghisterio 10. Ianuarij.

Tertiò probat conclusionem Abbas, *ex cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælato.* Vbi patet, quod Ecclesia Parochialis fundat intentionem suam, super omnibus obuentionibus spiritualibus prouenientibus intra Parochiam. 5

Nec obstat doctrina Bartholomæi Gauanti, *in Manuali Episcoporum, verbo Sepultura, num. 15.* asserentis Peregrinos, in Cathedrali Ecclesia sepeliri debere. Pro cuius placito refertur à Barbosa, *de Officio Parochi, cap. 26. num. 35. & de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 35.* à Ioanne Baptista Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat. 52. §. vnico, num. 27.* & à Samuellio, *vbi suprà concluf. 2.* fol. 349 Declaratio S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, *sub die 5. Iulij, de Anno 1592. in causa quadam Fulginatensi*, sub his, quæ sequuntur verbis, à Samuellio recensitis. Viatores, qui moriuntur, dum transeunt per Ciuitates, sine Sepulturæ electione, sepeliri debent in Cathedrali Ecclesia. „ Non inquam obstat, quia Gauantus nullum aliud fundamentum sui asserti habere voluit, quàm istam S. Congregationis Declarationem. Ista autem in subsidium viatorum edita fuit, in casu, quo Sepultura carerent Parochiæ, in quo obiissent transeuntes, quia Parochus noluit in sua Ecclesia tumulare, vti asserit præfatus Samuellius: & ita sapientissimè prouidisse Sacram Congregationem ait, ne vt Catholici illegitimè Ecclesiastica Sepultura carcant, iuxta textum Iuris, *cap. Ecclesia, 13. quæst. 1. & cap. final. 17. quæst. 1. & cap. Vbicumque, 13. quæst. 2.*

SECTIO II.

De propriâ Parochiâ personarum diuersorum statuum, ac Dignitatum.

DVBIVM VI.

Quænam censeatur, & sit Summi Pontificis Parochialis Ecclesia, vt in ea tumulari debeat, si inelecta decedat Sepultura, & absque Maiorum suorum Sepulchro?

BREVIARIVM.

Papa.

Electio Papæ facta à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium, nulla est; legitima, si à duabus partibus. n. 5.

Pœnæ, quibus subiaceant, qui electioni à duabus partibus factæ non assentiuntur. n. 5.

Papa eſt Epiſcopus totius Eccleſiæ Vniuerſalis: Epiſcopus Epiſcoporum: Ordinarius, Ordinariorum: & habet totum orbem pro Diœceſi. n.1.

Si decedat Romæ inelecta Sepultura, & abſque ſuorum Maiorum Sepultura, tumulari debet in Eccleſia S. Ioan. Lateranen. n.1.

Si extra Romam reſideat cum ſua Curia, & ibi decedat ſine electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum, in Eccleſia Maiori illius loci eſt ſepeliendus. n.2.

Si extra locum Curiæ contingat mori, transferendus ad locum vbi reſidet Curia. n.3.

Si abſens electus in itinere decedat, in Maiori Eccleſia loci in quo obierit, tumulandus eſt. n.5.

Si Papatu abdicato Romæ decedat, in Eccleſia Lateranenſi eſt ſepeliendus. n.7. *Si extra Romam, in Eccleſia Maiori loci.* n.8.

HVic Dubio, diuerſis concluſionibus reſpondendum duxi, iuxta diuerſorum locorum, in quibus Summus Pontifex, mori contingere poteſt.

CONCLVSIO I.

1 SI Papa inelectâ Sepulturâ, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum Romæ decedat, ſepeliri debet in Eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis.

Ita docet Franciſc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.5. controuerſ.11. concluſ. 4. pag.*261. cum Petro de Vbaldis, Lauorio, Floriano Dulpho, & aliis. Ratio autem concluſionis eſt: quia ex quo Summum Pontificatum acceptauit Papa, addictus eſt Lateranenſi Eccleſiæ, quæ Sedes eſt Cathedralis Romani Pontificis, & illam elegiſſe cenſetur pro habitatione, Domicilio ſuo perpetuo, tam in vita, quàm in morte.

CONCLVSIO II.

2 SI extra vrbem Romanam reſideat Papa, cum Curia ſua, & ibi decedat, in Cathedrali, ſeu in Maiori, ſeu præeminentiori illius loci Eccleſia, tumulari debet.

Ita Samuellius *vbi proximè*, Doctoribus ibi allegatis, præter quorum authoritatem, nullam rationem, aut textum pro firmanda adducit concluſione. Ratio autem ni fallor iſta eſt. Quia Summus Pontifex, eſt vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopus. Barboſa, *de Officio, & poteſt. Epiſcopi, part.1. tit.1. cap.2. numero* 11. *& in Proœmio ad Decretales num.7. &* 11. cum Gambarupta, *de Caſibus reſeruatis, cap.1. num.7. &* 8. Flaminio Pariſio, *de Reſignat. Beneficiorum, lib.11. quæſt.13. num.*132. Zerola, *in praxi Epiſcoporum, part.1. verbo Pragmatica, §.3. pag.*280. Cardinali Baronio, *tom.*8. *Annalium Eccleſiaſticorum, Anno Chriſti* 595. *pag.*64. *&* 68. Bonacina, *de Cenſuris, in Bullam Cœnæ, diſputat.1. quæſt.1. punct.2. num.2.* Sic ſe appellauit Alexander Papa Tertius *in Bulla plumbea*, quæ vſque ad hodiernum diem, illæſa adſeruatur in Archiuo mei Hyrachenſis Cœnobij, & eius tranſumptum, ad calcem mearum quæſtionum Paſtoralium, in cuius ſubſcriptione ita ait. *Ego Alexander Catholica Eccleſiæ Epiſcopus.* Id eſt vniuerſalis Eccleſiæ. Eſtque totius populi Chriſtiani Paſtor: omnium Eccleſiarum Caput, & Epiſcopus Epiſcoporum, ex Chriſti inſtitutione. Baſſæus, *tomo 1. verbo Papa, numero* 1. Et eſt Ordinarius Ordinariorum. Barboſa, *in dicto Proœmio, num.*9. cum Gonzalez, §.2. *Proœmij, num.*44. Camillo Borello, *in Summa omnium Deciſionum, tit.4. num.*10. Habétque pro Diœceſi propria, totum Orbem. Idem Barboſa *in dict. Proœmio, n.* 8. cum Gonzalez, *ad Regulam* 8. *Cancellariæ*, §.1. *Proœmij, n.*8.

Papa eſt totius Eccleſiæ vniuerſalis Epiſcopus.

Eſt Epiſcopus Epiſcoporum.

Eſt omnium Eccleſiarum Caput.

Totius populi Chriſtiani Paſtor.

Habet pro Diœceſi, totũ Orbem.

Quod omne docuerat prius Abbas Panormitanus, *in cap. Licet, numero* 45. *el* 20. *de Foro compet.* dicens. Et ita Papa eſt Ordinarius totius Orbis, & totus Orbis eſt ſibi territorium, quoad cauſas ſpirituales: quod patet in illa authoritate. Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. 24. *quæſt.1. Quodcumque.* Sicut enim Epiſcopus eſt Iudex Ordinarius ſuæ Diœceſis, & Diœceſis eſt ſibi territoriũ, *vt in c.1. de Officio Ordinarij, & cap. Cum Epiſcopus, eod. tit. lib.6. 16. q.7. cap. Omnes Baſilicæ.* Et ita Papa eſt Ordinarius totius Orbis, & totus Orbis eſt ſibi territorium. *9. q.3. cap. Cuncta per mundum, & cap. Per principalem 96. diſtinct. cap. Si Imperator. & cap. Duo ſunt.* Ipſe enim ſolus fuit electus à Chriſto ad Summum Pontificatum, vt præeſſet omnibus. Alij ſunt electi ab eo in partem ſolitudinis, 22. *diſtinct. c.1. & 2. de Authoritate, & vſu Palij, cap. Ad honorem.* Vbicumque ergo ſit (concludit Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Coryphæus) nemo poteſt ex defectu iuriſdictionis, & territorij, ſuum declinare iudicium, ſiue ſit Clericus, ſiue Laicus in ſpectantibus ad iuriſdictionem ſuam. De Iudiciis, *cap. Nouit.* Huc vſque D. Nicolaus Tudeſchus, Panormitanus Abbas.

Et denique ſub Innocentio Papa Decimo S. Congregationis ſupremæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, contra Hæreticam prauitatem ſpecialiter deputatæ, Decretum hoc edidit Feria V. die 15. Ianuarij, 1654.

Circunfertur in Vrbe, & forſan aliis in locis quoddam manuſcriptum Idiomate Hiſpano exaratum, quod incipit, *Formano deſde Nuncio, reciuio ſu Excellencia vna carta*, &c. Et finit, *Lo que mas conuenga al ſeruicio de Dios, bien de las Ahnas, y recta Iuſticia.* Cuius manuſcripti Auctor (vt publicè fertur) eſt Benedictus de Treglies, Collateralis Concilij, ſiue Cancellariæ Neapolitanæ Regens, in quo inter alias propoſitiones temerarias, & ſcandaloſas habetur, quæ infrà ſequitur, videlicet. *La Iuriſdicion Eccleſiaſtica que toca a ſu Santitad como a Pontifice, fuera de ſu territorio temporal*, reſpicit cauſas, & perſonas, *y a determinadas cauſas, y perſonas ſe reſtringe: y en ellas, ſolamente ſe puede exercitar, pero el territorio, no es ſuyo, ſino del Rey: y aſſi como quien exercita Iuriſdicion en ageno territorio, tiene obligacion a pedir el bene placito al Dueño de la Iuriſdicion de aquel territorio, aſſi quando ſin tener Iuriſdicion de territorio, quiere el Pontifice exercitarla en el del Rey, ſobre las cauſas, o perſonas, en quien le toca, deue permitir ſe examinen por el Principe temporal ſus Reſcriptos, para que reconoſca, ſi ſon de ſu Iuriſdicion las cauſas, y perſonas que en ellos ſe contienen.* Quam quidem Propoſitionem iuſſu Sanctiſſimi D.N. Innocentij Papæ Decimi à Qualificatoribus Supremæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis examinatam, & perpenſam, iidem Qualificatores, vnanimi conſenſu, Schiſmaticam, & Hæreticam cenſuerunt. Quocirca, ne ex lectura præfati manuſcripti prauis opinionibus, & Hæreſibus Chriſti fideles inficiantur, & deprauentur, eadem Sacra Congregatio Supremæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, prædictum manuſcriptum, ſiue Hiſpano, ſiue alio quocumque idiomate circunferatur, & diuulgetur, de ſpeciali mandato Sanctitatis ſuæ omnino prohibet, & damnat, ſub pœnis & cenſuris in Indice Librorum prohibitorum contentis, & niſi illius Auctor quamprimùm ſeſe expurgauerit,

Propoſitio prædictis cõtraria, ſchiſmatica, & hæretica declaratur.

cenſu

„ cenſuris, ac aliis pœnis Eccleſiaſticis intelligat ſe
„ omnino coërcendum.
„ Ioannes Antoninus Thomaſſius, Sanctæ Rom. &
„ Vniuerſalis Inquiſitionis Notarius.

Anno à Natiuit. D. N. Ieſu Chriſti 1654. die. 16. Ianuarij, ſupradictum Decretum, affixum, & publicatum eſt ad valuas Baſilicar. S. Ioann. Lateranen. & S. Petri, Palatij Inquiſitionis, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Aciè Campi Floræ, per Hieronymum Maſcellam Curſorem ſuæ Sanctit. & Inquiſitionis.

Romæ ex Typographia Reuer. Cameræ Apoſtolicæ. 1654.

CONCLVSIO III.

3 SI Summus Pontifex Romæ, aut in aliqua alia Ciuitate cum Curia reſideat, & indeob aliquam recedat cauſam, ac remanente Curia, contingat mori abſque electione Sepulturæ, aut ſine Maiorum ſuorum Sepultura, transferendus eſt ad locum vbi Curia reſidet, in Cathedrali illius tumulandus.

Ita docet Samuellius, *dicto tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 11. concluſ. 2.* Pro qua allegat *cap. Is, qui el 3. de Sepulturis, lib. 6.* in quo Bonifacius Papa
„ Octauus ſic decernit. Is, qui habet Domicilium in
„ Ciuitate, vel caſtro, quandoque ad villam ruralem
„ ſe transfert, recreationis causâ, vel vt ruralia exer-
„ ceat in eadem, ſi non electa Sepultura, decedat ibi-
„ dem, non in Eccleſia dictæ villæ, ſed in ſua Paro-
„ chiali, vel in ea potius in qua Maiorum ipſius ab an-
„ tiquo Sepultura extitit, ſepeliri debebit; dummodo
„ abſque periculo, ad ipſam valeat deportari. Hucuſque
„ Bonifacius.

4 Ratio autem concluſionis eſt: quia quilibet inteſtatus, quoad Sepulturæ electionem, decedens, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, ſi commodè fieri poteſt (abſque corruptione ſcilicet, vel impedimento epidimiæ, belli, aut alio eiuſmodi non exiſtente,) tumulari debet in propria Parochiali Eccleſia, in ea ſcilicet, in qua Domicilium, aut habitationem pro tempore habuerat notabili, iuxta dicta *diſquiſit. præſente, dub. 1.* Sed Summus Pontifex habebat Domicilium, vel habitationem pro tempore, notabili in loco vbi cum Curia reſidebat. Ergo in caſu, quo inde ob aliquam recedat cauſam, & manente ibi Curia, ipſe decedat inelecta Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, ad locum ipſum curiæ reducendus eſt, ſi commodè fieri poteſt, & in Cathedrali, ſeu in Maiori illius Eccleſia tumulandus: quia cenſetur illam elegiſſe pro ſua habitatione in vita, & morte,

CONCLVSIO IV.

5 PApa electus, ſi abſens ſit, & in itinere decedat ſine Maiorum ſuorum Sepultura, aut ſine electione propriæ, ſepeliri debet in Maiori Eccleſia loci, in quo obierit.

Hanc etiam concluſionem tenet P. Samuellius, *vbi proximè, concluſ. 3.* pro qua allegat *cap. Licet, el 6. de Electione*; ibi tamen nec vnum verbum, ex quo illa probari, aut colligi quidem queat, lego. In eo enim Concilium Lateranenſe, ſub Alexandro Papa Tertio nihil aliud decernit, & certè dicit, præter hoc, quod ſi Collegium Cardinalium in electione Summi Pontificis, plenam non habuerit concordiam, *& duabus partibus concordantibus pars tertia concordare noluerit, aut ſibi alium præſumpſerit nominare, ille abſque vlla exceptione, ab vniuerſali Eccleſia Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus concordantibus electus fuerit, & receptus. Si quis autem tertia partis nominatione confiſus (quia de ratione eſſe non poteſt) ſibi nomen Epiſcopi vſurpauerit, tam ipſe, quàm ij, qui eum receperint, excommunicationi ſubiaceant, & totius ſacri Ordinis priuatione multentur, ita vt Viatici etiam eis, (niſi tantum in vltimis) communio denegetur, & ſi non reſipuerint, cum Dathan, & Abiron (quos terra viuos abſorbuit) accipiant portionem. Præterea ſi à paucioribus, quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit ad Apoſtolatus Officium, niſi Maior concordia interceſſerit, nullatenus aſſumatur, & prædictæ pœnæ ſubiaceat, ſi humiliter noluerit abſtinere. Ex hoc tamen, nullum Canonicis Conſtitutionibus, & aliis Eccleſiis præiudicium generetur, in quibus debet maioris, & ſanioris partis ſententia prævalere: quia quod in eis in dubium venerit, Superioris poterit iudicio definiri. In Romana verò Eccleſia ſpeciale aliquid conſtituitur, quia non poterit ad Superiorem recurſus haberi.* Hæc & nihil amplius (quoad Pontifices Summos in Decretali illa.

Ratio concluſionis noſtræ eſt: quia Summus 6
Pontifex cùm habeat totum mundum pro Diœceſi ſua, quatenus Epiſcopus eſt Epiſcoporum, & totius Orbis Ordinarius, hinc eſt, quod ſi inelecta decedat Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, & commodè transferri nequeat in Eccleſiam Lateranenſem, quæ ſpeciali titulo Sedes illius eſt, quà Vrbis Romæ Epiſcopi, debeat tumulari in Maiori Eccleſia loci in quo deceſſerit: quia pro tunc cenſetur illa Papæ Cathedralis.

CONCLVSIO V.

PApa, qui Papatui renunciauerit, ſi decedat Ro- 7
mæ, tumulari debet in Eccleſia Lateranenſi, ſi abſque electione, vel Maiorum Sepultura moriatur.

Hanc etiam tenet Samuellius *vbi ſuprà concluſ. 4. pag. 261.* cum Doctoribus, quos ex illo recenſui. Ratio autem eſt: quia ex quo acceptauit Summum Pontificatum, addictus eſt Eccleſiæ Lateranenſi, & illam elegiſſe cenſetur pro habitatione, & Domicilio ſuo in vita, & in morte.

CONCLVSIO VI.

SI Summus Pontifex Papatu abdicato, vitam 8
eremiticam extra Vrbem Romanam ducat, vel per Mundum vagetur, debet in caſu Dubij, in Eccleſia Maiori loci in quo obierit, tumulari.

Procedit concluſio, in caſu, quo commodè transferri nequeat ad Lateranenſem Eccleſiam. Tunc enim transferendus eſt.

Illam tenet Pater Samuellius, *vbi proximè*, cum allegatis Doctoribus. Et ratio illius eſt: quia quando Pontificatum aſſumpſit, omnem Eccleſiam Maiorem Orbis pro ſua accepit Sede: Lateranenſem ſcilicet, pro Ordinaria; reliquas autem, pro caſibus extraordinariis, & contingentibus. Et conſequenter eodem reſpectu elegiſſe cenſetur earum quamlibet pro Sepultura, & Domicilio poſt mortem.

***

DVBIVM VII.

Quænam censeatur propria Cardinalium, quoad Sepulturã Parochialis Ecclesia?

BREVIARIVM.

Cardinales.

Fratres sunt & Coadiutores Papæ. n. 3.

Magna libertate vti debent in consulendo Romano Pontifici. n. 3.

Eadem vti debent in Electione Papæ, & in aliorum promotione Cardinalium. n. 3.

Si inelecta Sepultura, & absque Maiorum suorum Sepultura Romæ decedunt, debent de Iure in Ecclesia sepeliri Lateranensi; sed de consuetudine, in Ecclesiis titulorum suorum tumulantur. n. 1. & 3.

Si Papa extra Romam habeat Curiam, & in loco illo decedant Cardinales, in Ecclesia Maiori illius erunt humandi, si ad Ecclesias titulorum suorum commodè transferri nequeant. n. 4.

Si extra Curiam, ad breue tempus, Cardinales habitent, & ibi mori contigerit, in Maiori Ecclesia illius loci sunt tumulandi, si commodè transferri nequeunt ad Ecclesias titulorum, vel ad Curiæ locum. n. 5.

Si statim, ac est Cardinalis, ad Cardinalatum promotus, prius quàm ad locum Curiæ veniat, moriatur, si est Religiosus, & in Monasterio decesserit, in illo erit humandus; si Clericus in Ecclesia Maiori loci defunctionis. n. 6.

Cardinalis Galero priuatus, seu illo abdicato, more aliorum communium Fidelium sepeliendus in Ecclesia suæ Habitationis, aut Hospitij. n. 7.

Cardinalis Legatus de Latere, si in Prouincia suæ legationis decesserit, sepeliendus est in Ecclesia Cathedrali, seu Maiori loci suæ defunctionis. Idem si in itinere moriatur. n. 8.

Si Legatus fuerit duarum Prouinciarum, sepelietur similiter in loco defunctionis, in Ecclesia Maiore. num. 9.

Si Romam rediens decedat durante Legationis Officio, etiam est humandus in Ecclesia Cathedrali loci suæ defunctionis. n. 10.

CONCLVSIO I.

1 CArdinalis Romæ decedens, absque electione Sepulturæ, & absque Sepultura suorum Maiorum, de rigore Iuris Sepeliri debet in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis; de consuetudine autem in Ecclesia, cuius titulo est à Papa decoratus.

Hanc Conclusionem tenet Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 5. controuers. 11. conclus. 5. p. 261.* cum Petro de Vbaldis, *de Canonica portione Episcopali, c. 9. n. 28.* Iulio Lauorio *tom. 1. Variarum lucubrationum, tit. 2. c. 11. n. 41. & 46.* & Floriano Dulpho *c. 4. n. 18. de Sepulturis.*

Allegat Samuellius pro prima Conclusionis parte, *c. Fundamenta, §. Decet, el 17. de Electione, lib. 6. & c. Is, qui, el 3. de Sepulturis, eodem libro.* Sed in neutro illorum aliquid reperio decisum, cui nostræ faueat conclusioni. In priori enim, solùm agitur de libertate, qua vti Cardinales debeant in reddendis consiliis suis Romano Pontifici: vti ipsos nullus sæcularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis fauor absorbeat, nullus eis terror immineat, nihil eos à veri consilij soliditate remoueat: quin (cum per ipsum Romanum Pontificem, in quibuscumque negotiis contingeret eorum peti consilia) in consulendo per omnia liberè eidem Romano Pontifici in omnibus, quæ pro tempore imminent, liberè consulant, & assistant. Et libertate, qua procedere debeant, tam in electione Summi Pontificis, quàm in aliorum Cardinalium promotione.

In posteriori verò capite, solùm decernitur, quod qui habet Domicilium in Ciuitate, vel Castro, si ad villam ruralem recreationis causa, aut vt ruralia exerceat se transferat, & ibi decedat absque Sepulturæ electione, non in Ecclesia villæ ruralis, sed vel in sua Parochiali vel potius in Sepulchro Maiorum suorum sepeliri debeat: & quod mulier, quæ plures successiuè viros habuit, si Sepulturam non elegerit, est cum vltimo tumulanda viro.

Ratio autem conclusionis, quoad dictam ptimam 3
partem est: quia Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, est Ecclesia Cathedralis Romana, cuius Episcopus est Summus Pontifex, & Cardinales sunt illius Fratres, & Coadiutores illi assistunt in executione Officij Pontificalis, vti vtrumque declarat Innocentius Papa Quartus *in Concilio Generali Lugdunensi*, ex quo desumpta est dicta Decretalis *Fundamenta*. Cum igitur Ecclesia præfata habeatur pro propria Parochiali Papæ, in qua tumulari debeat in casu inelectionis Sepulturæ, & defectus Sepulchri Maiorum suorum, pro propria etiam haberi debet respectu Cardinalium, & in illa de Iure tumulandi sunt in vtroque casu inelectionis Sepulturæ, & defectus Sepulchri Maiorum. Coadiutores enim eidem adscripti sunt Ecclesiæ, cui principalis adscriptus reperitur. Et ratio exigit, vt qui illius sustinet onera, habeat & illius honores, & commoda, iuxta Regulam *capitis Qui sentit, el 55. de Regulis Iuris, lib. 6.*

Pro secunda verò parte conclusionis probanda, sufficiat praxis ipsa, & consuetudo, quæ in materia de Sepulturis, præualere solet: de quo est textus expressus *in cap. licet Pater, el 4. de Sepulturis, lib. 6.* » ibi: Eligere Sepulturam possit (si consuetudo terræ » id habeat) quo voluerit sepelire. Hoc tamen non » potest vbi consuetudo huiusmodi non habetur.

CONCLVSIO II.

SI Papa Curiam extra Romam habeat, & in loco vbi ista manet Cardinalis decedat absque electione Sepulturæ, & sine Maiorum Sepulchro, tumulari debet in Ecclesia Maiori illius loci.

Ita docet Samuellius *vbi proximè, conclusione 7.* cum Petro de Vbaldis, Lauorio, & Floriano Dulpho, *locis allegatis n. 2.* pro prima conclusione. Addit tamen hanc limitationem: si remotè admodum distet ab Vrbe, vt difficiliter ad suam Ecclesiam transferri possit, cuius titulum habet. Quæ certè limitatio procedit, supposita consuetudine, de qua in præcedenti conclusione. Aliàs eadem limitatio addenda esset, respectu Lateranensis Ecclesiæ.

Probatur conclusio: quia Cardinales sequuntur Summum Pontificem in honore, & Sepultura sicut in executione Officij Pontificalis. Summus autem Pontifex, si in loco in quo habet Curiam, mori contingat, ibi est tumulandus, vti dictum est *dubio præcedente, conclus. 2.* Ergo idem dicendum est de Cardinale ibi decedente.

CONCLV

CONCLVSIO III.

5 SI Cardinalis extra locum vbi manet Curia ob aëris temperiem, ad tempus habitet, ibique mori contingat sine Maiorum Sepultura, & absque propriæ electione, si commodè transferri possit ad Romam, vel ad locum vbi Curia residet, ibi debet tumulari, iuxta dicta in præcedentibus conclusionibus alioquin in Maiori Ecclesia loci in quo decessit sepeliendus est. Et idem est dicendum si ob aliam causam ad tempus, quod non sit notabile, extra Curiæ locum habitare, & mori contingat.

Conclusionem istam, quoad primam partem, tenet etiam Samuellius, *loco citato concluſ.* 6. cum dictis Petro de Vbaldis, Lauorio, & Delpho. Quæ benè probatur ex generali regula tradita in prælegato *capite Is, qui, el 3. de Sepulturis, lib. 6.* ibi. Is, qui habet & Domicilium in Ciuitate, &c. & ibi: Dummodo absque periculo ad ipsam valeat deportari.

Secunda verò pars, ex eo fit manifesta: quia Ecclesia, in cuius territorio quis ad tempus habitat, quantumuis breue, ius habet in illum, quoad Sacramenta, & Sepulturam, si illa suscipere non valet in propria Parochia, Domicilij scilicet, aut habitationis per tempus notabile, & istam non habet propriam per electionem, aut Maiorum suorum, vti dictum reliquimus *Dubio 5.*

Quod autem debeat tumulari in Ecclesia Maiori loci defunctionis, in prædicto casu, ex eo probatur: quia Cardinalis, de Iure tumulandus est in Ecclesia, in qua in simili casu esset Summus Pontifex tumulandus. Pontifex autem in casu simili, tumulandus esset in Ecclesia Maiori loci, vti dictum est *Dubio præcedenti, concluſ.* 4. Ergo idem de Iure dici debet de Cardinale, quod in eadem sepeliri debeat Ecclesia Maiori loci defunctionis suæ.

CONCLVSIO IV.

6 CArdinalis, si statim ac est, ad Cardinalatum promotus, prius quàm ad Romam, aut locum Curiæ Summi Pontificis veniat, ex vita decedat præsenti, absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum, si Religiosus fuerit, & adhuc in suo maneat Monasterio, in eodem erit sepeliendus; aliàs in Ecclesia Maiori loci suæ defunctionis erit Sepulturæ tradendus, siue Religiosus fuerit, siue Clericus sæcularis.

Conclusionem istam tenet præfatus Samuellius, *vbi suprà, concluſ.* 9. cum eisdem Doctoribus, pro præcedentibus, ex eo redditis. Ratio, quoad hanc vltimam partem, est: quia illa Ecclesia Cathedralis, seu Maior loci defunctionis, censetur pro tunc Parochialis, cuiuslibet Cardinalis Religiosi, & sæcularis, sicut censeretur propria Parochialis Summi Pontificis, in simili casu, vti dictum est. Quoad Religiosos autem, adhuc in suo manentes Monasterio, hæc est ratio: quia licet de Iure sepeliri debeant vbi alij Cardinales non Religiosi, quia tamen à Monasterio cui fuerant mancipati, & quod pro Domicilio habuerant, non recesserant, censetur, illud pro sua elegisse Sepultura.

CONCLVSIO V.

7 CArdinalis, Cardinalitia dignitate priuatus, more aliorum Fidelium sepeliendus est, si non elegit Sepulturam, aut illam habeat Maiorum suorum, in Ecclesia scilicet sui Domicilij, aut habitationis per tempus notabile, si ibi decedat, aut commodè illuc possit transferri; aliàs in Parochiali Ecclesia loci defunctionis, de cuius Parochi manu susscepit, aut susscipere debuit vltima Sacramenta, si absque illorum receptione decessit.

Hanc etiam tenet Franciscus Maria Samuellius sæpe citatus, cum Doctoribus, conclusione 1. allegatis, *concluſio.* 8. vbi idem docet de Cardinale, qui Galero renunciauit. Et ratio conclusionis est: quia ablata, seu abdicata Cardinalitia Dignitate, quasi vnus ex aliis Fidelibus factus est: vndè, quoad locum Sepulturæ, nihil de eo dici potest, quod de quolibet alio Fidele dici non debeat.

CONCLVSIO VI.

CArdinalis Legatus de Latere, si inelecta Sepultura, aut Sepulchrum Maiorum suorum non habens, in Prouincia suæ Legationis obierit, in Cathedrali, seu in Ecclesia Maiori loci, in quo decessit, sepeliri debet: & si in itinere moriatur antequam ingrediatur Prouinciam, in Ecclesia Maiori loci defunctionis pariter debet sepeliri. 8

Ita docet Samuellius *loco sæpe citato, concluſione* 10. cum eisdem Doctoribus, quos ex eo *concluſ.* 1. recensui. Pro ista faciunt, quæ in præcedentibus dicta iam sunt. Quod munere Legationis fungatur, nihil addit, quod variare queat Parochialitatem, & ius Sepulturæ, quoad Cardinalem. Vnde conclusio, noua non indiget probatione.

CONCLVSIO VII.

CArdinalis Legatus duarum Prouinciarum, absque electione decedens Sepulturæ, & sine Maiorum suorum Sepultura, sepeliri debet in Ecclesia Maiori loci, in quo vltimum diem clauserit, si extra Romam, & locum Curiæ Summi Pontificis obierit, & illuc commodè transferri non valuerit. 9

Ita docet Samuellius *vbi suprà, concluſ.* 11. ex eisdem Doctoribus, quos suprà recensui. Et quidem eadem in eo militat, quoad hoc ratio, quæ in Cardinale vnius Prouinciæ Legato à Latere militat.

CONCLVSIO VIII.

CArdinalis Legatus à Latere Romam rediens, durante Legationis officio, si inelecta Sepultura, & sine Maiorum Sepultura, ad quam commodè transferri valeat, moriatur, sepeliri debet in Ecclesia Maiore loci defunctionis suæ nisi commodè possit ad Romam, aut ad locum vbi Curia residet Pontificis deportari. 10

Ita Samuellius *dicta Concluſio.* 11. & præter citatos Authores, allegat *legem finalem, ff. de Officio Proconſulis.*

DVBIVM

DVBIVM VIII.

Quænam censeatur, quoad Sepulturam, Nuntiorum Apostolicorum propria Parochialis Ecclesia.

BREVIARIVM.

Bona.

Dignitatum, Personatuum, Prioratuum, vel Ecclesiarum vacantium bona occupare, aut in proprios vsus conuertere, prohibentur Prælati omnes, sæculares, & Regulares, sub grauissimis pœnis, nisi priuilegium habeant, consuetudinem legitimè præscriptam, aut causam rationabilem. n. 3.

Procuratio.

Quæ Legatis, & Nuntiis Apostolicis debetur, præscribi non potest n. 2.

Sepultura.

Nuntij Apostolici vbi sepeliendi sint. n. 1. & 4.

CONCLVSIO.

1 NVntij Apostolici decedentes absque electione Sepulturæ, & sine Maiorum suorum Sepulchro, ad quam, vel ad quod non queant commodè transportari, siue in loco suæ Nuntiaturæ, siue in itinere, dum Nuntij manent, tumulari debent in Cathedrali suæ Nuntiaturæ, si id commodè fieri possit; aliàs in Ecclesia Parochiali loci, in quo decesserint.

2 Quoad primam partem tenet hanc conclusionem Franciscus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disputat. 5. controu. 11. conclus. 12. pag. 263.* & pro ea allegat textus *in cap. Accedentes, el 11. de Præscriptionibus, & in c. Præsertim, de Officio Ordinarij, in 6.* Sed in eorum primo, Innocentius Papa Tertius, solùm agit de hoc, quod Procurationes, quæ Legatis, & Nuntiis Apostolicis debentur, præscribi non possunt. Nihil enim aliud ibi decernit præter hoc.

„ Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab
„ omnibus comprobetur: Mandamus, quatenus nisi
„ dicti Ordinarij per speciale priuilegium Apostolicæ
„ Sedis, à præstandis Procurationibus ostenderint se
„ immunes (etiamsi longissimo tempore Procurationis
„ obsequium non impenderint: cum in talibus præscri-
„ ptio sibi locum nequeat vendicare) ipsos ad Procu-
„ rationis sarcinam, ordine debito subeundam, teneri,
„ decernas. Hactenus Innocentius in decretali illa.

3 In titulo autem *de Officio Ordinarij in 6.* caput, quod incipiat *Præsertim*, neutiquam reperio; sed aliud *el 9. & finale*, quod incipit *Præsenti*. Sed nec in eo vllũ quidem verbum lego, quod ad præsentem pertineat Tractatum. Solum enim in illo agitur, vti euidenter legenti patebit, de eo quod bona Dignitatum, vel Ecclesiarum vacantium, minimè occupentur per eos, ad quos collatio, vel custodia pertinet, nisi eis, de speciali iure competat. Et de aliis ad idem concernentibus. Sic enim decernitur à Bonifacio Papa Octauo.

„ Præsenti prohibemus edicto, ne Episcopi, vel corũ
„ Superiores, aut Abbates, seu quiuis alij Regulares,
„ vel sæculares Prælati, aut Ecclesiasticæ quæcumque
„ personæ, vacantibus dignitatibus, personatibus,
„ Prioratibus, vel Ecclesiis quibuscumque sibi subie-
„ ctis, seu ad collationem, ordinationem præsenta-
„ tionem, vel custodiam pertinentibus, eorumdem
„ bona (morientibus eorum Rectoribus, vel mini-
„ stris) in ipsis inuenta, siue vacationis ipsorum tem-
„ pore obuenientia, quæ in vtilitatem eorumdem ex-
„ pendi, vel futuris debent successoribus fideliter re-
„ seruari, occupare, aut in vsus suos conuertere quo-
„ quomodo præsumant, nisi de speciali priuilegio,
„ vel consuetudine iam præscripta legitimè, seu alia
„ causa rationabili, hoc eisdem competere dignosca-
„ tur. Alioquin Episcopi, & eorum Superiores, ab
„ ingressu Ecclesiæ; cæteri verò, ab officio, & be-
„ neficio tandiu eo ipso nouerint se suspensos, quo vs-
„ que restitutionem fecerint de prædictis. Porro vbi
„ ex priuilegio, vel consuetudine, seu alia de causa
„ rationabili, sibi aliquis prædictorum asserit bona
„ competere supradicta, hoc de illis bonis solùm de-
„ bet intelligi, quæ solutis debitis, si qua sint, & iis,
„ quæ fuerint necessaria pro seruitoribus, & ministris,
„ ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus
„ supportandis congruè reseruatis ex ipsis reperta fue-
„ rint superesse. Sane Constitutionem, quam supe-
„ rius specialiter edidimus, contra Capitula, Colle-
„ gia, Conuentus, seu singulares personas, bona
„ Cathedralium, vel Regularium, aut Collegiatarum
„ Ecclesiarum vacantium occupantes, per Constitu-
„ tionem præsentem (quam in Dignitatibus, Perso-
„ natibus, Prioratibus, & Ecclesiis aliis locum habere
„ censemus) nolumus in aliquo derogari.

Hæc omnia, & nihil aliud in illa Decretali, nec in Glossa quidem, ad intentum nostræ conclusionis lego; sed bene ad intentum præfati *capitis Accedentes, in verbo Oneribus*, illa explicans onera ait. Fabricæ, hospitalitatis, receptionis Legatorum, & Nuntiorum Sedis Apostolicæ, & reliquis similibus.

Allegat etiam Samuellius, *num. 26.* pro hac & aliis conclusionibus, quas in sequentibus recensebo dubiis, communem Canonistarum sententiam in Iura iam reddita, Glossam, *in cap. Et temporum qualitas, 16. quæst. 1.* & plures Doctores.

Ratio autem dictæ primæ partis conclusionis est: 4
quia Nuntij Apostolici in Prouincia Nuntiaturæ suæ iurisdictionem habent ordinariam. Vnde in Cathedrali illius Domicilium, seu habitationem suam habere censentur: ac per consequens, illa eorum Parochia reputatur.

Quoad secundam verò partem, probatur conclusio: quia deficiente propria Sepultura, vel per electionem propriam, vel per electionem Maiorum, & deficiente propria Parochiali Ecclesia, ius habet ea, in qua quis, in casu necessitatis inuenitur, ad ministrandum ei Sacramenta necessaria, & etiam Sepulturam.

DVBIVM IX.

Quænam censeantur Ecclesiæ Parochiales Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Domicilium.

Ibi Domicilium quisque habere censetur vbi residere tenetur. n. 4.

Residen

Reſidentia.

Epiſcopi & alij Superiores Prælati, in ſuis Eccleſiis reſidere tenentur. n. 1. & 4.

Sepultura.

Nemo eſt in Parochiali, etiam propriâ, niſi in caſu ineleCtionis Sepulturæ, & carentiæ Sepulturæ Maiorum tumulandus. n. 2. 3. & 4.

Epiſcopi, & alij Superiores Prælati, ſi ineleCta Sepultura, & ſine Maiorum ſuorum Sepulchro decedant, etſi ad illam, illudve commodè transferri nequeãt, in Cathedralibus ſuis tumulari debẽt. n. 1.

Si duas Cathedrales habent vnitas acceſſoriè, debent in dictis caſibus in principaliori ſepeliri. n. 5.

Si verò duas habent æquè principaliter vnitas in recenſitis caſibus, tumulari debent in proximiori, loco, in quo deceſſerint, etſi commodè ad illam transferri nequeant, ſunt tumulandi in loco defunctionis, in Cathedrali, ſi adſit; & iſta deficiente, in Collegiata; & ſi vtraque deſit, in Parochiali. n. 6.

Vnio.

Vnio acceſſoria eſt, in qua id, cui aliud vnitur, remanet cum omnibus, quæ antea habebat; & quod ei vnitur, omne, quod habebat amittit. n. 5.

Vnio æquè principalis eſt, in qua vtrumque vnitum, poſt vnionem retinent, omne, quod ante illam habebant. n. 6.

CONCLVSIO I.

1 OMnes in Dubij titulo expreſſi, ſi decedant ineleCta Sepultura, & abſque Maiorum ſuorum Sepulchro, vel cum altero eorum, ſed ita vt commodè ad illud transferri nequeant, in Cathedralibus Eccleſiis ſuis ſepeliri debent, ſiue in Diœceſibus ſuis moriantur ſiue extra, vndè tamen ad illas commodè valeant transferri.

Probatur concluſio: quia de Iure, omnis, qui ineleCta Sepultura, & abſque Sepulchro ſuorum Maiorum decedunt, debent in Eccleſia ſua Parochiali tumulari: ita vt ordo iſte ſeruetur, & non alius. Si elegit quis Sepulturam, in illa omninò eſt tumulandus, & non alibi. Non elegit Sepulturam, ſed habet illam ſuorum Maiorum, neceſſariò debet in illa ſepeliri, & non in alia. Intellige in hoc duplici caſu, ſi commodè fieri poteſt. Tertiò, non elegit, neque habet ſuorum Maiorum Sepulturam, aut ſi habet eleCtam, vel Maiorum nequit commodè ad illam transferri, debet omninò in propria Parochiali, ſi fieri poteſt tumulari. Sed omnes præfati Prælati habent Eccleſias ſuas Cathedrales pro Parochialibus propriis, cum enim in illis reſidere debeant, in eis cenſentur habere Domicilia ſua, ac per conſequens Parochias ſuas. Ergo omnes illi, ſi ineleCta Sepultura, & abſque Sepulchro Maiorum, vbi commodè ſepeliri queant, decedunt, tumulari debent in Cathedralibus ſuis, ſi moriantur in loco, ex quo ad illas commodè transferri valeant.

2 Pater Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controuerſ. 11. concluſ.* 13. alium ordinem aſſignat, dicens. Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in ſuis propriis Eccleſiis decedentes, ibi ſunt ſepeliendi; ſi verò extra ſuas Diœceſes moriantur, non eleCta Sepultura, nec ſuorum Maiorum adeſt; aut in Cathedrali Eccleſia ſunt humandi, aut quod conuenientius eſt, vt tranſportentur ad ſuas proprias Eccleſias Cathedrales, ex *cap. Is, qui, de Sepulturis, in 6.* Hæc ille.

Sed prædicta Decretalis, licet benè probet Samuellij intentum pro caſu, quo extra Diœceſes ſuas decedant dicti Prælati, in quibus ſuas habent Cathedrales Eccleſias, proprias ſcilicet Parochiales, & careant Sepulturâ ab ipſis eleCtâ, & Maiorum ſuorum Sepulchro; non tamen primam partem ſuæ aſſertionis probat, in qua præfert Eccleſias proprias dictorum Principum Sepulturis eleCtis, & Maiorum ſuorum; immò potiùs improbat, & noſtram concluſionem validiſſimè propugnat, & ordinem, quem aſſignauimus. Ibi enim ſic Bonifacius Papa Octauus decernit.

Is, qui habet Domicilium in Ciuitate, vel Caſtro, „
quandoque ad villam ruralem ſe transfert, recrea- „
tionis causâ, vel vt ruralia exerceat in eadem, ſi non „
eleCta Sepultura decedat ibidem, non in Eccleſia di- „
ctæ, Villæ, ſed in ſua Parochiali, vel in ea potius, in „
qua Maiorum ipſius ab antiquo Sepultura extitit, „
ſepeliri debebit; dummodò abſque periculo, ad „
ipſam valeat deportari. Hæc ſolùm ibi.

Vndè non aſſentior Doctori prædicto dicenti, *n. 16. ſub dicta ſua concluſione* 15. Nam D. Epiſcopus de Sermatellis, Patricius Florentinus, ac Cluſinus Antiſtes, in Ciuitate Regia, olim Tuſciæ Sedis Perſonæ Regis, in ſua patria mortuus, deportatus fuit ad ſuam Cathedralem Eccleſiam Cluſinam ſepeliendus, cuius Ciuitatis ego ſum Patritius antiquus. Et 1647. *menſe Septembris* Senis obiit D. Epiſcopus Groſſetenſis de Turraminis, & fuit Sepultus in Sepultura ſuorum Maiorum in Eccleſia D. Auguſtini. Et ſuus anteceſſor Epiſcopus eiuſdem Ciuitatis, & de Tantucis tumulatus fuit item Senis in Sepultura ſuorum Maiorum, in Eccleſia S. Martini: quod ſanè de congruo, & ſecundùm Iura Canonica, in ſuis Eccleſiis tumulandi erant, ſed propter remotionem magnam, ad expenſas euitandas, in Sepulturis ſuorum Maiorum fuére humati. Hactenùs Samuellius. Non inquam ei aſſentior, quatenus dicit, quod ſecundùm Iura Canonica, deberent Domini Epiſcopi in ſuis Eccleſiis Cathedralibus tumulari, & non in Sepulchris Maiorum ſuorum; & in his fuiſſe humatos, ſolùm ad expenſas euitandas; quia potius, Iuribus Canonicis attentis, in caſu ineleCtionis Sepulturæ, vti de facto tumulati ſunt, cum Patribus, & Maioribus ſuis, humari, & tumulari debuerunt.

Vndè etiam, quod Ioannes Baptiſta Ventriglia, 4
in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de eleCtione Sepulturæ, §. Vnico, num. 24. pag. 475. ait. Epiſcopos, & alios habentes Eccleſias cum onere reſidendi, ſepeliendos eſſe in Sepulturis earum Eccleſiarum, quia ibi cenſentur habere Domicilium, vbi continuò reſidere tenentur: verum tenere credo in caſu ſolùm in eleCtionis Sepulturæ, & defectus Sepulturæ Maiorum ſuorum. Et in hoc ſenſu tantùm verum puto, quod eius placitum, & Sebaſtiani de Medices, *de Sepulturis, part. 1. cap. 7. à numero 6.* commune ſit.

CONCLVSIO.

SI aliquis ex præfatis Eccleſiæ Principibus, ex 5
diſpenſatione Apoſtolica, duas habeat Cathedrales Eccleſias, vnam alteri acceſſoriè vnitam, & decedat abſque eleCtione Sepulturæ, & ſine Maiorum ſuorum Sepulchro, tumulari debet, in Eccleſia Cathedrali principaliori, cui altera acceſſoriè reperitur vnita, tanquam in Parochiali Eccleſiâ propriâ Domicilij ſui.

Ita docet Pater Samuellius, *vbi ſupra, concluſ. 14. pag.* 263. Et facilè probatur: quia Eccleſia, cui altera eſt acceſſoriè vnita, remanet cum ſuis omnibus præeminentiis, honoribus, & qualitatibus, quibus ante vnionem eminebat; illa verò, quæ ei vnitur,

ſupprimitur, & amittit omnes præeminentias, honores, qualitates, quas antea habebat, immò & naturam ipſam, vti latè probaui *in Quæſtionibus Paſtoralibus, de Iure Parochi Eccleſiarum vnitarum, quæſt. 6. de effectibus vnionis*, & docet Gloſſa, *in canon Et temporis, verbo Vnire*, 16. *quæſt.* 1. vbi ait etiam, quod data vnione hac, dignitas Epiſcopalis erit in vna tantum Eccleſia: & per conſequens in ea, cui fit alterius vnio, cum illa altera, totum ſuum eſſe amittat. Ergo ſi Epiſcopus eſt in Cathedrali ſepeliendus, ob defectum electionis Sepulturæ, & Sepulchri ſuorum Maiorum, tumulari debet in principaliori, cui altera vnita reperitur.

CONCLVSIO III.

6 SI tamen Eccleſiæ Cathedrales ſint inter ſe æquè principaliter vnitæ, ita vt earum quælibet ſuas conſeruet prærogatiuas, Iura, & priuilegia independenter ab alia, & abſque eo, quod ad inuicem horum aliquod communicetur, & ſolùm ſint vnitæ quoad Caput, & Gubernatorem, eo ſcilicet pacto, vt vnus ſit earum Rector, & Prælatus, & neutra alteri ſubijciatur, in hoc caſu, aut moritur Præſul extra vtrumque Epiſcopatum, aut intra illorum aliquem. Si intra, tumulandus eſt in Eccleſia Cathedrali proximiori loco, in quo deceſſit; Si autem extra ſuas Diœceſes dum clauſerit extremum, vndè commodè deportari nequeat, ad viciniorem ſuam Eccleſiam Cathedralem, tumulandus eſt in loco defunctionis: in Cathedrali, ſi ibi adſit, & iſta deficiente in Collegiata; & ſi iſta etiam deſit, in Eccleſia Parochiali. Et ita etiam docet Samuellius, *concluſ.* 15.

DVBIVM X.

Quænam cenſeatur Parochialis Eccleſia Coadiutoris Epiſcopi?

BREVIARIVM.

Coadiutor.

Epiſcopi Coadiutor decedens inelecta Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ad quam commodè queat deportari, in Cathedrali Eccleſia, cui deſeruiuit, tumulari debet. n. 12.

Regula.

Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum, & è contra. n. 2.

CONCLVSIO.

1 COadiutor Epiſcopi, habet pro Parochiali Eccleſia Cathedralem, cui deſeruit, ad effectum, vt in illa tumulari debeat, ſi in electa decedat Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, ad quam commodè valeat transferri.

Hanc tenent concluſionem Franc. Mar. Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 5. *controuerſ.* 11. *concluſ.* 17. & Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *de Electione Sepulturæ*, §. *vnico, num.* 24. *pag.* 475. quatenus vniuerſaliter docet Epiſcopos, & habentes Eccleſias, cum onere reſidendi, ſepeliendos eſſe in Sepulturis earum Eccleſiarum: quia ibi cenſetur habere Domicilium, vbi continuò reſidere tenentur. Allegat Sebaſtianum *Medices, de Sepulturis, par.* 1. *c.* 7. *n.* 6. *& ſequentibus, & communem Doctorũ.*

Huic communi fundamento, aliud pro firmanda 2 concluſione, in Iure Canonico, ſolidiſſimum inuenio, in *cap.* 55. *de Regulis Iuris, lib.* 6. in quo ſic Bonifacius Papa Octauus decernens ait. Qui ſentit onus ſentire debet & commodum, & è contra. Ex quo breue hoc, ſed efficax conficio argumentum. Coadiutor Epiſcopi onera Eccleſiæ Cathedralis ſuſtinuit dum vixit. Ergo debet habere eius commoda, honorem ſaltem Sepulturæ.

DVBIVM XI.

Quænam ſit Parochialis Eccleſia Abbatum, & aliorum Prælatorum Sæcularium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentium?

BREVIARIVM.

Difficultas.

Aliquid permittit, quod aliàs prohibetur. n. 3.

Incommoditas.

Id permittitur ratione incommoditatis, quod aliàs non permitteretur n. 3.

Neceſſitas.

Quod non eſt licitum in Lege, neceſſitas facit licitum. n. 5.

Neceſſitas, Legi non ſubiacet. n. 5.

In tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. n. 5.

Iura, & Leges, pro tempore, loco, perſona, & negotio, inſtante neceſſitate tradita ſunt. n. 5.

Pater.

Vendere poſſe Patrem filium propter neceſſitatem ait quædam Gloſſa. n. 5.

Periculum.

Imminens periculum Ius commune mutat. n. 3.

Sepultura.

Abbates, & alij Prælati ſæculares, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentes, in Eccleſiis ſuis Abbatialibus tumulari debent, tanquam in ſuis Parochialibus, ſi Sepulturam non elegerunt, nec illam habeant Maiorum ſuorum. n. 1.

CONCLVSIO.

ABbates, & alij ſæculares Prælati, qui iuriſdi- 1 ctionem habent quaſi Epiſcopalem, Eccleſias principales ſuarum dignitatum habent pro Parochialibus ſuis, in quibus tumulari debent in caſu, quo nec elegerint alibi ſepeliri, nec alibi habeant Maiorum ſuorum Sepulturas.

Probatur concluſio: Quia prædicti Abbates, & Prælati, habent Eccleſias principales ſuarum dignitatum cum onere reſidendi, ex quo ibi cenſentur habere domicilia ſua, vti Ioannes Bapt. Ventriglia benè docet, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *de Electione Sepulturæ*, §. *vnico, n.* 24. cum communi Doctorum. Sed decedentes inelectâ Sepulturâ, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, debent tumulari in Eccleſiis ſuorum Domiciliorum, ſeu habitationum ſuarum, in Parochialibus ſuis. Ergo præfati Abbates, & Prælati, ſuas habent principales Eccleſias dignitatum pro Parochialibus, in quibus debeant tumulari

mulari in caſu quo nec elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum ſuorum Minor definita eſt *in cap. Is, de Sepulturis, libro 6.*

Concluſio procedit, etiam in caſu, quo dicti Prælati decedant extra territoria dignitatum ſuarum, dummodò ad ſuas Eccleſias commodè tranſportari, transferri queant; aliàs autem, tumulari debent in Eccleſia Parochiali intra cuius limites, dies clauſerint extremos. Et hoc idem dicendum, reſpectiuè, erit in caſu, quo, vel elegerit Sepulturam eorum aliquis, vel illam habeat Maiorum, ſi commodè ad illam non valeat deportari.

3 Et ratio huius limitationis eſt, præter traditam *dub. 5.* quia vti tradit Gloſſa *in dict. cap. Is, cui, el 3. dicti tituli, verbo Deportari*, imminens periculum, immutat Ius commune. Et *in c. Religioſi, verbo Commodè, el 5. & final. eodem tit.* ait Nota, ratione incommoditatis, id permitti, quod aliàs non permitteretur: Et *in Canone & temporum qualitas, verbo Et vicinitas, 16. quæſt. 1.* ita fatur. Argu. quod propter remotionem, vel incommoditatem multa fiunt licitè, quæ aliàs non licerent. Et *in cap. Ad audientiam noſtram, verbo Magna, el 3. de Eccleſiis ædificandis, vel reparandis*, ſic ait. Et ita difficultas aliquid permittit, quod aliàs prohibetur.

4 Quæ quidem Gloſſarum receptiſſima doctrina confirmatur *ex Concilio Toletano relato in can. Cum longè 63. diſtinct. & can. Iuxta Sanctorum Patrum, 93. diſtinct.* vbi Gloſſa *verbo De longinquo*, ſic dicit. Argum. ratione loci permitti, quod aliàs non permittitur. Et certè meritò, quia vti ex noſtro D. Iſidoro Hiſpalenſi Archiepiſcopo, Hiſpaniarum Doctore maximo, habetur, *diſtinct. 29. can* 1. Sciendum eſt, quod pleraque Capitula (Iuris ſcilicet, de illis enim ibi fit, vti ex ſumma apparet) ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt: quorum modi: quia meduſſitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur: cum ante iudicant, quàm intelligant: ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant.

5 Quo etiam ſpectat illud noſtri etiam Magni Gregorij Papæ Primi *ead. diſt. can. Relatum*, vbi ita fatur. Regulæ Sanctorum Patrum, pro tempore, loco, & perſona, & negotio inſtante neceſſitate, traditæ ſunt. Nec diſſonat Venerabilis Beda, *ſuper Matthæum, relatus, in cap. 4. de Regulis Iuris*, dum ait. Quod non eſt licitum in Lege, neceſſitas facit licitum. Vbi Bernardus dicit. Nota, quod neceſſitas, Legem ſeruare non poteſt. Et Gloſſa, *verbo Neceſſitas*, in ſequentia prorumpit. Hoc ideò dicit, quia neceſſitas Legi non ſubiacet. Supra *de Obſeruatione Ieiunij, cap. 2. in fine.* & ſupra, *de Conſuetudine, Quantò, & de Conſecratione diſtinctione 1. Sicut, & diſtinct. 3. Peruenit.* Vndè tempore neceſſitatis, omnia ſunt communia. *12. q. 1. Dilectiſſimis, & ff. ad Legem Rhodiam, de iactu. L. 2. §. Cum in eadem naui, in fine.* Et ſic eſt argumentum, neceſſitatem excuſare. *De Conſecratione diſtinct. 5. Diſcipulos.* argum. *41. diſtinct. Quiſquis & ca. Delitiæ, & 81. diſtinct. Cum omnibus*, & ſupra *de Furtis, Si quis per neceſſitatem.* Et propter neceſſitatem famis Dauid comedit panes propoſitionis, *25. quæſt. 1 Ideò, §. His ita.* Et propter hoc Pater poteſt vendere Filium. *Cod. de Patribus, qui Filios diſtraxerunt, L. 2.* Hæc omnia Gloſſa *in dicto c. Quod non eſt licitũ.*

Quocirca Paſqualigus, *de Sacrificio Miſſæ, to. 1. q. 702. n. 2.* docet, quod in locis, in quibus non eſt liberum exercitium Catholicæ Religionis, deficiente Altari, poteſt offerri Sacrificium in quocumque Altari, omni meliori modo erecto. Quia Lex (inquit) non obligat, niſi quatenus eſt poſſibilis eius obſeruantia. Vndè inter alias conditiones, quas Lex debet habere, eſt, vt ſit poſſibilis, vt tradunt communiter DD. *in materia de Legibus*, & habetur *ex C. Erit autem, diſt. 4.* Quod adeò verum eſt, vt neque Deus, qui habet ſupremum dominium, impoſſibilia non iubeat, vt habet Conc. Trident. *ſeſſ. 6. cap. 11.* tranſcribens verba D. Auguſt Quod enim eſt impoſſibile, cum non ſit, in poteſtate ſubditi, nec etiam poteſt ab illo exigi. Lex autem de vſu Altaris in Sacrificij oblatione in locis, vbi non eſt liberum exercitium Religionis Catholicæ ſi ibi non adſint Altaria, fit impoſſibilis, quia non adeſt modus, quo obſeruari poſſit. Ergo deſinit obligare. Hactenus ille. Ex quibus, & aliis modo redditis conſtat ratio, ob quam liceat tumulare in loco defunctionis, eum, qui de Iure alibi ſepeliri debebat.

DVBIVM XII.

Priores, Præpoſiti, & Decani Eccleſiarum Collegiatarum, quamnam habeant Parochialem Eccleſiam, ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Decani, & alij Eccleſiarum Collegiatarum Prælati, dictas ſuas Eccleſias habent pro Parochialibus, & in eis debent tumulari ſi non elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum ſuorum. n. 1.

CONCLVSIO.

DEcani, Priores, & Præpoſiti, & quocumque alio nomine nuncupentur Prælati Eccleſiarum Collegiatarum, eaſdem ſuas Eccleſias habent pro propriis Parochialibus, & in eis debent tumulari, in caſu, quo nec Sepulturam alibi elegerint, nec illam habeant Maiorum ſuorum. 1

Ita docent quoad primam partem Franciſcus Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 13. concluſ. 2. pag. 267.* & Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepultura, §. vnico, num. 24. pag. 475.* in quantum cum Sebaſt. Medices, de Sepulturis, *part. 1. cap. 7. a num. 6.* & cum communi Doctorum ſententia docet, Epiſcopos, & alios habentes Eccleſias, cum onere reſidendi, in illis ſepeliri debere, quia ibi cenſentur habere Domicilium, vbi continuò reſidere tenentur. ex quibus certè, efficaciter noſtra probatur concluſio. Illa enim eſt vnicuique propria Eccleſia Parochialis, intra cuius limites habet Domicilium, aut habitationem ſaltem, ad tempus notabile: & quilibet, qui Sepulturam non elegit, nec illam habet Maiorum ſuorum, tumulari debet in ſua propria Eccleſia Parochiali. Sed Decani, & alij Eccleſiarum Collegiatarum Prælati, in eis habent Domicilium. Ergo dictę Eccleſiæ ſunt ipſis Parochiales, in quibus tumulari debeant in caſu, quo nec elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum ſuorum.

Addit Samuellius, quod ſi præfati Prælati, dignitati renunciauerunt, non ſunt ſepeliendi in Eccleſia dignitatis, ſed in Sepulchris Maiorum ſuorum, & in eorum defectum, in Parochiis ſuis 2

si eam non elegerint. Et iste ordo, bene consonat Iuris dispositioni, quod in casu inelectionis Sepulturæ, præfert Sepulturam Maiorum, propriæ Parochiali Ecclesiæ. Vndè dicti Prælati siue renunciauerint dignitati, siue non, in casu inelectionis Sepulturæ, necessariò debent sepeliri in Sepultura Maiorum, si illam habeant, & non in Parochiali, nec in Collegiata.

DVBIVM XIII.

Parochi, & Ecclesiarum Rectores, si absque electione decedant Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum, vbi sepeliendi?

BREVIARIVM.

Parochi.

Sepeliri debent in Ecclesiis, quibus præfuerunt si non elegerunt alibi Sepulturam, nec illam habent suorum Maiorum. n. 1.

CONCLVSIO.

PArochi, Rectores, & quocumque appellentur nomine, qui præsunt Parochialibus Ecclesiis, & quibus Animarum Parochianorum illarum imminet cura, si decedant absque Sepulturæ electione, & sine Maiorum suorum Sepultura, tumulari debent in dictis suis Parochialibus Ecclesiis.

Ita docent D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis.* §. 1. vbi generaliter de omni Clerico dicit. Clerici quoque, si non elegerunt Sepulturam, sepeliendi sunt in Ecclesia vbi sunt Clerici. Et in specie de Rectoribus, Augustinus Barbosa, *de Officio, & potestate Parochi, part. 3. cap. 26. num. 33. & 34. & in cap. Nos instituta, el 1. de Sepulturis, num.* 5. Ioann. Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ,* §. *vnico, num. 2. & 24.* & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controuer. 13. conclus. 3. & 7.* in quarum prima sic ait. Rectores Ecclesiarum, sine electa Sepultura decedentes, in suis Ecclesiis Rectoriæ, sunt sepeliendi, in quibus resident, ac tenentur; expensis tamen suarum Ecclesiarum, & valent bona sua Patrimonialia suis seruare hæredibus. In posteriori verò, ita. Parochus, siue Curatus, moriens sine electa Sepultura, est in sua Parochiali Ecclesia humandus, expensis verò eiusdem Ecclesiæ, quibus non sufficientibus, sui Parochiani suppeditabunt.

Et non solum est præferenda sepultura electa à Parocho, Ecclesiæ suæ Parochiali, vt supponit Samuellius, sed etiam Sepultura Maiorum suorum, si adsit illa. Quia de Iure, quilibet, qui sui Iuris sit, & pubes, si Sepulturam non elegit, debet in Sepultura suorum sepeliri Maiorum, & non in Parochiali Ecclesia, nisi tali deficiente Sepultura, *cap. Nos instituta*, vbi Abbas, *num.* 4. Barbosa, *num. 2. & de Iure Ecclesiastico, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 31.* D. Antoninus, *vbi proximè* cum Ioanne Andrea, *in cap. Animarum, de Sepulturis, in 6.* Illuminatus Moronus, *in centum responsis, resp. 51. num. 40. & 51.* Ventriglia, *num. 24. versic. Alij verò.* Immò & ipse Samuellius *ead. disputat. 5. controuers. 1. concluſ. 10. pag. 225.* vbi ita ait. Sepulturam, qui eligere legitimè non potest, est in suorum Maiorum Sepultura humandus, vt sunt præsertim impuberes, sic Maioribus suis volentibus. Et melius, *controuers. 2. conclus. 6.* dicens Regula est vniuersalis, nimirum Parochianos sepeliri debere, haud in Parochia, sed vbi sunt Maiores eorum humati, sunt tumulandi, si careant propria Sepultura, & eam non elegerunt, in Ecclesia tunc Parochiali, sunt sepeliendi. Cuius est ratio: quia Sepulturæ vnio, ex charitate, & mutua dilectione, procedit, quem inter viuos fuerat. Sed Parochiani dum habent propriam Sepulturam Maiorum suorum, inter quos, in vita fuit vnio, & charitas maxima propter Patris, & Aui consanguinitatem. Ergo vera conclusio. Pro illa allegat Glossam *in cap. 1. de Sepulturis, & cap. Is, qui, eodem tit. in 6.* Archidianum, & Ioann. Andr. *in dict. cap. Animarum*, Syluestrum, *verbo Sepultura, num.* 8. & quàm plurimos alios Doctores. Idemmet Samuellius, *controuers. 9. conclus. 13. pag. 257.* ait Sepulturam eligendi non habens facultatem, debet humari in Sepultura suorum Maiorum, si habet; aliàs in Parochia vbi reperitur, vt declarauit S. Congregatio, 21. *Decembris*, 1616.

Ex quibus facilè probatur, & ex antea dictis, nostra conclusio. Quia Parochi fuerunt perpetuò addicti Ecclesiis suis Parochialibus, cum onere residendi, & Domicilia in illis acquisierunt. Sed quilibet, qui sui Iuris est, & pubes, decedens inelecta Sepultura, & absque Sepultura suorum Maiorum debet in Ecclesia sua Parochiali tumulari. Ergo Curati, Parochi, & Rectores, qui decedunt inelecta Sepultura, & sine Sepultura Maiorum, tumulari etiam debent in Ecclesiis Parochialibus, quibus dum viuerent, præerant, & fuerunt addicti.

DVBIVM XIV.

Si Rector, duas habeat, ex dispensatione, Parochiales Ecclesias, seu vnam Parochialem, & Canonicatum in Cathedrali, quænam illarum erit propria Parochialis ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Duas habenti Ecclesias Parochiales, quibus præsit, vel vnum Curatum, & vnum Canonicatum, illa Ecclesia erit Parochialis, & in ea sepelietur, inelecta Sepultura, & absque Sepultura Maiorum decedens, in qua dum viueret residentiam habebat. n. 1.

CONCLVSIO.

QVi dispensatus fuerat ad duas obtinendas Parochiales Ecclesias, seu ad duo Beneficia Curata, siue ad vnam Ecclesiam Parochialem, & vnum Canonicatum in Cathedrali, illa censebitur illi propria Parochialis, & in illa debebit tumulari, si non electa Sepultura, & absque Sepultura suorum Maiorum obierit, in qua in humanis agens, suam habebat residentiam, & Domicilium. 1

Ita docet Francisc. Maria Samuellius, *in Praxi de*

de Sepulturis, tract. 1. *diſputat.* 5. *num.* 13. *concluſ.* 5. *pag.* 267. dicens. Rector ſi diſpenſatus fuerit ad duas Eccleſias Parochiales, ſeu vnum Canonicatum Maioris Eccleſiæ, & vnam Curatam, ſepelietur moriens, in illa Eccleſia, in qua reſidet, iuxta Tridentinum Concilium, *cap.* 1. *ſeſſ.* 23. *de Reformatione*, & Ioannes Baptiſt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 52. *num.*... Vbi ait, quod Sebaſtianus Medices, *de Sepulturis*, *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 9. dicit, quod ſi quis habuerit plura Beneficia (Ventrigliæ verba reddo) cum onere reſidendi, cum diſpenſatione, ſepelitur in Sepultura illius Eccleſiæ, vbi reſidentiam fecerit, etiam priuatiuè (addit) quoad Parochiam. Ita de Canonico dicit Diana, *tom.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 111. Lauorius, *Variarum Lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 88. Hæc Ventriglia Diana allegat Bonacinam, *de contractibus diſp.* 3. *quæſt.* 21. *punct.* 3. *num.* 6.

Ratio concluſionis eſt: quia ordo à Iure Canonico ſtatutus eſt, vt qui Sepulturam elegit, in illa omninò ſepeliri debet. Si non illam elegit, & Sepulturam habeat Maiorum ſuorum, in illa neceſſariò tumulari debet. Vtraque tamen deficiente humari debet in propria Eccleſia Parochiali. Sed illa cenſetur vnicuique propria Parochialis, in qua Domicilium dum viueret habuit, aut habitationem ad longum tempus. Ergo diſpenſatus ad duas Eccleſias Curatas, ſeu ad vnam Curatam, & ad vnum Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis, in illa debebit tumulari, ſi inelecta deceſſerint Sepultura, & ſine Sepultura Maiorum, in qua dum in humanis ageret, reſidentiam habuerat.

DVBIVM XV.

Si quis habens Parochialem Eccleſiam vnitam acceſſoriè ſuæ Dignitati, Canonicatui vel Præbendæ, quænam cenſebitur illi propria Parochialis, ad Sepulturam, ſi obierit abſque electione illius, & abſque Sepultura Maiorum?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Qui Parochialem Eccleſiam habet vnitam acceſſoriè ſuæ Dignitati, Canonicatui, aut Præbendæ, habet pro Parochiali Eccleſia, quoad Sepulturam, Eccleſiam Dignitatis, Canonicatus, aut Præbendæ. n. 1. 2.

Vnio.

Per vnionem acceſſoriam, fit Eccleſia, quæ vnitur minus digna, minus principalior, & inferior, ei cui vnitur. n. 2.

Principalior, cui altera vnitur, omnia, quæ ad vnitam pertinebant, ad ſe trahit. n. 2.

CONCLVSIO.

1 QVi Parochialem Eccleſiam habet acceſſoriè annexam, & vnitam ſuæ Dignitati, Canonicatui, aut Præbendæ, habet pro ſua Parochiali Eccleſia, in qua tumulari debeat, ſi decedat abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum, Eccleſiam ſuæ Dignitatis, Canonicatus, ſeu Præbendæ, cui Parochialis eſt vnita.

Ita docet Franciſc. Mar. Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 5. *controuerſ.* 13. *concluſ.* 5. *& concluſ.* 11. *pag.* 268. Vbi ait illam eſſe veram, etiamſi Domum in diuerſis habeat Parochiis.

Ratio adæquata concluſionis eſt: quia Eccleſia 2
Dignitatis, Canonicatus, ſeu Præbendæ huiuſmodi, eſt principalior, dignior, & ſuperior; vnita autem minus principalis, minus digna, & inferior exiſtit, vti apparet, & latè probaui, *in Quæſtionibus Paſtoralibus*, *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 6. 20. 21. & alibi ſæpè, & non obſcurè decidit Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium*, *Veneris* 19. *Ianuarij* 1663. ad fauorem Abbatis, & Monachorum Cœnobij mei Hyrachēſis, contra vtrumque Capitulum Villæ de Mendauia, coram R. P. D. Beuilagua, *verſic. Orta lite*, ibi: per quam vnionem ſic factam ſequitur Eccleſiam, à primæua ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterij, cui fuit vnita, reputari. Felin. *in cap. Cum in noſtra, num.* 30. *de Reſcriptis*, Oldrad. *conſil.* 257. *num.* 15. Gonzalez, *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 7. *num.* 2. & 3. Cardinalis Caualer. *deciſ.* 330. *numer.* 5. Duran. *deciſ.* 33. *num.* 3. bonæ memoriæ Merlinus, *deciſ.* 37. *n.* 1. *& ſeq. & dec.* 115. *num.* 5. *in recentior. deciſ.* 352. *num.* 7. *part.* 4. *& in Arcenen. Vicarij, prima Iulij*, 1654. §. *Atque*, coram bonæ memoriæ Bichio, quodque penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura Animarum, omniaque alia reſideant. Hactenus Rota. Principalius autem, & dignius, ac ſuperior trahit ad ſe minus principale, minus dignum, & inferius, & ratione vnionis, omnes actiones, emolumentaque, & iura Eccleſiæ vnitæ, & curam etiam Animarum, vti Rota *in proximè reddita Deciſione, & in eadem cauſa*, 27. *Iunij*, 1664. coram R. P. D. Hinot, ibi. Cum enim Parochialis Eccleſia de Mendauia; cui eſt annexa illa de Legarda, fuerit ſubiectiuè, & pleno Iure vnita Monaſterio Irachenſi penes quod propterea dicitur tranſlata cura Animarum, exercenda per vicarium ad nutum amouibilem, non autem perpetuum. Lotterius, *de Re Beneficia. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 93. Gonzalez, *ad Regul.* 8. *Gloſſa* 5. §. 3. *numer.* 4. *& ſeqq.* Hoied. *de Incompatibilit. Beneficiorum*, *cap.* 15. *part.* 1. *num.* 4. Garcia, *de Beneficiis*, *part.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. Petrus de Murga, *quæſtionum Paſtoralium*, *part.* 2. §. 7. *num.* 15. Rota, *in recentior. deciſ.* 297. *num.* 3. *part.* 5. *& deciſ.* 21. *numer.* 5. *part.* 6. *& deciſ.* 5. *num.* 7. *& in Pampilonenſi Vicariæ de ſtella*, 26. *Martij*, 1654. coram R. P. D. meo Albergato. Hactenus Rota coram dicto R. P. D. Hinot, Et hac de cauſa, qui habet annexam Parochialem, frequentius officium exercet, & deſeruit in Eccleſia pirncipaliori, & ibi habet Domicilium, vel habitationem. Ergo illa eſt eius Parochialis, & in illa debet ſepeliri in caſu, quo nec elegerit alibi Sepulturam, nec illam habeat Maiorum ſuorum; & non Parochiali, ſuæ Dignitati, Canonicatui, aut Præbendæ vnita.

DVBIVM XVI.

Qualis cenſeatur Eccleſia Parochialis Commendatarij, in qua debeat tumulari, ſi inelecta deceſſerit Sepultura, & ſine Maiorum Sepultura?

BREVIARIVM.

Commendatarius.

Si inelecta Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum decedat, ſepeliri debet in Eccleſia commendata, ſi fieri poteſt, aliàs in Eccleſia ſuæ habitationis. n. 2. & ſeqq.

1 DIfficultati propoſitæ reſpondet Pater Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controuerſ. 13. concluſ. 9.* dicens. Commendatarij decedentes ſine Sepultura electa, aut ſepelientur in ſua Eccleſia Commendata, & eiuſdem expenſis, aut in Sepultura ſuorum Maiorum, ſi habeant, vel in Parochia vbi mortui ſunt, & Sacramenta ſumpſerunt. Hæc ille. Sed pro vera reſponſione ſit.

CONCLVSIO.

2 ECcleſia Commendata, in qua Commendatarius onus ſentiebat, & commodum, & cui fuerat adſcriptus, cenſetur eius Eccleſia Parochialis, in qua tumulari debet in caſu, quo nec elegerit Sepulturam, nec illam habeat Maiorum ſuorum, & in caſu quo illam habens, nequeat commodè ad illam tranſportari. Eſt itaque iſte ordo ſeruandus, quod ſi elegit Sepulturam, in illa eſt ſepeliendus; ſi non elegit, & illam habet Maiorum, in illa debet tumulari; in vtriuſque autem defectu, in Eccleſia Commendata, & ſi in iſta nequeat commodè, ob diſtantiam, aut aliud impedimentum, humandus eſt in Eccleſia ſuæ ſolitæ reſidentiæ: & tandem, ſi nec ad iſtam poſſit commodè transferri, ſepeliri debebit in Parochiali loci in quo vltima ſumpſit Sacramenta, & diem clauſit extremum.

3 Quod debeat ſepeliri, in caſu inelectionis, in Sepultura Maiorum, ſi illam habeat, eſt clara diſpoſitio Iuris, *in cap. Nos inſtituta, el 1. de Sepulturis*, relato ſuprà, *Diſquiſit. 1. n. 4. & in cap. Is, qui el 3. eod. tit. in 6.* & ita ſæpè declarauit Sacra Congregatio, vti vidimus *eadem. Diſquiſitione à n. 5.*

4 Si autem non habeat Sepulturam Maiorum, debere tumulari in Eccleſia Commendata, ex dictis ſuadetur, quia ſcilicet ei perpetuò fuit adſcriptus: & quia in vita illius honores ſuſtinuit, & onera, & ſic ab illa honorari debet in morte.

5 In cuius etiam defectu, humari debere in Eccleſia ſuæ ſolitæ reſidentiæ, ex eo patet, quia per habitationem intra eius limites facta, & per Sacramenta in ea ſuſcepta, acquiſiuit illa Ius Sepulturæ dicti Commendatarij.

6 Quod tandem debeat tumulari in loco defunctionis, ſi ad aliquem ex prædictis locis nequeat commodè transportari, etiam patet ex dictis *dubio 11.* incommoditas enim, & difficultas licitum faciunt, quòd aliàs erat illicitum. Patet etiam ex ratione, verſ. præcedenti tacta. Videlicet: quia per ſuſceptionem vltimam Sacramentorum, aut obligationem quidem illa ſuſcipiendi de manu Parochi eiuſdem loci, in abſentia, & deficientia proprij Parochi, Ius in ipſum acquiſiuit, quoad Sepulturam, Eccleſia loci, in quo deceſſit.

DVBIVM XVII.

Vicarius perpetuus Eccleſiæ Parochialis, quamnam habeat pro Parochiali propria, quoad Sepulturam?

BREVIARIVM.

Vicarius.

Si decedit Vicarius perpetuus, inelecta Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, ſepeliri debet in Eccleſia, cuius eſt Vicarius. n. 1.

CONCLVSIO.

VIcarius perpetuus Eccleſiæ Parochialis illam habet pro propria Parochiali, & in illa tumulari debet in caſu, quo moriatur abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. 1

Ita docent Ioannes Baptiſt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. de Electione Sepulturæ, §. Vnico, n. 24.* & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſp. 5. controuerſ. 13. concl. 6. pag. 268.*

Et probatur ex *Clementina vnica de Officio Vicarij*, quatenus in ea Concilium Vienenſe ſub Clemente Papa Quinto, eadem in pluribus de Vicario perpetuo, ac de proprio diſponit Rectore, dicens. Quæ de Eccleſiis curam Animarum habentibus, per receptionem aliarum ſimilium amittendis, ac de ipſarum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium, & de eorum ætate, à Iure ſtatuta noſcuntur: in perpetuis Eccleſiarum Parochialium Vicariis, & aſſumptis ad eas, volumus obſeruari. Hæc Conciliare Decretum, in quo Vicarius perpetuus parificatur proprio Parocho, & Rectori in onerosis. Vnde in honore Sepulturæ fas eſt illi parificari.

Secundò probatur ratione: quia huiuſmodi Vicarius, fuit perpetuò adſcriptus Eccleſiæ, cui deſeruit, cum onere reſidendi, ratione cuius in illa Domicilium acquiſiuit. Ergo illa eſt eius Parochialis, in qua debeat ſepeliri in caſu, quo nec elegerit Sepulturam, nec illam habeat Maiorum ſuorum.

DVBIVM XVIII.

Canonici, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum, in qua debeant Eccleſia tumulari, tanquam in Parochiali ſua?

BREVIARIVM.

Canonici.

Canonici omnes, tam Eccleſiæ Cathedralis, quàm Collegiatæ, habent pro ſua Parochiali, quoad effectum Sepulturæ, in caſu, quo deceſſerint abſque Sepulturæ electione, & ſine Maiorum Sepultura, Eccleſiam ſuam Cathedralem, aut Collegiatam. n. 1

CONCLV

CONCLVSIO.

1 CAnonici, siue sint Cathedralis, siue Collegiatæ Ecclesiæ, sepeliri debent in sua Cathedrali Ecclesia, aut Collegiata, etiamsi domum habitationis in alia habeant Parochia, in casu quo decedant absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum.

Ita docent Barbosa, *de Officio, & potest. Parochi part. 3. cap. 36. num. 36.* Samuellius, *de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controuers. 13. conclus. 11.* & Ioannes Baptist. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat, 52. de Electione Sepulturæ, §. Vnico, num. 24.* cum Sebastiano Medices, & communi Doctorum. Vbi ita fatur. Episcopos, Canonicos.... & alios habentes Ecclesias cum onere residendi, quia ibi censentur habere Domicilium, vbi continuè residere tenentur, sepeliendos esse in Sepulturis earum Ecclesiarum, est commune, & habetur apud Sebastianum Medices, *de Sepulturis, part. 1. cap. 7. num. 6. & seqq.* Hæc Ventriglia, qui rationem, etsi breuiter, nostræ reddit conclusionis, ibi: Quia ibi censentur habere Domicilium.

DVBIVM XIX.

Beneficiarius, in qua Ecclesia debeat sepeliri, tanquam in Parochiali sua, si decedat absque Sepulturæ electione, & sine Sepultura Maiorum?

BREVIARIVM.

Beneficiarius.

Si Beneficiarius duo habeat Beneficia, aut plura, illa Ecclesia erit illi Parochialis, in qua deseruit, & in illa tumulari debet, si propria careat Sepultura, & propria Maiorum. n. 1.

CONCLVSIO.

1 SI Beneficiarius deseruit Ecclesiæ sui Beneficij, & decedit absque electione Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum, in dicta Ecclesia sui Beneficij tumulari debet.

Ita D. Antoninus, *in Summa, par. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis*, §. 1. & August. Barbosa, *in cap. Nos instituta, n. 5. el 1. de Sepulturis.*

Et ratio est: quia huiusmodi Beneficiarius, in illa Ecclesia, onus sustinuit in vita. Ergo in illa debet post mortem, honorem, & commodum Sepulturæ, & suffragiorum portare.

DVBIVM XX.

Coadiutor Canonici, & Beneficiarij, in quanam Ecclesia sepeliri debeat, tanquam in propria Parochia?

BREVIARIVM.

Coadiutor.

Si Coadiutor Canonici, aut Beneficiarij, decedat absque electione Sepulturæ, & sine Maiorum suorum Sepultura, sepeliri debet in Ecclesia Canonicatus, aut Beneficij, cui inseruit. n. 1.

CONCLVSIO.

1 ECclesia, in qua situm est Beneficium, aut Canonicatus, cui quis inseruit, est illi Parochialis, ad effectum, vt in illa tumuletur, si decedat inelecta Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum.

Sic Francisc. Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract. 1. disput. 5. controu. 13. concl. 10.*

Et ratio est: quia in dicta Ecclesia habitationem habet per tempus notabile. Ergo illam habet pro Parochiali.

Deinde: quia in illa Ecclesia, onus sustinuit in vita. Ergo debet portare post mortem in illa, commodum, & honorem Sepulturæ, & suffragiorum.

DVBIVM XXI.

An Ecclesia, in qua Capellanus amouibilis, pro certo salario, in Diuinis inseruit, censeatur eius Parochialis, quoad Sepulturam?

BREVIARIVM.

Capellanus.

Parochialis Ecclesia cui Capellanus amouibilis deseruit, non est, eius Parochialis, quoad Sepulturam, sed illa, in qua residet. n. 1.

CONCLVSIO.

1 CApellanus amouibilis non est Parochianus Ecclesiæ, cui in Diuinis pro certo deseruit Salario, sed illa intra cuius residet territorium, & in illa, non autem in qua deseruit, sepeliri debet, si absque electione decedat Sepulturæ, & sine Sepultura Maiorum suorum.

Ita docet Francisc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepultur. tract. 1. disp. 5. controu. 13. concl. 8. pag. 268.* Et ratio est: quia non censetur huiusmodi Capellanus habere Domicilium, immò neque habitationem quidem, pro tempore notabili, in Ecclesia, cui in Diuinis amouibiliter deseruit, sed in Parochia in qua habitat, seu residet. Ergo Ecclesia ad quam locus habitationis pertinet, erit illi Parochialis, in qua debeat tumulari, in casu, quo careat Sepultura propria, & Maiorum, non autem illa, cui vt præfertur deseruit.

DVBIVM XXII.

An Ecclesia, cui Capellanus perpetuus deseruit, censeatur eius Parochialis?

BREVIARIVM.

Capellanus.

Perpetuus Capellanus, Parochianus censetur Ecclesiæ, cui in perpetua deseruit Capellania: & in ea sepeliri debet, si decedat sine Sepultura à se electa, vel Maiorum suorum. n. 1.

CONCLV

CONCLVSIO.

1 ILlius Eccleſiæ cenſetur quis Parochianus, in qua habet Capellaniam perpetuam, cui deſeruit: & in illa tumulari debet, ſi abſque electione Sepulturæ decedit, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum.

Ita docent Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.52. de electione Sepulturæ, §.vnico, num.24.* & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1.diſput.5.controuerſ.13. concl.8.pag.* 268. Et probatur: quia ſuppoſito, quod ad reſidentiam perpetuò tenebatur in illa Eccleſia, dum viueret, ratione perpetui ſeruitij Capellaniæ, & illi fuit obſtrictus, illam habuit pro Domicilio proprio. Ergo illam habuit pro Parochia. Et per conſequens, ſi decedit abſque Sepulturæ electione, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum, in eadem Eccleſia debet Sepliri.

2 Deinde probatur. Capellanus iſte dum in humanis eſſet, onera illius Eccleſiæ ſuſtinuit. Ergo in eadem debet honorem Sepulturæ reportare mortuus.

DVBIVM XXIII.

Clerici, qui Beneficium non habent, nec alicui Eccleſiæ ſunt addicti, quamnam habeant pro propria Parochiali, in qua ſepeliri debeant, ſi moriantur ſine electione Sepulturæ, & abſque Sepultura, Maiorum?

BREVIARIVM.

Clericus.

*Qui non eſt Beneficiarius, nec habet Eccleſiam, cui deſeruiat, quoad Sepulturam, & alia, reputatur Parochianus Eccleſiæ, intra cuius territorium Domicilium habet, aut habitationem, ſicut quilibet alius Fidelis.*n.1.& 2.

CONCLVSIO.

1 CLericus, qui non habet Beneficium, aut Capellaniam, ratione cuius alicui deſeruiat, ex officio, Eccleſiæ, illius Eccleſiæ cenſetur Parochianus, quoad effectum Sepulturæ, & quoad alia, in cuius territorio Domicilium habet, vel habitationem, iuxta ſuprà dicta. Vnde ſi abſque electione Sepulturæ, aut ſine ſuorum Maiorum obeat Sepultura, tumulari debebit, in Eccleſia Domicilij ſui, aut habitationis.

Ita docet P. Franciſc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1.diſput.5. controuerſ.9.concl20.* ex Gloſſa. *in can. Vbicumque, 13. quæſt.2.* D. Antonino, *in Summa, part.3.tit.10.cap.5.§.1.* Geminiano, *conſil.1.num.4.5.* & 8. Belletto, *in Diſquiſitionibus Clericorum, §.3. de Clerico debitore, num.12.* Paſqualigo, *deciſ.381. num.5.* & Communi Canoniſtarum, *in cap. Fraternitatem, cap. Ex parte, & ex cap. Is, qui, de Sepulturis, lib.6.* Sic enim dicit Samuellius in concluſione illa. Clerici decedentes abſque Sepultura electa, & in nullo loco ſunt addicti, ſunt tumulandi in propria Parochia, Scilicet, in qua Domicilium habent, aut habitationem.

Ratio autem concluſionis eſt: quia Clerici, ex 2 quo, in loco non habent proprias Eccleſias, cenſentur Iure Laïcorum, quoad Sacramenta recipienda, dicit Abbas, *in cap. Non inſtituta, num. 4. el 1. de Sepulturis*, & conſequenter, quoad Sepulturam, maximam enim dependentiam habet Sepulturæ Ius, à Iure Sacramentorum. Sed Laïcus, illius Eccleſiæ Parochianus eſt, intra cuius limites habet Domicilium, aut habitationem, & in illa tanquam in propria Parochia debet Sepeliri, ſi inelecta Sepultura, aut abſque Spnltura Maiorum ſuorum decedat. Ergo idem dicendum de Clerico non Beneficiato, nec alicui Eccleſiæ aſtricto.

DVBIVM XXIV.

Eremitæ, qui Religionem aliquam non profitentur, quam habeant Parochialem Eccleſiam pro Sepultura?

BREVIARIVM.

Eremitæ.

Illam habent pro Parochiali Eccleſia Eremitæ non profeſſi, intra cuius limites eremitoria habent, & in illa tumulari debent ſi decedant abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. n.1.

CONſultò inquirimus de Eremitis, qui profeſſionem in Religione aliqua approbata non fecerunt: quia de his, qui profeſſionem emiſerunt, alibi diximus, vbi debeant ſepeliri. Quare pro præſentis difficultatis reſolutione, ſit.

CONCLVSIO.

ERemitæ, qui abſque alicuius Religionis pro- 1 feſſione, ad ſolitaria loca ſe conferunt, Parochiani ſunt illius Eccleſiæ, in cuius territorio Eremitoria habent: & in illa ſepeliri debent in caſu, quo nec elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum ſuorum.

Ita docet Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.1.diſput.5.controuerſ.9. concl.2. pag.255.* dicens. Eremitæ, qui non profitentur aliquam Religionem, ſed ſimpliciter ad ſolitaria loca ſe conferunt: ſi non eligant Sepulturam ante obitum ſuum, ſepeliendi ſunt in Parochia, intra cuius fines ſunt ſua loca ſituata vbi reſident. Idem docet *concl.3.* de Fratricellis, qui certum habitum aſſumũt, ac elemoſynantur, & quandoque ſoli manent, & aliquando in Congregatione, nullam tamen Regulam profitentur, ſepeliri ſcilicet debere in Parochia.

Ratio noſtræ Concluſionis eſt: quia huiuſmodi Eremitæ, nihil differunt à Fidelibus aliis, quod eis conferre valeat diſtinctam Parochialitatem. Quare ſicut in aliis Fidelibus regulatur eorum Parochialitas, per Domicilium, & per habitationem intra fines huius, aut illius Eccleſiæ Parochialis, ita & in Eremitis, regulari debet, & arctari ad Eccleſiam, intra cuius limites, Eremitoria ſuarum habitationum extiterint.

DVBIVM XXV.

Confratrum, quænam ſit Parochialis Eccleſia ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Confratres.

Statuta Confraternitatum, niſi approbata ſint à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia Iuribus Eccleſiæ Parochialis non derogant. n. 1.

Eccleſia Parochialis, in qua debent tumulari Confratres, ſi nec elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum ſuorum, illa eſt intra cuius fines habitationem habent. n. 1.

Si propriam habent Eccleſiam, cum priuilegio, vt in ea ſepeliri valeant, non poſſunt in ea ſepeliri, niſi electione facta. n. 3.

Si electione facta, in ſua Eccleſia, Capella, vel Oratorio ſepeliantur, Officium à Parocho territorij, non à Capellano Confratrum fieri debet. n. 5. 6. 8.

Accedere non poſſunt Confratres ad funeralia, niſi ſpecialiter vocati. n. 7. 9.

Priuilegia.

Nunquam intelliguntur conceſſa, in alterius præiudicium, niſi exprimatur. n. 2.

PAter Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract. 1. diſput. 5. controuerſ. 10.* quinque concluſionibus, dubium propoſitum reſoluit, & pro illis allegat Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione Epiſcopali, cap. 1. verſic. Variant.* Sebaſtianum Medices, *de Sepulturis, part. 1. quæſt. 7. num. 41.* Marcum Antonium Genuenſem, *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, cap. 26. n. 5. & 6.* Iulium Lauorium, *Variarum Lucubrationum, tom. 2. tit. 2. cap. 11. n. 106. & ſeq.* Barboſam, *de officio Parochi, cap. 26. num. 61. & in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Confraternitas,* Lezanam, *in Summa quæſtionum Regularium, tom. 1. part. 2. cap. 15. num. 29.* Mancinum, Gauantum, & alios. Aſſertiones, provt à Samuellio proferuntur, libet reddere.

CONCLVSIO I.

1 PRæfati Confratres decedentes ex hac vita, & Sepultura Maiorum ſuorum carentes, & illa minimè electa, tenentur in Eccleſia Parochiali ſepeliri, non obſtante quocumque ſtatuto harum Confraternitatum, in quibus decernatur eſſe horum Confratrum corpora humanda, in Sepultura conſtructa ad hunc effectum à Societate; niſi aliàs ipſa ſtatuta confirmata fuerint Motu proprio, & ex certa ſcientia à Sede Apoſtolica cum derogatione Iurium Parochialium Eccleſiarum; in tali caſu, ibi ſepeliri poterunt.

2 Nam præfata ſtatuta Confratrum vim non habent derogandi Iura Eccleſiarum Parochialium, & Ius commune, quod vult, vt ſepeliantur in Maiorum ſuorum Sepultura, aut in Eccleſia Parochiali, dicta corpora, non electa Sepultura, & Principis priuilegia, nunquam intelliguntur in alterius præiudicium, ſi expreſsè non derogat. *L. 2. §. Si quis à Principe, ff. Ne quid in loco publico.* Ergo vera concluſio.

CONCLVSIO II.

3 COnfratres, vt ſepeliri valeant in eorum Eccleſia, ſi per priuilegium eſt conceſſum illis, cum Sepulturæ electione ibi dumtaxat facta, non proinde, ſine Sepultura electa, debent ſepeliri in Eccleſia Confraternitatis, ſed ſunt tumulandi, vel vbi Sepulturam habent, vel ſuorum Maiorum, vel in Eccleſia Parochiali.

CONCLVSIO III.

4 COnfratres, ſi nullam habuerint Sepulturam in communi, aut ſi eam habuerint, & eam non elegerint; ſunt ſepeliendi in ſua Parochia, à cuius Parocho Sacramenta ſuſceperunt: quia, priuilegium ſatis operatur vt Confratres poſſint in ipſorum Eccleſia ſepeliri, ſi eam ſibi eligãt; vbi aliàs nequirent, ſine indulto ſepeliri, & priuilegia non ſunt multiplicãda in præiudicium Eccleſiarum Curatarum.

CONCLVSIO IV.

5 COnfratres ſepelientes in Oratorio, aut Capella, ſeu in Eccleſia Confraternitatis, quia in his locis ſibi Sepulturam elegerent, officium funerale ſuper cadauer à Parocho de Iure ſpectat, & nullatenus à Capellano horum locorum.

6 Ita declarauit etiam nouiſſimè Sacra Epiſcoporum, & Regularium Congregatio referente Cardinali Ludouico Taberna Epiſcopo Laudenſi, vt in illius Synodo, *fol. mihi* 63. regiſtratum eſt.

CONCLVSIO V.

7 COnfratres nequeunt accedere ad mortuorum funeralia, niſi ſpecialiter, & expreſsè vocati fuerint, vt deciſum fuit à S. Rituum Congregatione, *in vna Bononienſi, die 9. Decembris,* 1617. Et quando petiti ſunt, accedere ad cadauera aſſocianda, nullatenus Crucem erigere valent, vt eadem Sacra Rituum Congregatio, *in vna Adrianenſi,* 22. *Nouembris,* 1631. declarauit. Hucuſque P. Samuellius.

Præfatus Barboſa, *in Collectaneis Apoſtolicarum Deciſionum, collect. 207. num. 17. 22. & 28.* eandem, quam Samuellius doctrinam tradit, & eiſdem innixus Sacrarum Congregationum Declarationibus. Sic enim dictis numeris ait.

8 Confraternitates non poſſunt in eorum Eccleſiis per ſuos Capellanos ſolemniter celebrare. Confeſſiones audire, ſepelire, Sacramenta miniſtrare, & ſimilia, quæ ad ſolum Parochum ſpectant, abſque expreſſa licentia Ordinarij, & Parochi. S. Congregatio Rituum, *in Cæſarauguſtana 14. Ianuarji,* 1612. & *in Neapolitana, 18. Maij,* 1602. de quibus Lezana *dicto cap. 15. n. 22. verſic. Septimum, & num. 29. verſic. Tertio. Ego dicto lib. 2. cap. 11. num. vlt. (de Iure ſcilicet Eccleſiaſt. vniuerſo.)*

9 Confraternitates, non poſſunt accedere ad funeralia mortuorum, niſi ſpecialiter, & expreſsè vocentur. S. Congregatio Rituum, *in Bononien. 9. Decembris,* 1617. apud Lezanam, *dicto tom. 2. cap. 15. n. 26.* cuius memini, *de Officio, & poteſtate Parochi, cap. 26. num. 61.*

10 Confraternitates Laïcorum, in actu aſſociationis cadauerum, nullo modo poſſunt erigere Crucem. S. Congregat. Rituali, *in Andrian. 22. Nouembris,* 1631. *ad 2.* cuius memini, *de Parocho, cap. 26. numer. 61. in fine.* Hactenus Auguſtinus Barboſa, quem etiam recenſet, & ſequitur Ioannes Baptiſt.

Lezana, *dicto cap.*15. *pag. mihi* 480. *num.*29. Qui tamen, *num.*59. refert Bullam Pij Papæ Quinti, in qua 28. *Iunij de Anno* 1569. Confratribus Roſarij conceſſit, poſſe ad quaſcumque proceſſiones accedere, & in quibus corpora defunctorum ad ſepeliendum deferuntur, cum eorum inſigniis cuiuſuis etiam Superioris licentia, minimè requiſita.

DVBIVM XXVI.

Doctores Vniuerſitatum, Scholares, & Cæteri alij in Studio, aut alio in loco moram trahentes, quamnam habeant, pro Parochiali, Eccleſiam?

BREVIARIVM.

Parochiani.

Illius Eccleſiæ Parochiani cenſentur Doctores, Scholares, & alij in cuius loco moras trahunt, & ibi tumulari debent, in defectu Sepulturæ propriæ, & Maiorum. n.1.

CONCLVSIO.

1 ILla dicitur Parochialis Eccleſia Doctorum Vniuerſitatum, Scholarium, & aliorum intra cuius limites moram trahunt: & in illa humari debent, ſi decedant abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum.

Hæc concluſio vera comprobatur, ex dictis, ſuprà, *Dubio* 1 *à n.*14. Vbi probatum eſt, non ſolùm Domicilium, ſed habitationem per tempus notabile, conſtituere habitatorem, Parochianum, quoad Sacramenta, & Sepulturam, Eccleſiæ intra cuius territorium inhabitat. Et illam in ſpecie tenet P. Franciſc. Maria Samulllius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*1. *diſput.*5. *concl.*5. *controverſia* 9. *pag.*255. Vbi ita ait.

Doctor Vniuerſitatis, Studij, Scholares, atque cæteri alij moram trahentes in ſtudio, ſeu in alio loco, ibi ſepelientur, vbi moriuntur abſque electa Sepultura, & animo venerunt moram trahendi: nam ibi dicitur eius Eccleſia Parochialis in qua recipit Sacramenta; ſi verò non veniunt animo moram trahendi, ſepelientur (inquit) in Cathedrali; ſi verò, eis Eccleſia Parochialis adminiſtrauerit Sacramenta, in Parochia ſepelientur. Hæc Samuellius, cuius doctrina, aliam patitur limitationem, præter inelectionem Sepulturæ ab eo aſſignatam, defectum ſcilicet Sepulturæ Maiorum. Hac enim exiſtente, & commoditate tranſportandi, & transferendi corpus, in illa omninò tumulari debet, & non in Parochia, qui Sepulturam ſibi non elegit, vti ſæpè in præcedentibus diximus, & demonſtrauimus, diffinitum, in Iure Canonico.

* * *

DVBIVM XXVII.

Quænam cenſeatur, propria Parochialis Eccleſia Imperatorum, Regum, & aliorum ſupremorum Principum, ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Princeps.

Imperator & alij ſupremi Principes habent pro ſua Parochiali, Cathedralem, & pro Parocho, Epiſcopum. n.1.

Si inelecta Sepultura decedant, & abſque Sepultura Maiorum, in Cathedrali debent tumulari. n.1.

CONCLVSIO.

PRincipes ſupremi, vt ſunt Imperator, Reges, & alij in temporalibus ſuperiorem non regnoſcentes habent pro Parochiali Eccleſia, Cathedralem, & in illa tumulari debent, ſi moriantur abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. 1

Ita docet Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.*1. *diſput.*5. *controverſia* 9. *concl.*1. Vbi ita fatur.

Imperator, Reges, ac cæteri Catholici Principes, ſepeliendi ſunt in Sepultura ſuorum Maiorum, *ex c.*1. *& cap. Cumquis, de Sepulturis in* 6. Vel vbi ipſi ſibi eam elegerint: vel ſi eam non elegerint aut non habeant ſuorum Maiorum Sepulturam, ſunt de Iure in Eccleſia Cathedrali ſepeliendi: quia Ordinarij locorum ſunt horum virorum magnatum, ſpeciali modo Parochi eminēter. Docent Doctores in ſuperiori controverſia allegati multi, & in propriis terminis, Hoſtienſis, *in Summa, de Pœnitentia, num.*4. Lauorius, *tom.*1. *Variar. Lucubrationum, tit.*2. *cap.*11. *num.*108. cum aliis nominandis. Hactenus præfatus Samuellius.

DVBIVM XXVIII.

Quænam cenſeatur propria Parochialis infantium expoſitorum, ad effectum Sepulturæ?

BREVIARIVM.

Alimenta. Alere.

Alens Filium, & ſeruum expoſitum, alimenta à patre, & à Domino repetit, & etiam facta in erudiendo Filio in aliqua arte. n.2.

Expoſiti Infantes.

Patria poteſtas deperditur ſi Pater aut Auus eo conſentiente, vel ratum habente, Filium exponat, quoad Patri vtilia; non quoad oneroſa. n.2.

Si Filius à Patre expoſitus, Patrem occidat, non tenetur crimine parricidij, ſed homicidij. n.3.

Expoſiti, quorum Parentes ignorantur, ſepeliri debent in Hoſpitali ſi adſit. n.1. & ſeqq.

Parricidium.

Si patrem occidat Filius, quem ipſe expoſuerit pater,

pater, parricidij crimine non tenebitur, sed pœna ordinaria homicidij punietur. n.3.

CONCLVSIO.

1 EXpositi infantes, quorum Parentes, & Maiores ignorantur, sepeliri debent in Hospitali, si illud adsit in defunctionis loco.

Sic docent Illuminatus Moronus, *in centum responsis, respons.51. num.61. pag.186.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.5. controuer.9. conclus.16. pag.258.* dicens. Infantes expositi, qui est incertum, quis sit eorum Pater, & Mater, ideò in Sepultura Hospitalium sepeliuntur, *cap.1. de Infantibus, & Languidis expositis. L.1. Codice de Infantibus expositis*; si verò, sit quæsitus filius, in Sepultura Matris sepelietur, cum Patrem habeat incertum. *L.1 ff. Ad municipales.* Hæc ille. Docet & Ioannes Bapt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annot.52. num.25. ex dicto cap.1. de Infantibus, & ex L. vlt. Cod. de Infantibus.* Et allegat Sebastianum Medices, *de Sepultur. quæst.7. n.25. part.1.*

2 Sed an benè à Samuellio, & Ventriglia prædicta prima Decretalis de Infantibus allegetur, quæ vnica illius tituli est, asserere nequeo: cum in ea nihil de Sepultura legam Infantium, neque in Glossa quidem illius. Solùm enim decernitur, & dicitur ibi, quod si infans exponatur à Patre, vel Auo, eo consentiente, vel ratum habente, eo ipso à patria potestate liberatur: & idem de Filio languido, cuiuscumque ætatis exposito, ibi decernitur quod à patria liberetur potestate, ita vt hanc perdat Pater, quoad ea scilicet, quæ sibi sunt vtilia, non circa sibi onerosa, & damnum afferentia, vti ibi exponit August. Barbosa, *n.7. & de Officio, & potestate Episcopi, part.2. allegat.71. n.157.* cum Surdo, *de Alimentis, tit.6. quæst.18. n.19.* Ioanne Azorio, *Institut. Moral. part.2. lib.2. cap.26. quæst.10.* Acunha, *in Commentario ad caput Si expositus, n.10. distinct.87.* Sanctarelo, *Variarum resolutionum, quæst.45. num.4.* & Stephano Gratiano, *Disceptationum forensium, cap.267. n.41.* Ex quo addit, quod alens seruum, vel Filium expositum, repetit à Patre, & Domino alimenta etiam facta pro Filio exposito erudiendo in aliqua arte.

3 Et concludit. Vnde videtur deduci, quod si Filius expositus, Patrem postea occiderit, non tenetur crimine parricidij, sed tantum ordinario homicidij supplicio erit afficiendus, vt tradunt Petrus Gerard. *singulari 2.* Plac. *de Delict. cap.22. n.15. & 17.* Menochius, *de Arbitrariis, casu 396. n.14.* Decianus, *in tract. Crimin. lib.8. cap.15. n.29.* Farinac. *in Praxi criminali, quæst.120. n.164.* Stephanus Gratianus, *dicto cap.267. n.3.* quicquid dicat Solorzanus, *de Parricidij crimine, cap.5.*

4 Probatur autem ratione conclusio nostra. Quia ex quo infans fuit expositus, acquisiuit habitationem, & ad longum quidem tempus in Hospitali. Ergo in illo debebit sepeliri.

DVBIVM XXIX.

Quænam censeatur Parochialis Ecclesia, in qua debeant tumulari Mulieres, quæ in aliquibus solent recludi regionibus?

BREVIARIVM.

Reclusæ.

Illa est Ecclesia Parochialis Mulierum reclusarum intra cuius fines existit reclusionis domus: Et in illa tumulari debent, si inelecta decedant Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum. n.1.2.

CONCLVSIO.

ECclesia illa, intra cuius terminos, sita fuerit Domus, in qua reclusæ fuerint Mulieres, est illis Parochialis in qua debeant sepeliri in casu, quo nec elegerint sibi Sepulturam, nec illam habeant Maiorum suorum. 1

Probatur conclusio: quia ratione reclusionis acquirunt Mulieres præfatæ Domicilium in Parochia ad quam ratione territorij reclusionis Domus pertinere dignoscitur. Ergo illa Ecclesia est illis Parochialis, intra cuius fines dicta existit Domus reclusionis: & in illa debent sepeliri si non elegerint, aut non habuerint Sepulturam Maiorum. Qui certè casus, semper supponi debet, in his, qui puberes, & sui Iuris sunt, & habent velle, & nolle, vt sepeliri debeant, & possint in Ecclesia Parochiali, iuxta Iuris dispositionem, & sæpè à nobis dicta. Mulieres autem præfatæ, si Religionem non profitentur, etiam post reclusionem habent velle, & nolle, ad eligendam Sepulturam, & Ius ad Sepulchra Maiorum. Ergo in casu, quod elegerint Sepulturam, aut illam habeant Maiorum in Parochiali tumulari non debent, sed inelectis, & inelectionis defectu, in Maiorum Sepulchris.

Conclusionem tenet P. Francisc. Maria Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tractatu 1. disput.5. controu.9. concl.4. pag.255.* Vbi ita fatur. Mulieres, quæ incarceratæ vocatur, & se faciunt recludi in certa Domo, & per quandam fenestram, eleemosynam à transeuntibus recipiunt, si non sibi Sepulturam eligant, sunt sepeliendæ in Parochia, intra quam Domus illa manet, quasi ibi Domicilium sibi habere velint, & quia ibi reperiuntur, & Sacramenta recipiunt ab ipso Parocho, *ex cap. Cum quis, de Sepulturis.* Hactenus Dictus Author. 2

DVBIVM XXX.

Quam habeant pro Parochiali Ecclesia, quoad Sepulturam relegati, ac confinati?

BREVIARIVM.

Confinati. Relegati.

Qui confinati sunt, seu relegati, siue in perpetuum, siue ad tempus notabile, ad maiorem scilicet anni

partem, Parochiani ſunt loci, in quo ſunt relegati: & in illo ſunt ſepeliendi, tanquam in propria Parochia. n.2.& 3.

1 DIfficultati propoſitæ reſpondet Samuellius, in Praxi de Sepulturis, *tract.1.diſput.5.controu.9. concluſ.*10.*pag.*256. in hunc, qui ſequitur modum. Relegati (inquit) & confinati ad tempus, ſunt ſepeliendi in eo loco, & Ciuitate, in qua debuiſſent ſepeliri, ac ſi non eſſent relegati. *L. Filij*, §.*Relegatus, Ad municipales. L.Exilium.L.Regulatorum*, §.*final ff.de Interdictis, & relegatis.* Si verò perpetuo ſunt relegati, ſepeliri debent eo loci, in quo relegati manent: & illorum corpora abſque Principis iuſſu, nequeunt transferri. *L.final.ff.de Cadaueribus punitorum damnatorum*: à quo poteſt impetrari, & haud denegari, ſanè debet, vt ſcribit Cæſar Auguſtus, *lib.*10. *de Vita ſua, in L.*1.*ff.de Cadaueribus punitorum.* Hæc Samuellius, ſed pro vera reſolutione, ſit.

CONCLVSIO.

2 NOn ſolùm, qui in perpetuum ſunt relegati, ſed etiam, qui ad terminum, ſeu ad tempus determinatum, dummodo illud notabile ſit, ſunt Parochiani loci, in quo relegati manent, & in illo, ſeu in eius Parochiali Eccleſia tumulari debent, ſi in electa decedant Sepultura, & abſque Sepultura ſuorum Maiorum.

Prima pars Concluſionis, de relegatis in perpetuum, admittitur, & probatur, *vbi proximè* à Samuellio, vti recenſui. Et vlterius hac ratione roboratur: quia qui in determinato aliquo loco, eſt in perpetuum confinatus, ſeu relegatus, in illo habet Domicilium: habitat enim ibi cum animo perpetuò manendi. Sed qui in aliquo loco habet Domicilium, illius eſt Parochianus, & in illius Eccleſia Parochiali debet ſepeliri, ſi decedat abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. Ergo relegati in perpetuum, ſunt Parochiani loci, in quo relegati manent, & in illo ſepeliri debent.

3 Quoad ſecundam verò partem, etiam probatur concluſio: quia per habitationem in loco, per tempus notabile, & non ſolùm per Domicilium, acquiritur Parochialitas in illo loco, vti benè probauimus *dub.*1. *à num.* 14. & in illo debet inhabitator ſepeliri, ſi decedat abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum. Ergo relegatus ad tempus notabile in aliquo loco, eſt illius Parochianus, & in illo debet ſepeliri, ſi decedat abſque electione, & ſine Sepultura Maiorum. Per relegationem itaque ad tempus, nec relegatus ipſe, nec Eccleſia, ſeu Sepultura, ad quam pertinebat, ſiue iſta ab ipſo fuerit electa, ſiue fuerit Maiorum, Ius, quod ad inuicem habebant, non amiſerunt. Electio namque per huiuſmodi relegationem neutiquam redditur nulla: nec Sepultura Maiorum poteſt ſic relegato ad tempus non competere.

Contrarium contingit in relegatione perpetua: quia relegatus in perpetuum, non habet velle, & nolle ad eligendam Sepulturam, domicilium, aut habitationem; ſed omninò coactus, & publica authoritate compulſus, ad habitandum tam in vita, quàm in morte in exilij perpetui loco, poſt relegationem remanſit. Vnde Ius omne, quod ante iſtam habebat ad propriam, aut Maiorum ſuorum Sepulturam, & ad priorem Parochiam, totaliter amiſit, ſicut quod iſtæ habebant ad eius, ante relegationem, cadauer.

DVBIVM XXXI.

Quænam cenſeatur propria Parochialis, vxoris decedentis abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum, viuente merito?

BREVIARIVM.

Coniuges.

Ad mutuum obſequium ſibi ad inuicem præſtandum tenentur. n.2.

Vxor.

Tenetur ſequi Maritum, in vita, ſub præcepto ad culpam mortalem obligante; in morte autem ſub conſilio. n.2.3.4.

*Subdita eſt Viro tanquam capiti.*n.2.

Si viuente Marito, habente propriam Sepulturam, abſque electione Sepulturæ, deceſſerit, in illa Mariti ſepeliri debet, ſi Matrimonium conſummauit, aut ad domum fuit Viri traducta; Aliàs ſecus. num.1.

Si Maritus non habet Sepulturam, & adſit Sepultura Maiorum ſuorum, in illa tumulari debet Vxor, quæ non elegit. Item, ſi præſumatur Maritum non eſſe in propria tumulandum. n.5.

Deficiente tandem Sepultura Maiorum, ſepeliri debet in Parochiali habitationis. n.5.

CONCLVSIO.

1 ILla Eccleſia cenſetur propria Parochialis vxori, ad effectum Sepulturæ, & in ea debet tumulari in caſu, quo non elegerit Sepulturam, in qua Maritus ſuperuiuens propriam habet, vel Maiorum ſuorum.

Ita docent communiter Doctores. Abbas Panormitanus, *in cap. De vxore, num.*1. *el de Sepulturis.* Syluester, *verbo Sepultura, quæſt.*8. *verſiculo Quintum.* Illuminatus Moronus, *in Centum reſponſis, reſpon.*51.*n.*47. cum Gloſſa *in dict. cap. De vxore.* Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.*1.*diſput.*5. *controuer.*2.*concluſ.*2.*& controuer.*3.*concl.*1. Ioann. Baptiſt. Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.*25. & Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, part.*2.*lib.*2.*cap.*10.*num.*29. *in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Sepultura, n.*12.*& de Officio, & poteſt. Parochi part.*3.*cap.*26. cum Iulio Lauorio, *Variar. Lucubrationum, tit.*2. *cap.*11. *num.*136. Nouario, *de Electione fori, quæſt.*3.*ſect.*3. Riccio, *in Praxi fori Eccleſiaſtici, part.*4.*reſol.*293. *num.*11. Parladoro, *differ ent.*66.§.3. *n.*8. Belletto, *Diſquiſitionum Clericorum, tit. de Clerico debitore,* §.3.*num.*16. Sperello, *deciſ.*87.*n.*13. & cum Molina, *de Iuſtitia, tract.*2.*diſput.*214.*verſic. Sicut vir.* Et eſt intelligenda concluſio, vti Syluester, & Samuellius aduertunt, quando Matrimonium fuit conſummatum, aut ſaltem vxor ad domum Mariti deducta.

Probatur primò concluſio ex *Canone Vnaquæque,*13. *quæſt.*2. ex D. Auguſtino deſumpto, vbi ſic habetur. Vnaquæque mulier ſequatur virum ſuum, ſiue in vita, ſiue in morte. Cum hac tamen differentia tenetur virum ſequi Vxor, quod in vita, ſub præcepto peccati mortalis tenetur illum ſequi, & ad illum ſequendum cogi, & adſtringi poteſt, vti 2

aduertunt

aduertunt Ventriglia, *vbi proximè*, *n.* 1. cum Nauarro, *in Manuali, cap.* 13. *num.* 20. & Thomas Sanchez, *tom.* 1. *de Matrimonio, lib.* 1. *disput.* 41. *num.* 2. cum Capua, *lib.* 2. *Decisionum, cap.* 59. Philiarcho, *de Officio Sacerdotis, tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 19. *versic.* 6. & Emmanuele Roderiquez, *in Summa, tom.* 1. *cap.* 15 *n.* 2. Et addit. De hac conclusione, nemo dubitat. Et probat ratione. *Primò* : Quia coniuges ad mutuum obsequium tenentur. Quod præstare sibi nequeunt, nisi simul habitent. *Secundò* : Quia cum vir, sit mulieris caput, *Ephes.* 5. *&* 1. *Corinth.* 11. infertur mulierum subditam esse viro in cohabitatione, *L. Sicut.* 48. *ff. de Operis libertorum*, ibi : Nam » hæc cuius matrimonio consensit, in Officio mariti » esse debet. In morte verò, non tenetur illum sequi sub præcepto, sed tantum de consilio, vti aduertit Glossa, *in dict. Can. Vnaquæque*, *verbo In morte*, quam recenset, & sequitur Ventriglia, *n.* 1. *citato*.

3 Secundò probatur conclusio, *ex Canone Ebron*, » *eadem causa*, *& quæstione*, ibi. Quos coniunxit » vnum coniugium, coniungat vnum Sepurchrum.

4 Probatur tertiò, ex Declaratione Sacræ Congregationis Rituum, *in Senogalien.* 15. *Ianuarij, de Anno* 1633. quam Barbosa refert, *locis suprà recensitis*.

5 Si verò Maritus non habet Sepulturam suorum, aut propriam, & vxor viuente illo, absque electione decedat Sepulturæ, tumulari debet in Sepultura Maiorum suorum, si illam habet; aliàs in Parochiali Ecclesia suæ habitationis. Ita docet Samuellius, *dicta concluf.* 2. Ventriglia, *n.* 2. Barbosa, *dicto loco de Iure Ecclesiastico*, & Moronus, *responso* 51. *n.* 49. cum Panormitano, *in præcitato cap. de Vxore*, qui dicunt, quod etiamsi Maritus habeat Sepulturam propriam, aut maiorum suorum, non debeat Vxor in ea tumulari, in casu, quo non elegerit Sepulturam, si præsumatur Maritum non esse in illa sepeliendum. Nam sequeretur inconueniens, quod vxor remaneret Sepulta cum extraneis, non ibi Sepulto Marito, contra id, quod quisque cupit, etiam post mortem, à suis non separari, imitando Sanctos Patriarchas, solitos iungere posteris, vt eorum inferrent cadauera, in Maiorum suorum Sepulchra.

DVBIVM XXXII.

Si Vxor post Maritum decedat, sine electione Sepulturæ, in quanam Ecclesia tumulari debeat?

BREVIARIVM.

Sepultura.

Vnio Sepulturæ, ex mutua dilectione, inter viuos habita, procedit. n. 2.

Vxor, sepeliri debet cum vltimo Marito. n. 1. 2.

Si tamen in pace vixerint, & vnione. n. 2. 4.

Amplia, etiamsi reuersa ad domum Patris sit. n. 3. 4.

Immò etiamsi decedat in diuersa Parochia. n. 3.

Vidua.

Etiamsi in alio habitet loco, Domicilium retinet vltimi Mariti. n. 3.

Honor Vxori acquisitus, morte Mariti non extinguitur, ipsa in viduitate manente. n. 3.

Vxor.

Vide verbo *Sepultura*. Verbo *Vidua*.

CONCLVSIO.

SI defuncto Marito vltimo, Vxor, inelecta Sepul- 1
tura decedat, (si tamen Matrimonium consummauit, aut deducta fuit ad Mariti domum) in illius Sepultura, debet tumulari, & non in alterius Mariti Sepultura.

Ita docent Glossa, *in cap. de Vxore*, Vbi Panormitanus, *num.* 6. D Antoninus, *in Summa, part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. *de Sepulturis*, §. 1. Syluester, *verbo Sepultura, quæst.* 8. *versic. Quintum.* Gauantus, *eodem verbo, n.* 14. Barbosa, *in Canon. Vnaquæque, n.* 3. 13. *quæst.* 2. *in cap. Is, qui habet*, §. *Mulier autem, de Sepulturis, lib.* 6. *& de Officio, & potestate Parochi, part.* 2. *cap.* 26. *num.* 29. cum Iulio Lauorio, *tom.* 1. *Variarum Lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 11 *num.* 136. *& seqq.* Nauarro, *de electione, quæst.* 3. *sect.* 3. & Aloysio Riccio, *in Praxi rerum fori Ecclesiastici, part.* 4. *resolut.* 293. *num.* 11. Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responso* 51. *num.* 4. Ioannes Baptista Ventriglia, *annotatione* 25. *n.* 2. *Praxis rerum notabilium*, Antoninus Diana, *part.* 5 *tract.* 3 *de Casibus occurrentibus tempore mortis, resolut.* 208. *versic. Notandum est*, & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disput.* 5. *controuer.* 2. *concl.* 2. Vbi in sequentia prorumpit.

Si verò, plures Maritos habuerit, vltimum sequi- 2
tur, quoad Sepulturam, si cum pace, & vnione, ac cum amore vixerint inter se; aliàs non: in Parochia, si careat suorum Maiorum. Qui dictam conditionalem *si*, apposuit coniunctionem, ob id, quod D. Gregorius Magnus, relatus *in dict. Can. Vnaquæque*, 13. *quæst.* 2. §. *Soror*, de suo, & meo Sanctissimo Parente Benedicto, & illius Sorore B. Scholastica. 2. 2. *Dialogorum libro cap.* 33. dixit. Videlicet. Quo facto contigit, vt quorum mens vna semper » in Deo fuerat, eorum quoque corpora, nec Sepul- » tura separaret. »

Dicta procedunt etiamsi Vidua manens extra 3
Parochiam Mariti mortui, absque Sepulturæ electione ipsa decedat, si Maritus in propria quiescat Sepultura, in eadem sit ipsa tumulanda (si aliud terræ non ferat consuetudo, legitimè præscripta: si autem Maritus non sit in Sepultura propria, sepelienda est in Sepultura Maiorum suorum, & in illius defectum, in Parochia, in qua decessit. Ita Samuellius, *conclus.* 3. Diana, *loco citato*, Barbosa, *in Summa Decisionum Apostolicarum, collect.* 671. *verbo Sepultura, num.* 12. & ante illos Syluester, *vbi proximè*. Qui cum Ioanne Andrea, *in cap. Is, qui, citatum*, & Ventriglia, *num.* 2. cum Abbate, *in cap. de Vxore, num.* 6. dicta procedere, etiamsi postquam fuit vidua, reuersa fuerit ad domum Patris. Quia hæc priuilegia non conferuntur loco, sed personæ. Et idem si transferat se ad alium locum: quia retinet Domicilium Mariti suum dum Archidiaconum, & Ioannem, ibi. Vt *L. Filij*, § *Vidua, ff. Ad municipales, & incolas.* Idem docet Diana, *part.* 5 *tract.* 3. *resol.* 108. cum Molfesio, *in Summa, tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 22. & Belletto, *in Disquisitionibus Clericorum, part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 3. *num.* 15. *&* 16. & Moronus, *dicto responso num.* 47. cum dicto Ioanne Andrea, Geminiano, *in dict. cap. Is, qui*, addens ex eodem Geminiano, quod honor acquisitus mulieris, morte Mariti, ipsa coniuge manente in viduitate, non extinguitur.

Eisdem consonat Samuellius, *eadem disputat.* 5. 4
controuers. 3. *conclus.* 1. vbi hanc reddit rationem. Quia Vxor omnia retinet priuilegia, quæ viuente

Marito habebat: & hoc vtique ſi reuerſa foret ad Patris Domum, eiuſque Domicilium ſequitur, & dicitur coniugium prioris Mariti, ſi aliàs in pace vixerint inter ſe, & amore bono coniugali. Hæc ille.

Si verò Vxor decedat abſque electione Sepulturæ, poſt Maritum, & abſque eo, quod ad Mariti Domum fuerit deducta, vel copula maritali non ſequuta, non debet in Mariti tumulari Sepulchro, ſed vbi aliàs de Iure tenetur, videlicet in Maiorum ſuorum Sepultura, ſi illam habet; aliàs in Parochia ſua. Ita Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo, part. 2. lib. 2. cap. 10. num. 29.* cum Sperello, *deciſ. 87. num. 17.* & addit caſum, in quo fuerit diuortiata, propter adulterium proprium. Ita & Sylueſter, *verbo Sepultura, quæſt. 8. verſic. Quintum*, vbi ſic ait. Vxor ſi eſt carnaliter cognita, vel deducta ad Domum Viri, ſepelietur in Sepulchro Viri: quia iam aſſequuta eſt eius Domicilium per conductionem. *L. Cum quædam puella, ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum*: vel quia eſt effecta vna caro cum eo, *dicto cap. Ebron*; aliàs non. Hæc Sylueſter, qui benedictam addit limitationem, videlicet. Si tamen ſit propter adulterium ſeparata, ſecus eſt: quia iam non eſt de domo Viri, niſi ſit reconciliata.

Concluſio noſtra, deffinita eſt *in cap. Is, qui, §. Mulier, de Sepulturis, in 6.*

DVBIVM XXXIII.

An Vxor de adulterio accuſata, in Sepultura Mariti debeat tumulari?

BREVIARIVM.

Exhumatio.

Vxor de adulterio accuſata, ſi ante latam ſententiam decedat, & Sepulturam non elegerit, & in Mariti Sepultura fuerit ſepulta, non erit exhumanda, ſi poſtea declaretur adultera. Idem dicendum, ſi lite pendente ſuper nullitate Matrimonij, decedat & nullum declaretur poſt illius humationē. n. 3.

Vxor.

Accuſata de adulterio, ſi lite pendente decedat, ſepelienda eſt in Sepultura Mariti, Si aliam ſibi non elegerit ipſa; ſecus ſi poſtquam declarata fuit adultera, & ſeparatione ſequuta. n. 2. 3. 4.

1 HOc Dubium, in præcedenti videtur deciſum; non tamen adæquatè, cum ad completam illius reſolutionem diſtinctione vti, neceſſarium ſit. Aut enim Vxor de crimine accuſata adulterij, decedit, inelecta Sepultura (quam inelectionem omninò ſupponit Dubium propoſitum) lite pendente, ſuper adulterio ab ipſa perpetrato; vel poſt latam ſententiam, & ſeparatione, in illius executionem ſequuta. In vtroque enim litis ſtatu, obitus contingere poteſt, & difficultatis reſolutio varia, & diſtincta valdè in vno, quàm in alio euadere quibit. Sit ergo pro illa.

***

CONCLVSIO.

SI lite pendente, ſuper adulterio, Vxor abſque 2
electione Sepulturæ decedat, ſepeliri debebit in Sepultura propria Mariti, ſi illam habeat, & in defectum propriæ, in Sepultura Maiorum eiuſdem Mariti; ſecus verò dicendum, ſi contingat mori poſt latam ſententiam, & executionem ſeparationis, niſi redierit ad gratiam Mariti, per reconciliationem.

Hanc concluſionem, quoad primam partem, 3
tenet Franciſc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 3. concluſ. 3.* dicens. Vxor, licet accuſata de adulterio ſit, ſi pendente lite moriatur, adhuc in Mariti Sepultura ſepelietur, ſi eam non elegerit: & dato, quod illa defuncta, ſententia feratur contra ipſam, non per hoc eſt exhumanda, quia à principio fuit legitimè ſepulta: quo caſu non retrotrahitur, etiamſi Matrimonium nullum eſſet declaratum, ſicut etiam, non retrotraheretur, in præiudicium etiam ſuſceptæ prolis. *cap. Inhibitio, de Clandeſtini deſponſatione.* Hactenus præfatus Author, *pag. 230. qui num. 13.* allegat Petrum de Vbaldis, *tract. de Canonica portione, cap. 11. num. 20. 26. cum ſequentibus*, Ioannem Aniſium, *in L. Familiaria, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Sebaſtianum Medices, *de Sepulturis, quæſt. 7. num. 20.* Iulium Lauorium, *tom. 1. Variarum Lucubrationum, tit. 2. cap. 11. num. 134.*

Ratio autem dictæ partis concluſionis, ea eſt: 4
quia nemo ante ſententiam ſpoliari poteſt Iure ſuo, & honore, quem poſſidet, maximè lite pendente ſuper priuatione eiuſdem Iuris, & honoris, aliàs omninò inuerteretur iudicialis ordo, cum exequeretur Sententia nondum lata, & priuata quidem authoritate. Sed Vxor Ius habet Sepulturæ Mariti, ſicut illud habet Domicilij. Sepultura enim eſt Domicilium, & habitatio pro dormitionis, ſeu mortis tempore, ſicut pro præſenti vita, Domus habitationis, vti in primo dixi Tractatu, *Diſquiſit. 1.* & ſuccedit in honore, ſicut ſuſtinuit onera. Ergo ſi lite pendente inelecta Sepultura moriatur, debebit tumulari in Sepultura Mariti.

Secundam concluſionis partem, tenent Sylue- 5
ſter, *in Summa, verbo Sepultura, quæſt. 8. verſic. Quintum.* Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo 51. num. 62.* & Samuellius *vbi proximè concluſ. 4.* cum Doctoribus ibi citatis. Vxor, ſi adulterium commiſerit, vndè ſequuta ſit Thori ſeparatio (inquit Samuellius;) in tali caſu, priuabitur Mariti Sepultura, & ſepelietur in Sepultura Maiorū Patris; ſi non aderit, nec elegerit, in Eccleſia Parochiali. Etſi cum Marito reconciliabitur, recuperabit Sepulturam: quia Maritus poteſt ſibi Vxorem reconciliare, nedum ante ſententiam, *cap. Quemadmodum, de Iureiurando*, ſed etiam poſt latam ſententiam. *cap. de illa, de Diuortiis.* Hæc ille *in dicta concluſione 4.* in ſexta autem, quæ ſequuntur, ait. Sententia quando fuit lata ſuper Thori ſeparatione, in cauſa adulterij, & Maritus non fuerit reconciliatus, propter quod eam de Domo eiecit, in tali euentu, eſt indigna Mariti Sepultura effecta, & deſinit eſſe illius Domicilium. *Capite Item 13. quæſt. 2.*

Et ratio, pro hac parte concluſionis eſt, quia Se- 6
pultura in morte, ſequitur, & eius vnio ad Domicilium habitum in vita, & ad vnionem, pacem, & amorem inter eaſdem perſonas, dum viuerent, conſeruatum.

seruatum. Sed in casu conclusionis nostræ omnia recensita defuerunt in vita. Ergo in morte, vnio Sepulturæ debet etiam deficere. Sublato enim principali, corruit etiam accessorium. Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom. 4. num. 12. ex L. Qui liberis, ff. de Vulgari, & pupillari substitutione, L. Cum principalis, vbi* Decius, *ff. de Regulis Iuris, §. Fideiussores. Institut. de Fideiussoribus, §. Si quis ancillas. Institut. de Legatis,* Ancharrano, *consilio* 394. *Dubium est, num.* 3. Cardinali Tuscho, *Practicarum conclusionum, tom.* 1. *Litt. A conclus.* 77. *num.* 16. Surdo, *consil.* 318. *num.* 5. Menochio, *consilio* 8. *num.* 135. *& consil.* 58. *num.* 14. *& de Præsumptionibus, lib.* 5. *præsumpt.* 21. *num.* 26. Castil. *Controuersiarum lib.* 5. *part.* 2. *cap.* 168. *num.* 12. *cum seqq.* & Thoma de Thomas &, *in Floribus Legum, regula* 92. Nec obstat, quod Sepultura dignior sit Domo habitationis, seu Domicilij. Quia ex quo est illi accessoria, sublato minus digno, quamuis temporali, corruit accessorium dignius etiamsi sit spirituale (quale est Sepulchrum) Idem Barbosa, *eodem axiomate, num.* 7. cum Romano, *consil.* 330. *circa primum, num.* 13. *in fine.* Vbi Apostill. *in verbo Dignum.* Tuscho *dicta litt. A, conclus.* 76. *num.* 26. cum altero Barbosa, *in L. Cum prætor, §. fin. num.* 211. *ff. de Iudiciis.* Castil. *vbi proximè, cap.* 169. *num.* 21. *& seqq. & num.* 44. & Stephano Gratiano, *Disceptationum forensium tomo* 4. *cap.* 657. *num.* 19. *& sequentibus.* Et illustratur exemplo Iuris patronatus, quod non obstante, quod spirituale sit, quia accessorium rei temporali existere frequentissimè solet ad istius ablationem, translationem, immò, & venditionem, illud auferetur, transfertur, & venditur.

Accessorium corruit, sublato principali, etiamsi hoc temporale sit, & accessorium spirituale.

Accessorium Iuspatronatus accessoriè vendi potest.

DVBIVM XXXIV.

An Vxor à Marito proditoriè occisa, quæ nequiuit sibi eligere Sepulturam, debeat in Mariti Sepultura tumulari?

BREVIARIVM.

Causa.

Quantò proximior est, tantò magis influit in causatum. n. 6.

Causa proxima magis attenditur. n. 6.

Sepultura.

Vnio Sepulturæ, ex mutua dilectione inter viuos habita procedit. n. 4.

Ius Sepulturæ Familiaris retinent omnes viri, & fœminæ, etiam non hæredes, & etiamsi ad aliam familiam transeant. n. 3.

Cui non communicauimus viuo, mortuo in Sepultura non communicamus. n. 2.

Vxor.

Quæ ex lethali vulnere à Marito accepto conualuit, separari, ab illo debet, quoad thorum, & habitationem. n. 5.

Quæ à Marito fuit proditoriè occisa, non debet sepeliri in Sepultura Mariti, aut Maiorum illius, sed Maiorum suorum, si non elegerit aliam. n. 1. & seqq.

CONCLVSIO. 1

VXor à Marito proditoriè occisa, quæ nequiuit sibi Sepulturam eligere, non est tumulanda in Sepultura propria Mariti, neque in Sepultura Maiorum eiusdem Mariti, sed in propria Maiorum suorum.

Ita docet Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 5. *controuers.* 4. *conclus.* 9. *pag.* 235. qui addit ita debere fieri de Iure Canonico, non obstante quauis contraria consuetudine etiam immemorabili loci, seu potius abusu, & corruptela quacumque loci existente, non obstante. Et in facti contingentia sic obtinuisse sententiam D. Laurentium de Leonibus à Nuntio Apostolico Florentiæ *anno* 1648. declarante Filiam suam proditoriè occisam à Marito; esse de Iure sepeliendam in Sepultura Maiorum eiusdem Laurentij, non verò in Sepulchro vxoricidæ Mariti. Allegat Samuellius pro conclusione, D. Antoninum, *in Summa, part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. Armillam, *verbo Sepultura, num.* 14. Rosellam, *eod. verbo, num.* 13. Sylvestrum, *num.* 8. Spinum, *in Speculo testamentorum, glossa* 2. *de electione Sepulturæ, num.* 39. Gratianum, *Disceptationum forensium, tom.* 1. *cap.* 94. *num.* 35. Sperellum, *decis.* 88. *num.* 1. 3. 8. *&* 18. Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione, cap.* 9. *num.* 1. *&* 8. Gutierrez *de Iuramento confirmatorio, cap.* 14. *num.* 1. Tuschum, *tract. de Visitatione, libro* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Gualdensem, *de Arte testandi, tit.* 9. *cap.* 3. *n.* 2. Zechium, *de Republica Ecclesiastica, cap.* 28. *de Parocho, num.* 17. *versic. Fallit, ad finem.* Bellettum, *in Disquisitionibus Clericorum, tit. de Clerico debitore, §.* 3. *num.* 15. Marescottum, *lib.* 2. *variar. resolution. cap.* 95. *num.* 11. Abbatem *in cap. de Vxore, num.* 6. *de Sepulturis.* Geminianum, *in cap. Is, qui num.* 4. *el* 3. *de Sepulturis, in* 6. & Doctores *ibi, & in cap. Licet, eod. tit. & libro.* Rotam *in Veneta Mansionaria, 5. Iunij,* 1600. *coram Corduba, & coram Cardinali Seraphino Oliuario,* 2 *decis.* 1135.

Probatur *primò* conclusio *ex cap. Sacris, el* 12. „ *de Sepulturis,* in quo sic ait Innocentius Papa Ter- „ tius. Sacris est Canonibus institutum, vt quibus non „ communicauimus viuis, non communicemus defunctis. Sed Maritus noluit cum sua vxore viua communicare, cum illam proditoriè occiderit. Ergo huiusmodi Vxor, Viro suo defuncto communicare non debet: & per consequens, nec in eius tumulari 3 Sepultura.

Secundò probatur. Mulieres, Ius Sepulturæ Familiaris retinent, etiam quando in aliam transeunt Familiam, siue proximiores illæ sint, siue remotiores. *L. Liberorum, ff. de Verborum significatione*: quia Sepulchrorum Iura, quæ quis suæ constituit Familiæ, spectant ad Filias, Nepotes, Pronepotes, & deinceps ad omnes natos, tam Masculos, quàm Fœminas, siue hæredes fuerint, siue non. Samuellius, *dicta Controuersia, num.* 27. cum Couarruuia *in cap. Raynutius.* & cum aliis penes eum. Illuminatus Moronus, *in centum responsis, responsi* 51. *numero* 64. Intellige quando est Familiares *passiuè*, siue *contentiuè*, iuxta suprà dicta *Disquisit.* 1. *dub.* 6. *num.* 3. 8. *&* 9. & non rarò, quando est Familiaris *actiuè*, siue *effectiuè*, iuxta ibidem dicta, *numero* 4. 5. 6. *&* 10. Ergo Vxor à Marito proditoriè occisa, & per istius execrabile facinus, à Lege communica

municationis, & cohabitationis abſoluta, non in illius Sepultura, ſed in propria Familiari, Maiorum ſcilicet ſuorum, debet in caſu inelectæ Sepulturæ tumulari.

4 *Tertiò* probatur. Vnio Sepulturæ procedit, quoad Vxores, ex mutua dilectione, quæ inter ipſas, & Maritos in vita fuit. Vndè Sylueſter, *verbo Sepultura, quæſt.* 8. ait: quia vnio Sepulturæ ex charitate, & mutua dilectione procedit, quæ fuerat inter viuos. Et Moronus, *num.* 52. Vnio Sepulturæ (inquit) procedit ex quadam mutua dilectione, quæ fuerat inter viuos. Idem dicit P. Emmanuel Roderiquez, *tom.* 3. *quæſtionum Regular. quæſt.* 58. *artic.* 8. ex quodam Canone. Et eſt facto ſepelitionis Beatæ Scholaſticæ in Sepulchro Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti, apertè conuincitur. Sic enim ait Magnus Gregorius Papa, relatus *in canone Vnaquæque*, 13. *quæſt.* 2. Soror Benedicti ſepulta eſt in » Sepulchro, quod ipſe ſibi præparauerat, vt quo- » rum mens vna fuit ſemper in Domino, eorum quoque corpora Sepultura non ſepararet. Ex eadem mutua dilectione Ioſeph Patriarcha in Sepulchro Patrum ſuorum collocari voluit. *Can. Vnaquæque, citat.* Et *ex Canone Ebron, ead. cauſa, & quæſt.* habemus Adam, & Euam; Abraham, & Saram; Iſaac, & Rebeccam; Iacob, & Lyam, in eadem reſpectiuè fuiſſe, Sepultura tumulatos: & Thobiam ſeniorem præcepiſſe iuniori, vt Vxorem ſuam, & iſtius Matrem, in illius collocaret poſt mortem Sepultura. Sed dilectio mutua non fuit inter coniuges noſtri caſus, cum Maritus proditoriè Vxorem occiderit. Ergo non datur vnio Sepulturæ illius ad iſtam. Ergo in vxoricidæ Sepultura tumulari neutiquam debet ipſa Vxor occiſa.

5 *Quartò* probatur. Si ex lethali vulnere accepto, Vxor ſuperuixiſſet præfata, procul dubio eſſet perpetuò ſeparanda à Marito, quoad domum, & habitationem. Ergo per proditoriam occiſionem, à Mariti Sepultura, venit etiam ſeparanda. Sic enim ſe habet Sepultura in Defunctis, ſicut Domus, & Domicilium in viuentibus. Sylueſter, *loco citato*, Samuellius, *dicta controuerſ. num.* 32.

6 Probatur *quintò*. Quantò cauſa eſt proximior, tantò magis influit, & poteſt ſuper cauſatum, præſertim ſecundùm Iuriſperitos, qui proximam cuique rei potiſſimè cauſam attendunt. *L. Cum de hoc, ff. de Exceptione rei, venditæ. L. penult. ff. de Conditione ob turpem cauſam, & L. Si mulier, cum de Viri vita deſperaſſet, Cod. Rerum Amotarum.* Vndè Axioma Iuris frequentiſſimum eſt, *Cauſa proxima, magis attenditur, quàm remota.* Auguſt Barboſa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.* 40. *num.* 30. *ex Lege Sed etſi plures, §. In arrogato, ff. de Vulgari, & pupilari ſubſtitutione. L. Igni, in fine, ff. de Legatis* 3. Tiraquello, *de Retractu lig. §.* 36. *gloſſa* 3. *num.* 19. Ancharrano, *conſil.* 222. *num.* 4. Ioſep Seſſe, *deciſ.* 187. *num.* 68. Gallet. *in Margarita Caſuum conſcientiæ, verbo Cauſa.* Cardinali Tuſcho, *tom.* 1. *Litt. C. concluſ.* 145. *num.* 1. Aloyſio Riccio, *in Deciſionibus Curiæ Neapolitanæ, deciſio.* 216. *num.* 3. *part.* 1. & cum aliis ibi recenſitis. Sed Maiores Vxoris proditoriè occiſæ proximiores ſunt, Quàm Maritus occiſor, qui diſiunctionem, & ſeparationem per execrabile facinus fecit. Ergo Maiores Vxoris huiuſmodi, magis influunt, vt in eorum Sepultura illa tumuletur, quàm Maritus, vt in ſua, aut ſuorum Maiorum.

7 *Sextò* probatur. Quia ſi propter Mariti ſæui- *Vxor propter*
tiam, Vxor benè ab illo propria ex authoritate ſeparari valet, & fugere, abſque vllo Iudicis decreto, Thomas Sanchez, *de Matrimonio, tom.* 3. *lib.* 10. *diſputat.* 17. *num.* 3. *pag. mihi* 399. cum Gutierrez, *lib.* 1. *quæſtionum Canonicarum, capite* 24. *numero* 8. Samuellius, *vbi ſuprà, numero* 36. cum eodem Sanchez, & Barboſa, quem etiam allegat Sanchez, *rubr.* 2. *p. numero* 26. *in fine ff. Soluto matrimonio*, licet limitet Thomas præfatus quando eſſet periculum in mora, vel non eſſet facilis aditus ad Iudicem. Ergo multò magis poteſt in diſtincta, iam defuncta, collocari Sepultura, cùm Maritus per vxoricidium, illam ſeparauerit, abiecerit. *Mariti Seuitiam, propria authoritate poteſt fugere, & ſeparari.*

DVBIVM XXXV.

An Maritus inelectâ decedens Sepulturâ, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, tumulari debeat in Vxoris Sepulchro, an verò in Parochiali ſua Eccleſia?

BREVIARIVM.

Maritus.

Sequi non tenetur Vxorem, neque eius diſpoſitionem n. 1.

Non debet ſepeliri in Sepulchro Vxoris, ſi decedit abſque propria Sepultura. n. 1.

Limitat Moronus, quando de illius conſenſu Vxor Sepulturam elegit. n. 4.

CONCLVSIO.

SI Maritus moriatur abſque electione Sepultu- 1
ræ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum Familiari, vel Hæreditaria, minimè tumulari debet in Sepulchro Vxoris præmortuæ, aut ſuperuenientis.

Ita docent Sylueſter, *in Summa, verbo Sepultura, quæſt.* 8. Ioannes Baptiſta Ventriglia, *in Praxi rerum notabilium, annotat.* 25. *numero* 4. Illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſo* 51. *numero* 50. & Samuellius, *in Praxi, de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 5. *controuerſ.* 2. *concluſ.* 5. *pag.* 229.

Et ratio eſt: quia *in Canone, vnaquæque*, 13. 2
quæſt. 2. diſponitur, quod Mulier ſequatur Virum ſuum in vita, & in morte; non autem è contra. Indecens enim eſſet, quod Vir diſpoſitionem ſequeretur Vxoris.

Secundò: quia *in capite Is, qui, el* 3. *de Sepul-* 3
turis, in 6. aſſignantur cauſæ, quare Vxor debeat in Sepultura Mariti, ſi alia inelecta decedat, tumulari. Quia ſcilicet Domicilium, & honorem eius retinet. Maritus autem Domicilium, & honorem Vxoris non habet. Non Domicilium, quamuis Domus habitationis ipſiuſmet Vxoris ſit, quia cum ipſa teneatur Virum ſequi, habere nequit animum in illa perpetuò manendi, qui ad Domicilium habendum, omninò eſt neceſſarius, ſed dependet ab animo, & voluntate Mariti, & conſequenter ſemper retinet

retinet illius Domicilium. Nec honorem quidem Vxoris retinet Vir, cùm ipſe caput illius ſit, & non è contra.

4 Limitat tamen concluſionem Moronus, in caſu, quo Vxor de conſenſu Mariti Sepulturam eligat: & tunc, in illa ſepeliri debere Maritum, aſſerit. Quia tali aſſenſu, quodammodo videtur etiam ſibi Sepulturam illam eligere.

TRACTATVS NONVS.

DE EXPENSIS, ET SVMPTIBVS FVNERVM.

IN hoc Tractatu, quem in duas diuidam Sectiones, plura dilucidabo ſcitu digna, & pro aſſumpto inſtituto, apprimè neceſſaria. In primâ agam in communi, de pluribus ad expenſas, ſeu ſumptus funerum ſpectantibus; in ſecundâ autem, in particulari diſcutiam, ad quos attineant ſumptus Funeris vniuſcuiuſque, attentâ ſpeciali ratione. Vtramque breuiter; ſed quibus potuero claritate, & fundamentis, ſaltem extrinſecis abſoluam.

SECTIO I.

De expenſis Funeris in communi.

§. I.

Supponuntur aliqua pro præſenti materiâ neceſſariâ.

BREVIARIVM.

Expenſæ.

Funerum Expenſæ, & ſumptus alij ſunt in defuncti remedium; alij in viuorum ſolatium. n. 2.

Ab initio naſcentis Eccleſiæ expenſæ fiunt in tumulatione, & exequiis Fidelium. n. 1.

In expenſis Funeralibus continentur, quæ in ægritudine curanda factæ fuerunt. n. 3.

Ad creditum, ex bonis defuncti percipiendum, concurrere debent, qui Funeris eius expenſas fecit, & qui expoſcit pro alio Funere, ad quod defunctus ipſe tenebatur. n. 4.

Sub Funeralium nomine veniunt, quæ occaſione Funeris fiunt: quæ cum funere deferuntur: & quæ Eccleſiæ obueniunt ratione Funeris, ſiue ante ſepelitionem ſiue poſt vſque ad trigeſimum diem. n. 5.

Statum à ſæcularibus factum circa taxam pecuniæ expendendæ in Exequis, & Funeralibus, nullum eſt, & irritum. n. 6.

Funeralia.

Vide verbo Expenſæ.

Statuta.

Statutum factum, quo prohibeatur, ne quis Religioſos vocet, niſi totum vocet Capitulum ad Funus, nullum eſt. n. 6.

SVppono primò Fideles Catholicos, ab initio naſcentis Eccleſiæ, expenſas, & ſumptus ſemper feciſſe & facere, vſque ad hodiernum diem, in tumulatione, & Exequiis aliorum Fidelium defunctorum, ita vt illis iniuriæ tribueretur, ſi abſque Clericis, Religioſis, Pſalmis, ſacris precibus, Sacrificiis, luminibus, & oblationibus ipſi ſepelirentur, vti benè obſeruat P. Franciſcus Maria Samuellius, *in praxi, de Sepulturis, tract. 1. diſp. 6. controu. 15. concl. 15. pag. 302.* 1

Suppono *ſecundò*, cum Abbate Panormitano, *quæſt. 3. incipit Sempronius, numero 4. pag. mihi* 210. quod Funerum expenſæ, ſunt in duplici differentia. Aliæ enim ſunt in remedium, & ſolatium Animæ defuncti, vt impenſa (inquit,) quæ fit circa Clericos confluentes ad Officium Sepulturæ, ſeu in cæreis, & ſimilibus. Aliæ verò tendunt ad viuorum propinquorum, & amicorum ſolatia, vt apparatur Funeris, conſtructio Sepulturæ, pretioſa exequiorum pompa, quod multi induantur veſtibus luctuoſis, & ſimilibus. Quæ certè expenſarum Funerum differentia, benè, & concludenter comprobatur *ex Canone Animæ fidelium, 13. quæſt. 2.* quem §. 1. *n. 1.* reddam. 2

Tertiò ſuppono, in expenſis Funeralibus contineri, quod in ægritudine curanda fuit erogatum, & impenſum. Illa enim duo æquiparantur in Iure, vt videre licet in *L. in reſtituenda*, vbi Baldus, *Cod. de Petitione hæreditatis, & in L. Legatum, Cod. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.* Ita docet Antonius Naldus, *in Summa, verbo Sepultura, n. 1.* 3

Suppono *quartò*, pariter debere concurrere ad creditum ex bonis defuncti percipiendum illum, qui eius Funeris impenſas fecit, & illum, qui expoſcit pro alio Funere, ad quod defunctus tenebatur. Sic Naldus, *num. 2.* cum Additionatore *ad Practicam Cancellariæ Apoſtolicæ Rebuffi, fol. 624. verſic. Concurrebat Romæ.* Et allegat textum *in L.* 4

Aliàs quæsitum est, ff. de Priuatis delictis vbi apparere ait, quod vna actio, non tollit aliam circa idem delictum.

5 *Quintò* suppono, appellatione Funeralium, illa venire, quæ occasione Funeris fiunt: quæ cum Funere deferuntur: & omnia, quæ obueniunt Ecclesiæ ratione Funeris, siue ante sepelitionem, siue post, vsque ad trigesimum diem: & quandiu fit memoria de Funere. Ita Glossa *in Clement. Dudum verbo Funeralibus*, vbi Barbosa, *num.* 26. & 27. *la* 2. *de Sepulturis*, & *tract. de Appellatiua verborum significatione, appellat.* 107. & *in clement. Dudum*, cum pluribus DD. & noster Ascanius Tamburiuus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *disputat.* 15. *quæst.* 17. *n.* 4.

6 Suppono *sextò*, statutum à Sæcularibus factum, circa taxam pecuniæ expendendæ in exequiis, & Funeralibus defunctorum, esse omninò irritum, & inualidum. Ita Samuellius, *vbi proximè, conclus.* 13. *ex cap. Cum Laicis, de Rebus Ecclesiæ non alienandis & L. Quod si nolit, ff. de Ædilitio edicto* & allegat Gratianum, *tom.* 2. *Disceptat. Forensium. c.* 298. *num.* 7. Iulium Lauorium, *variarum lucubrationum, tom.* 1. *cap.* 16. *tituli* 2. *num.* 23. Sebastian. Medices, *de Sepulturis, part.* 2. *quæst.* 20. Sylueστrum *verbo Sepultura, num.* 15. & *verbo Immunitas*, 3. §. 9. vbi astruit, quod si Canonici statuant, ne quis de sua Parochia ad Funus vocet Religiosos, nisi vocet totum Capitulum, est nullum, quatenus est contra libertatem Ecclesiasticam, & Sepulturæ Funerum libertatem. Quibus suppositis, sit

§. II.

De moderatione, à Prælato Ecclesiæ, pro expensis Funerum, statuenda.

BREVIARIVM.

Animæ defunctorum.

Defunctorum Animæ soluuntur Sacerdotum oblationibus: precibus Sanctorum: charorum eleemosynis: & ieiunio cognatorum. n. 1.

Expensæ.

Funerum sumptus, pro qualitate, dignitate, & facultatibus defuncti fieri debent ita vt potiùs moderentur, quàm vsque ad vires fiant illarum. num. 1.

1 DEfunctorum exequiæ, debent decentes esse gradui, & qualitatibus defunctorum. Vndè Diœcesanus nullatenus debet permittere graues, superbos, & scandalosos sumptus, ad ostentationem potiùs superbiæ, & inanis gloriæ, quàm ad exequias factos. Ait enim Gregorius Papa Septimus Bonifacio Archiepiscopo rescribens, relatus *in Canone Animæ*, 13. *quæst.* 2. Animæ defunctorum, quatuor modis soluuntur: aut oblationibus Sacerdotum: aut precibus Sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ieiunio cognatorum. Curatio verò Funeris, conditio Sepulturæ, pompa Exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum. Hæc magnus, & sanctissimus ille Pontifex. Sumptus igitur Funeris, pro qualitate, & dignitate defuncti arbitrari debet, & etiam pro illius facultatibus. Ita Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 6. *controuers.* 15. *conclus.* 15. *conclus.* 7. *ex L. Si quis*, §. *sumptus, ff. de Religiosis, & sumptibus Funerum.* Ita tamen, vt potiùs moderetur, quàm vsque ad vires illarum intendatur. Idem Samuellius, cum Alberico, *in L. Nec amplius, ff. ad legem Falcidiam.*

Aliqua expensa, sunt defunctorum remedium: alia viuorum solatium.

§. III.

Quod Funerum sumptus, debeant ante omnia deduci.

BREVIARIVM.

Depositum.

Rei depositæ dominium, non transfertur in Depositarium. n. 2.

Expensæ.

Funerum sumptus, sunt priuilegiati, & præcedunt omne debitum: omnibus creditoribus præferentur, etiam Mulierum dotibus. n. 1.

Restitutio.

Grauis necessitas à restitutione excusat. n. 1.

ADeò priuilegiati sunt Funerum sumptus vt in primis, & ante omnia debeant deduci. Ita docet Panormitanus, *quæst.* 3. *Sempronius, num.* 1. Antoninus Diana, *parte* 5. *tract.* 3. *resolut.* 116. cum Molfesio, *in Summâ tomo* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 43. & Petro Nauarra, *de Restitut. lib.* 4. *cap. vlt. n.* 27. & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.* 1. *disputat.* 6. *controuers.* 15. *conclus.* 6. ex *L. Papinianus*, §. 4. *ff. de inofficioso testamento. L. Restituenda*; *Cod. de Petitione hæreditatis.* Dicitur enim (ait Samuellius) defuncti debitum, & hæreditas. *L.* 1. & *L. Si quis sepeliendus, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Et præferuntur quibuscumque creditoribus, & Vxorum dotibus. Et sunt magis priuilegiati, quàm omne debitum, Panormitanus, *dicto num.* 1. *ex L. Impensa Funeris, ff. de Religiosis, & sumptibus Funerum.* Samuellius, ex *eadem Lege, & ex L. fin.* §. *In computatione.* & recensет Asinium, *in dictam Legem. Si quis sepeliendus*, Caballinum, *milleloquio* 531. Gregorium XV. 17. *Iunij*, 1609. *in vna Ciuitatis Castelli, Fideicommissi.* Glossam, *in dictam Legem fin.* §. *In computatione, verbo Funus, Cod. de Iure deliberandi.* Beltraminum *ibi.* Gratianum *Disceptationum forensium, tomo cap.* 94. Fachinettum, *lib.* 12. *c.* 49. Iulium Lauorium, *tom.* 1. *variarum lucubrationum, tit.* 2. *c.* 16. *à. n.* 8. Et probatur. Cum quia impensæ Funerum præcedunt omne debitum. *L. At si quis*, §. 1. *L. penult. ff. de Religiosis, & sumptibus Funerum* Tum quia grauis necessitas à restitutione excusat. Tum etiam: quia creditores censentur hoc permittere pro re tam necessariâ.

Excipe tamen, cum Antonio Naldo, *in Summâ, verbo Sepultura, n.* 1. *& communi Doctorum, venes eum, in Legem Si venti*, §. *In bonis, ff. de Priuilegiis creditorum*, Depositum, quod adhuc extat. Et meritò quidem, quia Dominium rei traditæ in Depositum, neutiquam est in Depositarium translatum.

***

§. IV.

Quod Funerum ſumptus, ad hæredes pertineant.

BREVIARIVM.

Axioma.

Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum n.1.& 3.

Expenſæ.

Funerum ſumptus hæredes facere debent, ſi defuncti laici ſint. n. 1. *Secus ſi Eccleſiaſtici, in ſententia Abbatis.* n. 3.

1 COmmunis ſententia docet, quod hæredes teneantur ad expenſas,& ſumptus Funerum.Illam tenent Abbas Panormitanus, *quæſt. 3. in principio, & num. 1. & 2. ex L. Impenſa, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.*D.Antoninus,*in Summa part.3. tit.10. cap.5. de Sepulturis*, §. 2. Sylueſter, *verbo Sepultura, num.* 14. Illuminatus. Moronus, *in centum reſponſ. 43. num. 65.* Franciſc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium, tom. 1. tract. 3. cap.6.n.34.* Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæſtionum Regularium, quæſt. 60. artic. 4. ex Lege, Si quis, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum*, & Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.6. controuerſ.15. concluſ.5.pag.*300.quo loci addit. Et ſemper ex hæreditate ante omnia deſumuntur. *L. Impenſa, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.*Et in caduca hæreditate, facienda eſt de bonis defuncti ante ſolutionem cuiuſcumque debiti, etiam dotis reſtitutionis, dum tamen exequiæ honeſtæ,ac defuncti qualitati,& gradu debito celebrantur. Hæc ille.

2 Ratio autem ea eſt:quia videtur ſic per hæredem fuiſſe contractum cum defuncto, ex quo hæreditatem adiuit, acceptauit. Axioma enim communiſſimũ eſt, vt qui ſentit commodum, debeat etiam ſentire incommodum. Auguſt. Barboſa, *tract.de Axiomatibus Iuris, axiom.44. num.1.* cum Cardin.Tuſcho, *Practicarum concluſionum, tomo 5.Litt. O. concluſ. 144. num. 5.* Ioanne Maria Nauario, *Quæſtionum Forenſ lib.1.quæſt.17.num.7.*& Stephano Gratiano, *in ſimili tract. tomo 5. cap.916.num.35.* Incommodum itaque illum ſequi debet,quem & commoda ſequuntur. Idem Barboſa *ibidem, ex L.1. ff. de Aqua pluuia arcenda, in §. finali.*

3 Dicta procedunt reſpectu hæredis defuncti Laici, & etiam Eccleſiaſtici, qui Eccleſiæ non deſeruierat, non autem reſpectu Prælati, aut Clerici, qui Eccleſiæ deſeruierat. Iſte enim de bonis Eccleſiæ ſepeliri debet, vti docet Abbas, *dicta q. 3.num.4.* quia Eccleſiaſtici (inquit) licitè ſua conſeruant ſuis, & viuunt de bonis Eccleſiæ ratione ſui ſeruitij: & iſtius etiam ratione, de bonis Eccleſiæ ſepeliri debent; ſecus eſt in alio defuncto, cum non poſſit aliis bona ſua relinquere, & alterius impenſa ſepeliri: quia qui ſentit commodum, & onus ſentire debet. *Capite Qui ſentit, de Regulis Iuris, in 6.* Hæc Abbas; in praxi tamen etiam huiuſmodi Eccleſiaſtici, de bonis ſepeliuntur ſuis, ſicut de bonis Eccleſiaſticis teſtatur, de conſuetudine in Hiſpania ſaltem introducta.

§. V.

Quod non ſit obediendum ei, qui mandauit, ne ſuum ſepeliretur cadauer eo, quo decet honore, & ſumptibus Funeralibus.

BREVIARIVM.

Teſtamentum.Teſtatoris voluntas.

*Voluntas teſtatoris mandantis, ne ſepeliatur decenti honore, adimplenda non eſt.*n.1.& ſeqq.

Neque ſi mandet proiici in mare. n. 2.

Neque ſi diſponat, vt indutus perpura tumuletur. num. 3.

*Nullam hæres incurrit pœnam, ſi ineptas Teſtatoris diſpoſitiones adimplere omittit.*n.3.

MVlta, ſub diuerſis concluſionibus docet P. Franc. Maria Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 6. controuerſ. 15. qua* huic Paragrapho adaptari poſſunt. In primis enim *concluſ.*8. ait.Mandanti corpus ſuum minimè honorificè ſepeliri, provt decet,obediendum non eſt:talis enim voluntas non eſt recta, ſed inepta circa funus: & idcircò non eſt obſeruanda omninò. Allegat Dominicum Bannez, *2.2.quæſt.32.artic.* 2. Gregorium Valentia, *ibidem, diſputat. 3.quæſt.* 2 & Louorium, *tom. 1. Variarum lucubrationum, tit. 2. capite 26. num.* 28. 1

Secundò dicit *concluſ.* 9. Teſtatoris voluntas in Funere, ſæpè reiicitur. *L. At ſi quis*, §. *Quid ergo, ff.de Religioſis, & ſumptibus Funerum.* Vndè condictio Teſtatoris in teſtando oppoſita, vt exempli gra.reliquias hæres in mare proiiciat, non eſt obſeruanda.L. *Quidam.ff.de Condictionibus inſtitutionum.* 2

Tertiò,ſic,*concluſ.*10.ait idem Author. Teſtator,ſi purpura ſe indutum ſepeliri mandauerit, illius hæres, abſque pœnæ alicuius periculo poterit talem voluntatem reiicere,vt eſt textus *in L.Sermo alieno,§ finali ff.de Legatis*: pari enim modo dicendum eſt de illo, qui gemmas ſecum recundi mandauit. *L.Non oportet,n.1.Cod.de his,quibus vt indignis.*Et horum adæquata ratio: quia immoderatæ,& ineptæ Teſtantium voluntates, ſunt reiiciendæ. 3

Quartò, in vndecima concluſione, inquit ſic.Sepulturam ſi quis nullam in vita eligat, ſed vult, ac mandat ſuum corpus inſepultum exiſtat, minimè obediendum eſt:exempli gra.quia vult canibus proiici, vel in flumen mergi:non eſt exaudiendus. *Cap. Nunc autem,diſt.21 in Gloſſa,& ff.de Condictionibus inſtitutionem, L. Quidam,*ſicut Marcelinus fecit in deteſtationem Idololatriæ,à ſe cõmiſſam.Allegat pro his concluſionibus,D.Antoninum,*in Summa.part.3. tit.10.c.5.de Sepulturis.*Sylueſtrum,*in Summa,verbo Sepultura,n.5.*Angelum, Armillam, Roſellam,& Tabienam,*eodem verbo.* Salicetum, *in L. 5. numero 2. Cod. de His, quæ pœnæ nomine, in teſtamento relinquuntur.* & Iulium Lauorium, *dicto capite 16. num.* 19. 4

Ex quibus benè deducitur diuitem mandantem, vt corpus eius ſepeliatur cum humilibus, & paruis ſumptibus Funeralibus, ac cum paucis Sacrificiis, luminibus, & oblationibus, audiendum non eſſe,& voluntatem eius omninò eſſe reiiciendam tanquam ratione, & rectitudine carentem. Funeris enim ſumptus, pro facultatibus, & dignitate 5

defuncti arbitrari debent, vti docet præfatus Samuellius, *loco citato, conclus. 7. ex L. Si quis, §. Sumptus, ff. de Religiosis, & sumptibus Funerum.*

§. VI.

Quod Funus, Sepultura, & vtriusque sumptus, impediri non possunt propter defuncti debita.

BREVIARIVM.

Consuetudo.

Legitima non est, & vera, quæ introducta est per actus, qui iure ipso nulli sunt, & irriti, & per quos possessio acquiri non potest, quod contingit quando adest Decretum irritans. n. 6.

Decretum irritans.

Pro infecto habetur, quidquid fit contra clausulam, habentem Decretum irritans. n. 5.

Contra Decretum irritans, consuetudo nulliter introducitur. n. 6.

Dictio *Omnino.*

Vim habet Decreti irritantis. n. 5.

Expensæ.

Funerum sumptus, impediri non possunt intra nouem dies à morte defuncti. n. 1.

Funus.

Funus non potest impediri intra nouem dies à defuncti morte. n. 1.

Hæres.

Intra nouem dies à morte defuncti, conueniri non potest in iudicio ob æs alienum eiusdem defuncti. n. 1.

Manutentio.

Actus contra Decretum irritans, & clausulam sublata, *non sunt manutenibiles.* n. 6.

Sepelitio.

Propter debita defuncti, impediri non potest sepelitio eius. n. 1.

Limitat Naldus, in casu quo adsit statutum, decernens posse debitores virtute instrumenti carcerari. n. 2.

1 ANtonius Naldus, *in Summa, verbo Sepultura, num.* 11. docet Funus, Sepulturam, & vtriusque expensas impediri non posse, propter debita defuncti. Allegat Guttierrez, *de Iuramento confirmatorio, part. 2. cap. 4.* & Vivium, *lib. 1. opinion. 171.* dicentem esse communem, quoad impedimentum Sepulturæ. Et apertè constare ait Naldus, *ex Authentica, vt defuncti, seu Funera eorum non iniurentur à creditoribus cap. 1. & L. finali, Cod. Ad Legem Iuliam maiestatis.* Et rationem reddit, *verbo Hæres, num. 7.* dicens. Hæres, intra nouem dies à morte defuncti, non potest conueniri in iudicio ob æs alienum eiusdem defuncti, eò quod inter nos liceat ducere funus, & mortuos lugere intra illud tempus, vt probat Borellus, *tit. 55. num. 34. cum sequent.* Hæc Naldus: in quibus probare videtur, non solùm sepelitionem, sed Funus, & expensas, intra nouem saltem dies, a defuncti morte, non posse à creditoribus impediri defuncti.

2 Hæc de Iure communi locum habere, dicit Naldus, *dicto num.* 11. Verum extante statuto, quod vigore instrumenti debitores possint carcerari, tunc vt statutum aliquid operetur contra ius commune, possent & cadauera mortuorum debitorum per creditores sequestrare, donec sibi ab hæredibus satisfiat. Glossa, & Archidiaconus, *in cap. Sunt quorum, 2. quæst. 6.* Butrius, *in cap. Ex parte, el 2. Sepulturis,* & Cardinalis Alexand. *in cap. Qua fronte, colum. 2. de Appellationibus.* Hactenus præfatus Naldus, qui non benè allegat *cap. Sunt quorum:* non enim illud extat.

Ex dictis sumit argumentum Naldus, contra Cle- 3
ricos, qui prætextu consuetudinis, vel priuilegij aliquid accipiendi de bonis defuncti, lectum, v. gr. in quo defunctus obiit, vel pannum, quod feretro ad funus superponitur, vel melius in armento pecoris caput, (quam consuetudinem non improbare ait Hostiensem *in Summa, de Consuetudine,*) defunctum sepelire nolunt, nisi fiat eis ab hærede illius cautio de redditione bonorum, ex consuetudine, vel priuilegio ipsis obuenientium.

Et multò magis (addit) ad Simoniam accederet 4
nolendo sepelire corpus, nisi prius accepta, vel promissa certa pecuniæ quantitate, contra *caput Quæsta est, 13. quæst. 2.* In quo sic noster Gregorius Magnus, Ianuario Episcopo, decernens scribit. Quæsta est » nobis Nercida fœmina clarissima, quod ab ea cen- » tum solidos pro Filiæ suæ Sepultura fraternitas ve- » stra velit exigere. Hoc autem vitium, & nos post- » quam Deo authore ad Episcopatus honorem acces- » simus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & per » prauam denuò consuetudinem, nequaquam vsurpari » permisimus. Et infrà. Vnde ne hoc auaritiæ vitium » in alienis denuò tentari præsumatur admoneo: sed » si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conce- » ditis, siquidem Parentes ipsius proximi, vel hæredes » pro luminaribus sponte quid offerre voluerint, ac- » cipi non vetamus; peti verò aliquid, aut exigi, omni- » nò prohibemus: ne (quod valdè irreligiosum est) » aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia; » aut vos de humanis videamini mortibus gratulari: » si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet » modo compendium. Hæc omnia in allegato Canone, desumpto *ex libro 7. Registri* D. Gregorij, *in dict. 2. epist. 56. colum. mihi 272. tom. 4. operum eiusdem Sancti Pontificis.*

Expende dictionem *omninò*, quæ vim habet & 5
decreti irritantis, vti August. docet Barbosa, *tract. de Dictionibus, dictione 240. num. 15.* cum Matienzo, *L. 1. Glossa 4. num. 18. ad finem, tit. 4. lib. 5. Noua Recopilationis.* Lambertino, *de Iure patronatus, lib. 2. part. 1. quæst. 7. art. 30. num. 19.* Osac. Pedem. *decis. 165. num. 14.* Maresciotto, *variarum resolutionum lib. 2. cap. 29. num. 11.* Vnde cum contineat clausulam decreti irritantis, quidquid fit contra clausulam, vbi talis dictio reperitur, pro infecto haberi debet. Idem Barbosa, per ea quæ tradunt Ojeda *de Incompatibilitate beneficiorum parte 1. cap. 10. num. 6.* Caballus, *Milleloq. 467.* & Ceuallus, *communium contra communes, quæst. 727. num. 12. cum sequentibus.*

Ex qua quidem doctrina benè colligo, irritam esse 6
& nullam quamlibet consuetudinem introductam contra præfatam Gregorianam Epistolam Decretalem, quam potius corruptelam appellare debemus. Consuetudo enim legitima, & vera, introduci neutiquam potest, per actus, qui sint ipso iure nulli, & irriti, & per quos possessio acquiri non potest, quales dubio procul sunt per decretum irritans, & clausulam *sublata* interdicti, cum manutenibiles illi neutiquam sint. Postius *decis. 217. num. 17. ibi.* Vnde propter decretum irritans, & clausulam *sublata*, apposita in Concilio, & in dicta Constitutione, non

potest

poteſt dari poſſeſſio releuans, quæ ſit manutenibilis: quia claudunt os parti, &c. Bartolus *in L. finali, Cod. de Canone frumentario Vrbis Romæ, verbo Rom...lib.* 11. Cardinalis, & Imola, *in cap. Quia diligenter, de Electione.* Inficiunt enim dictum Decretum & clauſula, ne dum titulum, ſed omnem etiam poſſeſſionem. Rota *in Vlisbonenſi concurſus, coram Remboldo*, 1. *Iunij*, 1615. *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 16. *Iunij*, 1642. *coram Cerro: & Iunij* 1643. *coram eodem, & in Deurſen. Vicariæ*, 22. *Aprilis*, 1624. *coram Merlino*, vbi allegantur præter, *cap. Si eo tempore de Electione in* 6. Gabr. *tit. de Reſtitutione ſpoliatorum, concluſ.* 5. *num.* 49. Caputaq. *deciſ.* 325. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 345. *num.* 2. *part.* 3. Bellemen. *deciſ.* 535. Rotam, *deciſ.* 3. *per totam de reſtitutione ſpoliatorum, in nouis, & deciſ.* 17. *num.* 2. *eod. tit. in antiq. deciſ.* 613. *num.* 7. *part.* 1. *recent. & in Barchinonen. Vicariæ*, 9. *Decembris*, 1610. *coram Buratto.* Dictæ deciſiones Remboldi, Cerri, & Merlini, editæ ſunt ad calcem mearum qq. Paſtoralium, *de Iure Parochi Eccleſiarum vnitarum, las* 9. 17. 18. *&* 21.

Conſultò dixi *contra Gregorianam*: quia ſi Populus longo tempore aliquid pro Sepultura dari conſueuerit, ad id ſponte ſe obligans, non improbatur, cùm ex mera liberalitate fidelium procedat; damnatur tamen quod auidè, & rapaciter ab Eccleſiaſticis exigatur, ad deducta per Rotam, *in deciſ. Non eſt reſpuenda, la* 1. *de Conſuetudine Guillielmi Caſſadori*, apud Antonium Naldum, *dicto num.* 11. *in fine.* Exactionem itaque Magnus prohibet Gregorius.

SECTIO I.

De expenſis Funerum in particulari.

§. I.

De Funeralibus Summi Pontificis.

BREVIARIVM.

Expenſæ.

Summi Pontificis Funeralia, expenſis Cleri, & populi fieri debere non ait Abbas. n. 2.
Impenſis Cameræ Apoſtolicæ, dicunt alij. n. 3.

1 NIcolaus Tudeſchus, Panormitanus Abbas, *quæſt.* 3. *Semproniꝰ*, *num.* 3. *folio mihi* 210. videtur ſentire Summum Pontificem tumulandum eſſe, & exequias eius fieri debere, impenſis Cleri, & populi. Ait enim. Quintò pro hac parte adduci poteſt *cap. Vbi periculum*, §. *Quia vero, de electione, in* 6. Vbi ſpeciale inducitur in Papa mortuo, vt ipſius exequiæ à Clero, & populo ſolemniter celebrentur; ſecus ergo videtur in aliis Prælatis arguendo per locum à ſpeciali; quod argumentum ſatis validum eſt in iure, vt *in c. Quoniam frequenter, vt lite non conteſtata.* 32. *quæſt.* 7. *cap. Dominus, & in cap.* 2. *de Coniugio leproſorum. L. Cum Prætor, de re iudicata.*

Argumẽtum per locum à ſpeciali, validum eſt.

Videtur ſentire, dixi, ſed reuerà non ſentit, ſed 2
quod debeant fieri Funeralia, quoad expenſas, quæ tendunt in remedium, ſeu ſolatium animæ defuncti, impenſis Eccleſiæ; in aliis verò, quæ tendunt ad viuorum ſolatium, Eccleſiam non teneri impenſas facere. Expreſsè id docet *num.* 4. *immediatè ſequenti. Et num.* 11. id confirmat, cum reſpondens ad vltimum argumentum, factum dicto *num.* 3. ſub forma à nobis modo recenſita, nihil aliud dicat, quàm hæc verba. *Ad vltimum articulum fuit ſatis ſupra reſponſum in ſolutione quæſtionis.* Quæ certè ſolutio, habetur *dicto num.* 4. Vbi poſtquam diuiſit impenſas Funerum, in eas, quæ tendunt in ſolatium, & remedium animarum defunctorum; & in eas, quæ ad viuorum tendunt ſolatium, quas ex eodem explicui Doctore *ſect.* 1. §. 1. *num.* 2. ſic ait. His præmiſſis, pro ſolutione, pono talem concluſionem. In tendentibus ad animæ remedium, & ſolatium defuncti, tenetur Eccleſia, licet Prælatus defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus. In aliis verò concernentibus viuorum ſolatia, Eccleſia non tenetur. ſic ſoluit quæſitum primum, Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæus. Huiuſmodi illud erat. Nunquid ad impenſam Funeris Prælati, teneatur Eccleſia, an verò eius hæres? & licet nec in quæſito, nec in eius ſolutione expreſſam faciat de Summo Eccleſiæ Prælato mentionem, certum mihi videtur, voluiſſe illum comprehendere: cum, quia eadem, & maior in Papa militat, ac in Prælatis aliis ratio, ad hoc, vt expenſis Eccleſiæ, de remedio, & ſolatio animæ eius prouideatur. Tum etiam, quia poſito præfato quinto argumento, in ſpecie de Papa mortuo, illud ſoluit, cum doctrina concluſionis recenſitæ.

Nec aliud decernitur *in dicto cap. Vbi periculum,* §. *Quia verò, el* 3. *de electione, in* 6. ibi enim ſolum „
ſtatuitur: vt in omnibus Ciuitatibus, cæteriſque „
locis inſignibus, vbi primum de memorati Ponti- „
ficis obitu certitudo claruerit, à Clero, & populo „
ſolemnibus pro eo exequiis celebratis, ſingulis die- „
bus (donec de ipſius Eccleſiæ prouiſione indubitan- „
ter rumor pertulerit veritatem) humiles preces fun- „
dantur ad Dominum, apud eum deuotis orationibus „
inſiſtatur, vt ipſe, qui concordiam facit in ſublimi- „
bus ſuis, ſic efficiat eorundem Cardinalium corda, „
in eligendo concordiam, quod prouiſio celer, con- „
cors, & vtilis (provt animarum ſalus exigit, & to- „
tius Orbis requirit vtilitas) ex ipſorum vnanimitate „
ſequatur. Hactenus Gregorius Papa Decimus, in Concilio Generali Lugdunenſi, ex quo deſumptum fuit dictum *cap. Vbi periculum*: in quo, vti ex prima eius inſpectione, euidente apparet, non agitur de eo, qui ſumptus exequiarum ſoluere debeat, ſed de eo, quod debeant illæ fieri, & fundi preces, pro concordia Cardinalium exiſtentium in Conclaue, &c.

Franciſcus Maria Samuellius, *in praxi de Sepul-* 3
turis, tract. 1. *diſputat.* 5. *controuerſia* 12. *concluſ.* 1. Vbi allegat. Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione Epiſcopi, part.* 2. *cap.* 13. Rubeum, *in Aphoriſmis Epiſcop. verbo Sepultura*, & Lauorium, *tom.* 1. *variarum lucubrationum, tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 22. *&* 16. *num.* 30. ait Summum Pontificem, expenſis Cameræ Apoſtolicæ tumulari debere. Et id probare intendit *ex Clementina Ne Romani, la* 2. *de Electione.* Sed nec in ea, neque in illius Gloſſa vllum lego verbum, de ſumptibus Funerum Summi Pontificis aliquid dicens, aut innuens, & multò minus, quod fieri debeant, Cameræ Apoſtolicæ, expenſis.

4 Id etiam intendit probare ex Constitutione Pij Papæ Quarti, incipit, *in eligendis la 63. apud Cherubinum, in Bullario nouissimo, tom.2. pag. mihi 90.* in cuius §.2 nonnihil de dictis expensis Funerum Summi Pontificis agit. Et licet non exprimat Cameram Apostolicam illas facere debere, videtur illud supponere. Sic enim ait.

„ Et ne quid impedimento esse possit quominus exequiæ ipsæ nono die absoluantur, si quando per obseruantiam alicuius magni impedimenti, & præcipui festi Cardinalibus videretur officium exequiarum intermitti debere, dies illi sic intermissi, in numerum nouem dierum nihilominus computari debeant, & impensa, quæ in eis pro exequiis facienda esset, inter pauperes Christi distribuatur. Ac vt superfluis quoque sumptibus, qui iam in immensum excreuerunt modus imponatur, Funus simplicius, quàm consueuerit fiat, ita vt illius ratione (præter regalia Populo Romano præstari solita) decem millia ducatorum summam pannis lugubribus, & regalibus tam Camerarij, & Clericorum, ac aliorum Cameralium, quàm aliorum quorumcumque Ministrorum, & Officialium ac aliis omnibus omninò computatis, impensa non excedat. Summa autem decem millium huiusmodi, vel si Collegio visum fuerit etiam minor, aut nullo modo maior, per tres Cardinales antiquiores, vnum videlicet de quolibet Ordine, & Camerarium proportionabiliter pro rata distributionis aliàs fieri solitæ, inter prædictos omnes, & singulos diuidatur.

§. II.

De Funeralibus Cardinalis Legati.

1 ADeò breuis est Paragraphus iste, vt Breuiario non indigeat. Vix enim summari potest.

Cardinalem Legatum Sedis Apostolicæ, tumulandum esse redditibus Officij sui, & bonorum suorum si habeat, aliàs expensis Prælatorum Prouinciæ suæ Legationis, docet Franciscus Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.5. controuers.12. conclus.2.* & pro ea allegat Petrum de Vbaldis, *de Canonica portione Episcopali, parte 2. cap.13.* Rubeum, *in Aphorismis Episcoporum, verbo Sepultura.* & Iulium Lauorium, *tom.1. tit.2. cap. 16. num.30. & sequentibus, & cap.3. num.22. Variar. lucubrationum.* Nullum textum, aut rationem adducit ad suæ assertionis probationem. Sed ista, meo videri, est sufficientissimè fundata, quoad primam partem, in hoc, quod redditus Officij sui, pro congrua sustentatione illi sunt assignati, & pro alimentis suis: illa autem bona, quæ obligata sunt ad sustentationem, & alimenta alicui præstanda in vita, debent in morte expensas, quæ in Animæ solatium, & remedium tendunt, supplere. Bona autem propria defuncti, sustinere debent expensas Funeris, quæ in solatium tendunt viuorum iuxta aliàs dicta. Et quoad istas intelligo secundam partem dicti Samuelli, ibi, & bonorum suorum. Præterquam quod dici etiam potest, & benè, has etiam expensas fieri debere ex redditibus officij; quia panni lugubres qui famulis defuncti dantur, rationem sustentationis familiæ sortiuntur.

§. III.

De Funeralibus Cardinalis non Legati.

PAter Samuellius loco, in præcedenti paragrapho, 1 citatus, docet cum eisdem Doctoribus, ibi recensitis, Cardinalem non Legatum, ex bonis suæ Ecclesiæ, seu cuius titulo fuit à Summo decoratus Pontifice, sepeliri debere. Nullam aliam adducit probationem, præter authoritatem dictorum Petri de Vbaldis, Rubei, & Iulij Lauorij, & textum in *cap. Quærelam, de Maioritate, & obedientia.* Sed talis Decretalis, ne dum in titulo, ab isto Authore allegato, in Decretalibus, sed nec in sexto earumdem libro extat, quæ de præsenti agat materia.

Ratio autem ea est: quia ex quo Eminentissimus 2 Cardinalis, alicui Ecclesiæ adscriptus fuit, illam censetur pro Domicilio, aut pro habitatione accepisse, & ad illius onera subleuanda: & consequenter, eadem Ecclesia illi debet esse, locus habitationis, pro dormitionis tempore, pro morte, & illius honorem sepelitionis, & funeralium debet sustinere.

Vnum hîc aduertere duxi, Cardinales super vi- 3 uentes, teneri quàm primum, si Episcopi, aut Presbyteri sint, vnam Missam priuatam, pro Cardinale defuncto celebrare: & si Diaconi sint, officium defunctorum priuatè recitare: Ita Sacra Congregatione Rituum decernente, pro exequiis Cardinalium, *6. die Septembris, de anno* 1603. apud Augustinum Barbosam, *in Summa Decisionum Apostolicarum, Collectanea* 347. *verbo Exequiæ Cardinalium.* Vbi ita ait.

Exequiæ Cardinalium defunctorum sunt cele- 4 brandæ in Capella, & post mortem alicuius Cardinalis, quamprimùm Cardinales Episcopi, & Presbyteri pro eius anima vnam Missam priuatè celebrent, & Diaconi Cardinales officium defunctorum priuatè celebrent. Sacra Congregatio Rituum pro Exequiis Cardinalium *6. Septembris* 1603. quam referunt Sellius, *in Selectis Canonic. cap.16. num.74.* Aldanus, *in Compendio Canonicarum resolutionum, lib.2. tit.34. n.18.*

§. IV.

De Funeralibus Nuntij Apostolici.

NVntium Apostolicum tumulandum esse expen- 1 sis Cleri, vbi reperitur, docet Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.5. controu.12. conclus.4.* cum Petro de Vbaldis, *de Canonica portione Episcopali, part.2. cap.13.* Rubeo, *in Aphorismis Episcoporum, verbo Sepultura,* & Iulio Lauorio, *variarum lucubrationum tom.1. tit.2. cap.3. numero 22. & cap.16. num.30. cum seqq.* Allegat textum *in capite Cum secundum, el 16. de Prabendis, & dignitatibus.* In quo quidem, nihil expresè de dictis Funeralibus decisum inuenio. Nihilque in eo lego, ex quo colligi queat prædicta assertio, præter hoc, quod qui Altario deseruit, de Altario viuere debeat. Et qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede. Ex quibus certè benè infertur, quod Nuntius Apostolicus humari debeat, expensis Cleri Prouinciæ suæ Nuntiaturæ, in casu, quo redditus

Officij,

Officij, Funeralium impensis, ad animæ solatium, & remedium tendentibus non sufficiant; secus verò si illi sufficientes sint. In hoc enim casu, adimpletur Decretalis dispositio, si sumptus Funeris fiant ex redditibus Nuntiaturæ: viuit enim de Altario, cui deseruit; & non excluditur à mercede, qui onus sustinuit. Vnde ex dicto capite, Clerus minimè tenebitur ad expensas, nisi in deficientia reddituum Officij; tenebitur tamen illis deficientibus, etiamsi bona habeat propria, quia de his solùm fieri debent expensæ, quæ in viuorum tendunt solatium.

§. V.

De Funeralibus Visitatoris Apostolici.

1 VIsitatorem Apostolicum, tumulari debere expensis Prouinciæ, quam visitat, tenet Pater Samuellius, *vbi proximè, concluſ. 5. pag.* 266. vbi allegat dictos Petrum de Vbaldis, Rubeum, & Lauorium, locis iam redditis, & vnam, & alteram Decretalem. Prima illarum est, *caput Accedentes, el* 11. *de Præscriptionibus*, vbi decernitur, Ordinarios teneri procurare huiusmodi Visitatores. Ex qua benè inferri posse credo, Ordinarios ministrare debere impensas Funeris Visitatoris: quia si viuo Visitatori alimenta ministrare tenentur, (*cap. cum ex officij prope finem el* 16. *de Præscriptionibus*, ibi: Qui „ spiritualia seminat, non est magnum, si metat carnalia: cum nemo cogatur suis stipendiis militare: „ De quo *ibi* Barbosa, *& de Officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 73. *num.* 43. *versic. Ecclesiæ*, qui in *cap. Romani*, §. *Procurationes, num.* 17. *& el* 1. *de Censibus*, declarat procurationes Visitatori reddendas, non in aliis, quàm in moderatis victualibus consistere) tenebuntur etiam ad impensas funeris Visitatoris, tendentes ad animæ ipsius solatium, & remedium, cum huiusmodi sumptus, Animæ victualia censeantur. Secunda Decretalis, à Samuellio allegata, est *caput Dilectus, el* 29. *de Rescriptis.* Illa tamen nihil omnino dicit, quod ad assertum probandum, neque per capillos, vt dici solet, adduci valeat. Potest tamen ad illud fulciendum produci textus *in cap. cum secundum, el* 16. *de Prabendis, & dignitatibus.*

2 Quæ docet Barbosa *in dicto cap. Romani*, quæ sequuntur sunt. Visitator (ait,) aut famulus, non debet accipere procurationem in pecuniis, sed in moderatis expensis victualium: item nec ipse, nec quisquam suorum quodcumque munus accipere præsumat, qualitercumque sit oblatum: & si quis acceperit, & non absoluatur, nisi duplum restituat, & euitetur quælibet fraus. Colligunt Doctores *in principio textus citati.*

3 *Sed in victualibus expensas tantum, &c.* Notatur ad hoc, quod Visitatoribus deputatis ad Ecclesiarum deputationem, vt sunt Episcopi, qui ex iuncto sibi munere ad hoc tenentur, alia expensa ab Ecclesiis non est ministranda, præter victualia, vt per Surdum, *de Alimentis, tit.* 4. *quæst.* 22. Azorium, *Institutionum Moralium, part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 42. *quæst.* 9. Zerolam, *in praxi Episcop. part.* 2. *verbo Visitatio*, §. 6. Bellettum, *Disquisitionum Clericorum, tit. de Clerico debitore.* §. 11.

4 Victualium expensarum appellatione, comprehenduntur illæ, quæ consistunt in victu, non autem illæ, quæ concernunt alia necessaria personæ, vt per Zerolam, *dicto* §. 6. *dubio* 1. quem refero ego ipse, *de Officio, potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 73. *num.* 57. Debent autem esse moderata secundùm facultatem Ecclesiæ, non autem indebitè grauandus est Clericus vt resoluit Bellettus, *dicto* §. 11. *num.* 6. ad illum tantum diem, quo visitat Episcopus pro ipso, & suo moderato comitatu, vt tradit Piasec. *in praxi Episcopali. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 64. *in principio.*

§. VI.

De Funeralibus Collectoris Apostolici.

COllectorem Apostolicum tumulari debere de 1
salario illi deputato docet Samuellius, *in praxi sua de Sepulturis, tractatu* 1. *disputatione* 5. *controuersia duodecima, concluſ.* 6. *pag.* 266. cum Petro de Vbaldis, *de Canonica portione Episcopali, part.* 2. *cap.* 13. Rubeo, *in Aphorismis Episcoporum, verbo Sepultura*, & cum Iulio Lauorio, *variarum lucubrationum, tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 3. *num.* 22. *& cap.* 16. *à num.* 30. Et id probare intenditur, *cap.* 1. *de Sepulturis, Nos instituta.* Et licet in Iure illo non agatur de Collectore, nec de bonis, de quibus fieri debeant expensæ Funerum illius, aut alterius quidem, benè colligi potest assertum, ex ibi traditis de portione Parochiali. Ait enim Leo Papa Tertius in Decretali illa. Sed quia dignus est operarius mercede sua, ter- „ tiam partem sui iudicij, (scilicet quod reliquit huic „ Ecclesiæ, in qua elegit Sepulturam, interpretatur Glossa, *verbo Iudicij*) illi Ecclesiæ dari censemus in „ qua cœlesti pabulo refici consueuit: vti iuxta Apo- „ stolum sint consolationum socij, vt fuerunt passio- „ num. Vbi Glossa, *verbo Consolationum*, ait. Ad quem spectat onus, & emolumentum, 12. *quæst.* 2. *Ecclesiasticis, & cap. Charitatem* 13. *quæst.* 1. §. 1. *Ala &* 16. *quæst.* 6. *de Lapsis, & ff. de Re iudicata secundùm naturam, circa principium tituli.* Si ergo Collector Apostolicus in collectione iurium Cameræ Apostolicæ laborauit, dum in humanis ageret, dignus est, vt mercede sibi assignata, etiam mortuus fruatur, & qui passionem sustinuit, & onus, consolationem, & emolumentum recipiat Suffragiorum, & funeralium aliorum tendentium ad remedium animæ, ac illius consolationem: immò & ad viuorum ab illo dependentium solatium competens: cum hoc ad necessariam familiæ sustentationem pertineat, pro qua non minus salarium fuerat, quàm propria Collectoris deputatum.

Faciunt etiam pro assertione, *cap. cum secundum, el* 16. *de Prabendis, & dignitatibus*, quatenus in eo dicitur, quòd qui Altario deseruit, de Altario viuere debeat: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede. Et *cap. Accedentes, el* 11. *de Præscriptionibus*, ibi: cùm nemo cogatur suis stipendiis mi- „ litare. „

§. VII.

De Funeralibus Patriarcharum, Primatuum, Archiepiscoporum, & Episcoporum.

OMnes Ecclesiæ Principes recensitos sepeliri 1
debere suarum Ecclesiarum expensis, absolutè docent Ioannes Baptista Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat.* 52. §. *vnico, de Electione Sepultura*

pulturæ num.9. cum Iulio Lauorio, *Variarum elucubrationum, tit.2. cap.11. num.6.* & Franciſc.Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.5. controuerſ.11. concluſ.16. & concluſ.18. pag.264.* cum pluribus, quos allegat Doctoribus. Limitant tamen duo præfati, dummodò ſepeliri non eligant extra propriam Prouinciam, ſeu extra Diœceſim reſpectiuè: quia in hoc caſu, Cathedrales Eccleſiæ, ad Funeralium expenſas, non tenentur. Et addit Samuellius, quod ſi Prælatus duas habet Cathedrales, illa in qua eſt tumulatus, & vbi Exequiæ ſunt celebratæ, expenſas ſoluere debet: & quod inter vtramque diuidenda ſit quarta Funeralium æqualiter,& pro rata.

2 Eandem limitationem poſuerat Abbas Panormitanus, *quæſt.3. Sempronius, num.8.* dicens. Hæc omnia arbitror procedere, vbi Epiſcopus elegit Sepulturam in Diœceſi ſua, vel Prælatus inferior apud Eccleſiam ſuam, vbi præfuit. Si autem Epiſcopus extra Diœceſim, vel inferior Prælatus extra Eccleſiam quondam ſuam elegit ſepeliri, tunc licet credam Eccleſiam propriam teneri ad eius exequias in eius Eccleſia celebrandas, argumento *dicti cap. Vbi periculum*; ad expenſas tamen fiendas in funere deferendo ad aliam Eccleſiam, non puto Eccleſiam arctari: Quia quodammodo iniuriam irrogat Diœceſi ſuæ, vel Prælatus inferior Eccleſiæ quondam ſuæ: quamobrem indignum videtur ſibi ſubueniendum per Eccleſiam, argumento *cap. Eſto ſubiectus, 95. diſtinct. & in cap.1.* & quod ibi notatur *de Sepulturis*, & optimè faciunt *cap.Bonæ rei, 12. quæſt.2. & cap. Apoſtolicæ, de Donationibus.* Vbi permittitur donatio pro magnificandis Sepulturis, cum fiunt in Eccleſia Diœceſis; ſecùs ſi extra Diœceſim, vt ibi notatur per Doctores. Hæc omnia Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæus, in quibus benè fundat limitationem præfatam.

3 Ipſemet Abbas, non ita abſolutè docet, Eccleſiam teneri ad expenſas Funeris Prælati proprij, quando in ea tumulatur, ſicut docent Ventriglia, & Samuellius; ſed facta diſtinctione expenſarum, tendentium ſcilicet in ſolatium,& remedium animæ defuncti, quales ſunt, quæ fiunt circa Clericos confluentes ad officium Sepulturæ, in cæreis, & ſimilibus; & tendentium ad viuorum propinquorum, vel amicorum ſolatium, vt apparatus funeris, conſtructio Sepulturæ, pretioſa exequiarum pompa, quod multi veſtibus induantur luctuoſis, & ſimilia: quoad primas expenſas, arctari docet Eccleſiam; non verò quoad ſecundas id probat, quia ideo *in cap. Vt præteritæ el 45. de Electione* expenſæ, quas Capitulum Sede vacante facit, pro electionis negotio, ſunt de bonis Prælaturæ deducendæ, quia neceſſariæ ſunt. Sed ipſæ expenſæ, quæ fiunt ad remedium, & ſolatium animæ defuncti ſunt neceſſariæ, cum ſine eis non debeat quis deduci ad Sepulchrum, *Canon. Qui Diuina, 13. quæſt.2.* & quæ fiunt ad viuorum ſolatium non ſunt neceſſariæ. Ergo expenſas funeris Prælati, ad animæ illius ſolatium, & remedium tendentes, fieri debent ab Eccleſia, minimè autem, quæ ad ſolatium tendunt viuorum. Conſonat Naldus, *verbo Sepultura, n.9.*

4 Addit tamen idem Maximus Doctor, quod adhuc teneatur Eccleſia ad expenſas funeris Prælati, tendentes ad viuorum ſolatium, ſi bona ille patrimonialia non reliquerit,& moderatè fiant. Sic enim ait, *in eodem num.8.* Et hoc puto verum, ſi habent bona patrimonialia; aliàs vbi expenſa non ſit multum exceſſiua, puto Eccleſiam teneri: quia cum licitum ſit cuique, etiam Prælato eligere Sepulturam alibi, vt *in cap.1. de Sepulturis*, non debet Eccleſia hanc humanitatem denegare Prælato quondam ſuo, argumento, *in cap. Aurum, 12. quæſt.2.* Hæc Abbas.

§. VIII.

De Funeralibus Prælati inferioris.

1 FRanciſcus Maria Samuellius, *in ſua praxi de Sepulturis, tract.1. diſputat.5. controuerſia 12. concluſ.8. pag.266.* poſtquam in præcedentibus dixerat, de quibus bonis tumulari debeant omnes, de quibus in ſeptem paragraphis præcedentibus egimus, ſic ait. Expenſæ alicuius Prælati, fieri poſſunt de ſpoliis, ex. gr. Sepulchrum marmoreum, veſtes lugubres pro conſanguineis, & famulis, ſi vſus adeſt, & Funeris expenſæ Eccleſiaſtici ad hæredem, & non ad ſucceſſorem ſpectant. Allegat Innocentium, *in cap. Apoſtolicæ, de Donationibus cap. Bonæ, 12. quæſt.2. L. Quod ſi nulla, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Guillelmum, *de Simonia mentali, part.1. cap.16. num.9.* Rubeum, *in Aphoriſmis Epiſcoporum verbo Sepultura*, Capucium, *deciſ.84.* Decium, *conſil.213.* & Iulium Lauorium, *variarum lucubrationum, tit.2. cap.18. num.31. & controuerſ.13. concluſ.4.* ita aſſerit. Prælati Eccleſiaſtici morientes in ſuorũ Conſanguineorum Domibus; qui ſi expenſas fecerint, in eorum Funeralibus, illas animo repetendi, valent eas repetere, ſed debent ſe proteſtare illas facere animo repetendi, & ſic à ſucceſſoribus Beneficij eos queunt expoſcere: excipitur ſi ſoluenda erat: quia tunc, vel de fructibus Eccleſiæ, vel de Patrimonialibus expenſis, eſt humandus. Concluſio deſumitur *ex cap. Epiſcopis, de Præbendis, ex cap.1.12. quæſt.4. cap.Cleros, 21. quæſt.2.* & ex aliis Iuribus allegatis.

Hæc omnia ad amuſſim Samuellius, in quibus, 2
ni fallor, non parua contradictio reperitur, nec fidelis Iurium ſaltem allegatio, vti §. ſequenti videbimus. Vera igitur doctrina eſt, huiuſmodi Prælatos, tumulandos eſſe expenſis Eccleſiarum ſuarum, quoad eas, quæ ad remedium, & ſolatium animarum defunctorum ipſorum tendunt; quoad eas verò, quæ tendunt ad viuorum ſolatium, Conſanguineorum amicorum, & famulorum, expenſis patrimoniorum ſuorum humandos fore; ſi autem bona patrimonialia non habeant, aut alia, quæ propria ipſorum ſint, & intuitu Eccleſiæ non acquiſita, debent etiam in eorum Funeralibus moderatæ expenſæ fieri de bonis Eccleſiæ, quæ ad viuorum tendant ſolatium.

Quoad omnes partes huius aſſertionis eſt Au- 3
thor Nicolaus Tudeſchus, *quæſt.3.* quem recenſui §.7.& quoad duas priores, ſequitur Antonius Naldus, *in Summa, verbo Sepultura num.9.* in ſequentia prorumpens. Sepulturæ, ſeu Funeris Prælati impenſa, an pertineat ad Eccleſiam, vel ad hæredes, diſtinguit Abbas *in quæſt.3. num.4.* in hunc modum. In expenſis tendentibus ad remedium, & ſuffragium animæ, tenetur Eccleſia, licet Prælatus defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus. In aliis verò concernentibus potius ſolatium viuorum, Eccleſia non tenetur, ſed hæredes defuncti, & in his continentur pretioſa Sepultura, veſtes lugubres,& ſimilia. Hactenus Naldus.

Prima pars probatur, *ex cap. Accedentes, el 11.* 4
de Præſcriptionibus, decernente, neminem cogi
ſuis

ſuis ſtipendiis militare. Et ex *cap. cum ſecundum, el 16. de Præbendis*, in quo ſtatuitur, quod, qui Altario deſeruit, de Altario viuere debeat: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede. Prælatus autem, ſiue Superior, ſiue inferior, militat pro ſua Eccleſia in vita, & ab illa ſuſcipit ſtipendia: viuit, & alitur de Altario, cui deſeruit: & ad onus eligitur, vti Magnus Gregorius, *lib. 7. Regiſtri, epiſt. 126.* & alij paſſim Eccleſiæ Patres. Ergo in morte, anima eius ali debet ab Eccleſia ipſa ſuffragiis, & non excludi ab honoris mercede.

5 Quad ſecundam verò partem, ex eo comprobatur aſſerti noſtri veritas: quia expenſæ, quæ tendunt ad viuorum ſolatium, ſi magnæ illæ ſint, neceſſariæ non ſunt defuncto. Vnde merito ab illis perſoluendis liberatur Eccleſia, quæ ad ſuperfluas non tenetur impenſas: nec poteſt quidem illas facere de bonis Patrimonij Chriſti, & Pauperum.

6 Vltimam verò partem, probat Panormitanus, *dicta quæſt. 3. num. 8.* dicens, quod cum licitum fuerit Prælato eligere in aliena Eccleſia Sepulturam, non debet propria Eccleſia ei denegare humanitatem expenſarum, quæ ſuperfluæ non ſint, & ad ſolatium viuorum tendant. Sicut enim ipſe Prælatus, quodammodo iniuriam irrogaret Eccleſiæ ſuæ, ſi in aliena ſepeliri elegiſſet, ſic & propria, quodammodo illam irrogare videretur ſuo quondam Prælato, illo honore indigenti, ob bonorum ſuorum carentiam, ſi illum ipſi non præſtaret.

§. IX.

De Funeralibus Præpoſitorum Collegiatarum Eccleſiarum.

BREVIARIVM.

Bona.

Quæ emunt Eccleſiaſtici, de rebus Eccleſiæ, proprio nomine, debent Eccleſiæ reddere conficiendo inſtrumenta nomine Eccleſiæ. n. 2.

Quæ autem acquirunt ex rebus Eccleſiæ, & propriis, diuidenda ſunt inter Eccleſiam, & hæredem pro rata, attenta quantitate, pro qualibet parte inſumpta. n. 3.

Qui propter Eccleſiæ bona detrimentum in propriis patitur, de illis iſta reſarciri debet, & è contra. n. 4.

Expenſæ.

Funerum Priorum, Decanorum, & aliorum Eccleſiis Collegiatis Præpoſitorum, de cuius fieri debeant expenſis. n. 5.

Ordo.

Epiſcopus, qui aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit, tandiu ei neceſſaria debet miniſtrare, quandiu ei in aliqua Eccleſia conuenientia ſtipendia non aſſignat. n. 1.

1 FRanciſcus Maria Samuellius, *in praxi, de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5. controuerſ. 13. concluſ. 2.* docet Præpoſitos, & Priores Eccleſiarum Collegiatarum ſepeliendos eſſe expenſis, & redditibus ſuarum dictarum Eccleſiarum, & allegat pro aſſertione ſua *cap. Epiſcopis, de Præbendis, & cap. Clerus, 21. quæſt. 2.* Sed meo videri non benè allegat huiuſmodi Iura, nec *cap. 1. 12. quæſt. 4.* Non quidem *cap. Epiſcopis*, non ſolùm quia tale non extat in dicto titulo, ſed quia *cap. Epiſcopus, el 4.* ſolum quæ ſequuntur continet. Videlicet. Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Presbyterum ordinauerit, tandiu ei neceſſaria ſubminiſtret, donec in aliqua Eccleſia ei conuenientia ſtipendia militiæ clericalis aſſignet. Niſi talis ordinatus, de ſua, vel de paterna hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere. Hæc Alexander Papa Tertius in Decretali illa, & nihil amplius.

Nec *in Canone 1. 12. quæſt. 4.* aliquid lego, quod 2 Samuellio faueat. Hoc enim ſolum in eo habetur. Sacerdotes, vel quilibet, quibus Eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcumque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus propriis, vel vtile, vel earum habuerint, ad Eccleſiæ nomen, cui 3 præſunt, chartarum conficere inſtrumenta procurent. Non enim iuſtum eſt, vt Eccleſia, quæ ſuſcepit extraneum, efficiat in alieno diuitem, & in ſuo retineat fraudatorem.

Hi verò, qui ſuarum rerum habere noſcuntur 3 compendium, ex omni re, quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt conquiſiuiſſe ſiue nulla, ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſatione tam ſui iuris, quàm Eccleſiaſticarum rerum habita, ſi ſe vtriuſque rei quantitas exæquauerit, inter Eccleſiam, & decedentis hæredes, æquo iure conquiſitio pertinebit.

Si quis verò pro compendio ſuarum rerum Ec- 4 cleſiæ rebus, detrimentum intulerit, vel ſi occaſione rerum Eccleſiaſticarum in rebus propriis detrimentum paſſus fuerit, viciſſim, qui lucrum ſentiunt, detrimentum patientibus reſarcient. Hactenus Canon ille. Quis non videat iura iſta non benè à P. Samuellio allegari? Nihil enim ad Funerum ſumptus, & & expenſas ſpectans in illis inuenitur. Neque *in cauſa 21. quæſt. 2. Canon. Clerus* extare inuenio: immò neque in toto Decreti volumine, in quo illi ſimilis ſolus adeſt *Canon Cleros, 21. diſt.* ex noſtro D. Iſidoro, *lib. 7. etymologiarum, cap. 12.* deſumptus: in quo tantum agitur de etymologia nominum Eccleſiaſticorum graduum.

Veruntamen eſt, quod Eccleſia teneatur Col- 5 legialis, ad expenſas Funeris Præpoſiti ſui, ſiue ſit Abbas, ſiue Archidiaconus, Prior, aut Decanus, &c. Ad expenſas inquam, non omnes, ſed ad illas quæ ad ſolatium, & remedium animæ defuncti tendunt; non autem ad eas, quæ ad viuorum, Cognatorum ſcilicet, & amicorum ſolatium ſunt ordinatæ, niſi iſtæ paruæ ſint, & defunctus bona alia non habeat, quàm intuitu Eccleſiæ ſuæ acquiſita. Quoad primam partem probatur, ex dictis *in Paragrapho octauo præcedente, num. 4.* Secunda, ex ibi *num. 5.* ex dictis ſuadetur. Tertia tandem, ex *n. 6.* comprobatur. Eadem enim, quoad omnia recenſita, tam militat in Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſito ratio, quàm in quolibet alio Prælato.

§. X.

De Funeralibus Canonicorum Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum.

CAnonicus ſiue Cathedralis, ſiue Collegiatæ 1 Eccleſiæ expenſis frũctuum Præbendæ, quando ſuos illos fecit, tumulandus eſt (inquit Samuellius *in praxi de Sepulturis, tract. 1. diſputat. 5.*

controu. 13. *concluſ.* 11. *pag.* 268.) aliàs ex bonis paternis, ſeu hæreditariis, ſi illos habeat; ſi tamen illi non exiſtunt, ex fructibus Præbendæ, etiam non perceptis. Ita in Samuelli ſententia, qui pro ſe allegat textum *in cap. Si Canonici, el 2. de Officio Ordinarij, lib.* 6. Sed, ni fallor, immeritò: quia in illo, Concilium Generale Lugdunenſe, ſub Gregorio Papa Decimo, nihil omnino ad Sepulturam, aut ad expenſas, & ſumptus Funerum decernit, aut dicit quidem; ſed tantum agit de Canonicis à Diuinis ceſſare volentibus, & de reprobanda certa quadam conſuetudine, in tali ceſſatione introducta, circa ſacras imagines.

2 Vera tamen ſententia eſt, quod Canonicus, tumulari debeat expenſis Eccleſiæ ſuæ, & ſucceſſoris, quoad expenſas, & ſumptus tendentes ad animæ illius remedium, & ſolatium.

Probatur authoritate, & ratione Magni Nicolai Tudeſchi, Abbatis dicti Panormitani, *in quæſt.* 3. *Sempronius, num.* 11. *in reſponſione ad quartum*, ſic dicentis. Sicut enim Clericus licitè in vita viuit de bonis Eccleſiæ, & ſua ſuis conſeruat, vt notatur *in dicto cap. Epiſcopus*, ita & fortius fieri debet in morte reſpectu huius piiſſimæ humanitatis. Tumulationis ſcilicet Eccleſiæ expenſis, de quibus agebat.

3 Abbati conſonat Auguſtinus Barboſa, *in cap. Apoſtolicæ, num.* 4. *el* 9. *de Donationibus*, dicens. Notatur ad hoc, quod Clericus prædefunctus, debet ſepeliri expenſis ſuæ Eccleſiæ, & ſucceſſoris, vt per Geminianum, *conſil.* 1. *num.* 5. *&* 6. Bellettus, *Diſquiſitionum Clericorum part.* 1. *tit. de Clerico debitore*, §. 3. *num.* 5. Vbi etiam reſoluunt nepotes, ſiue Conſanguineos ipſius defuncti huiuſmodi expenſas à ſucceſſore repetere poſſe, dummodò proteſtati fuerint, ſe illas facere, ſeu fuiſſe animo rehabendi; habita tamen conſideratione dignitatis, perſonæ, Sepulturæ, & facultatum Eccleſiæ: quia ſi tranſcendunt facultatem beneficij, non tenetur ſucceſſor ad exceſſiuas. *L. At ſi quis*, §. *æquum. ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.* Geminianus, *dicto conſilio* 1. *num.* 7. Hactenus ille, cui conſonat Samuellius *dicta controuerſia* 13. *concluſ.* 4. quoad repetitionem expenſarum in Funeralibus Prælatorum decedentium in Conſanguineorum Domibus, per eoſdem factarum Conſanguineos, cum repetendi animo, & proteſtatione, vidimus §. 8. *num.* 1.

4 Probatur etiam aſſertio *ex cap. Cum ſecundum, el* 16. *de Præbendis, & Dignitatibus*, in quo habetur, qui Altario deſeruit, de Altario viuere debet: &, qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede. Et *ex cap. Extirpandæ*, §. *Cum igitur, el* 30.

5 Conſultò dixi, quoad expenſas, & ſumptus tendentes ad animæ remedium, & ſolatium: quia quoad eas expenſas, quæ ad viuorum ſolatium adinuentæ ſunt, & conſiſtunt in pretioſo Sepulchro, pannis, & veſtibus lugubribus, & luctuoſis, pretioſa Funeris pompa, & in ſimilibus, minimè tenetur Eccleſia, aut Dignitas, vel Canonicus ſucceſſor, vti in præcedentibus manet dictum, & probatum paragraphis.

§. XI.

De Funeralibus Parochorum.

1 SVmptus Funerum Rectorum, & Parochorum Eccleſiarum, fieri debere de bonis ipſarum Eccleſiarum, ita vt patrimonialia bona illorum, ſuis hæredibus reſeruentur intacta; & ſi Eccleſiæ bona non ſufficiant, debere Parochianos, quæ deſiderentur ſuppeditare ex propriis, docet P. Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſput.* 5. *controuerſ.* 13. *concluſ.* 3. *&* 7. Et idem docet de Vicario, ſiue perpetuo, ſiue temporali tumulando expenſis Eccleſiæ, & Parochianorum reſpectiuè, *concluſ.* 6. dicens. Vicarius perpetuus, ſepeliendus eſt in ea Eccleſia, cui eſt Vicarius perpetuus: quia idem iudicatur, ac de Rectore principali, *ex Clementina vnica, de Officio Vicarij.* Et cum expenſis Eccleſiæ cuius eſt Vicarius, *cap. Extirpandæ, de Præbendis*, §. *Quod verò.* Quod idem eſt aſtruendum de Vicario temporali, *ex cap. Peruenit de Appellationibus.*

Et quidem, quoad Vicarium Perpetuum, quoad 2
multa, idem de eodem dicendum eſſe, ac de proprio Curato, Parocho, ac Rectore, ex dictis Iuribus conſtat. In Clementina enim *Quæ de Eccleſiis, vnica de Officio Vicarij*, ſic lego. Quæ de Eccleſiis » curam animarum habentibus per receptionem alia- » rum ſimilium amittendis: ac de ipſarum Rectoribus » promouendis ad Sacerdotium: & de eorum ætate à » Iure ſtatuta noſcuntur, in perpetuis Eccleſiarum Pa- » rochialium Vicariis, & aſſumptis ad eas volumus » obſeruari. Hæc ibi. Et in *cap. Extirpandæ, dicto* §. » habetur, quod Vicarius perpetuus debeat habere, ſicut proprius Parochus, congruentem portionem de Eccleſiæ, cui deſeruit, prouentibus. In neutro autem Iure reperitur aliquid expreſſum circa Sepulturam, aut Funeralia Parochorum, aut Vicariorum. Nec in *cap. Peruenit*, 2. *&* 28. *de Appellationibus*, aliud, quoad Vicarium temporalem decernitur, aut legitur quidem, quàm, quod ei de beneficiis aſſignetur, in caſu illo ſpeciali, vnde poſſet congruè ſuſtentari.

Vnde, licet in totum, doctrina Samuelli, in di- 3
ctis concluſionibus tradita, & abſque limitatione placeret, textus ab eo allegati, inſufficientes mihi ad illius probationem viderentur. Quid autem ego ſentiam, breuiter dicam, in ſequentibus Propoſitionibus.

I. Propoſitio. Parochus proprietarius, & Vicarius Perpetuus Eccleſiæ Parochialis, ſi in eadem tumulenter Eccleſia, cui deſeruiunt, ſumptus Funerum tendentes ad ſolatium, & remedium animæ defuncti, fieri debent de bonis ipſius Eccleſiæ, quamvis defunctus, plura relinquat hæredi, ſiue patrimonialia, ſiue hæreditaria, aut aliunde acquiſita, quàm Eccleſiæ intuitu. Minimè vero ſumptus ad viuorum ſolatium, ab Eccleſia fieri debent.

Prima Propoſitionis ſuadetur pars *ex cap.* 16. *&* 30. *de Præbendis*, §. 10. *num.* 4. *allegatis*, & ex doctrina Abbatis, *ibidem num.* 2. reddita. Secunda verò pars, ex eiuſdem Abbatis doctrina ſæpè in præcedentibus recenſita, probatur: videlicet: quia illæ expenſæ fieri ſolitæ in Funeribus, ad ſolatium Conſanguineorum, & famulorum viuentium neceſſariæ non ſunt: Vnde aut fieri non debent: aut ſi fiant, fieri debent ab hæredibus, vt qui ſentiunt commodum, ſentiant, & onus.

II. Propoſitio. Si bona Eccleſiæ non ſufficiant 4
ad expenſas neceſſarias Funeris Parochi proprij, vel Vicarij perpetui, ad illas, quæ ad ſolatium, & remedium animæ defuncti ordinantur, illas, ex propriis, ſuppeditare tenentur Parochiani. Et ratio eſt, quia dignus eſt operarius mercede ſua: & Parochus dignus eſt, vt honoretur in morte, ab his, qui eorum ſuſcepit, & ſuſtinuit onus pro tota vita ſua: onus vtique, Angelicis humeris formidandum.

III. Propoſitio. Probabile eſt, quod ad expenſas 5
Funeris

Funeris Vicarij temporalis, non tenetur Eccleſia, cui tempore obitus deſeruiebat; niſi aliàs Clericus eſſet eiuſdem Eccleſiæ. Hæc propoſitio ex doctrina eiuſdem Samuelli, *vbi ſupra concluſione* 8. probatur: ibi enim Capellanum amouibilem ſepeliendum eſſe ex propriis expenſis aſſerit. Sed Vicarius temporalis, eſt Capellanus amouibilis, Flores de Mena *variarum quæſtionum libro* 1. *quæſt.* 10. *artic.* 2. *num.* 14. Riccius, *in Praxi aurea variarum reſolutionum, reſolut.* 293. *verſic. Secundo facit*, dicentes, quod huiuſmodi Vicarij potius appellantur Capellani: quod non obſcurè habetur deciſum à Pio Papa Quinto, *in Conſtitut. etſi Mendicantium, la* 41. *apud Bullarium Cherubini*, §. *Inſuper volumus*, ibi: poſſint per ſeipſos... aut aliàs Vicarios, ſeu Capellanos ſæculares, ipſorum Regularium nutu amouibiles. Et infra neque alicuius partis fructuum conſignatione, pro præfatis Capellanis, ſeu Vicariis ſæcularibus. A Rota *in Ianuen. Parochialis S. Andreæ* 19. *Aprilis*, 1627. coram Vbaldo, *verſic. Nec etiam releuare viſum fuit*, ibi: ſed poſtquam dixit curam iſtius Eccleſiæ exerceri per Capellanum ad nutum Monialium amouibilem. *Et in Mindonien. Parochialis*, 3. *Martij*, 1653. *coram Zarate, verſic. Actus verò, & verſic. Quâ ſtante. Et in Piſcien. Iuriſdictionis*, 24. *Nouembris*, 1593, *coram Penia num.* 3. ibi. Examen verò, & approbatio Capellani, qui pro tempore eſſet Curam animarum adminiſtraturus, ad Præpoſitum duntaxat pertinet. *Et in Portugallien. Vicariæ*, 20. *Nouembris*, 1508. *coram eodem, verſic. Et Rota*: quæ omnes appoſitæ ſunt ad calcem mearum Quæſtionum Paſtoralium, *la* 3. 29. 30. & 31. Ergo ad expenſas Funeris Vicarij temporalis, non tenetur Eccleſia. Et quidem non ſolum ad illas, quæ tendunt in viuorum, ſed neque in animæ illius ſolatium. Probabile etiam eſt contrarium. Vide §. 12.

Conſultò addidi: *niſi aliàs Clericus eſſet eiuſdem Eccleſiæ.* In quo quidem caſu, aliud eſt dicendum, vti modo, §. *ſequenti*, videbimus.

§. XII.

De Funeralibus Beneficiariorum, & eorumdem Coadjutorum.

1 ABbas Panormitanus, *quæſt.* 3. *num.* 11. *in reſponſione ad quartum* docet tumulari debere Clericos, alicui Eccleſiæ addictos, de bonis eiuſdem Eccleſiæ. Sicut enim (ait) Clericus licitè in vita viuit de bonis Eccleſiæ, & ſua ſuis conſeruat, vt notatur *in dicto cap. Epiſcopus*, ita & fortius fieri debet in morte reſpectu huius piiſſimæ humanitatis. Agebat magnus iſte Doctor ibi, de expenſis Funeris, de cuius bonis fieri debeant.

2 Samuellius, *in ſua praxi de Sepulturis, tract.* 1. *diſputat.* 5. *controuerſ.* 13. *concluſ.* 10. *pag.* 268 ſic de Coadjutore loquitur. Coadjutor Beneficij decedens ſine Sepultura electa, ſepelietur in ipſa Eccleſia, cui inſeruit, & expenſis de redditibus Beneficij, cui præeſt, tumulabitur. Cuius certè doctrina hîc tradita, benè conſonat Emmanueli Roderiquez, *tomo* 3. *quæſtionum Regularium, quæſt.* 60. *artic.* 3. Hieronymo Roderiquez, *in illarum Compendio, reſolut.* 128. *numero* 17. & Ioanni Baptiſtæ Lezanæ, *in Summa quæſtionum Regularium, tomo* 2. *parte* 4. *verbo Sepultura, numero* 16. cum Thoma Sanchez, *in Decalogum, lib.* 5. *cap.* 14. *numero* 5. docentibus Monaſterium teneri expenſas factas pro Religioſorum Sepultura ſoluere, *ex L. Si quis Sepulchrum, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum*, niſi Religioſi (addunt) habeant beneficium, etiam manuale: quia tunc expenſis illius ſunt ſepeliendi. Ita illi. Ex qua quidem benè comprobatur, quod ad finem dixi §. præcedentis, eſſe ſcilicet probabile, Vicarium temporalem, ſepeliri debere expenſis Eccleſiæ, qui inſeruit, contra id, quod in propoſitione dixeram illa. Vtrumque itaque, ſatis probabiliter ſuſtineri poſſe ſentio.

Quod in præſenti dictum eſt Paragrapho illuſtratur in Conſtitutionibus Synodalibus Pampilonenſis Diœceſis, de Anno Domini 1590. ſub Illuſtriſſimo D. Bernardo de Roxas, & Sandoual Epiſcopo, qui capite, *Como ſe han de partir los fructos de los Beneficios, entre los herederos del difunto, y futuro ſucceſſor, y los del Obiſpado, y Penſiones, el* 2. de Præbendis, ſic decreuit: *Y queremos, ſocorriendo a las neceſſidades de los difuntos, y declarando lo arriba dicho, que el beneficiado difunto, en todas las Yglesias de eſte nueſtro Obiſpado, fuera de la Yglesia Cathedral, goze la tercera parte de frutos del año venidero deſpues de ſu muerte, para que ſocorran ſus neceſſidades, y paguen ſus deudas, y hagan ſus honras.* Hæc ibi, poſtquam ſtatutum fuit Beneficiarios defunctos, ſeu eorum hæredes, percipere debere fructus Beneficiorum ſuorum, pro rata temporis elapſi, à die Sancti Martini eiuſdem, aut immediatè præcedentis anni, vſque ad diem ſuorum obituum. 3

§. XIII.

De Funeralibus Capellanorum.

CApellani, alij ſunt perpetui, & alij amouibiles ad nutum, quibus certum præſtatur ſalarium, vt in Diuinis inſeruiant. De perpetuis docet Franc. Maria Samuellius, *in ſua praxi de Sepulturis, tractat.* 1. *diſputat.* 5. *controuerſ.* 13. *concluſ.* 8. *pag.* 268. ſepeliri debere de fructibus ſuarum Capellaniarum in ipſis Eccleſiis in quibus perpetuas Capellanias habent. De temporalibus autem, & amouilibus, quibus certum præſtatur ſalarium, vt in diuinis inſeruiant (inquit,) non ſepelientur in eiſdem Eccleſiis, quibus ſeruiunt; ſed in propria Parochia, ſi decedant abſque electa Sepultura, aut in Sepultura ſuorum Maiorum, ſi eam habeant, & ex propriis expenſis, *ex cap. Acquiſitis, in fine de Teſtamentis.* 4

Hæc ille. Sed malè allegat dictum *caput, cum illud* nec dum extet in titulo *de Teſtamentis* ab eo allegato, in volumine quinque librorum Decretalium, aut in ſexto quidem, ſed nec in aliquo Iuris Canonici titulo, in dicto duplici volumine inſerto. Quare verum puto, ratione ductus, Cappellanum perpetuum ſepeliri debere expenſis Eccleſiæ, cui perpetuò fuerat addictus, ſeu de fructibus Capellaniæ, ob ea, quæ de Beneficiariis, §. dixi præcedenti: quia eadem de illo, ac de Beneficiario militat ratio; Capellanus autem temporalis, qui non viuebat dum in humanis eſſet de bonis Eccleſiæ, ſed de ſalario illi aliundè proueniente, expenſis Eccleſiæ ſepeliendus non eſt, ex doctrina Abbatis, §. 12. *num.* 1. recenſita argumento facto à contrario 5

sensu, quod validum est in iure, Barbosa, *tractat. locorum argumentorum Iuris, loco 27. numero 1. ex L.1. §. Huius rei, ff. de Officio eius, cui mandata est iurisdictio. L. Qui testamento, §. Mulier, & ibi Glossa, ff. de Testamentis. L. Si procuratorem, §. Si ignorantes, ff. Mandati. L. Si quis locuples, 57. ff. de Manumissis testamento. L. Conuentiuncula, & ibi* Cyn. *à principio, Cod. de Episcopis, & Clericis. L. Apud antiquos, 21. Cod. de Furtis Can. Qualis, 25. distinct. cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælato. cap. Quanquam, vbi Doctores, de Censibus, in 6.* Sed sepeliri debebit de eodem salario, aut de aliis bonis propriis: quia in huiusmodi Capellano, non militat specialis ratio, vt de alienis tumuletur bonis, quæ in alio fidele respectiuè non militet.

§. XIV.

De Commendatarij Funeralibus.

1 COmmendatarium debere expensis Commendæ tumulari, docet Pater Samuellius *in praxi de Sepulturis, tractat. 1. disputat. 5. controuers. 13. conclus. 9. pag. 268.* dicens. Commendatarij decedentes sine Sepultura electa, aut sepelientur in sua Ecclesia Commendata, & eiusdem expensis, aut in Sepultura Maiorum suorum, si habeant, vel in Parochia, vbi mortui sunt, & Sacramenta sumpserunt. Hæc ille, qui nullam adducit probationem, pro sua fundanda conclusione. Probatur autem efficaciter, licet breuiter, hac ratione: Quia Commendatarius sustinuit viuus onera Commendæ, & commoda percepit illius, & de illius vixit bonis. Ergo mortuus, fortiùs subueniri debet expensis Funeris, de bonis Commendæ factis, iuxta Panormitani doctrinam, *q. 3. n. 11. ad quartum* traditam, *& §. 12. num.* recensitam.

§. XV.

De Religiosorum professorum Funeralibus.

BREVIARIVM.

Argumentum.

A seruo ad Religiosum, valet argumentum. n. 3.

Expensæ Funerum.

In locum alimentorum viuorum veniunt. n. 1. 2. 3.

Qui defunctum sepelit, expensas Funeris ab hærede petere potest. n. 8.

Religiosi.

Seruo comparatur Religiosus, ita vt argumentum valeat à seruo ad Religiosum. n. 3.

In professione, sua obligat opera, in Monasterij obsequium præstare, quilibet Religiosus. n. 1.

Sepultura, & Funeralium expensæ fieri debent, pro Religioso, de bonis communibus sui Monasterij. n. 1. & seqq.

Quod verum tenet, etiamsi Religiosus extra Monasterium decedat. n. 4. & seqq.

Limita in casu, quo decedat, dum alicui inseruiat beneficio, etiam manuali. n. 4. & seqq.

Religiosus potest, pro alimentis, contra Monasterium suum, nomine agere proprio, & Procuratorem constituere. n. 2.

Sepultura.

Inter mortuos, idem est Sepultura, quod inter viuos Domicilium. n. 2.

DE bonis communibus Monasterij, fieri debere 1
sumptus Sepulturæ, & Funeralium Religiosi professi, in illo decedentis, certum mihi est.

Primò: quia vti dicam *tomo 2. Disquisit. 1. dub. 6. num. 24.* Religiosus in professione, contractum celebrat onerosum cum Monasterio, vtrinque conditionatum: ille se obligat Monasterio seruire: & hoc ei alimenta præstare. Expensæ autem Sepulturæ, & Funeralium, inter alimenta computari, nefas sit dubitare. Ergo Religiosus professus expensis sui Monasterij sepeliri debet, & Funeralibus subueniri.

Secundò, hac roboratur confirmatione Sepultura 2
venit defunctis in Domicilij locum, (sicut enim domicilium est inter viuos, ita est Sepultura inter mortuos Moronus *respons. 51. num. 52.*) & sumptus Funerum veniunt in alimentorum locum, vti videbimus §§. sequentibus, sicut & domicilium. Sed Monasterium tenetur Sepulturam suo subministrare Religioso, *cap. Religiosi, el 5. de Sepulturis, lib. 6.* ibi: sed sunt apud sua Monasteria tumulandi. Ergo tenetur etiam ei expensas Funerum subministrare. Pro alimentis enim agere potest Religiosus, nomine proprio, contra Monasterium, & Procuratorem constituere. Emmanuel Roderiquez, *tomo 3. quæstionum Regular. quæst. 38. artic. 1.* Hieronymus Roderiquez, *in illarum Compendio, resolut. 97. num. 8.*

Tertiò. Seruus sepelitur expensis Domini, ratione 3
pristinæ seruitutis. Abbas Panormitanus, *quæst. 3. Sempronius, num. 8. in fine, & num. 9. ante medium, ex Lege Filiusfamilias, §. Qui seruum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Ergo etiam Religiosus expensis sui debet sepeliri Monasterij. Consequentia patet. Cum: quia à Seruo ad Monachum, probabile, frequens, & vtile est argumentum. Augustinus Barbosa, *tractatu locorum communium argumentorum Iuris, loco 100. à Seruo*, ex adductis per Euerard. *in topicis legalibus, loco 58.* & Cantiunc. *in simili tract. in 30.* specie *loci à simili.* Quia Monachus seruo æquiparatur, secundum Amicum, *in Cursu Theologico, tomo 5. disputat. 4. quæst. 4. num. 30.* Vbi ita fatur: Religiosi de facto fiunt inhabiles ad rerum dominia per votum solemne. Id apertè testantur Iura. Docent enim, Monachum nihil habere proprij, nihil acquirere sibi, sed Monasterio: testari non posse: nec ab intestatu succedere: illum comparant Seruo, qui iuris est incapax. Hæc Pater Amicus. Et secundùm dictum Barbosam, Nauarrum *Comment. 2. de Regularibus, num. 4. 5. 30. & 42. versic. 14. & num. 44.* Caldas Pereira, *de Nom. Emphyt. quæst. 6.* Ioannem Azorium, *Institutionum Moral. part. 1. lib. 12. cap. 10.* Sigismundum Scoaciam, *de Appellationibus, quæst. 5. num. 54.* & Melchorem Phœbum Lusitanum, *decis. 13. numero 19. & decis. 63. num. 6. tomo 1.* Tum etiam: quia expensæ Funerum, loco alimentorum succedunt: & Monasterium tenetur Monacho alimenta subministrare.

Seruus expensis sepelitur Domini.

Monachus, quod acquirit, Monasterio acquirit. Testari non potest. Nec ab intestatu succedere.

ſubminiſtrare, ſicut Seruo Dominus. Tùm tandem: quia inhumanum & iniuſtum eſſet à Monaſterio non fieri cum Monacho, voluntariè Seruo, quod à Domino cum inuoluntariè Seruo fit.

4 Et doctrina iſta vera eſt, etiam in caſu, quo Religioſus extra Monaſterium decedat, dummodò beneficium non habeat etiam manuale, & ipſi annexum Monaſterio: quia de hoc ſpecialis eſt exceptionis ratio. Pro nobis eſt Emmanuel Roderiquez, *tomo* 3. *quæſtionum Regularium*, *quæſt.*60. *artic.*3. cum Petro de Vbaldis, *de Canonica Epiſcopali portione*, *cap.*13. *numero* 3. *&* 4. Hieronymus Roderiquez, *in Compendio dictarum qq. reſolut.*128. *numero* 17. Franciſc. Pellizzarius, *in Manuali Regularium*, *tomo* 1. *tract.* 3. *cap.*6. *numero* 34. cum Thom. Sanchez, *in Decalogum*, *lib.*6. *cap.*14. *numero* 5. *& tomo* 2. *tract.*8. *cap.*5. *numero* 133. *verſic. Reſpond.* Quia licèt ibi de Nouitiis loquatur, rationem à fortiori pro profeſſis reddit, cum dicat: ſi non habeant patrimonium, tunc ſepeliri debent expenſis Monaſterij. Quia ſcilicet profeſſi, nec habent patrimonium, aut quidquam aliud proprium, nec habere quidem poſſunt, cum ſint dominij incapaces. Sunt etiam pro nobis Aſcanius Tamburinus, *tomo* 4. *de Iure Abbatiſſarum*, *diſputat.*34 *quæſito* 4. Caſtrus Palaus, *tomo* 3. *tractat.*16 *diſputat.*4. *punct.* 13. §.8. *numero* 6. *pag. mihi* 367. & Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſtionum Regularium*, *tomo* 2. *part.*4. *verbo Sepultura*, *numero* 16. *ex Lege Si quis Sepulchrum*, *ff. de Religioſis*, *& ſumptibus funerum.* Libuit Emmanuelem Tamburinum, Lezanam, & Pellizzarium ad amuſſim recenſere.

Præfatus Emmanuel, inquiſito: Quibus expen- 5 ſis debet ſepeliri Monachus decedens extra Monaſterium, aut qui præeſt beneficio manuali? in ſequentia prorumpit. Reſpondeo dicendo, quòd Monachus decedens extra Monaſterium, in Monaſterio ſepelitur, prout dictum eſt in articulo ſuperiori: & caſu, quo non ſepeliatur in Monaſterio, quia deceſſerit in partibus remotis, ita quod corpus commodè non poſſit ad Monaſterium portari, Abbas Monaſterij tenetur mittere pecuniam ad locum, vbi ille deceſſerit pro funerando eum. Ita reſoluit Vbaldus. Si tamen præſidet beneficio manuali, quod eſt de membris Eccleſiæ, videtur, quod debet ſepeliri expenſis Monaſterij, cum ſit Monachus; ſed contrarium eſt dicendum, quod ſcilicet expenſis beneficij manualis debet ſepeliri, cum curam illius gerat: & ſic onus huiuſmodi beneficio incumbit, argumento eorum, quæ in Iure notantur, (videlicet *in Clementina Dudum*, §. *Verum*, *de Sepulturis*:) quod idem de Canonicis Regularibus eſt aſſerendum. Ita Vbaldus. Hactenus Roderiquez, qui quoad Beneficiarium, loquitur de præſidente manuali beneficio: intelligendus tamen eſt etiam, & à fortiori de eo, qui præeſt beneficio perpetuo, aut ſæculari.

6 Aſcanius autem Tamburinus, ita fatur. Cum Regulares profeſſi ſepeliantur expenſis Monaſterij, & ſi extra Monaſterium decedant, vt habetur *cap. vnico de Clerico ægrotante*, *cap. Religioſi*, *de Sepulturis*, *lib.*6. ita etiam Moniales profeſſæ, quæ in re tam pia, & iuſta, & fauorabili, ſub nomine Regularium veniunt, vt ſæpius diximus: quod & praxis hodierna obſeruat. Hæc Abbas prædictus.

7 Verba item Lezanæ, huiuſmodi ſunt. Tenetur autem Monaſterium expenſas factas pro Religioſorum Sepultura ſoluere. *L. Si quis Sepulchrum*, *ff. de Religioſis*, *& ſumptibus funerum*, Roderiquez, *tomo* 3. *qq. Regular. quæſt.*60. *artic.*3. Sanchez, *ſuprà num.* 5. Quod intelligunt, niſi Religioſi habeant beneficium etiam manuale: quia tunc expenſis illius ſunt ſepeliendi.

Pellizzarius denique dicto *numero* 34. ſic diffi- 8 cultatem proponit, & reſoluit. Quæres XVII. An, & quomodo Religio teneatur ſoluere expenſas factas in ſepeliendis ſuis Religioſis? Reſpondeo teneri: & quidem etiamſi ſepeliantur extra Monaſterium, eo quod, verbi gratia moriantur in itinere. Quo caſu ſine dubio, qui eos propriis ſumptibus ſepelit, illas iuſtè repetit à Monaſterio: non ſecùs ac ſepeliens defunctum, poteſt expenſas Funeris petere ab hærede. *L. Si quis*, *ff. de Religioſis*, *& ſumptibus funerum.* Ita Sanchez, *lib.*6. *Moralium*, *cap.* 14. *n.*5. Petr. de Vbaldo, & Roderiq. *to.*3. *q.*60. *art.*3. Huc vſque Doctor ille.

---

§. XVI.

De Nouitiorum Funeralibus.

BREVIRAIVM.

Conſuetudo.

Parem vim habet cum Lege, ſi legitimè ſit introducta, & præſcripta. n.2.

*Dicitur quaſi alterum ius naturale.*n.2.

*Omnia poteſt conſuetudo.*n.2.

Nouitius.

*Si aliud conſuetudo non diſponat, ſepeliendus eſt de bonis patrimonij ſui, ſi illa habeat, aut ex bonis parentum ſuorum ſi diuites illi ſint.*n.1.

Si adſit conſuetudo, vt ſepeliatur de bonis Monaſterij, omninò illa ſeruari debet. n.1.

*Amplia, etiamſi extra Monaſterium decedat.*n.1.

Eſt aliquo modo Membrum Monaſterij Nouitius. n.3. 4. & 5.

SEclusa omni conſuetudine aliter diſponente, tu- 1
mulari debent Nouitij ex bonis patrimoniorum ſuorum, ſi illa habeant, aut ex parentum ſuorum bonis, ſi diuites illi ſint; aliàs Monaſterium expenſas facere tenentur. Quod procedit, ſiue in Monaſterio ipſo, ſiue extra illud decedant. Ita docet vterque Roderiquez, Emmanuel, *tom.*3. *quæſtion. Regular. quæſt.*60. *art.*4. & Hieronymus, *in illarum Compendio*, *reſolut.*128. *num.*17. Auguſt. Barboſa, *de Iure Eccleſiaſtico vniuerſo*, *part.*2. *lib.*2. *cap.*10. *num.*30. cum Laurentio de Franchis, *tractat. de controuerſiis inter Epiſcopos*, *& Regulares*, *quæſt.*58. & Petro de Vbaldis, *tractat. de Canonica Epiſcopali*, *cap.* 13. *num.*13. Pellizzarius, *in Manuali Regularium*, *tom.*2. *part.*1. *tract.*8. *cap.*5. *num.*133. Caſtrus Palaus, *tom.*3. *tract.*16. *diſput.*4. *punct.*13. §.8. *num.*9. Ioannes Baptiſta Lezana, *in Summa quæſt. Regularium*, *tom.*2. *part.*4. *verbo Nouitij*, *n.*41. cum Thom. Sanchez, *in Decalogum*, *lib.*6. *cap.*14. *num.*12. & Ioannes Baptiſt. Ventriglia, *in praxi rerum notabilium*, *annotat.*52. *num.*8. vbi addit. Vnde Monaſterium, quod tenetur reſtituere bona Nouitiæ defunctæ ante profeſſionem, poteſt ſibi retinere expenſas Funeris. Eſt indubitatum, & docet Medices, *de Sepulturis*, *part.*2. *quæſt.*4. *num. vltimo.* Hæc ille.

2 Si tamen adest consuetudo, vt in omni euentu, Nouitij expensis sepeliantur Monasterij, illa seruari debet omninò. Ducor, *primò:* Quia consuetudo legitimè introducta, & præscripta (de hac enim loquor,) parem vim habet cum Lege. Axioma Iuris est, quod Barbosa, *tract. de Axiomatibus Iuris, axiom.56. numero 5.* illustrat *ex L. de quibus, ff. de Legibus, §. ex non scriptis. Instit. de Iure naturali, gentium, & ciuili cap. fin. de Consuetudine cap. Consuetudo, 1. distinct. L. 2. Cod. Quæ sit longa consuetudo.* Guidone, *singulari* 803. Thoma de Thomasset, *in Floribus legum, regula* 78. Belletto, *Disquisitionum Clericalium, part.1. tit. de Fauore Clericorum personali, §.3. num.10.* & quàm plurimis aliis Doctoribus. Vnde consuetudo dicitur forma, & quasi alterum ius naturale: ac proinde omnia potest. Idem Barbosa, *num.1.* cum Baldo, *consil.433.* Apulus Castrum, *colum.4. versic. Decimo probatur, lib.3.* Surdo, *de Alimentis, tit.1. num.7.* Cardinali Tuscho, *practicarum conclusionum, tomo 2. Litt.C. concluf.806. num.16.* & Francisco Nuñez de Velasco, *en los Dialogos de contencion de la Milicia, y Ciencia, Dialogo tercero, pag.76.*

3 *Secundò* ducor ob authoritatem Pellizzarij, Palai, & Lezanæ, *locis modò recensitis*, quorum doctrinam, pro vlteriori nostræ probatione, reddere operæ pretium duxi. Pellizzarius ita fatur. At difficultas est, quibus expensis sepeliri debeant Nouitij? Respond. de rigore Iuris, sepeliendos esse propriis expensis, si habeant patrimonium: & si Monasterium illos sepeliat suis sumptibus, posse eos exigere ab hærede; secùs si non habeant patrimonium: tunc enim sepelire debent expensis Monasterij. Ita Sanchez, *suprà num.12.* aliique. Et patet ex eo, quod in primo casu, cum Nouitius non sit verus Religiosus, nullam habet Monasterium obligationem illum sepeliendi suis sumptibus, cùm ipse habeat ex suo, vnde sepeliatur; in secundo autem casu, cum Nouitius non habeat vnde sepeliatur ex bonis suis, æquum est, vt sepeliatur expensis Monasterij, cum sit aliquo modo membrum illius, vtpotè receptus ad experiendam Religionem. Dixi *de rigore Iuris*, vt indicarent hac in re seruandam esse consuetudinem vniuscuiusque Religionis, quæ fortè est, saltem regulariter, vt Nouitius sumptibus Monasterij sepeliatur: idque etsi moriatur distans à Monasterio vbi erat obedientia Superiorum, cùm etiam in tali casu, militet eadem ratio æquitatis, vt patet. Huc vsque P. Pellizzarius.

4 Lezana autem in sequentia prorumpit. Sepeliri autem debent expensis Monasterij, si non habent patrimonium: tùm, ex obligatione charitatis, tùm ex iustitiæ: cùm tales Nouitij sint membra Religionis. Sanchez, *dicto num.12.* Si verò patrimonium habent, quamvis Roderiguez *suprà artic. vlt.* dicat sepeliendos esse ex propriis expensis, ita vt si Monasterium eas fecerit, repetere possit ab hæredibus; credo tamen consuetudini esse standum, & attendendum ad circunstantias loci, & quantitatis expensarum. Sanchez, *dicto num.12.* Hactenùs Magister Lezana.

5 Palaus denique, sic ait. Quod si inquiras, cuius expensis Nouitius sepeliendus sit? Breuiter respondeo, sepliendum esse propriis expensis, si proprium habeat, nisi consuetudine introductum sit expensis Monasterij sepeliendum esse. Sanchez, *dicto cap.14. num.12.* At si proprio caret, Monasterij est expensis sepeliendus: quia illius est membrum, & sub illius obedientia decessit. Quod adeò verum est, vt secluſa consuetudine, parentes eius diuites obligari non debeant eas expensas soluere, vtpote, qui ab eorum cura separatus decessit, quamvis reuocabiliter. Sanchez, *lib.6.c.14.n.14.*

§. XVII.

De Filiorum Funeralibus.

QVod teneatur Pater expensas in Filij sepelitione facere, docet Abbas Panormitanus, *quæst.* 1 *Expensas Funeris Filij facere tenetur Pater.*
3. numero 1. & 8. & Francisc. Maria Samuellius, *in praxi de Sepulturis, tractat.1. disputat.6. controuers. 15. conclus.3. pag.299.* qui pro se allegat *Legem Si quis. L. Heratius, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.* Sylueſtrum, *in Summa, verbo Sepultura, numero 14.* Tabiena, *eodem verbo, numero 23. & verbo Funus.* Angelum, *verbo Sepultura, numero 45.* Rosellam, *eod. v. numero 21.* Armillam, *numero 27.* Lauorium, *Variarum lucubrationum, tomo 1. tit.2. cap.16. numero 14. & 29.* Dilect. *de Arte testandi, titulo 9.* Pisanellam Hostiensem, apud præcitatum Sylueſtrum.

Et probatur: Quia si Filius legitimus est, tenetur Pater post triennium ei alimenta præstare. Barbosa, *in cap. Ex litteris numero 7. el 2. & fin. de Conuersione infidelium, ex textu*, ibi: *& pueri post triennium apud Patrem, & ex Lege, Si quis à liberis, ff. de Liberis agnoscendis, & ex L. penult. Cod. de Patria potestate.* Et non solùm præstare debet necessaria ad vitæ humanæ sustentationem, sed quæ fuerint necessaria ad statum, & dignitatem personæ. Idem Barbosa ex regula textus *in L. Cum in pluries 13.§. final.ff. de Administratione, & periculo Tutorum. L. Sed & si quid, 19. §. sufficienter, ff. de Vsufructu.* Aretino, *consil.117.* Couarruuia, *de Sponsalibus, part.2. cap.8. §.6. numero 8. & Variarum lib.2. cap.1. numero 22.* Ioanne Garcia, *de Expensis, cap.3. numero 37.* Ascan. *de Patria potestate, effect.17. numero 35. & seqq.* & altero Barbosa, *in L.1. part. 4. numero 6. versic. iis ita explicatis, ff. soluto matrimonio*, vbi idem dicit de Filiis naturalibus. Spuriis verò, nulla habita ratione diuitiarum, aut dignitatis paternæ, seu status, solum alimenta dari debere, quæ præcisè fuerint necessaria ad vitam sustentandam, docet apud Augustinum Barbosam, *numero 8.* cum altero Barbosa *loco citato, numero 66.* Palatius, *in repetitione cap. Per vestras, de Donationibus inter virum, & vxorem, §. 24. numero 3.* Immò & Filiis spuriis debentur alimenta attentis diuitiis paternis, & eius qualitate, & dignitate consideratis, vti August. Barbosa docet, *in cap. Cum haberet, numero 12. de eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulterium, el 5.* cum Couarruuia, *loco citato.* Gomezio, *in L.10. Tauri, numero* 40. & Molina, *de Primogen. lib.2. cap.15. numero 54. versic. sed verius est*: ac cum altero Molina, *de Iustitia, & Iure, tractat. 2. disputat.168. in principio*, & aliis. Et Leonardus Lessius, *in simili tract. lib.2. cap.19. dubitat.6. num.68.* Fagundez, etiam *de Iust. lib.6. cap.15. num.11. ex dicto cap. Cum haberet, & Ordinatione Lusitana, in veteribus, lib.4. tit.68. §.2. & in nouis, lib.3. tit.9.* Sed

2 *Alimenta tenetur Pater præstare Filio post triennium.*

Et non solum necessaria ad vitæ, sed status sustentationem.

Et non solùm legitimo, sed etiam naturali, & spurio.

sumptus,

ſumptus, & expenſæ Funerum loco alimentorum neceſſariorum præſtantur defunctis. Ergo Pater tenetur ad expenſas Funeris Filij ſui, ſiue legitimi, ſiue naturalis, ſiue ſpurij.

3 Præfata tamen doctrina limitatur ab Abbate, *dicta quæſt. 3. ante num. 1. & num. 8.* docet enim hîc, quod Pater non tenetur alimenta miniſtrare Filio habenti bona, vnde viuat, *ex Lege 1. ff. de lib. agn.* ex quo infert, idem dicendum de expenſis Funeris. Vnde ante *num. 1.* ait ad has non teneri Patrem, ſi Filius habeat ſucceſſorem, ſed eius hæredem teneri. *L. Si mihi Filius ſit, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.*

Limita, in caſu, quo Filius habeat vnde viuat.

§. XVIII.

De expenſis Funeris Patris.

1 SI Pater, & idem eſt de Matre, habeat bona, ex quibus ſolui poſſint ſumptus Funeris ſui, non tenetur illos, ex propriis, ſoluere Filius. Docet ſic Nicolaus Tudeſcus Panormitanus Abbas, *quæſt. 3. n. 1.* ibi: & Filius non debet teneri, ex quo Pater alium habet hæredem. Hæc ibi in terminis noſtris, de expenſis paterni Funeris. *Et num. 8. ad finem* id probat in ſimili de alimentis, dicens. Idem dico eadem ratione, ſi comparatur Prælatus Patri. Filius enim non tenetur alere Patrem de bonis, quæ habere poteſt, ſi Pater habet vnde viuat. Hæc Abbas. Et illuminatus Moronus, *in centum reſponſis, reſponſ. 43. num. 65.* loquens de Funere vxoris, ait illum ad maritum pertinere, qui eſt hæres vxoris: quia expenſæ Funeris pertinent ad hæredem. Et ſi maritus (addit) mortuus ſit, pertinent ad Filios, qui pariter ſunt hæredes: textus apertus *in L. Impenſa, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum.* Peregrinus, *de vſufructu, ſub num. 216.* Ex his habemus Doctoribus, Filium hæredem, ad Parentum teneri Funeralia, propter regulam generalem, quod expenſæ, & ſumptus Funerum ad hæredem pertinent. Vnde ſi duo ſunt Filij, & alter tantum inſtitutus hæres, altero iuſtè, vel iniuſtè ſpreto, ſolum hæredem, ad præfatos teneri paterni Funeris ſumptus. Et meritò quidem: quia paterna bona, tranſierunt ad hæredem, cum onere ſuo.

Expenſas Funerum Parentũ, facere tenetur Filius, ſi illi bona non habent.

Alere tenẽtur Filij Parẽtes, non habentes vnde viuant.

§. XIX.

De expenſis Funeris Vxoris.

BREVIARIVM.

Coniux.

Ad expenſas Funeris ſui conſortis, quando teneatur coniux, & quando non. n. 1. & ſeqq.

Quando teneatur coniux conſortem alere, & quando non. n. 2.

Coniuges ſuorum corporum poteſtatem non habent; ſed communem, & reciprocam ſeruitutem habent, & poſſeſſionem. n. 2.

Coniux ad expenſas Funeris conſortis non tenetur, ſi illius hæres non eſt. n. 3.

Limita in caſu, quo nec conſors, nec illius pater bona habeat, de quibus expenſa illæ fieri poſſint. n. 7.

Expenſæ Funeris.

Funeris expenſæ ad hæredem defuncti pertinent. n. 3.

Vxoris Funus, de illius dote fieri debet. n. 6. 7.

Si tamen bona alia præter dotem habeat, pro rata fieri debet, de illis, & de dote. n. 6.

ABbas Panormitanus *quæſt. 3.* de præſenti agens materia, ſic *numero 1.* ait. Idem dicendum, ſi eum reputemus ſponſum: non enim coniux tenetur ad curandum funus coniugis, ſi habeat bona, in quibus alius ſuccedit. Solum enim tenetur quando inſtituitur hæres, vel quando eſt dives, & pater eſt impotens: tunc enim tenetur. Quia eius iniuria videretur, ſi quando vxor inſepulta, aut vir inſepultus relinqueretur, vt *L. Celſus, & L. Quod ſi nulla, ff. de Religioſis, & ſumptibus funerum.* Hactenus ibi: *& num. 8. circa finem*, in ſequentia prorumpit. 1

Idem dico ſi comparetur coniugi, Nam coniux non tenetur alere coniugem, ſi coniux habet vnde viuat, ſiue ſit maritus, ſiue vxor. De vxore reſpectu mariti probatur *in cap. Per veſtras, de Dote poſt diuortium reſtituenda, & in L. 1. Cod. de Pactis dot. & L. Maritus, Cod. de Procuratoribus.* De marito reſpectu vxoris, probatur *in capite Salubriter, de Vſuris, & in dicto cap. Per veſtras.* Vir enim tenetur vxorem alere ſecundùm quantitatem dotis, vt *in dictis Iuribus, & in L. Si cum dotem, §. Sin autem, ff. Soluto matrimonio.* Et ratio eſt, quia communis, & reciproca ſeruitus, & poſſeſſio eſt: quiſque enim eorum poſſidet, & poſſidetur: nec aliquis eorum debet habere poteſtatem ſui corporis, vt *in cap. Non debet, de Conſanguinitate, & affinitate*, & notatur *in cap. Extranſmiſſa, de Reſtitutione ſpoliatorum.* Hæc omnia Abbas: in quibus plura docet. 2

Alere non tenetur coniux coniugem habentem bona vnde viuere queat.

Primum eſt. Coniugem inſtituentem hæredem bonorum ſuorum, ſeu illa relinquentem in morte, alteri quàm conſorti ſuo, iſtum nullatenus teneri ad expenſas Funeris illius. Et iſtius ratio, in promptu eſt. Quia hæres tenetur ad Funeris ſumptus, vti ex eodem & aliis Doctoribus, *ſect. 1. §. 4.* diximus. Quocirca D. Antoninus, *in Summa, part. 3. tit. 10. cap. 5. de Sepulturis*, §. 2. poſtquam dixit: expenſas autem Funeris tenetur hæres facere: ſtatim, nullo interpoſito, addit. Item ſi mulier habeat dotem, de ipſa dote debent fieri. Et Naldus, *in Summa, verbo Sepulturæ, n. 10.* ait. Sepulturæ, ſiue Funeris vxoris expenſa facta à viro, repetitur per eum à Patre vxoris ad quem redit ipſa dos; ſecus autem ſi remaneret apud virum. *L. Qui vxorem, Cod. de Negotiis geſtis.* Moronus etiam *in centum reſponſis, reſponſ. 43. num. 65.* ſic ait. Expenſæ factæ in Funerali vxoris, pertinent ad maritum, qui eſt hæres vxoris: quia expenſæ Funerum pertinent ad hæredem. 3

Secundum, quod docet Abbas eſt, coniugem demortuum ſine bonis, de quibus expenſæ ſui Funeris fieri poſſint, à conſorte tumulari non debere ſuis expenſis, ſed à defuncti Patre, ex propriis id efficere potente. 4

Tertium, quod ſi Pater defuncti inops eſt, & dives coniux viuus, teneatur iſte ad expenſas Funeris. 5

Abbati conſonat Syluester, *verbo Sepultura numero 14.* vbi docet, quod ſi habeat dotem, & alia bona, pro rata de iis, & de dote ſumptus Funeris vxoris fieri debent. *L. Neranus, ff. de Religioſis, &* 6

ſumptı

sumptibus funerum. Si alia bona non habeat, de ipsa dote. Si tandem nec bona, nec dotem relinquat, ait cum Supplemento, Rosella, Pisa, Hostiensis, & Summa Confessorum, quod Pater omnes expensas præstare debet; & si Pater non est soluendo, maritus, in quantum potest, debet illas supplere.

7 Nec dissonat Ioannes Bapt. Ventriglia, *in praxi rerum notabilium, annotat.25. num.3.* dicens, quod si vxor est dotata, sepelienda est expensis dotis, ita vt succedentes in dote, pro rata teneantur ad expensas, & si maritus dotis partem retineat, partem sumptus Funeris contribuere debeat. Et addit, quod si dos penes maritum reperiatur, qui teneatur illam restituere, non potest iuuari dilatione annali ad restituendam dotem, ad effectum euitandi Funeris expensas. Sic ille, ex Paulo de Castro, *in L. Si Filia, ff. soluto matrimonio.* Et vlteriùs dicit, quod si vxor non est dotata, & illa habet suos, maritus non tenetur ad expensas Funeris; secus si non habeat suos, nec in bonis habet. Ita ille ex Bartolo, *in L. Quod in vxorem, Cod. de Negotiis gestis.* Et in hoc quidem casu, quod vxor non habeat suos, qui illam sepeliri possint, & non in alio locum tenet, & procedit D. Antoninij sententia, vbi suprà dicentis, quod si non habeat dotem, (vel alia bona) ad maritum pertineat. *L.1. ff. de Religiosis, & sumptibus funerum.*

§. XX.

De Pauperum Funeralibus.

1 QVando quis adeò pauper moritur, vt pro Funeralibus bona non habeat, & nullus eum velit sepelire, debet Ecclesia de suo, sumptus facere: & si Ecclesia, de suo non habeat, debent Parochiani, in sententia Franciſci Mariæ Samuellij, *in praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.6. controuersia 15. conclus.1.* expensas Funeris agere, ne pauperum cadauera insepulta maneant. Et idem Author, *conclus.2.* ait, quod Rector, & Parochus tenetur etiam pauperum suæ Parochiæ Funus ducere, quamvis nullam inde eleemosynam speret, & illorum animas Deo commendare. Pro quibus omnibus allegat Sebastianum Medices, *de Sepulturis, part.2. quæst.3.* Toletum, *in Summa, lib.1. cap.5.* & Iulium Lauorium, *variarum lucubrationum, tom.1. tit.2. cap.16. n.15. & 16.*

2 Et ratio ipsa id suadet: quia scilicet Sepultura, maximè pendet, ab administratione Sacramentorum. Sed Ecclesia, & Parochus illa tenentur Pauperi ministrare. Ergo & Sepulturam, cum Funere necessario ad animæ solatium, & remedium ministrare tenentur.

3 Deinde. Expensæ Funerum defunctorum, succedunt in locum alimentorum, viuis debitorum. Sed Ecclesia, Parochus, & Parochiani debent alimenta præstare Pauperi viuo. Ergo debent Pauperi mortuo expensas Funeris præstare. Et hoc certè argumentum efficax est: Quia à simili ad simile valet argumentum. Barbosa, *tract. locorum communium argumentorum Iuris, loco* 101. cum Cardinali Tuscho, *practicarum conclusion. tom.1. Litt. A. conclus.507. num.29.* Gratiano, *consil.30. num.31. volum.1.* Peregrino, *consil.9. num.29. volum.2.* Mascardo, *de Probationibus, conclus.1253. num.4.* & cum pluribus aliis.

§. XXI.

De Funeralibus seruorum.

EXpensas Funerum seruorum fieri debere de bo- 1
nis Dominorum suorum, docet Panormitanus, *quæst.3. Sempronius, num.9. in fine:* Cùm seruus (inquit) ratione pristinæ seruitutis, sepeliatur expensis Domini, vt in *L. Filiusfamilias, §. Qui seruum, de Religiosis, & sumptibus Funerum.* Docet etiam Samuellius, *in Praxi de Sepulturis, tract.1. disputat.6. controu.15. concl.3. pag.299.*

Et probatur: quia Domini tenentur alimenta præstare seruis viuis. Ergo tenentur præstare illis expensas Funerum. Consequentia patet ex modò dictis *in præcedente §.* Antecedens autem docet Azorius, *Institutionum Moralium part.2. lib.2. cap.38. q.1. & q.3. capitis 39.*

§. XXII.

De Canonica Portione.

BREVIARIVM.

Canonica Portio.

Duplex est Portio Canonica: vna Episcopalis, & Parochialis altera: & quænam vtraque sit. n.1.2.

Portio Parochialis, aliquando fuit media; aliquando tertia; & aliquando quarta. n.2.

Regulares, ab vtriusque Portionis solutione, exempti sunt. n.3. & seqq.

DVplex, in Iure Pontificio, Portio Episcopis, & 1
Parochis assignata inuenitur, de iis, quæ à testatore piis locis pro ipsius anima relinquuntur, & de iis, quæ cum funere ad Ecclesiam deferuntur. Vtraque Portio *Canonica* dicitur, quia à sacris est præscripta Canonibus. Portio Episcopalis, est quarta pars legatorum alicui pio loco intra Diœcesim à testatore relictorum, Episcopo debita, propter communionem, quam cum suis habet Ecclesiis, ex Iuris dispositione *in cap. Officij, cap. Requisisti, & in cap. finali de Testamentis, ac in Clement. Dudum, de Sepulturis §. Verum.* D. Antoninus, *in Summ. part.3. tit.10. cap.5. de Sepulturis, §.4.* Laurent. de Peyrinis, *de Priuilegiis Regular. ad Constit. Pyrrhi, §.12. num.54.* cum Molfesio, *in Summ. tom.2. tract.13. cap.9. num.19.* Bruno Chassaing, *de Priuilegiis, Regular. p.2. tract.8. cap.4. propos.1.* cum Syluestro, *verbo Canonica Portio,* & cum Miranda, *in Manuali, tom.2. q.48. art.1. concl.1.*

Canonica Portio Parochialis, est pars, siue me- 2
dia, siue tertia, aut quarta eorum, quæ aduenium Ecclesiæ in qua quis tumulatur, & quæ cum funere deferuntur: ceræ v.gr. panis, & huiusmodi. Pellizzarius, *in Manuali Regular. tom.2. tract.8. cap.5. numero* 160. & habetur expressum in Piana Constitutione *& si Mendicantium Ordines*, infra recensenda, *num.* Quæ vtique pars, *Quarta Funeralis*, dicitur communiter: *Funeralis* quidem: quia est Funeralium pars; & *quarta:* quia licet olim fuerit tertia pars Funeralium Ecclesiæ Parochiali adiudicata, *in cap. Nos instituta, & in cap. Certificari, de Sepulturis*, vbi approbatæ

approbatæ etiam fuerunt medietas,& quarta pro locorum diuersitatibus, & eorum consuetudinibus;& medietas etiam fuit assignata, *in cap. Inter cunctas de Priuilegiis*; quarta tamen fuit taxata *in cap. Super Cathedram, de Sepulturis, in Clement. Dudum, eod. tit. & in Pianaprafata*, & etiam *in Concil. Trident. sess. 25. cap.* 13. Appellari etiam solet hæc Parochialis Portio, *iustitia Parochialis*, vti videre licet *in dicto cap. Certificari*, & in quàm plurimis Apostolicis diplomatibus, liberam Sepulturam Regularibus concedentibus, cum expressa clausula ista: *Salua iustitia Parochialium Ecclesiarum.* Quâ non obstante quartæ taxatione, si adfuerit medietatis, „ aut tertiæ, consuetudo seruanda omninò erit ex dis- „ positione dicti capitis *Certificari.* vbi Clemens III. „ ita decernit. Nos tale præbemus in hac veritate res- „ ponsum, vt secundùm rationabilem consuetudinem „ regionis, illa iustitia circa medietatem, vel tertiam, vel quartam pro locorum diuersitatibus attendatur. Hæc ibi. Si autem non constet de consuetudine loci, Standum est consuetudini Ecclesiarum vicinarum, & si illa est varia, debetur quarta. Ita D. Antoninus, *vbi suprà*, §. 3. & §. 7. Pellizzarius *loco citato*, cum Roderiquez, *qq. Regular. q.* 39. *art.* 1. *tom.* 1. ex Ancharrano, Sylvestro, & aliis, & ratio est, quia quarta magis conformis Iuri videtur. Et quoad Regulares quidem Canonicam soluere debentes, illa, & non alia pars solui debet; quia ad illam, per Clementinam *Dudum*, restricta est, & ab hac taxatione secundùm Lau. de Zen. non licet recedi, cum sit Papalis. *distinct.* 19. *in memoriam.* Verbis vtor D. Antonini, cuius placitum firmatur ex prædicta Constitutione. *Etsi Mendicantium Ordines.*

3 A solutione Canonicæ portionis Episcopalis exempti sunt Regulares, per Benedictum Papam Vndecimum, & per alios Summos Pontifices, provt ipse refert *in dicto cap. Inter cunctas, de Priuilegiis.* Alexander Sextus, Minores excepit ab illius solutione in Bulla, quæ incipit *Sacræ Religionis*, quam Paulus Quartus ex certa scientia confirmauit, cum derogatione Clementinæ *Dudum*, in Bulla *Ex Clementi*, provt refert Chassaing, *citato in loco*, quæ Paulina habetur in Bullario. Emmanuelis Roderiquez, la 1. huius Pontificis. Iulius Secundus Minimos etiam ab eadem exemit Portione Episcopali in Bulla, *Virtute conspicuos*, §. 26. *la* 2. apud Laurentium de Peyrinis, *de Priuilegiis Regularium.* De qua Regularium exemptione, D. Antoninus sic vbi supra ait. A Fratribus autem, Episcopus nullam quartam detrahit, secundum Federicum. Peyrinus *dicto §. num.* 73. Chassaing, & Ascan. Tamburinus, *de Iure Abbatum, tom.* 1. *disp.* 15. *q.* 17. vbi pro exemptione Cassinensium ab vtraque Canonica recenset Eugenium IV. *Anno* 1436. *quintò Nonas Iulij, in Bulla Ad Ecclesiarum*, la 11. Bullarij nostræ Congregationis.

4 Exempti etiam sunt Regulares à solutione Portionis Canonicæ Parochialis, seu Quartæ funeralis. Nicolaus Papa Quintus, cum derogatione Clementinæ *Dudum*, exemit Fratres de Monte Carmelo, vt refert Chassaing. Quam certè exemptionem illis diuersi Pontifices concesserunt, vti habetur in Bulla 4. Pauli Quinti apud Cherubinum. Illam contulit Minimis Iulius Secundus, in Bulla *Dum ad Sacrum Ordinem*, § 33. *la* 1. apud Laurent. de Peyrinis, de qua ipse Author, *dicto num.* 73. & Chassaing. & Leo X. in Bulla *Exponi Nobis*, §. 2. la 10. apud dictum Laurentium. Cui Iulij Bullæ non derogauit Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 13. ita declarante Sacra eius Congregatione per hæc, quæ sequuntur verba.

Congregatio Concilij censuit huiusmodi priuilegio, ante quadraginta annos ante Concilium, vt „ proponitur concesso, minimè derogatum esse eius- „ dem Concilij Decretis. „

Hanc Declarationem ad amussim exscribunt Peyrinus *ad Constitutionem Pyrrhi, num* 54. & Stephanus Quaranta *in Summa Bullarum, verbo Priuilegia Regularium*, subscriptam quidem per Cardinalem Matthæum. Et vterque testatur, adesse authenticam in Conuentu Sancti Ludouici de Neapoles dicti Ordinis Minimorum. Et Peyrinus addit, existere etiam in Archiuio suo Romano.

Aliam eiusdem S. Congregationis Declaratio- 5
nem transcribunt Emmanuel Roderiquez, *tom.* 1. *quæstionum Regular. q.* 2. *art.* 39. Quaranta *vbi proximè*, *pag.* 516. Peyrinus, & Chassaing, huius tenoris.

Congregatio Concilij censuit, non comprehendi „ Monasteria ædificata à quadraginta annis citra, aut „ quæ in dies ædificantur, vel in futurum ædificabun- „ tur, præsuppositio, quod huiusmodi Monasteria sint „ eiusdem Religionis, cui à Sede Apostolica indultum „ sit, vt Quartam Funeralem non debeant soluere Epis- „ copo. „

Anton. Cardinalis Carafa.

Quam certè Declarationem canonizauit Paulus Papa V. in Bulla *Decet Romanum Pontificem*, *la* 4. apud Angel. Cherubinum, *tomo* 3. *pag. mihi* 179. & apud Peyrinum, eodem num. 54. & obseruari statuit, dicens. Inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ om- „ nibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Epis- „ copis, & Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, ac „ aliis, quos id concernit, ne ab ipsis Fratribus Mona- „ steriorum, seu Domorum à quadraginta annis ædi- „ ficatorum dicti Ordinis Carmelitani Quartam Fu- „ neralem huiusmodi quoquomodo exigere, aut de- „ super molestare audeant, seu præsumant. Quod si „ quis contradicere præsumpserit, indignationem „ Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo- „ stolorum eius nouerit se incursurum. Hæc ibi, post „ recensitam prædictam Declarationem.

Pius tandem Quintus, 17. Kalend. Iulij, 1567. in 6
Constitutione *Etsi Mendicantium Ordines*, omnes Mendicantes, & cum illius insertione, nostram Congregationem Vallisoletanam, in Constitutione *Cum intra mentis nostræ*, 8. Kal. Septembris eiusdem anni, immunes, & exemptos reddidit à solutione Quartæ Funeralis, per hæc, quæ sequuntur verba, & etiam ab Episcopali.

Quartam autem Funeralium, de qua *sess.* 25. *cap.* „ 13. nequaquam soluere teneantur Monasteria, quæ à „ quadraginta annis citra fundata existunt, postquam „ Concilium ipsum loquitur tantum de Monasteriis „ ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam Quar- „ tam soluere consueuerunt, & vbi solui consueuit, id „ tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus partibus „ deferri contigerit, tempore, quo defunctorum cor- „ pora ad Sepulturam deferuntur, non autem de Mis- „ sis, seu legatis, vel aliis Fratribus ipsis, seu Monia- „ libus huiusmodi relictis, aut aliàs quomodoliber do- „ natis, solui debet: Sicque intelligi Concilij Decre- „ tum, quoad Quartam huiusmodi soluendam debere „ decernimus. Vbi verò non est consuetudo soluendi „ Quartam huiusmodi, de nullo suprà scriptorum sol- „ ui debere declaramus. „

Et hæc de præsenti Tractatu dicta sufficiant: quicquid autem in toto dixi Volumine, S. Ecclesiæ, & Doctiorum iudicio submitto.

DECISIONES SACRÆ ROMANÆ ROTÆ, Quæ per extenſum poſitæ, ad comprobanda multa in Opere iſto dicta, præſtò ſunt.

R.P.D. VEROSPIO.

Pampilonenſis Parochialis, Veneris, 28. Nouembris, 1664.

Excripſi illam, contuli, & collationaui cum exemplari huius Deciſionis Romæ miſſo.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Synodalis Conſtitutio Pampilonenſis de Anno 1590. circa inamobilitatem Vicariorum, irrita declaratur. n.4.

Decretum irritans.

Titulum inficit, & poſſeſſionem, ita vt actus Contrarij, nequeant Ius aliquod, ſeu poſſeſſionem parti tribuere. n.7.

Vicarius.

Deputatio Vicarij amobilis, pro Eccleſia Iure pleno annexa Monaſterio, Abbati, & Monachis à Iure indulgetur. n.1.

Iſtarum Eccleſiarum vnitarum Vicarij, nudum Curæ habent exercitium. n.1.

Vicarios perpetuos deputandi pro Eccleſiis Cathedralibus, & Monaſteriis vnitis, committit Concilium Ordinarij arbitrio, in actu Viſitationis, partibus legitimè citatis, & Eccleſiarum exigente neceſſitate, exercendo. n.2.

Hæc Concilij diſpoſitio, immutata, variataque exiſtit, reſpectu Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum, per Pium Quintum. n.3.

In dubio Vicaria, amobilis præſumitur. n.5.

Reputari non debet perpetua ex eo, quod electi aliquoties, vſque ad obitum in Curæ exercitio perſiterint. n.6.

Vicaria amobilis in perpetuam redigi non poteſt, niſi prius legitimi in perpetuam erigatur. n.8.

In electionibus Vicariorum Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum, ad vnguem ſeruari debet Pij Quinti Conſtitutio n.7.

Abbas in nominatione Vicarij perpetui, nullum præiudicium inferre poteſt Monaſterio, ac Vicariæ in ſtatu amouibilitatis. n.7.

Statum amobilitatis, abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ immutare nequit. n.8.

Vicaria perpetua, beneficij aſſequitur nomen. n.6.

In dimiſſione perpetuæ Vicariæ, aſſenſus requiritur Ordinarij. n.1.

Vnio.

Vnio Iure pleno, eſt vnio quoad ſpiritualia, & temporalia. n.6.

In Eccleſia vnita pleno Iure Monaſterio, titulus beneficij ſuppreſſus euaſit, & cura illius penes Abbatem reſidet, & Monachos abſque vacationis ſpe. n.1.

DECISIO I.

1 ELectio Vicarij Regularis, ſiue ſæcularis in Parochiali Eccleſia oppidi de Elizondo, Abbati, ac Monachis Præmonſtratenſibus de Vrdax, binis Deciſionibus coram me decreta fuerat, reſeruata tamen diſcuſſione, an valeat ab Abbate Vicarius ad nutum remoueri, vel perpetuus debeat potius, hoc eſt vitam nominari: Quo hodie propoſito Dubio, electionem Vicarij amobilis Abbati competere, Domini reſponderunt.

Cum enim Parochialis Eccleſia fuerit pleno Iure, nedum ſcilicet corporalis, ſed etiam ſpiritualis reſpectu, annexa Monaſterio, vt Deciſiones præcedenter editæ abſolutè conuincunt, titulus beneficialis ſuppreſſus euaſit, ita vt Cura illa, abſque ſpe vacationis penes Abbatem, & Monachos continuò cenſeatur reſidere, ex doctrina Gloſſæ, communiter recepta, in *Clement. 1. verbo De menſa, de Supplenda negligentia Prælatorum. Et in Clement. 1. verbo Haberent. de Reſcriptis.* Oldrad. *conſ.* 257. *n.* 15. Rota, *in Pampilonenſi, Iurium Parochialium, 19. Ianuarij, 1693. in* 1. §. coram R.P.D. meo Beuilaqua. Quibus proinde electio Vicarij amobilis, penes quem nudum duntaxat reſidet exercitium ex Iuris diſpoſitione indulgetur, de qua per Gloſſam, *in Clement. 1. verbo Ad menſam, de Exceſſibus Prælatorum.* Vbi contrarium in ſimplici vnione aſſerit procedere. Prob. *ad Monach. in cap. Super eo. num. 19. poſt medium, verſic. Et dic per Vicarium, de Præbendis, lib. 6.* Hored. *de Incompatibilitate Beneficiorum, part. 1. cap. 15. n.* 8. Rebuff. *in Praxi Beneficiorum, tit. de Vicariis perpetuis, num. 6. &* 7. Garcia, *de Beneficiis, par. 11 cap. 2. n.* 3. Lotterius, *de Re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 33. n. 93.* Barboſa, *de Officio, & Poteſtate Epiſcopi, allegat. 72. n.* 189. Sanleger. *Quæſtion. Benefic. lib. 1. qnæſt. 36. n. 11.* Rota, *deciſ. 2. n. 2. de Exceſſibus Prælatorum, in nouiſſ.* Et *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 28. Martij, 1659 coram R.P.D. Albergato.* Et *in Pampilonenſi Iurium Parochialium, 19. Ian. 1663. § Non obſtat, cum ſeq. coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Tum etiam ex Conſtitutione Sanctæ memoriæ Pij Quinti, inter impreſſas in Bullario, *la* 47. §. 5. & 6. Vbi Regularibus Mendicantibus, cæteriſque vitam Monaſticam profitentibus tribuitur facultas in Eccleſiis Parochialibus propriis Conuentibus annexis, eligendi Vicarium Religioſum ad nutum amobilem præuio tamen examine à loci Ordinario approbandum. In cuius terminis Conſtitutionis, idem tradiderunt Garcia, *de Beneficiis, par. 2. cap. 2. n. 13.* Barboſa, *de Iure Eccleſ. vniuerſo, lib. 3. cap. 8. n. 8. ad finem.* Rota coram Durano, *deciſ. 74. n. 27. & deciſ. 88 n. 1. & 2. & 27. cum ſeq. part. 9. recentiorum.* Ad exequendum, &c. Incipit.

Nec viſa fuit vrgere diſpoſitio Sacri concilij Tridentini, *in ſeſſ. 7. cap. 7. de Reformatione.* Ibi enim Ordinariorum duntaxat arbitrio remittitur, vt quoties Eccleſiarum regimini expedire dignouerint, perpetuos Vicarios adhibeant in quibuſcumque Curatis, & Eccleſiis, tam Cathedralibus, quàm Monaſteriis vnitis; non autem neceſſitas eligendi Vicarium perpetuum Monachis iniungitur, vt aduertit Barboſa, *in Collect. an. ad idem Concilium, n.* 15. Rota, *in Hiſpalenſi Iuris amouendi Curatos, 21. Iunij, 1641. §. Immò, coram bonæ memoriæ Pecetingero, & in Pampilonenſi, Iurium Parochialium, 19. Ianuarij, 1663. §. Quibus, coram R.P.D. meo Beuilaqua.* Quod tamen arbitrium, in actu Viſitationis, præuia partium citatione ab Ordinariis exercendum legitima, 2

vna cum vtilitate Ecclesiæ causam exquirit, vt tradit Nauarrus, *consil. 11. de statu Monachorum.* Flores de Mena, *Variarum Resolution. lib. 1. cap. 10. n. 47.* Garcia, *de Beneficiis, part. 11. cap. 2. n. 8. & 9. cum seqq.* Barbosa, *de Officio, & potest. Episcopi, allegat. 72. n. 190. & in Collectan. ad Concil. Tridentinum, sess. 7. cap. 7. de Reformatione, n. 31.* Rota, *in Mindonien si Parochialis, 3. Martij, 1653. in fine, coram R. P. D. meo Zarate.*

3 Præterea, Sacri Concilij dispositio, in hac parte fuit innouata à Piana Constitutione postmodum ædita, expressè Regularibus Mendicantibus, ac Monachis, in Ecclesiis Monasteriis annexis deferente electionem Vicarij Regularis ad nutum amouibilis, vt aduertit Gonzalez, *ad Regulam 8. Cancelariæ, gloss. 5. §. 3. num. 53. & 54.* vbi ita refert fuisse à Sacra Congregatione decisum. Garcia *de Beneficiis, part. 11. cap. 3. num. 13.* Barbosa, *de Iure Ecclesiastico vniuerso, lib. 3. cap. 6. num. 8. & 9. & de Officio, & potest. Episcopi, allegat. 72. num. 190. versic. Quæ omnia confirmabis. Et in Collectan. ad dictam sess. 7. c. 7. de Reformatione, n. 17.* Vbi loquitur in specie de Parochialibus vnitis Monasteriis Ordinis Præmonstratensis. Rota *in Pampilonen si Vicariæ de Stella, 28. Martij, 1659. §. Non obstat, coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Hinc non obstat Constitutio Synodalis Anni, 1590. prohibens Abbatibus Regularibus remotionem Vicarij, absque legitima causa. Illa siquidem, vti dispositioni Iuris, nec non Pianæ Constitutioni contraria, nullius propemodum roboris reputatur. Rota, *decis. 7. n. 16. & 17 part. 6. recentiorum,* & in specie responsum fuit *in Pampilonen si Vicariæ, de Stella, 28. Martij, 1659. §. vltimo, coram R. P. D. meo. Albergato.*

5 In quam Domini sententiam, eò facilius innarunt, quod super potestate eligendi Vicarium amouibilem obseruantia concurrat actibus diuersis elicita, quæ plurimùm inspici consueuit ad dignoscendum Vtrũ Vicaria tẽporalis, vel perpetua potius existat, vt notant Gonzalez, *ad Regulam 8. Cancel. glossa 5. §. 3. n. 17. &* 18. Garcia, *de Beneficiis. part. 11. cap. 2. n. 16.* Vbi, quod in dubio, præsumitur amouibilis. Barbosa, *de Iure Ecclesiastico vniuerso, lib. 3. c. 6. n. 67.* Rota, *corã Caualerio, decis. 350. n. 2. cũ seq.* vbi declaratur textus *in c. vnico, de Capellis Monachorum, lib. 6. & decis. 389. num. 6.*

6 Cui sanè obseruãtiæ non aduersatur, quod Vicarij per Abbatem electi, aliquoties ad obitum vsque in exercitio Curæ perstiterint. Cum enim illorum amotio, ex mera Abbatis voluntate pẽderet, Vicaria proindè non debet ex huius non vsu facultatis, perpetua reputari, vt aduertit Glossa, *in Clement. 1. verbo Renouari, de Supplenda negligentia Prælatorum.* Abbas, *in c. Ad nostram, 5. n. 11. de Confirmatione vtil.* Rebuffus, *de Pacifica possessione, n. 333.* Gonzalez, *ad Regulam 8. Cãcelar. gloss. 5. §. 6. n. 35. & 36.* Sanchez, *ad Præcepta Decalogi, lib. 7. c. 29. n. 27.* Rota *corã Caualer. Decis. 389. n. 4 & Decis. 245. n. 17. p. 6. recentiorum.* Dum maximè Vicarij sæculares, pluries Vicariã in Abbatis manibus dimiserunt, nullo Ordinarij adhibito assensu in dimissione perpetuæ Vicariæ, quæ Beneficij nomen assequitur iuxta textũ *in Clement. 1. de Officio Vicarij,* absolutè requisito ad textum *in c. Admonet, 4. de Renunciatione, &* respondet in specie Rota *in Pampilonẽsi Iuriũ Parochialiũ, 19. Ianuarij, 1663. §. Non releuat, coram. R. P. D. meo Beuilaqua.*

7 Quinimo, nec Abbas mediante nominatione Vicarij perpetui, potuisset Monasterio, ac Vicariæ in statu amouibili existenti præiudicium inferre. Vitalinus, *in Clementi. 1. n. 56. & 57. de Officio Vicarij.* Rota, *in Salamantina Vicariæ, 15. Martij, 1596. corã Blãchetto, impressa per Garciã, de Beneficiis, p. 1. c. 2. n. 94.* In electione quippè Vicarij super Ecclesiis Monasterio, seu mensæ Capitulari vnitis, debet ad vnguem obseruari Piana Constitutio, quæ ex vi Decreti irritantis, titulum inficit, ac possessionem, ita vt nequeãt nominationes aliter habitæ, aliquod ius, seu possessionem aduersæ parti tribuere, vt respondet Rota *coram Caualerio, decis. 395. num. 5. & in recentioribus decis. 16. n. 17. &* 18. *p. 6. coram Buratto. decis. 214. n. 8. & decis. 88. num. 18. part. 9. recentiorum.*

8 Huic Monasterio obesse non poterit lis, de Anno 1620. super Coadiutore Vicarij ab oppidi incolis instituta, necnon mediante transactione anni 1637. successiuè terminata, in qua alternatim fuit Coadiutor conuentus, pro prima scilicet vice, Presbyter sæcularis, pro altera verò Regularis. Quidquid enim sit, an pro vnica vice dumtaxat, vt Monachi asserunt fuerit electio Presbyteri sæcularis in transactione decreta, vel potius continuò, vt incolæ oppidi contendunt, exindè visa fuit obiectio corruere, quod dum Vicaria in statu manualis existebat, illius natura, absque Apostolicæ Sedis assensu, ab Abbate non poterat immutari, vt præter authoritates superius recensitas, responsum fuit *in Perusina Beneficij, 19. Februarij, 1648. §. Non obstat,* coram bonæ memoriæ Bichio, *& in Volaterana Capellaniæ, 27. Iunij, 1650. §. In præsenti autem,* coram bonæ memoriæ Dunozetto. Præsertim, quia nullus Vicariæ perpetuæ modus præcesserat, cuius debet erectio legitimè constitui, antequam Vicaria amouibilis in perpetuũ redigatur, vt notant Garcia, *de Beneficiis p. 11. c. 2. n. 15.* vbi Sacræ Congregationis quoque refert resolutionem. Barbosa, *in Collectan. ad Concilium Tridentinum, sess. 7. c. 2. de Reformatione, num. 19.* Quinimò aliqui ex Dominis animaduertebant, quod lis, ac ipsa transactio, vti ad Coadiutoriam expressè restricta, suas nequit vires ad Vicariam porrigere.

Et ita Abbate, ac Monachis dumtaxat informantibus, altera verò parte, pluribus citationibus lacessita, informare recusante, resolutum.

R. P. D. BVRATTO.

Habetur inter eius impressas, la 346. tomo 2.

Eugubina Capellaniæ. Mercurij, 4. Iul. 1618

BREVIARIVM.

Manutentio.

Vbi causa possidendi est vniuersalis, datur manutentio etiamsi non probetur exercitium particulare. n. 1.

Alia vide verb. *Precarium: Vicarius.*

Monachus.

Inuito Abbate, beneficium & administrationem retinere non potest, sed reuocari potest ad libitum. n. 2. *& 3. Etiam sine causa; cessante tamen odio, & malitia in amouente.* n. 4.

Nec statutum, aut consuetudo in contrariũ valet. n. 4.

Precarium.

Non datur manutentio Precario possidenti, contra eum, quem rogauit. n. 6.

Per pactum, aut consuetudinem, irreuocabile non redditur precarium. n. 5.

Religiosi.

Regulares subditi, velle non habent, nec nolle. n. 3.

Vicarij.

Si in vna Eccleſia vnita, habet Abbas poſſeſſionem remouendi Vicarium ad nutum, datur ei manutentio remouendi in aliis vnitis, etiamſi in illis poſſeſſio non probetur. Ante n. 1.

Deputatio Vicarij amouibilis, ex deputatione facta ad ſui, & ſucceſſorum beneplacitum probatur. Ibidem. Facultas remouendi, precario aſſimilatur. n. 5.

DECISIO II.

DE quaſi poſſeſſione D. Abbatis S. Mariæ de Sitria Ordinis S. Benedicti deputandi Capellanos ad nutum amouibiles in Eccleſiis, ſeu Beneficiis Regularibus Abbatiæ ſubiectis, Dominis viſum fuit conſtare ex teſtibus, *in ſummario, n. 2. & 4.* ex deputatione, ipſiuſmet Gherardi Monachi aduerſarij per dictum Abbatem, *de anno 1575.* facta ad ſui, & ſucceſſorum beneplacitum, in Rectorem Parochialis Eccleſiæ S. Ægidij dictæ Abbatiæ ſubiectæ, vt *dicto ſummario, n. 5.* ex declarationibus, ſeu reſolutionibus Sacri Concilij Tridentini Illuſtriſſimorum Interpretum, *dicto ſummario, n. 8.* in quibus approbata fuit eadem poſſeſſio ex Deciſione Rotali, *coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, in Nucerina, ſeu Nullius beneficij, 28. Maij 1608.* in qua ſimiliter hæc quaſi poſſeſſio Abbatis canonizata fuit ex teſtibus tunc coram eo examinatis, & reſolutum pro conceſſione mandati de manutenendo ad fauorem dicti Abbatis in quaſi poſſeſſione deputandi vnum ex Monachis dictæ Abbatiæ in Capellanum ad nutum amouibilem in Parochiali Eccleſia S. Mariæ Montis Rubij, quæ eſt vnum ex membris dictæ Abbatiæ. Quapropter cenſuerunt Domini eidem Abbati dandum eſſe idem mandatum de manutenendo, etiam reſpectu Eccleſiæ S. Mariæ de Platea, in Terra Pergulæ, de qua nunc agitur; nam licet quoad illam non probetur particularis poſſeſſio, cum tamen ex teſtibus *in eodem ſummario, n. 3.* conſtet; eam quoque eſſe de pertinentiis, ac membris dictæ Abbatiæ, illique ſubiectam: quaſi poſſeſſio per Abbatem (vt ſuprà oſtenſum eſt) generaliter acquiſita quoad omnes Eccleſias ſubiectas ſuffragatur ad obtinendam manutentionem deputandi dictos Capellanos amouibiles, etiam in hac particulari Eccleſia; cum magis attendatur cauſa poſſidendi, quàm actus, & exercitium, & vbi cauſa eſt vniuerſalis, datur manutentio, etiamſi non probetur exercitium particulare. Rota, *diuerſorum deciſ. 17. num. 2. & ſeqq. parte 2.* 1

Ex his verò ſequitur, non poſſe dari manutentionem dicto Gherardo in poſſeſſione huius beneficij; nam cum ipſe ſit Monachus dicti Ordinis, vt conſtat ex teſtibus, *dicto ſummario, num. 6.* ex Congregationibus, ſeu Capitulis Monachorum dictæ Abbatiæ, in quibus vti talis interfuit, & ex profeſſione fidei ab eo tanquam Monacho facta in deputatione illius ad Curam dictæ Eccleſiæ S. Ægidij, *num. 7.* non poteſt, inuito Abbate, dictum beneficium, & adminiſtrationem retinere, ſed ad nutum, & voluntatem illius reuocatur, *cap. Cum ad Monaſterium, §. Tales autem, de Statu Monachorum.* Vbi Gloſſa *in verbo perpetuo*, Butr. *n. 26.* Anchar. *n. 20.* Abbas, *n. 8. in fine, & ſeq.* Cardinalis, *in 4. notabili.* Idem Butr. *in cap. 2. n. 14. & 20. eodem titulo*, & ibi Anchar. *n. 7. verſic. 2. Vt tales.* Abbas, *n. 8. verſic. In gloſſa penult. ex n. 9 & 11.* Vbi quod cum huiuſmodi Regulares ſub obedientia Abbatis exiſtentes, non habeant velle, neque nolle, non poſſunt reſiſtere reuocationi illius. Et Cardinalis, *propè finem, verſic. Alij verò reuocatur.* Facit textus *in c. 1. §. fin.* ibi. Et ſi liberè poſſint ad eadem Monaſteria reuocari, *de Priuilegiis, lib. 6.* & notatur *in cap. 1. de Capellis Monachorum, dicto lib. 6.* Caſſad. *deciſ. 4. per totam, deciſ. 12. ante numerum 10. de Præbendis.* Gonzalez *ſuper Regulam 8. gloſſa 5. §. 6. n. 2.* etiam ſine cauſa, ceſſante tamen odio, & malitia in amouente, ſecundùm opinionem, quam Rota ſequitur, *vt in Regien. prætenſi ſpolij, 24. Ianuarij 1616. coram R. P. D. meo Manzanedo*, adeò vt nec valeat ſtatutum, aut pactum in contrarium. Abbas *in dict. cap. Cum ad Monaſterium, num. 11.* quamuis interueniſſet iuramentum. Archidiaconus, & Ioannes Andreas, *in cap. Præſenti, de Officio Legati, in 6.* Gambar. *in tract. de Officio Legati, tit. de Poteſtate Legati, in reſeruata beneficia, n. 12.* Rebuffus: *de Pacifica poſſeſſione, n. 330. verſic. Immò ſi Abbas.* Nec etiam conſuetudo contraria induci poſſit: hæc enim facultas ad libitum remouendi, precario aſſimilatur, quod nec pacto, nec conſuetudine irreuocabile redditur. *L. 1. & 2. & L. Cum precario, ff. de Precario.* 2 3 4 5

Et in ſpecie Rota *deciſ. 778. n. 5. part. 1. diuerſorum.* Rebuffus, *vbi ſupra, num 330. verſ. Immò ſi Abbas.* Mandoſius *ſuper Regulam de Annali, quæſt. 11. n. 5.* Gonzalez *dicto §. 6. n. 3. & 34. cum ſeqq.* Ideò in hoc manuali, & amouibili beneficio manutentio Gherardo concedi non poteſt contra ipſum Abbatem, quemadmodum nec datur precario poſſidenti aduerſus eum, quem rogauit. *L. 1. §. fin. ff. Vti poſſidetis, & L. Qui precario, ff. de Precario.* provt nec etiam eidem ſpoliato contra dictum Abbatem reſtitutionis remedium competeret. Rota, *in antiquis, deciſ. 1. de Reſtitutione ſpoliatorum. Et in nouis, deciſ. 6. eod. titulo.* Felin. *in cap. Cum dilecta, num. 16. circa medium verſic. Et dicit Rota, de Reſcriptis.* Rebuffus, *vbi ſuprà, dicto num. 330.* 6

Et ita vna tantum parte informante fuit reſolutum, &c.

R. P. D. BVRATTO.

Eugubina beneficij. Veneris 1. Martij 1619.

SVMMARIVM.

Manutentio.

Vbi cauſa poſſidendi vniuerſalis eſt, datur manutentio, etiamſi exercitiũ non probetur particulare. n. 1.

Magis enim cauſa actus, quam ipſe actus attenditur. In annotat. Litt. A.

Vnio.

Probatio pertinentiæ vnius Eccleſiæ ad aliquam Abbatiam, ex viſitatione facta in Eccleſia de mandato Abbatis, tanquam in Eccleſia dependente ab eius Abbatia, corroboratur. n. 2.

DECISIO III.

DOmini perſtiterunt in deciſis Iunij præteriti, videlicet dandum eſſe D. Abbati S. Mariæ de Sitria mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione deputandi Capellanos ad nutum amouibiles, in Eccleſia de qua agitur, ex generali quaſi poſſeſſione reſpectu omnium Eccleſiarum eidem Abbatiæ ſubiectarum optimè in alia poſitione probata per teſtes, ſcripturas, Declarationes S. Concilij, & Deciſiones Rotales: quæ ſufficit, quia (vt dictum fuit) vbi cauſa eſt vniuerſalis, datur manutentio, licet non probetur exercitium particulare. Rota *deciſ. 17. numero 2. & ſeqq. parte 2. diuerſorum. A.* Hodie 1 2

tamen

tamen, etiam ad probationem particularis quaſi poſſeſſionis quoad iſtam Eccleſiam exhibita fuit pro D. Abbate viſitatio de eius ordine, & mandato in illa facta *anno* 1592. tanquam in Eccleſia dependente à dicta Abbatia vti manuali membro, & cum aſſertione, quod Rector eſt R.D.Gherardus Philanga Monachus prædicti Monaſterij, prouiſus à bonæ memoriæ Cardinali Vaſtauillano tunc Abbate, ad prædicti Commendatarij, & ſucceſſorum ſuorum beneplacitum, provt per litteras patentes expeditas *ſub anno* 1584. ex qua etiam corroboratur probatio
3 pertinentiæ huius Eccleſiæ ad dictam Abbatiam firmatæ in Deciſione ex teſtibus tunc datis *in ſummario n.*3. qui adminiculantur per duos ex infrà ſcriptis teſtibus examinatis per Gherardum, deponentibus de auditu ab ipſo, quod recognoſcebat dictum beneficium à dicto Cardinali tunc Abbate, vt *in nouo ſummario, n.*3. Et contra hanc quaſi poſſeſſionem Abbatis, nihil releuans deductum fuit per Fratrem Gherardum hodie informantem.

4 Sed quia in Deciſione fuit dictum poſſe amoueri, etiam ſine cauſa ceſſante tamen odio, & malitia in amouente, provt aliàs declarauit Rota, *in illa Regien. ſpolij*, 24. *Ianuarij* 1611. *coram R.P.D.meo Manzanedo, inter impreſſas nouiſſimas diuerſorum deciſ.* 325. *n.*2. *part.*2. Ideò ipſe adduxit teſtes deponentes de quadam contradictione, & reſiſtentia per ipſum facta Miniſtris Abbatis, ne delerent quædam inſignia bonæ memoriæ dicti Illuſtriſſimi Cardinalis Vaſtauillani in pariete Eccleſiæ depicta, & inde deducebatur cauſa odij; tum de aſperitate loci, & inſalubritate aëris dictæ Abbatiæ, ad quam reuocari prætenditur, in vertice montium ſitæ, & expoſitæ prædonibus ibi continuò morantibus, adeò vt dictus Frater Ghorardus octogenarius ſubiiciatur certo mortis periculo, vt dicunt iidem teſtes ſuper ſexto: maximè cum triginta ab hinc annis commoratus fuerit in Eccleſiæ S. Mariæ ſito (vt deponunt iidem teſtes ſuper quarto) in plano, ac commodiori loco, ibique per totum dictum tempus laudabiliter animarum curam exercendo inſeruierit; quæ in ſimili conſiderata fuerunt *in dicta Regien. ſpolij.*

Verum hæc Dominis viſa fuerunt leuiſſima; nam quoad prædictam contradictionem, illa, (vltra quod non ſufficienter probatur per duos teſtes de auditu tantum, & præſertim per ſecundum, ab ipſomet Gherardo,) eſt nimis friuola, & remota: vt enim apparet ex altero teſte, qui eſt tertius ſuper vndecimum dum deponit de auditu ab eius patre, dictum impedimentum præſtitum fuerat longo tempore elapſo, & inueriſimile eſt Abbatem ſi illud ægrè tuliſſet, tandiu diſtuliſſe.

6 Quoad alia verò non videbatur Gherardus poſſe allegare prauitatem loci, & aëris Abbatiæ, in cuius Ordine ipſe profeſſus eſt, & ſic proprium ei conſenſum obſtare, & vlteriùs coniecturam, ſi quæ hinc mala deſumi poſſet, purgari omninò per oblationem Abbatis de illi prouidendo de alio conſimili loco; ſeruitium verò per eum præſtitum in dicta Eccleſia ab annis triginta ex ſe ſolo non fuit rece-
7 ptum pro ſufficienti coniectura malitiæ in amouente, provt nec ſuper eo voluit ſe firmare Rota, *in allegata Regien. ſpolij*, ſed tranſiuit ad aliam partem.

Et ideò ex præmiſſis Domini ſteterunt in deciſis, &c.

A. ANNOTATIO.

Rota *Deciſ.*480. *n.*2. *part.*1. *recentiorum*, & fuit dictum, *in Hiſpalenſi primiciarum*, 13. *Maij*, & 14. *Nouembris* 1622. *coram R.P.D. meo Nauarro*, ea ratione, quia magis attenditur cauſa actus, quàm ipſe actus. Baldus *in L.*1. *num.*24. *verſic. Tu dic*, *Cod. de Emancipation. Liberorum.* Aym. *conſil.*75. *n.*15.

Rota, *diuerſ. Deciſ.*788. *n.*2. *part.*1. Cardinalis B. Caualer. *Deciſ.*72. *num.*5.

R.P.D. QVEIPO DE LLANO.

*Antoninus Diana illam tranſcribit part.*7. *Reſolutionum Moralium, & Tamburinus de Iure Abbatum tom.*3. *Deciſ.* 85. *pag.*397.

In Elnenſi Iurium Parochialium. Veneris .6 Iunij, 1631.

SVMMARIVM.

Expenſæ Funerum.

Pro defunctis tumulatis in Regularium Eccleſiis, non poteſt Parochus illorum hæredes, aut teſtamentarios compellere ad celebrari faciendum in Parochiali Diuina Officia Noueñalia, ſeu Cabodanno. n.1.

Funeralia.

In cera, & in aliis oblationibus, quæ deferuntur, tempore, quo corpora defunctorum ad Sepulturam deferuntur conſiſtunt Funeralia. n.2.

Quarta Funeralis.

Solum debetur Parocho quarta pars bonorum, quæ deferuntur ad Eccleſias Regularium, tempore quo defunctorum corpora ad Sepulturam deferuntur: ceræ ſcilicet, & oblationum. n.1.

DECISIO IV.

PArochus Cocolibri Elnen. Diœceſis vrgebat hæredes, & executores Teſtamentorum eorum, 1
qui in Monaſterio prædicatorum eiuſdem loci Sepulturam elegerunt, ad celebrandum Nouennarium, & caput anni in Eccleſia Parochiali, poſtquam in dicto Monaſterio Prædicatorum celebratum extiterat, ſuper quo orta controuerſia, & cauſa ad Rotam deuoluta, & mihi commiſſa, propoſui Dubium, An Parocho liceat cogere hæredes, ſeu executores Teſtamentorum defunctorum, qui ſepeliuntur in Eccleſia Fratrum, ad celebrari faciendum in Eccleſia Parochiali Diuina Officia Noueñalia, ſeu Cabodanno, quæ iam in Eccleſia Fratrum fuerant celebrata. Et Dominis viſum fuit, id Parocho non licere: quia Iure communi, quo libera cuilibet Sepulturæ electio permiſſa eſt, duntaxat quarta Canonico Parocho reſeruatur. *cap.*1. *cap. Is qui*, *cap. In noſtra*, *cap. Certificari. cap. Cum ſuper*, *de Sepulturis.* Quæ non generaliter, ſed cum reſtrictione, de qua in *cap. vltimo de Teſtamentis*, competebat, quamuis per Textum *in Clement. Dudum, de Sepultur.* fuerit ampliata, vſu tamen, & conſuetudine generali ad quartam Funeraliũ reſtricta fuit, vt poſt Cardinalem *in dicta Clement. Dudum*, §. *Verum*, tradunt Couarr. *in dict. cap. fin. de Teſtam. n.*6. Molina, *de Iuſt. & Iure*, *tract.*2. *diſp.*217. Roder. *qq. Regular. tom.*1. *q.*39. *art.*2. *in fine.* Et de ea tantum loquitur Concilium Tridentinum, *cap.*13. *ſeſſ.*25 *de Reformatione.*

Funeralia autem ſunt, quæ cum funere deferuntur, 2
vt tradit Gloſſa, *verbo Funeralibus*, *in dict. Clement. Dudum, de Sepult.* & Petrus de Vbaldis, *de Canonic. Epiſcopo, & Parocho debita, part.*2. *c.*4 *n* 10. & 16. quem dumtaxat conſiſtere in cera, & aliis oblationibus, quæ deferuntur tempore, quo defunctorum corpora ad Sepulturam deferuntur, non autem de Miſſis, & Legatis, aut aliis oblationibus eorum, qui apud dictos Fratres ſepeliuntur, declarauit Sanctæ memoriæ Pius V. 17. *Kalendas Iulij*, *Anno Domini* 1576. vt referunt Gutierr. *de Iuramento confirmat.* 2. *part. c.*5. *num.*3. Roderiq. *in dicta q.*39. *art.*2. Vnde

Huiuſmodi Declaratio adeſt ſuprà, T.9. S.3 §.21 n.6.

cum Iure communi oblationes factæ,aut relictæ in Monaſterio non deberetur niſi quarta Eccleſiæ Parochiali,& hoc vſu,& conſuetudine ad quartam Funeralium fuerit reſtricta,& ex conſtitutione Sanctæ memoriæ Pij Quinti declarãtis Concilium Tridentinum *in dict.c.*13. fuerit conſtitutum,vt à Fratribus non deberetur niſi quarta eorum Funeralium, quæ tempore Sepulturæ fuerint oblata, idque Sixtus Quartus ad Fratrum fauorem iam conſtituerat, vt refert Sylueſter,*in Summ.verbo Canonic.in fin.* prætenſio dicti Parochi, omni Iure deſtituta videtur, præcipuè quia Sanctæ memoriæ Pius V. *die* 9. *Iulij*, 1571. in Statuto directo ad Principatum Cathaloniæ prohibuit,ne Parochi à Fratribus vltra quartam funeralium quidpiam exigerent.

3 Et cum hæc omnia fuerint tam fauore liberæ Sepulturæ,quàm Fratrum conſtituta, omninò,& directè impugnantur per Parochos agentes contra hæredes, & teſtamentarios eligentium Sepulturam in Monaſteriis, cum per hoc grauamen ab huiuſmodi Sepulturæ electione Fideles auerterentur, atque ita finis dictarum Conſtitutionum fraudaretur,quod licere non debet per Regulam textus *in Lege Non dubium,Cod.de Legib.cap. Quod vna via.de Regulis Iuris in* 6.

Et ita vna tantum parte informante, &c.

Exſcribit illam Diana, part.7.

R.P.D. ROIAS.

In cauſa Licienſi Quartæ, Veneris 27. *Iunij* 2642.

BREVIARIVM.

Clauſula.

Os parti claudit,& Iudicis manus ligat clauſula Sublata, *in diſpoſitione poſita.* n.1.

Concilia.

Vt Conciliorum Decretis derogetur, requiritur expreſſa illorum mentio. n.1.

Decretum irritans.

Parti claudit os, & Iudicis manus ligat aliter iudicandi, quàm in diſpoſitione, in qua apponitur, ſtatuitur. n.1.

Præiudicare.

*Regulares, non ſolum particulares, ſed neque eorum Capitula, ſucceſſoribus, & Monaſterio mediante cõcordia,aut cõuentione præiudicare,non poſſũt.*n.4.

Priuilegia.

Renunciare non poſſunt Religioſi priuilegiis toti Ordini conceſſis. n.4.

Probatio.

Teſtes examinati abſque authoritate legitimi Iudicis, nihil probant. n.2.

Atteſtatio non iurata, & non citatis iis, de quorum agitur intereſſe, nihil probat, etiamſi ab Epiſcopo fiat, vel Cardinali. n.3.

Quarta Funeralis.

Ad Epiſcopos, vel ad Parochos de Iure ſpectat Quarta Funeralis, n.1.

Per Papæ priuilegium, eximi poteſt Religio à ſolutione Quartæ Funeralis. n.1.

Exempta eſt Religio S. Franciſci ab illius ſolutione, per multa Pontificum priuilegia. n.1.

Quibus acceſſere plures S.Congregationis Concilij reſolutiones. n.5.

*An Conuentio,vt Regulares exempti à Quartæ ſolutione,illam ſoluere teneantur,ſeruari debeat.*n.2.

DECISIO V.

COntra Archipresbyterum,& Presbyteros Terræ Liquilarum tantum informantes fuit hodie reſolutum non conſtare de bono Iure Eccleſiæ Parochialis dictæ terræ pro conſequenda quarta funerali ab Eccleſia Fratrum Reformatorum Sancti Franciſci de Obſeruantia eiuſdem loci, quamuis de Iure communi iſta quarta ſpectet ad Epiſcopum,vel Parochos,vt *in Clement. Dudum,*§.*Verum ne Parochiales Eccleſiæ,de Sepulturis.* Stantibus tamen ampliſſimis priuilegiis,ac exemptionibus antiquiſſimis per Summos Pontifices Religioni Franciſcanæ conceſſis, in quibus expreſsè eximuntur à ſolutione cuiuſcumque quartæ Funeralis, illa non debetur,vt *in Conſtit.*4.*Clement.IV. Bullar.Conſtit.*6.*Sixti IV. part.Conſtit.*11.*Sanctæ memoriæ Pij V.Bullar.par.*2. *necnon Breue Iulij III. cum derogatione expreſſa dictæ Clementinæ Dudum,* vti Conſtitutionis Conciliaris,provt requiritur,Rota *dec.*122. *par.*1. *diuerſorum,*Caual. qui plures cumulat *dec.*101.*n.*2.*in dicta Bulla Sixti IV.* §.*& dudum Viennenſi Concilio.* Sylueſter,*in Summ.verbo Canonic.portio,num.*8. Lelius Zechius, *de Republica Eccleſiaſtica, in tit.de Parocha,c.*28.*n.*18. *verſ.*8. *Si quis per priuilegium.* Et in puncto dixit Rota *in Hiſpalen.Quarta Funeralium,* 4. *Iulij* 1590. coram bonæ memoriæ Cardinale Pamphilio,*& in alia Lucien. Quarta Funeralis* 25. *Ianuarij* 1618.coram bonæ memoriæ Coccino,cum benè per priuilegium Papæ Religio poſſit à ſolutione cuiuſcumque quartæ Funeralis eximi, vt in præſenti,*cap.Priuilegia,*3.*diſtinct. c.Officij, de Teſtam.* Lauorius,*Variarum Lucubrationum, in tit.de Priſc. & recen.fun.tit.*2.*cap.*17. *n.*48. *& in dicta Licien. Quarta,* dixit Rota coram bonæ memoriæ Coccino,quæ priuilegia expreſsè derogant dictæ Clemẽtinæ, & ſunt munita clauſula *Sublata*, & *Decreto irritanti,*quæ claudunt os parti,& ligant manus Iudicis aliter iudicandi.Bart.*in L.fin.n.*1. *Cod.de Canone frumentario Vrbis Romæ, lib.*11. Gonzalez *ſuper Regul.*8.*gloſſa* 66.*n.*3.*cum ſeqq.*Put.*dec.*48.*n.*6. *part.*1.Caputaq.*deciſ.*134.*n.*4.*part.*3.Rota *in recentioribus deciſ.*77.*n.*9.*part.*5.Caual.*dec.*430.*n.*3.

1

Nec obſtat,quod in limine Fundationis Monaſterij ſequutæ *de anno* 1613.fuerit cõuentum, vt Fratres ſoluerent Quartam Funeralium,quod potuiſſe fieri, videtur eſſe de mente Rotæ coram Caual.*deciſ.*101. *in fine*;quia in præſenti talis conuentio non probatur,cum teſtes ad eam probandam adducti fuerunt examinati litè pendente in Rota abſque litteris remiſſorialibus, & abſque vlla iuriſdictione, nullum propterea gradum probationis conſtituunt. Mantica, *deciſ.*199.*n.*1.Rota, *part.*1.*recent. deciſ.*570. *n.*3. Caual. *deciſ.*40 *n.*1.*& deciſ.*159.*n.*10. poſt Moder. Peruſin. *de Manut.*Præſertim dum dictæ litis pendentia fuit in partibus pluries proteſtatum. Rota, *deciſ*570.*part.*1.*recent.n.*3.*in fine.*

2

Minus obſtat atteſtatio Epiſcopi data circa tranſactionem,ac reſeruationem Quartæ Funeralis:quia tali atteſtationi non venit ſtandum, cum non ſit Iurata,nec fuerint citati illi, de quorum intereſsè agitur. Menochius, *conſ.*322.*n.*45.*verſic.Quorum agitur intereſſe.* Aldou. *conſ.*75. *n.*28. licet etiam à Cardinali, *Addit,ad Greg.XV.dec.*214.*ſub litt.B.* præſertim, quia dicta fides videtur tendere in fauorem ipſius Epiſcopi. Rota *dec.*538. *n.*3. *part.*4. *diuerſorum,& deciſ.*13.*n.*4.*part.*1.*recentiorum.*

3

In omnem cauſam dicti Fratres non potuerunt præiudicare ſucceſſoribus, aut Monaſterio, nec renunciare priuilegiis toti Ordini conceſſis. *cap. Cum acceſſiſſet,*

4

acceſſiſſet, vbi Dec. *col. penult. verſi. Secunda prædicta concluſio, & n.* 18. *de Conſtitutionibus.* Balanez, *conſ.* 43. *num.* 84. *cum ſeqq. lib.* 1. Rota *in dicta Hiſpalen. Quartæ Funeralium* 4. *Iulij* 1590. coram bonæ memoriæ Cardin. Pamphilio, *& in Treueren. Bonorum* 15. *Martij* 1621. coram bonæ memoriæ Dunozet.

5 Et demum dicebant Domini, pro Fratribus Franciſcanis emanaſſe quam plures reſolutione Concilij Tridentini, in quibus expreſsè firmatur Fratres eſſe exemptos à quacumq; Quarta Funerali ſtante priuilegio Iulij III. in omnibus Monaſteriis conſtructis poſt anuos 40. vel quæ in dies ædificantur, nec illa comprehendi in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25 *de Reformatione, c.* 13. vt refert Frater Ioannes de la Cruz *de Statu Relig. lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 5. *concl.* 2. *in fin.* quas Sacri Concilij Declarationes, hoc noſtrum Tribunal reuerenter amplectitur, & ſequitur, vt per Garziam, *de Beneficiis, in præfat. circa medium, verſic. Et ita* Buratt. *deciſ.* 479. *num.* 3.

6 Quod verò Conuentus de quo agitur, fuerit ædificatus *ab annis* 30. citra, vltra quod non conuertitur, redditur manifeſtum, tam ex licentia Ordinarij conceſſa *de anno* 1613. quam etiam ex publica atteſtatione Vniuerſitatis, ac etiam ex teſtibus ex aduerſo examinatis.

R.P.D. PAMPHILIVS.

Exſcribit Diana, par. 7. Deciſionem iſtam.

In cauſa Hiſpalenſ. Quartæ Funeralium Mercurij 4. Iulij, 1590.

BREVIARIVM.

Præiudicare.

Monachi particulares Monaſterio præiudicare non poſſunt. n. 2.

Priuilegia.

Renunciare non poſſunt Religioſi, priuilegiis toti Ordini conceſſis. n. 2.

Quarta Funeralis.

Concilium Tridentinum, priuilegia conceſſa per quæ-draginta annos ante illius publicationem, in quibus conceditur exemptio à ſolutione Quartæ Funeralis, non abrogauit. n. 1.

Patres Dominicani, & Franciſcani ab illius ſolutione exempti ſunt per priuilegia Apoſtolica pluries per Rotam canonizata. n. 1.

DECISIO VI.

1 FVit reſolutum Monaſterium S. Pauli ciuitatis Hiſpalenſis, non teneri ad ſolutionem Quartæ Funeralium, à qua per ampliſſima priuilegia Apoſtolica conceſſa toti Ordini Prædicatorum eſt exemptum, *cap. Conſtitutum, de Religioſis Domibus cap. Officij de Teſtamentis, in fine cap. In noſtra de Sepulturis.* Quæ priuilegia, vt ex eorum lectura liquet, ſunt clariſſima, & de eorum validitate, & vſu non eſt dubitatum, cum fuerint per Rotam pluries Canonizata, tam ad ad fauorem Fratrum Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, *in vna Hiſpalenſi*, coram bonæ memoriæ Finetto, & Domino meo de Graſſis, quàm etiam ad fauorem Fratrum Ordinis Prædicatorum, quales ſunt iſti de quibus agitur, *in alia Pampilonenſi*, coram Domino meo Blanchetto, vbi ex reſolutionibus Illuſtriſſimorum Dominorũ Sacri Concilij interpretum, fuit dictum, non eſſe abrogata per Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 25. *c.* 13. quod loquitur de priuilegiis cõceſſis à quadraginta annis citra; & nõ procedit in iſtis priuilegiis antiquiſſimis cõceſſis per quadraginta annos ante publicationem Concilij.

Neque obſtare, quod teſtes examinati pro parte 2
Beneficiatorum videantur dicere huiuſmodi Quartam aliquando fuiſſe ſolutam. Quia ſunt nulliter examinati, vt in facto deducitur, & non probant, cum ſint Curati, Beneficiati, Capellani, & Sacriſtæ Parochialium, quorum omniũ intereſt, quod huiuſmodi Quarta Funeralium de qua ipſi participant, per 4
Fratres, & per Monaſterium ſoluatur; vltra quod iſtæ aſſertæ ſolutiones, cum ſint factæ vel ab executoribus vltimarum voluntatem, vel à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare priuilegio toti Ordini conceſſo, non præiudicat Monaſterio, ad notata *in cap. Cum acceſſiſſet*, Dec. *colum. penult. verſic.* 2. *Prædicta concluſio, & colum. fin. n.* 18. *verſ.* 6. *& vltima concluſio, & c. de Conſtitutionibus.*

Sententia lata ſuper exemptione à ſolutione Quartæ Funeralis, ac Iure deferendi defunctos ad Eccleſias Cœleſtinorum, ſine Capituli, & Clerici conſenſu ſeu interuentu.

Illam recenſet Diana, part. 7.

BREVIARIVM.

Quarta Funeralis.

Monachi Cœleſtinæ Congregationis, Ordinis S. Benedicti, exempti ſunt à ſolutione Quartæ Funeralis.

Sepelire.

Poſſunt prædicti Monachi, ſine interuentu Cleri, & Capituli defunctos ad ſuas Eccleſias ſepeliendos deferre.

IN nomine Domini Amẽ. Nouerint vniuerſi, & ſinguli hoc præſens publicum ſententiæ inſtrumentum inſpecturi, viſuri, lecturi, & audituri, quod nuper, ſeu aliàs introducta lite, & cauſa coram Perilluſtri, & Reuerendiſſ. D. Camillo Meltio S.V.D. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſimi D. Auditoris Cameræ in Ciuilibus locum tenente, per viam Monitorij, inter admodum RR. Priorem, & Monachos Monaſterij Sanctiſſimæ Annunciationis Ciuitatis Tarentinæ Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti ex vna, & RR. Capitulum, & Clerum eiuſdem Ciuitatis Tarentinæ, de, & ſuper exemptione à ſolutione Quartæ Funeralis defunctorum, rebuſque aliis, de quibus in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latiùs deductis, & illarum occaſione, partibus ex altera: In qua quidem cauſa ſeruatis de Iure ſeruandis, verificatis verificandis, citatiſque dictis RR. Capitulo & Clero, prius in partibus. Deinde hîc in Curia per Audientiam Litterarum Contradictarum S.D.N. Papæ more ſolito; tandem idem Perilluſtris, & Reuerendiſſ. D. Camillus Meltius locum tenens, ſuam in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis prædictis tulit, & promulgauit ſententiam diffinitiuam in hunc, qui ſequitur modum, videlicet. Chriſti nomine inuocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ primo, & in prima, ſeu alia veriori coram Nobis verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter R.R. Priorem, & Monachos Monaſterij S. Annũciationis Ciuitatis Tarentinæ Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S. Benedicti Agentes ex vna; & R.R. Capitulum,

Capitulum,& Clerum eiuſdem Ciuitatis Tarentinæ reos conuentos, de & ſuper prætenſa ſolutione dimidiæ,ſeu Quartæ Funeralis defunctorum deferendorũ ad præfatam eorum Eccleſiã, ac Iure deferẽdi defunctos ad eandem Eccleſiam abſque interuentu ipſius Capituli,& Cleri, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum huiuſmodi latius deductis, & illarũ occaſione partibus ex altera. Dicimus,pronũciamus, ſentẽtiamus,diffinimus, decernimus,& declaramus, prædictos R.R. Priorem, & Monachos Monaſterij Sanctiſſ. Annunciationis Congregationis Cœleſtinorum Ordinis S.Benedicti Ciuitatis Tarẽtinæ,non teneri,nec obligatos eſſe ad ſolutionem dimidiæ,ſeu Quartæ Funeralis defunctorum deferendorum ad præfatam eorum Eccleſiã,ſed prædictos R.R.Priorem,& Monachos fore,& eſſe exemptos,& propterea abſoluendos,& liberandos à dicta ſolutione dimidiæ, ſeu Quartæ Funeralis prætenſæ per dictum Capitulum,& Clerum.provt abſoluimus, & liberamus,& pro abſolutis , & liberatis haberi volumus: ipſoſque Priorem,& Monachos poſſe, ac debere, ac eis licere deferre ad dictam eorum Eccleſiam defunctos ſine prædicti Capituli, & Cleri interuentu, declaramus, ac reſpectiuè mandamus. Moleſtationes, oppoſitiones,perturbationes,& impedimenta quæcumque per dictos aduerſarios præſtitas , & illatas, præſtitaque & illata fuiſſe,& eſſe nullas,temerarias, indebitas,iniuſtas,ac de facto illatas, & præſtitas,illatave,& præſtita, & de,& ſuper illis perpetuum ſilentium imponendũ fore,& eſſe,provt imponimus, victoſque victoribus,in expenſis in huiuſmodi cauſa factis,condemnamus,quarum taxationem nobis,vel cui de Iure,in poſterum reſeruamus. Et ita dicimus, pronunciamus,ſententiamus, diffinimus,& declaramus,non ſolum modo,& forma præmiſſis;ſed etiam omni alio meliori. Ita pronunciaui. Ego Camillus Meltius locum tenens, Lecta,lata,& in ſcriptis promulgata fuit præ inſerta diffinitiua ſentẽtia per eundem Perilluſtrem , & Reuerendiſſimum D.Camillum Meltium in Ciuilibus locum tenentem Illuſtriſſimi , & Reuerendiſſimi D. Auditoris Cameræ, ſub Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo , ſexcenteſimo , vigeſimo octauo , Indictione vndecima.Die verò Nona Menſis Februarij. Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris , & D.N.D. Vrbani,Diuina prouidentia Papæ Octaui,Anno eius ſexto ; Præſentibus in Palatio ſolitæ Reſidentiæ ipſius Reuerendiſſ. D.Melrij , ibidemque audientibus,& intelligentibus DD.Franciſco Belgio,& Ioanne Zeppa reſtibus ad prædicta omnia,& ſingula vocatis, habitis ſpecialiter , atque rogatis. In quorum omnium,& ſingulorum fidem , &c. Datum hac die 20. Martij 1630.

Ego Cæſar Columna Romanus Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius,de præmiſſis rogatus præſens inſtrumentum ſubſcripſi,& publicaui requiſitus,&c.

Loco ſigni Notarij.

R.D.D. QVEIPO.

In Tarentina Quartæ Funeralis, Mercur. 5. Decembris 1629.

Super confirmatione ſupradictæ ſententiæ pro exemptione à ſolutione Quartæ Funeralis.

BREVIARIVM.

Conſtitutio.

Piana Conſtitutio (Etſi Mendicantium) *reuocata non fuit per Greg.XIII. ſed ad terminos S.Congreg. Concilij redacta*,n.3.

Quarta Funeralis.

De Iure communi debita eſt Eccleſiæ Cathedrali, vel Parochiali. n.1.

*Exempti ſunt ab illius ſolutione Congregatio Cœleſtinorum,& alij Regularium Ordines , per ſpecialia priuilegia.*n.1.

Hac exemptione gaudent Regulares communicantes in priuilegiis cum Religione alia , cui huiuſmodi exemptio conceſſa eſt. n.1.

Concilium Trident.ſeſſ.25. cap.13. Iuſ Quartæ Funeralis,ſolum confirmauit Eccleſiis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione illam percipiendi citra 40. annos. num.2.

Concilium ibi non derogauit priuilegiis Religionem annos excedentibus 40.n.2.

DECISIO VII.

SEntentiam A.C. confirmandam eſſe Dominis placuit.Nã licet Quarta Funeralis Eccleſiæ Cathedrali , vel Parochiali Iure communi debeatur, *c. Cum ſuper,c.In noſtra, de Sepultur. cap.Cum quis in princ.eodem tit.l.6.Clem. Dudum,eodem tit.*Monachi autem Cœleſtini exempti,& priuilegiati exiſtunt ab hoc onere per fœlic.recordat.Cœleſtinum Quintũ, ſicut de aliis Religionibus , quæ ſimili priuilegio à diuerſis Pontificibus conceſſo fruuntur,refert Emmanuel Roderic.*quæſtion.Regular.tom.1.q.39.art.2.* Et iam olim huiuſmodi exactionem Epiſcopis interdictam fuiſſe,aduertit Petr. Gregor. *lib.2. Sintagm. cap.25.n.10.*per textum *in c. Priſcis quidem Canon. & c.Vnio,*10.*q.*3. Maximè cum dicti Monachi Cœleſtini eodem priuilegio aliis Religionibus conceſſo vti poſſint , propter priuilegiorum communicationem ipſis à S.D.N.conceſſam ex Seraph.*deciſ.*605. *num.*4. 1

Et quamuis Concilium Tridentinum *ſeſſ.25.c.13.* in fauorem Eccleſiarum Cathedralium,& Parochialium Ius Quartæ Funeralis confirmauerit,& priuilegiis in contrarium cõceſſis derogauerit, dumtaxat loquitur de Eccleſiis exiſtentibus in poſſeſſione percipiendi dictam Quartam Funeralem citra quadraginta annos. Atque ita priuilegia Religionum quadraginta annos excedentia , non comprehendit , vt Sanctæ memoriæ Pius Quintus expreſſit, & Sacra Congregatio Concilij ſæpè declarauit , vt referunt Emman.Rodaric.*vbi ſuprà*,Gutierrez *de iuramento confirmatorio , ſecunda part. cap.3. n.2.& 3.* & fuit dictum *in Hiſpalenſi Quartæ Funeralium quarta Iulij* 1590. coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio. 2 Vide ſuprà T.9.S.2.§.21 n.4.5.& 6.

Nec viſum fuit Dominis præfatam Conſtitutionem Pij Quinti fuiſſe reuocatam per Greg. XIII. quia per Gregorium ex eo quod Bulla Pij Quinti plura contineret, fuit dumtaxat reducta ad terminos S.Congregationis Concilij,refert Ioann.de la Crux *de ſtatu Religionis,l.2.cap.19. dub.5.* & fuit reſolutum coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, *in cauſa Licienſ.Quartæ Funeralis,*15. *Ianuarij,milleſimo,ſexcenteſimo, decimo octauo.* 3

Et ita, &c. vna tantum parte informante.

REPERTORIVM,

REPERTORIVM,

SVMMA, ET EPITOME

Locupletiſſima eorum omnium, quæ in hoc Volumine, tam ex profeſſo dilucidantur, quàm quæ obiter, & non incongruè proferuntur.

Littera T. Tractatum; S. Sectionem; D. Diſquiſitionem; d. ſub hoc charactere, Dubium; N. Numerum demonſtrat marginalem; & Pr. Præludium, aut Proœmium; & P. Paginam & nota iſta §. Paragraphum indicat.

Abbas.

IVRISDICTIONEM quaſi Epiſcopalem habet in Monaſterio ſuo. T.1 D.3.n.10.pag.10.

Illam habet in Monaſteriis, Prioratibus, Grangiis, & Eccleſiis ſuo annexis Monaſterio, D.3.n.14.p.11.& d.1.n.8.9.11. 12. 13. p.17. 18. 19.n.21.26.p.21. n.30. 31.& 32. p.22.23.

Qui habet priuilegium, vt ea facere poſſit, quæ Abbates benedicti facere poſſunt, illa exercere poteſt non ſolùm in Monaſterio; ſed etiam in eius limitibus.T.1.D.3.n.11.p.10.

Pœnæ recenſentur inflictæ his, qui huic contraueniunt facultati.T.1.D.3.n.12.ibid.

Abbas noſtræ Congregationis,in Eccleſiis ſuo vnitis Monaſterio, omnia Pontificalia exercere poteſt.D.3.n.13. & 14.p.10. & 11.

In vim priuilegiorum poteſt, pro noſtrorum vſu, vaſa ſacra,& veſtimenta benedicere.n.17.p.11.

Poteſt ad Miſſam, & Veſperas ſolemniter populum benedicere.n.17. & 18.ibid.

Poteſt ædificare Capellas,Eccleſias, ac Hoſpitalitia, & primum lapidem, & eorum fundamenta, Pontificali more benedicere. n.17.18.19.24.p.11.12. & 13.

Abbas Benedictinus accedere non tenetur ad Synodum Diœceſanam, aut ad aliam Congregationem,quàm ad Capitulum Generale Ordinis.T.1. D.3.d.1.n.6.p.17.

Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet, non ſolùm in Eccleſias ad menſam ſui Monaſterij vnitas,ſed etiam in Vicarios,Beneficiarios,& in alios Eccleſiarum miniſtros. T.1.D.3.d.1.n.9.10.p.18. n.13.15.16.18.20.21.22.& 23.p.19.20.& 21.

Illam etiam habent nonnulli Abbates, in Laïcos, & in populum. d.1. n.22.p.21.

In Eccleſiis Monaſterio vnitis, in his, quæ ad ius Abbatis,& Conuentus pertinent, non Domino Epiſcopo,ſed Abbati contraria præcipienti obedientia debetur. T.1.D.3.d.1.n.29.p.22.

Abbates noſtræ Congregationis,vbique poſſunt,de Diœceſani licentia Pontificalibus vti. n.33.p.24.

Poſſunt abſque Diœceſani veniâ Pontificalibus vti in omnibus annexis Monaſteriorum ſuorum. n.37.p.26.

Id poſſunt, etiamſi Eccleſiæ annexæ per Clericos deſeruiatur ſæculares.T.1.D.3. d.1. n.37. & 38. ibid.

Abbates benedicti, & quibus conceſſum eſt, vt ea omnia facere poſſint, quæ benedicti facere poſſunt, Tonſuram, & minores Ordines ſubditis Regularibus conferre poſſunt, & alia exercere Pontificalia in Eccleſiis, & limitibus ſuorum Monaſteriorum. n.42.p.28.

Circa vſum Pontificalium, à pari cum Epiſcopis procedunt. n.37.p.26.

Pontificalia extra loca ſua exercere valent de licentia iuriſdictionem habentis, in loco, in quo exercenda ſunt, ſiue Monaſterium ille ſit, ſiue Diœceſis altera.T.1.D.3.d.2.n.1. & 2.p.30.

Poſſunt etiam Tonſuram, & minores Ordines alienis conferre,cum litteris dimiſſoriis, & Diœceſani, aut Prælati Monaſterij, in quo illos conferunt licentia. n.1. & 3. ibid.

Abbates Benedictini habentes vſum Mithræ, & Baculi,vbique celebrare poſſunt Miſſas priuatas, & ſolemnes, ſeu cum cantu, cum Pectorali Cruce, &c. nulla præhabita licentia Ordinarij, aut alterius. T. 1. D. 3. d, 3. n. 1. & ſeqq. p. 31.

Qui Pontificalium vſum habent, eadem poſſunt, qua Epiſcopi ſolemnitate Cœmeterium benedicere, & conſecrare. T. 1. D. 4. n. 1. p. 33.

Abbates S. Facundi,& Hyrachenſis Cœnobij,vſum habent Pontificalium: & alij etiam noſtræ Congregationis. T. 1. D. 4. n. 1. ibid.

Poſſunt dicti Abbates conſecrare Calices, Patenas, & Altaria Chriſmate Sacro. T. 1. D. 4 n. 4 p. 34.

Poteſtatem Ordinis, & dignitatis Epiſcopalis participant. T. 2. D. 11. n. 2. p. 144.

Abbas,qui Ordinarius eſt loci, & territorium habet,

poteſt monitorias generales pro rebus deperditis, & furto ablatis expedire, modo non ſit ſubiectus vlli Diœceſano. T. 6. D. 1. n. 12. p. 251.
Poteſt diſpenſare in denunciationibus matrimonialibus. n. 11. ibid.
In iis, & aliis caſibus, ad iuriſdictionem ordinariam pertinentibus, venit ſub nomine Epiſcopi. n. 13. ibid.
Abbas Regularis, velle, & nolle habet in multis, reſpectu ſubditi, & reſpectu ſui. T. 7. D. 8. §. 2. n. 2. 3. 4. & 6. p. 289. 290.
Quicquid habet facultatis in ſubditum, habet & in ſeipſum: tam quoad ieiunia, quàm quoad caſus reſeruatos, &c. n. 3. p. 289.
Poteſt ſibi Sepulturam eligere. n. 1. & ſeqq. ibid.

Abſoluere Abſolutio.

Prælati Regulares abſoluere poſſunt ſubditos ſuos, ab occultis per accidens, provt probabilibus opponuntur. T. 2. Pr. §. 2. n. 54. p. 50.
Abſolutio, & diſpenſatio competens Epiſcopo per Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. competit habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. T. 5. D. 2. n. 6. p. 232.

Acceptatio.

Virtualis contingit acceptatio, quando Religioſus gratias agit donum offerenti, & ab eo petit, vt illud alteri, v. g. conſanguineo ſuo tradat. T. 7. D. 6. d. 2. n. 24. p. 273.
Non acceptat, nec implicitè, qui dicit, ea re non indigeo: ſi tibi placuerit, gratum mihi facies, ſi dederis conſanguineo meo. n. 26. ibid.

Acceſſoria.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. T. 2. D. 8. n. 3. & 7. p. 125. 126.
Vnum acceſſorium, alterum acceſſorium non ſequitur, etiamſi contiguum ſit. n. 7. ibid.
Corruit acceſſorium, ſuo ſublato principali. n. 3. p. 125.
Acceſſorium, ad ſe non trahit ſuum principale.
Acceſſorium ſpirituale corruit, ſublato ſuo principali, etiamſi hoc temporale ſit. T. 8. D. 2. d. 33. n. 6. p. 359.
Acceſſorium ſpirituale, acceſſoriè vendi poteſt, vendito temporali, cui acceſſorium eſt. n. 6. ibid.

Accidens.

Naturaliter deperit accidens cum ſubſtantia T. 2. D. 6. n. 78. pag. 117. n. 14. 16. p. 118. & n. 20. p. 119.
Sine ſubſtantia, cui ſemel adhæret accidens, ad aliam ſubſtantiam naturaliter tranſire non poteſt. T. 2. D. 10. n. 22. p. 141.

Acta.

Omnia acta ciuilia, & criminalia per Iudices ſæculares, & eorum miniſtros in locis facta ſacris, ipſo Iure ſunt nulla. T. 2. D. 1. d. 16. n. 3. p. 64.

Actio.

Actio confeſſoria ei competit, qui ſibi deberi ſeruitutem contendit. T. 4. Pr. n. 14. p. 161.
Actio negatoria, poſſeſſori competit pro ſuo tuendo Iure, qui negat alium habere in re ſua ſeruitutem. n. 14. ibid.
Actio vtilis in pignore, creditori competit; in fundo, vſufructuario; tributario, vulgò *al Pechero*, in re, quam in tributum, ſeu Pectam accepit; emphyteutæ, in re, quam in emphyteuſim; & feudatario, in re, quam accepit in feudum. T. 4. Pr. n. 15. 18. p. 161. & n. 20. p. 162.

Adminiſtratio.

Omnium rerum Eccleſiæ adminiſtratio; ad illius pertinet Rectorem, ſeu ad Collegium; minimè verò ad Sæculares. T. 4. D. 5. d. 1. n. 19. p. 192.
Bonorum ſuorum adminiſtratio, interdicta eſt amenti, ſurdo ſimul, & mutuo; & prodigo. T. 4. D. 7. n. 10. p. 202.
Adminiſtratio penes Abbatem reſidet; penes virum, ſeu maritum; & penes patrem; non autem penes vxorem, & filiumfamilias. T. 7. D. 8. §. 2. n. 5. p. 289.

Adoptio.

Eſt actus legitimus, per quem quis fit filius, qui aliàs non eſt. T. 7. D. 9. §. 3. n. 1. p. 302.
Alia eſt ſimplex, quæ fit imperio cuiuſlibet Iudicis, de eo, qui in poteſtate patris eſt, & manet in eius poteſtate, adoptione etiam facta. n. 1. ibid.
Alia, quæ ſimplex non eſt, dicitur Arrogatio: & eſt, quæ authoritate Principis fit. n. 1. ibid.
Vtraque Adoptio fit interrogando, tam adoptatum, quàm adoptantem. n. 1. ibid.

Aduena.

Propriè ille Aduena eſt, qui ex vno longinquo loco, in aliquem oppidum venit. Impropriè Aduena dicitur externus, etiamſi ex longinquo non venerit. T. 8. D. 2. S. 11. d. 5. n. 1. p. 338.

Alienare.

Vicarij, & Clerici Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum, illarum bona nequeunt niſi de authoritate Prælati, & Conuentus Monaſterij alienare. T. 1. D. 3. d. 1. §. 1. n. 13. p. 19.
Sepulchrorum, ſeu Sepulturarum vſum, an alienare poſſint Regulares abſque licentia S. Congregationis Concilij, & Eccleſiæ ſæculares ſine Epiſcopi venia. T. 4. D. 3. n. 5. p. 170.
In alienatione vſus Sepulturæ, ſeruari debet forma, pro rerum Eccleſiaſticarum alienatione, præſcripta. n. 28. p. 174.
Alienatio propria, aut impropria fieri à Regularibus nequit, niſi de licentia S. Congregat. Concilij. ibid. n. 5. p. 170.
Alienatio propriè dicta eſt, quando dominium directum rei alienatur; impropriè, quando vſusfructus transfertur. n. 5. p. 171.
Pœnæ inflictæ, res Eccleſiæ alienantibus. n. 5. ibid.
Epiſcopus Seruos, aut alia Eccleſiæ ſuæ bona. alienare non poteſt. T. 7. D. 6. d. 4. n. 9. p. 276.
Poteſt tamen Seruum benemeritum alienare. n. 9. ibid.

Alere: Alimenta.

Alens filium, & ſeruum expoſitum, alimenta à patre, & à Domino repetit. Et etiam facta in erudiendo filio in aliqua arte. T. 8. D. 2. d. 28. n. 2. p. 355.
Pater, tenetur poſt triennium, alimenta filio præſtare. T. 9. S. 2. §. 17. n. 2. p. 374.
Et non ſolùm tenetur præſtare neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem, ſed ſtatus etiam. ibid.
Tenetur filio naturali, & illegitimo, ſicut legitimo illa miniſtrare ibid.
Limita, in caſu, quo filius vnde viuat habeat. n. 3. p. 375.
Filij alere tenentur parentes non habentes vnde viuant. T. 9. S. 2. §. 18. n. 1. ibid.
Alere non tenetur coniux coniugem, habentem bona

bona, vnde viuere queat. T. 9. S. 2. §. 19. n. 2. ibid.

Altare.

Pars Eccleſiæ eſt Altare fixum. T. 2. D. 7. n. 1. p. 120.

Pollutum cenſetur Altare fixum ad Eccleſiæ pollutionem, & è conuerſo. ibid.

Sine Altari, an liceat aliquando celebrare. T. 8. D. 2. S. 2. d. 11. n. 5. p. 342.

Non exſacratur Altare, ad Eccleſiæ exſacrationem, nec è contra. T. 2. D. 7. n. 2. & 3. p. 121.

Ex lapide fieri debet Altare tam fixum, quàm mobile T. 2. D. 9, n. 1. p. 128,

Conſecrantur tanquam ab ordinario Miniſtro, à ſolo Ordine inſignito Sacerdotali. ibid.

Nequeunt illa conſecrare Abbates non priuilegiati, etiamſi perpetui, & benedicti ſint. n. 1. & 2. ibid.

Abbates Congregationis Caſinenſis Altaria conſecrare poſſunt. n. 1. 2. & 3. ibid.

Illa etiam conſecrare queunt Abbates noſtræ Hiſpanæ Congregationis n. 4. ibid. Et de facto conſecrarunt. n. 7. p. 129.

Altare exſacratur fixum, ſi mota ſit iunctura, quâ menſa ſtipiti adhæret. T. 2. D. 9. §. 1. n. 30. p. 133.

Si ſtola Altaris menſa conſecrata eſt, & enormiter illa lædatur, exſacratur. n. 31. ibid.

In Altaris conſecratione, loco Reliquiarum, partem Hoſtiæ conſecratæ reponi, abſurdum eſt. T. 2. D. 9. §. 2. n. 39. p. 136.

Non exſacrarur Altare, per hoc, quod in eo celebret degradatus, interdictus, aut excommunicatus. n. 41. ibid.

Altare portatile, ad exſacrationem Eccleſiæ, non exſacratur. n. 42. ibid.

Exſacratur Altare portatile, quando ita frangitur, vt ea pars, quæ remanet, apta non ſit commodè capere Hoſtiam, & Calicem. n. 32. p. 134.

Exſacratur, quando anguli in quibus poſitum fuerat Chriſma, franguntur. n. 33. ibid.

Non exſacratur, quando vnus tantum frangitur angulus. n. 33. ibid.

Non exſacratur, quando ſeparatur à ligno, cui aliquando innititur, vel circundatur. n. 34. p. 145.

Limita, dummodò lapis ſit per ſe ſufficiens ad capiendam Hoſtiam, & Calicem, & independenter à ligno conſecratus ſit. n. 35. ibid.

Non exſacratur per remotionem, aut fractionem loculi vbi Reliquiæ poſitæ fuerant, qui Sepulchrum, & Repoſitorium dicitur. n. 36. ibid.

De ſubſtantia conſecrationis Altaris, ſeu Aræ, non eſt, quod Reliquiæ in ea apponantur. n. 36. ibid.

Quænam Altaria, à Sacris damnentur Canonibus, declaratur. n. 38. ibid.

Eccleſia polluta, Altare mobile pollutum non cenſetur. n. 43. p. 136.

Ambo, ſeu Pulpitum.

Ad Eccleſiæ pollutionem polluitur Ambo, & è contra. T. 2. D. 7. n. 5. p. 121.

Pars Eccleſiæ eſt Ambo, & ſub eius nomine venit. ibid.

Amor.

Plus influit Amor, in immediatum proximum, quàm in mediatum. T. 8. D. 1. d. 2. n. 3. p. 323.

Ex amore procedit Sepulturæ vnio. Eodem n. 3. ibid.

Analoga.

In odioſis, & pœnalibus, pro famoſiori analogato, verba ſumuntur analoga. T. 2. D. 2. d. 9. n. 2. p. 73.

Animalia.

Irrationabilia animalia, incapacia ſunt iniuriæ tam actiuæ, quàm paſſiuæ. T. 2. D. 3. d. 1. n. 3. p. 83.

Animæ defunctorum.

Sacerdotum oblationibus ſoluuntur: Sanctorum precibus: charorum eleemoſynis: & cognatorum ieiunio. T. 9. S. 1. §. 2. n. 1. p. 362.

Aqua.

Prælati Regulares non indigent aqua ab Epiſcopo benedicta, ad benedicendas Eccleſias, Capellas, Oratoria, & Cœmeteria, & ad illa reconcilianda, ſed vti poſſunt à ſeipſis benedicta. T. 1. D. 5. n. 1. & ſeqq. p. 35.

Aqua benedicta præexiſtens in maiori quantitate, benedictionem communicat aquæ de nouo aduenienti. T. 2. D. 6. n. 13. p. 118.

Hoc autem prouenit ex eo, quod vtraque vna fit aqua, vel præexiſtens augetur; aut per ſolam iuxta poſitionem aduenientis, aut per virtutem actiuam, conuerſiuam in propriam ſubſtantiam, in præexiſtente repertam. n. 16. ibid.

Si aquæ benedictæ, non benedicta, in maiori quantitate addatur, illa benedictionem amittit. T. 2. D. 10. n. 24. p. 142.

In minori quantitate vino conſecrando aqua miſcetur, vt à vino in propriam ſubſtantiam conuertatur. T. 2. D. 6. n. 16. p. 118.

Non conuerti aquam immediatè in Chriſti ſanguinem, docet Gloſſa. n. 16. ibid.

Ara.

Altare paruum eſt, & mobile. T. 2. D. 9. n. 1. p. 128.

Alia vide verbo *Altare portatile.*

Argumenta.

Argumentum à Simili, efficax eſt. T. 2. D. 2. d. 11. n. 2. p. 75. T. 4. D. 10. n. 1. p. 210.

Argumentum à Contrario ſenſu, validiſſimum eſt in Iure. T. 2. D. 6. n. 9. p. 117. T. 4. D. 22. n. 5. p. 225.

Inter alias limitationes, hanc admittit, vt non procedat, quando in caſu contrario eadem ſit, aut maior ratio. T. 2. D. 6. n. 20. p. 119.

Argumentum à Simili, non valet in his, quæ à legis dependent diſpoſitione. T. 4. D. 5. d. 1. n. 29. p. 195.

Argumentum à Conſuetudine ad priuilegium valet, & à Priuilegio ad conſuetudinem. T. 4. D. 12. n. 5. p. 213.

Argumentum à Præſcriptione ad priuilegium valet, ibid. p. 214.

Argumentum ab æquiparatis, validiſſimum eſt in Iure. T. 5. D. 6. n. 4. p. 236.

Valet argumentum à Seruo, ad Religioſum. T. 9. §. 15. n. 3. p. 372.

Arma.

Filius, inſignia Armorum patris, & non matris ſequitur. T. 4. D. 7. n. 9. p. 202.

Arma alicuius familiæ in re aliqua appoſita, demonſtrant rem, illius eſſe familiæ. T. 4. D. 22. n. 1. 2. & 4. p. 224. 225.

Appoſita in Eccleſia, demonſtrant, vt plurimum, Ius patronatus illius eſſe Domini Armorum. n. 3. & 4. ibid.

Arrogatio.

Eſt adoptio, authoritate Principis facta. T.7.D.9. §.3.n.1. p.302. Arrogatio dicitur à rogando. ibid.

Per Arrogationem tranſit arrogatus, ſeu adoptatus cum omnibus liberis, & bonis, in adoptantis poteſtatem. ibid.n.1.& 2.

Auus.

In cura nepotis, parentibus orbati, ſuccedit Auus. T.7.D.11.n.3.§.2. p.310.

Axiomata.

Qui dat formam, dat conſequentia ad formam. T.1. D.3.n.5.p.8.

Conceſſum cenſetur, quod non eſt expreſsè prohibitum. T.1.D.4.n.2.p.33. T.4.D.10.n.1. verſ. Tum etiam. p.210.

Qui vnum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet. T.1.D.5.n.4.p.35.

Quod Ius non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. T.2.D.1.d.1.n.1.p.53.d.4.n.2.p.55. T.7. D.8.§.7.n.3.p.294.

Vbi eadem eſt ratio, eadem eſt Iuris diſpoſitio. T.4. D.10.n.1.p.210. T.7.D.8.§.7.n.4.ibid.

Quando habeat locum hoc axioma. T.2.D.5.n.30. pag.107.

Id poſſumus, quod iuſtè poſſumus. Id non poſſumus quod honeſtè non poſſumus. T.5.D.8.n.15. p.240.

Quod noſtrum eſt abſque facto noſtro auferri non poteſt. T.7.D.5.n.2.p.260.

A diuerſis non fit illatio. T.7.D.6.n.11.p.265.

Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt. T.7. D.6.n.3. p.264. Summa ratio eſt, quæ pro Religione facit. T.1.D.5.n.4.p.35.

Facere per ſe videtur, qui per alium facit. T.7.§.10. n.1,p.297.

Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum. T.9.§.4.n.1.& 3.p.363.

Conſuetudo legitimè introducta, & præſcripta, parem vim habet cum Lege. T.9. S.2.§.16.n.2. p.374.

Taciti, & expreſſi, idem eſt iudicium. T.2.D.5.§.4. n.26.p.106.

Nullus videtur dolo facere, qui Iure ſuo vtitur. T.4. D.3.n.15.p.172.

Voluntas pro facto reputatur, vbi actum excludit neceſſitas. T.4.D.5.n.14.p.185.

Axioma hoc ſolum eſt verum, quando factum ipſum non requiritur. n.15. ibid.

Banchus.

Si in Bancho intra Eccleſiam exiſtente, actio fiat pollutionis inductiua, per illam polluitur Eccleſia. T.2.D.7.n.19.p.124.

Laïci, qui Banchos, in loco apponunt ſacro, dominium directum, & proprietatis quoad Ius ibi ſedendi non habent, ſed ſolum dominium vtile ad ſummum, quod ceſſare poteſt quotieſcumque Prælatus vult. T.4.D.2. n.13. & ſeqq. p.168. T.6. D.1.n.1.p.249.

Baptiſmus.

Ianua eſt Eccleſiæ viſibilis. T.2.D.4.d.7.n.5.p.100.

Ante Baptiſmi ſuſceptionem, ad alia Sacramenta non admittitur. ibid.

Fidem habens internam, adhuc Baptiſmi aqua non ablutus, ad Eccleſiam pertinet ſecundùm eſſentialem rationem. ibid.n.4.

Qui nondum eſt baptizatus, ab Eccleſia puniri non poteſt. ibid.n.5.

Extra Fontem Baptiſmalem Eccleſiæ, quibus liceat Baptiſmum miniſtrare. T.2.D.5.§.1.n.2.p.101.

Miniſtrare poteſt Baptiſmus in Domo puellæ nobilis, infanti, quem occultè peperit, ad infamiam, & vitæ periculum vitandum: non in vim Clementinæ de Baptiſmo, ſed in vim neceſſitatis, & pietatis Eccleſiæ. T.2.D.5.§.6.n.52.p.113.

Baptiſmus iterari non poteſt. T.2.D.6.n.3.p.116.

Baſilica.

Eccleſia non conſecrata, Baſilica appellatur. T.2. D.5.§.4.n.19.p.105.§.7.n.54.& ſeqq.p.114. Siue Eccleſia huiuſmodi ſit ſæcularis, ſiue Regularis. n.61.ibid.

Olim à profanis fuit dicta Baſilica, Domus ampla, & ſpatioſa, cauſarum cognitioni deſtinata. T.2. D.5.§.7.n.53.p.113.

Poſtea fuit dicta Baſilica Domus deſtinata ad negotiatorum vſum. dicto n.53.ibid.

Domus Regis, fuit etiam appellata Baſilica. n.60. p.114.

Sumitur aliquando Baſilica, pro Templo. n.60. ibid.

Sæpè vſurpatur pro Eccleſia. n.59. Sed impropriè. n.61.ibid.

Eiſdem priuilegiis gaudet Baſilica, quibus Eccleſia gaudet conſecrata. n.62.p.115.& D.11.n.2.p.144.

Benedicere: Benedictio.

Solemnis Benedictio, Regularibus conceſſa per Apoſtolica priuilegia, illa eſt, quæ ſic fit. *Adiutorium noſtrum in nomine Domini, &c. Sit nomen Domini benedictum, &c.* T.1.D.3.n.21.p.12.

Prælati Minorum, benedicere valent Eccleſias, & alia vbi Chriſma non requiritur, aqua ab ipſis benedicta. n.22. ibid. Idem alij Prælati Regul. T.2. D.11.n.5.p.144.

Plus eſt Eccleſias, & Cœmeteria benedicere, quàm loca pro eis deſignare. T.1.D.3.n.25.p.13.

Prælati Regulares vſum non habentes Pontificalium, benedicere non poſſunt Eccleſias, Cœmeteria, &c. Pontificali ritu. T.1.D.6.n.1.p.36.

Loci ſacri Benedictio, ſoli ipſi inhæret: Vnde non amittitur per parietum renouationem, aut euerſionem. T.2.D.6.n.1.p.116.

Beneficiarius. Beneficium.

Beneficiarij ad ſeruiendum Parocho tenentur, ſicut alij Eccleſiæ Miniſtri, ſinguli in ſuo gradu, & miniſterio. T.1.D.3.d.1.§.1.n.9.p.18.

Statim ac Clericus acceptat Beneficium ſibi collatum, Ius in re, & quaſi dominium in illo acquirit. T.4.Pr.n.7.9.p.160.& n.20.Et non antea p.162. T.4.D.6.n.19.p.199.

Præſentatus ad Beneficium, Ius habet ad illud, non autem habet Ius in illo ante collationem, & acceptationem. Eod.Pr.n.17.p.161.

Idem eſt de electo, & de Poſtulato. eod.Pr.n.19.ib.

In Eccleſia Patronato Laïcali ſubiecta, nullus Papa inferior prouidere poteſt de Beneficiis, niſi prævia Patroni præſentatione. T.4.D.3.n.29.p.174.

Si Papa confert Beneficium de Iure patronatus Laïcalis, prouiſio nulla eſt, & ſubreptitia, ſi in litteris non faciat de dicto Iure patronatus mentionem. dicto n.29.ibid.

Si tamen de illo mentionem facit, tenet. ibid.

Beneficium Iuris patronatus Eccleſiaſtici, validè à Papa confertur abſque dicta mentione. n.29. ibid.

Legatus à Latere, irrequiſito, & inuito Patrono Eccleſiaſtico, conferre poteſt Beneficia ſui Patronatus; ſecus Patrono Laïco inuito. n.29. ibid.

Facta iam præſentatione ad Beneficium, ſi à Patrono Laïco, variari poteſt; non verò ſi ab Eccleſiaſtico fuerit facta Patrono. n.29. ibid.

Irrita, & reprobata eſt promiſſio Beneficij, ante illius

lius vacationem facta. T.4.D.9.n.10.p.208.

Qui Ius aliquod ad Beneficium habet, Simoniam committit, ſi pretio oblato, vexationem redimere intendit. T.4.D.13.n.14.16. & 19.p.216.217.

Si Parochiani Ius patronatus habent, conductores Domorum in Parochia exiſtentium, non poſſunt præſentare, ſed illarum Domini, niſi aliud conſuetudo ferat. T.4.D.14.n.5.p.218.

Beneficium Curatum, & duplex ſimplici vnitum, ſimplex efficitur. T.4 D.23.n.7.p.227.

Qui plura habet Beneficia, compellendus eſt ad oſtendendam diſpenſationem, cuius vigore illa poſſideat. T.6.D.1.n.10.p.250.

Si Beneficiarius duo habeat Beneficia, aut plura, illa Eccleſia erit illi Parochialis, in qua deſeruit, & in illa tumulari debet, ſi propria, aut Maiorum ſuorum Sepultura careat. T.8.D.2.d.19.n.1.p.351.

Berchorius.

Monachus fuit Benedictinus. T.3.D.1.n.1.p.151.

Blaſphemia.

Illa eſt publica Blaſphemia, quæ prolata eſt coram maiori parte alicuius Communitatis. T.2.Pr §.2. n.63.p.51.

Limita, dummodo præſentes, illam percipiant. n.64. ibid.

Certa Regula dari nequit ad dignoſcendam Blaſphemiam notoriam; ſed prudentis relinquitur arbitrio. n.65. ibid.

Bona Eccleſiaſtica.

Bona Eccleſiarum ab Epiſcopo, Parocho, alióve adminiſtratore, in alios vſus conuerti non poſſunt, quàm ſunt deſtinata, abſque Papæ licentia. T.4.D.5.d.1.n.19.verſic. A ſententia.p.193.

Bona Eccleſiæ inſumi non poſſunt in litibus, quæ vertuntur inter perſonas Eccleſiaſticas ad eandem Eccleſiam ſpectantes. ib.verſic. Non obſtat.

Bona Dignitatum, Perſonatuum, Prioratuum, vel Eccleſiarum vacantium occupare, aut in proprios vſus conuertere, prohibentur Prælati omnes Sæculares, & Regulares, ſub graniſſimis pœnis, niſi priuilegum habeant, conſuetudinem legitimè præſcriptam, aut rationabilem cauſam. T.8.D.2.S.2.d.8.n.3.p.344.

Quidquid de bonis, & de redditibus, Eccleſiaſticis emitur, comparatur, aut conſtruitur à quolibet Eccleſiaſtico, Eccleſiæ acquiritur, non ementi, comparanti, aut conſtruenti, neque eius conſanguineis, aut hæredibus. T.4.D.5.d.1.n.8.12.14. p.191.n.18.p.192.n.20.p.192.n.23. & 26.p.194.

Amplia, etiamſi emat nomine proprio, aut conſanguineorum, vel hæredum, n.26. ibid.

Quæ emunt Eccleſiaſtici de rebus Eccleſiæ, proprio nomine, debent Eccleſiæ reddere, conficiendo inſtrumenta nomine Eccleſiæ. T.9.S.2.§.9. n.2.p.369.

Quæ autem acquirunt ex rebus Eccleſiæ, & propriis, diuidenda ſunt inter Eccleſiam, & hæredem pro rata, attenta quantitate pro qualibet parte inſumpta. n.3. ibid.

Qui propter Eccleſiæ bona, detrimentum in propriis patitur, de illis iſta reſarciri debent, & è contra. n.4. ibid.

De bonis Eccleſiaſticis, ſumptus ſuperflui, & vani fieri non poſſunt. T.4. D.5. d.1. n.34.35. & 36. p.195.196.

De illis Palatia fabricare, non licet. n.36.

Nec licet de eis conſanguineos extollere, neque neptes nuptui tradere. n.36. ibid.

Bona Eccleſiaſtica patrimonia ſunt pauperum. n.36. ibid.

Dominium abſolutum omnium bonorum, reddituum, ac prouentuum Eccleſiaſticorum, Eccleſia habet vniuerſalis. n.37. ibid.

In D. Bernardi ſententia, nullus Eccleſiaſticus habet dominium, aut poſſeſſionem, ſed ſolum adminiſtrationem reddituum, & prouentuum Eccleſiaſticorum. n.36. ibid.

Habent ad ſummum Eccleſiaſtici, dominium limitatum ad ſuos, & ſuorum decentes vſus, & adminiſtationem ad opera pia. n.31. & ſeqq. p.195.

Quod liberè diſponant Clerici in Hiſpania de beneficiorum fructibus, etiam in vltima voluntate, & quod confiſcari poſſint propter hæreſim, bona ab eis, intuitu Eccleſiæ acquiſita, docet Simanca. n.31. ibid.

Proprietas rerum intuitu Eccleſiæ acquiſitarum, & de bonis Eccleſiaſticis, etiam de diſtributionibus, non eſt Clericorum, ſed Eccleſiæ. n.10.11.12.14. 15.17.18.p.191.192.n.23.24.26. p.194. & n.33. p.195.

Rerum huiuſmodi, in Eccleſiæ fauorem ab acquirente, fieri debet inſtrumentum. n.10. & 24. ib.

Quidquid Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici habent præſumitur acquiſitum de bonis Eccleſiæ, aut eius intuitu. n.9. p.191.

Sed contra hanc præſumptionem admittitur probatio. ibid.

Si donatio, inſtitutio, aut legatum Eccleſiaſticæ perſonæ fit ab extraneo, cenſetur conceſſio intuitu Eccleſiæ, non perſonæ facta. Si perſona ſit Epiſcopus, Eccleſiæ Rector, aut Canonici ſint, vel Clerici, eorum perſonis non nominatis; è contra verò ſi propria nomina donatariorum exprimantur, aut ſi propinqui ſint donatoris intra quartum, aut ſeptimum gradum. n.21.p.193.

Vendicare poteſt Eccleſia rem, ex eius bonis comparatam. n.12.p.191. & n.26. p.194.

Amplia, ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis. n.18. p.192.

Eccleſiaſticus, qui de rebus Eccleſiæ aliquid alteri, quàm Eccleſiæ comparat, fur eſt. n.12.p.191.n.23. p.194. n.32. & 34.p.195.

Eſt etiam ſacrilegus, latè ſumptus ſaltem. num.12. p.191.n.32. & 34.p.195.

Iudæ comparatur. n.12.p.191.

Bona Clerici decedentis, qui in diuerſis Eccleſiis habebat beneficia, inter illas diuidi debent poſt mortem, cum proportione iuxta quãtitatem reddituum ex illis perceptis. n.18. & 20.p.192.193.

Cui autem Eccleſiæ minus ſeruiuit, plus de dictis bonis reſtitui debet. n.20.p.193.

Qui poſt ordinationem ſuam, bona acquiſiuit propria, & illa, & Eccleſiaſtica bona reliquit, inter Eccleſiam, & hæredem, cum proportione diuidentur: æquali ſcilicet, ſi æqualia illa ſint; inæquali, ſi inæqualia. n.24.p.195.

Si Clericus inteſtatus decedat, eius Eccleſia ſuccedit in bona, etiam perſonæ intuitu acquiſita, ſi non habeat conſanguineos, qui ab inteſtato ſuccedant. n.22.p.194.

Bruno Chaſſaing.

Eius ſententia, circa ſubſiſtentiam vitæ vocis Oraculorum recenſetur. T.2.D.9.n.11.p.130.

Calix.

Eius materia aurea, argentea, vel ſtanea eſſe debet. T.2.D.10.n.1.p.137.

Conſecrationem amittit, quando ita notabiliter frangitur, vt commodè ſanguinem Chriſti continere non poſſit. ibid.n.1.

Item quando foramen, etiam modiciſſimum in

cupæ fundo fit,esto illud ab artifice concinnetur. n.2.p.138.
Quando non torneatilis, à columna vel pede separatur suo.n.3.&4.ibid.
Quando denuò auro tegitur.n.10.p.139.n.19.& 20. p.141.
Non amittit consecrationem per aliquos ictus,dummodo notabiliter non frangatur, aut interna superficies, quæ Sanguinem tangit,mutetur. n.5.6. & 7.p.138.
Nec illam amittit, contra aliquorum sententiam, quando paulatim in parte interiori, totam deperdit auri superficiem. n.11.p.139.
Nec torneatilis per separationem cuppæ à columna, & pede, sine fractione facta. n.27. p.142.
Statim ac Calix Christi Sanguinem recipit, speciali, altiori, & efficaciori consecratur modo, ac per Chrisma consecraretur.n.12.&seqq.p.139.
Vt licitè primo Calice vtatur, debet Chrismate inungi. Non autem postquam illo Sacerdos vsus fuit, semel saltem celebrando. n.13.ibid.
Ideo Chrismate consecratur, vt habilis reddatur ad Sanguinis Christi contagium. n.15. p.140. n.19. 20.p.141.
Non consecratur tota Calicis Materia, sed solum superficies interior remanet per inuentionem consecrata. n.19. & 21.ibid.
Pars Calicis consecrata, ad se non trahit partem non consecratam præexistentem, aut superadditam: illam non consecrat. n.22.ibid.

Campanile.

Si intra Ecclesiæ ambitum existat, polluitur ad illius pollutionem; secus si extra Ecclesiam existat, vti frequenter contingit. T.2. D.7. n.6. p.121.
Si intra Ecclesiam sit, ad eius pollutionem, polluitur Ecclesia.ibid.

Canonica Portio.

Duplex est Canonica Portio: Episcopalis, & Parochialis. T.9.§.21.n.1.2.p.376.
Parochialis, aliquando fuit media; aliquando tertia; aliquando quarta. n.2.ibid.
Regulares exempti sunt ab vtriusque Canonicæ Portionis solutione.n.3.& seqq.p.377.

Canonici.

Provt singuli, dominium, & administrationem Ecclesiæ non habent. Habent tamen provt Capitulum.T.6.D.4.n.1.p.253.
Canonici tam Ecclesiæ Cathedralis, quàm Collegiatæ, habent pro sua Parochiali,quoad effectum Sepulturæ, in casu, quo decesserint absque Sepulturæ electione, & sine Maiorum suorum Sepultura, Ecclesiam suam Cathedralem, aut Collegiatam.T.8.D.2.d.18.n.1.p.351.

Capella.

Si intra Ecclesiæ corpus, seu ambitum existat Capella,ad illius polluitur pollutionem; secùs si extra Ecclesiam existat.T.2.D.7.n.6.p.121.
Si autem intra Ecclesiam sit, ad eius pollutionem Ecclesia polluitur eod.n.6.ibid.
Dominium directum, & proprietatis Capellæ penes Laïcum esse non potest. T.4. D.2. n.13. & seqq.p.168.
Capella res est spiritualis antecedenter, quia ordinatur ad diuinorum celebrationem. T.4. D.4. n.12.p.178.
Quod proximior sit Altari maiori, secundùm vnam considerationem, est materia Simoniæ,& secundùm aliam,non.ibid.n.2. & 3.p.176.
Quoad materiale Capellæ, & sine ordine, respectu, aut considerationè ad spirituale, absque Simonia vendi potest Capella. n.4.p.177.
Dominium Capellæ, quoad vsumfructum acquirit priuatiuè quoad alios, illius constructor, si ante constructionem licentiam obtinuit construendi à potente illam concedere, & constructio cum effectu subsequatur.T.4.D.5.n.1. & seqq.p.183.
Si de redditibus Ecclesiasticis Episcopus, aut alter Ecclesiasticus Capellam construat, ad successores, & ad Ecclesiam, cuius fuerunt redditus pertinet, quoad proprietatem, vtile dominium,& ius patronatus; non autem ad consanguineos,aut ad hæredes constructoris. T.4.D.5.d.1.n.1. & seqq. p.189.
Ius, & dominium vtile, quod in Capella habet Patronus,quoad præeminentiam, temporale est, & vendi potest.T.4.D.24.n.10.p.229.
Potest in dicta consideratione, pro solutione debiti temporalis Patroni exequi. n.11.ibid.
Poterit emptor vti Sepulchro in Capella existente, tanquam accessorio honorifico præeminentiæ directè empto.n.12.ibid.
Qui Capellam construit, compelli potest ad competentem illius dotem. T.5.D.3.n.3.p.233.
Construi potest Capella in Ecclesia, absque istius Patroni consensu.T.5.D.5.n.4.p.236.

Capellania.

Capellania, absque Episcopi, aut alterius Ecclesiastici Superioris authoritate erecta,beneficium, aut quid spirituale non est.T.1.D.2.n.13.p.5.

Capellanus.

Capellanus amouibilis, non habet pro sua Parochiali Ecclesia, quoad Sepulturam, cui deseruit, sed illam in qua residet. T.8.D.2.d.21.n.1.p.351.

Capitulum.

Capitulum, & Episcopus vnum corpus sunt. T.6. D.4.n.2.p.254.
Sede Episcopali vacante, succedit Capitulum in iurisdictione, quæ Episcopo iure ordinario competit,aliquibus tamen de Iure exceptis.n.1.p.253.
Non succedit in iurisdictione,quæ iure speciali Episcopo competit.n.2.p.254.
Neque succedit in iurisdictione Episcopo delegata. n.2.ibid.
Capitulum Sede vacante iure communi attento, concedere non potest facultatem construendi Sepulchra.n.3.ibid.
Sede non vacante, non habet Capitulum, de iure communi iurisdictionem, sed illa ad Episcopum priuatiuè competit.n.3.ibid.
Neque habet quidem dignitatem.n.3.ibid.
Per consuetudinem tamen, in aliquibus Ecclesiis, iurisdictionem habet Capitulum.n.3. & 4.ibid.

Cardinales.

Fratres sunt, & Coadjutores Papæ.T.8.D.2.d.7.n.3. p.342.
Magna vti debent libertate in consulendo Romano Pontifici.n.3.ibid.
Eadem in Electione Papæ,& in aliorum promotione Cardinalium vti debent.n.3.ibid.
Si inelecta Sepultura, & absque Maiorum suorum Sepulchro Romæ decedunt, debent de Iure in Ecclesia tumulari Lateranensi; sed de consuetudine, in Ecclesiis titulorum suorum tumulantur. n.1.& 3.ibid.

Si Papa extra Romam habeat Curiam, & in loco illo Cardinales decedant, in Ecclesia maiori illius humandi erunt, si ad Ecclesias titulorum suorum commodè transferri nequeant. n.4. vers. si Papa. ibid.

Si extra Curiam, ad breue tempus, Cardinales habitent, & ibi mori contigerit, in maiori Ecclesia loci illius sunt tumulandi, si commodè transferri nequeant ad Ecclesias titulorum, vel ad Curiæ locum.n.5.p.343.

Si statim ac est Cardinalis, ad Cardinalatum promotus, priusquam ad locum Curiæ veniat, moriatur, si est Religiosus, & in Monasterio decesserit suo, in illo erit humandus; si Clericus verò, in Ecclesia Maiori defunctionis.n.6.ibid.

Cardinalis Galero priuatus, seu illo abdicato, more aliorum communium fidelium sepeliendus est in Ecclesia suæ Habitationis, aut Hospitij. n.7. ibid.

Cardinalis Legatus de Latere si in Prouincia suæ Legationis decesserit, sepeliendus est in Ecclesia Cathedrali, seu Maiori loci suæ defunctionis. Idem si in itinere moriatur. n.8. ibid.

Si Legatus fuerit duarum Prouinciarum, sepelietur similiter in loco defunctionis, in Maiori Ecclesia. n.9.ibid.

Si Romam rediens decedat durante Legationis officio, etiam est humandus in Ecclesia Maiori loci suæ defunctionis.n.10.ibid.

Pro Funeralibus Cardinalium, vide T. 9. S.2. p.366.

Cathecumeni.

Fideles propriè non sunt, fideles tamen censentur. T.2.D.4.d.7.n.2. & 3. p.100.

Membra Christi sunt Cathecumeni.n.4.ibid.

Vinculo Charitatis sunt fidelibus coniuncti. n.4. ibid.

Communicare Cathecumenis possumus, etiam in diuinis, tam viuis, quàm defunctis.n.4.ibid.

Habens fidem internam ad Ecclesiam pertinet ante Baptismi susceptionem, secundùm rationem essentialem.n.4.ibid.

Alia Sacramenta suscipere non potest, nec ab Ecclesia puniri. n.5.ibid.

Non debet in loco tumulari sacro; si tamen tumuletur, ille non polluitur.n.1.& 5.ibid.

Causa.

Quantò proximior est causa, tantò magis in causatum influit.T.8.D.2.S.2.d.34.n.6.p.360.

Causa proxima magis attenditur.6.ibid.

Causæ criminales.

Agitari possunt causæ criminales coram quocumque, Ordinariam habente iurisdictionem. T.5. D.2. n.11.p.232.

Causæ Matrimoniales.

In causis Matrimonialibus procedere potest quilibet, qui iurisdictionem habeat ordinariam. T.5. D.2.n.10.ibid.

Patres, testes esse possunt, in causa matrimonij filij, & non in aliis.T.5.D.8.n.6.p.238.

Censura.

Ecclesiastica Censura, ludicis requirit sententiam, vt aliquem vitare teneamur. T. 2. D. 2. n. 20. p.68.

Charitas.

Nulla maior, quàm quæ defunctis fit in Sepultura præstanda.T.4.D.3.n.9.p.171

Chrisma.

Præexistens Chrisma in maiori quantitate, oleo de nouo aduenienti, consecrationem communicat. T.2.D.6.n.13.p.118.

Quod ex eo prouenit, quod ex vtroque vnum fit oleum, vel præexistens augetur, siue per solam iuxta positionem de nouo aduenientis; siue per virtutem actiuam conuersiuam aduenientis in propriam substantiam.n.16.ibid.

Si oleum in maiori quantitate Chrismati addatur, consecrationem Chrisma amittit.T.2.D.10.n.24. p.142.

Christus.

Ecclesiæ caput est Christus Dominus.T.4.D.2.n.1. p.166.

Chorus.

Si extra corpus Ecclesiæ existat, & ambitum, non polluitur ad Ecclesiæ pollutionem, & è contra. Secus dicendum si intra Ecclesiæ ambitum existat: tunc enim polluto Choro, polluitur Ecclesia, & ista polluta, polluitur Chorus. T.2. D.7. n.8.p.122.

Clausula.

Quorum tenores, quid importet.T.2.D.9.n.7.p.129.

Clausula, *in virtute sanctæ obedientiæ*: idem importat, ac sub pœna peccati mortalis inobedientiæ. T.7.D.6.n.6.p.264.

Clausula, *sub interminatione maledictionis æternæ*: idem, ac sub pœna æterna peccato mortali debita, importat.n.7.p.265.

Clausula, *Districtè præcipimus*, aut *prohibemus*: inducit etiam peccati lethalis pœnam.n.7.ibid.

Clausula posita in quacumque dispositionis parte, ad omnia in illa contenta refertur, si omnium tamen eadem sit ratio.n.10.ibid.

Os parte claudit, & iudicio manus ligat Clausula *sublata* in dispositione posita. Sacræ Rotæ D.5. n.1. p.382.

Clerici.

Persona Ecclesiastica, si in terra Ecclesiæ vineam, aut pomarium, aut quid simile ad vitam suam sustentandam plantauit, vsque ad obitum suum illud possideat, postea illud Ecclesiæ restituat.T.4. D.5.d.1.n.13.p.191.

Ecclesiastici, de bonis mobilibus intuitu Ecclesiæ acquisitis, intuitu eleemosynæ, moderatè erogare possunt, in ægritudine constituti.dicto d.1. n.16. & 18.p.192.

Possunt etiam erogare moderatè intuitu seruitij recepti, & iuxta seruitij meritum, siue seruitores consanguinei sint, siue extranei. n.16.17. & 18. ibid.

De bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis, nequeunt Ecclesiastici testamentum condere. n.14.15.16.17. 18.p.191.192.n.20.p.193.n.22. & 25.p.194.

Nec possunt dimittere aliquid post mortem tradendum.n.16.p.192. & n.22.p.194.

Victu tantum, & vestitu contenti esse debent, & totum superfluum pauperibus erogare.n.17.p.192. n.32.34.p.195. & n.36.p.196.

Ex Clericatu, ditiores fieri non debent. n. 36. ibid.

De bonis patrimonialibus testari possunt.n.14.p.191. & n.24. p.194.

Possunt etiam testari de bonis hæreditate acquisitis.n.17.18.p.192.n.22.23. & 24.p.194.
Item de acquisitis ex doctrina, possunt testari. n.18. p.192.n.22.& 24.p.194.
Similiter possunt de acquisitis ex artificio testari. n.17.18.p.192.& n.24.p.194.
De donatis etiam à consanguineis, aut ab aliis, non habito respectu ad Ecclesiam testari possunt. n.17.p.192. n.22.23. & 24.p.194.
Clericus debet expensis Ecclesiæ, & successoris sepeliri.T.5.D.7.n.5.p.237.
Hæres Clerici defuncti, repetere potest,& quando, expensas exequiarum illius. n.6.ibid.
Clericus, qui non est Beneficiarius, nec habet Ecclesiam, cui deseruiat, quoad Sepulturam, & alia, reputatur Parochianus Ecclesiæ, intra cuius territorium domicilium habet, aut habitationem, sicut quilibet alius fidelis. T.8. D.2.d.23.n.1. & 2.p.352.

Clotarius.

Obiit Rex Francorum Clotarius, ann.565. T.3.D.3. n.20. p.155.

Coadjutor.

Episcopi Coadjutor inelecta decedens Sepultura,& absque Sepultura Maiorum, ad quam commodè deportari queat, in Cathedrali Ecclesia, cui deseruiuit,debet tumulari.T.8.D.2.S.2.d.10.n.1. & 2.p.346.
Si Coadjutor Canonici, aut Beneficiarij decedat absque Sepulturæ electione, & sine Maiorum suorum Sepultura, sepeliri debet in Ecclesia Canonicatus, aut Beneficij, cui inseruiuit.T.8.D.2. S.2.d.20.n.1.p.351.

Codicillum.

Nemo directè potest in Codicillo hæres instituí. T.4.D.7.n.19.p.204.
Si in Codicillo institutio fiat Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris,Breuiloqua,vel Compendiosa,ex benigna Iuris interpretatione, vim habet fideicommissariæ substitutionis.ibid.

Cœmeteria.

Variæ Cœmeterij etymologiæ recensentur. T. 1. D.1.n.4. & seqq.p.2.T.2.D.8.n.9.p.126.
Cœmeterium antiquitùs occupauit 40. passus per circuitum maioris Ecclesiæ, & 30. per minoris Ecclesiæ, & Capellæ circuitum T.1.n.1.p.1.T.1. D.7.n.3.6.p.37.& 38.
Ferè omnes Ecclesiæ, Cœmeterium extra exteriores earum parietes, pro fidelium habent Sepultura, quod immunitate gaudet Ecclesiæ, & illius priuilegiis.n.1.2.& 3. p.1.2.D.7.n.1. & seqq. p.36.
Cœmeterium, locus est ab Episcopo ad Sepulturas destinatus fidelium, & benedictus. n.11.p.2.
Non indiget consecratione, sed benedictione, sicut nec Ecclesia. n. 12.ibid.D.2.n.10.p.4.D.4.n.7.8. p.35.
Quod à Diœcesano,aut ab alio idoneo ministro,de illius, vel Papæ licentia consecratum, aut benedictum non est, locus sacer non est, nec religiosus, aut idoneus pro Sepulturis fidelium.T.1.D.2. n.1.p.3.n.4.& 11.p.4.
Illud benedicit Episcopus cum Pontificalibus. n.2. p.3.
Consecrare illud non potest Sacerdos, qui Pontificalibus non vtitur, nisi de Papæ licentia;de Episcopi autem authoritate illud potest benedicere. n.5. & 8.p.4.
Si sit Cœmeterium consecratum, non potest huiusmodi Sacerdos illud, de Episcopi authoritate reconciliare. n.5.ibid.
Consecrationem Cœmeterij, Mendicantes ab alio Episcopo petere non possunt, quàm à Diœcesano, nisi iste bis, aut ter requisitus, id facere recusauerit. n.3.ibid.
Ordini Episcopali est reseruata Cœmeterij consecratio,& reconciliatio consecrati, de Iure tantùm Canonico.n.8.ibid.
Prælati Regulares, propria ex authoritate, & ordinaria possunt deputare, solemniter benedicere,& reconciliare in suis Monasteriis Cœmeteria. T.1. D.3.n.1.2.p.6.n.24.27.& seqq.p.13.
Cœmeterij deputatio, ad iurisdictionis, non autem ad Ordinis pertinet potestatem. n.15.p.11.
Prælatus in Cœmeterij consecratione Oleo sacro, aut Chrismatis non vtitur vnctione. T.1.D.4. n.3.p.33.
Pro illius benedictione diuersi Ritus à Pontificali, pro Episcopis præscribuntur, ac à Rituali Romano, pro quolibet Sacerdote. n.3.ibid.
Benedictio Cœmeterij cum Pontificalis Romani Ritu, latè consecratio dicitur.n.6.p.34.
Si ab Episcopo benedicatur, provt à Rituali præscribitur, benedici dicitur; si provt à Pontificali, consecrari. n.6.ibid.
Polluta Ecclesia, pollutum censetur Cœmeterium Ecclesiæ contiguum.T.2.D.2.n.5.p.66.D.5.§.5. n.48.p.112.D.8.n.1.2.3.p125.
Cœmeterium, Ecclesiæ est accessorium dicto n.48. p.112.D.8.n.3.p.125.
Si Ecclesiæ est contiguum, sub Ecclesiæ nomine venit.eod.n.48.p.112.D.8.n.3.p.125.
Plura sunt Cœmeteria, & non vnum,quando pariete medio seiunguntur. T.2.D.7.n.9.p.122.
Cœmeterium Ecclesiæ non contiguum, ad Ecclesiæ pollutionem non polluitur. D.8. n.3. & 5. p.125.126.
Si plura sint Cœmeteria vnius Ecclesiæ, ab inuicem separata solo pariete, etiamsi aditus pateat vnius ad alterum per portam intermediam, vnum ad pollutionem alterius non polluitur.n.6. & 7. p.126.
Si duo Cœmeteria cum communi porta sint, & in illa actio pollutionem inducens fiat, illud polluitur, cuius causa fuit facta porta. T.2.D.8. d.1. n.1.p.126.
Si non sciatur, cuius causa fuerit facta porta, illud polluetur, cui proximius actio fuerit facta. n.2. p.127.
Si autem in medio portæ actio fuerit facta, & non sciatur cuius causa porta facta fuerit, probabile est vtrumque pollui.n.3. Et probabile etiam neutrum illorum pollui.n.4.ibid.
Quando compelli possit Vniuersitas, ad construendum Cœmeterium.T.5.D.9.n.1.p.241.
Congruenter constitui potest Cœmeterium, aliquantulum remotè ab Ecclesia, propter fœtorem, præsertim pro cadaueribus eorum, qui peste infecti decesserunt.T.3.D.3.n.31.p.157.

Cœnæ præstatio.

Signum euidens Vassallagij, est Cœnæ præstatio. T.4.D.1.n.13.p.164.

Collegium.

Idem censetur Collegium, etiamsi omnes Collegæ moriantur, aut aliò demigrent. T.2.D.6. n.11. p.118.
Hoc verum est fictione iuris, non veritate. n. 14. ibid.

Ecclesiasticum Collegium, in duobus constituitur. T.4.D.5.n.19.p.192.

Commenda. Commendatarius.

Ecclesiæ, aut Monasterij Commenda, alia est perpetua, alia ad tempus. T.6.D.3.n.1.p.252.

Commendatarius perpetuus, est verè beneficiarius, & disponit de fructibus, &c. n.2.p.253.

Commendatarius temporalis, est veluti Tutor, Curator, seu Custos Ecclesiæ. ibid. n.1.p.252.

Eãdem habet administrationem Ecclesiæ commendatæ, in Ecclesiæ vtilitatem, ac habet sui minoris Curator, suique pupilli Tutor. n.4.p.253.

Assimilatur Præsidenti, & Vicario in capite. n.4.ib.

Si Commendator inelecta decedat Sepultura, & absque Sepultura Maiorum suorum, tumulari debet, si fieri potest, in Ecclesia commendata, aliàs in Ecclesia habitationis suæ. T.8.D.2.d.16. n.2. & seqq. p.350.

Funeralia eius, Commendæ expensis fieri debent. T.9.S.2.§.14.p.372.

Communicare. Communio.

Cui non communicauimus viuo, mortuo non possumus communicare. T.2.D.2.n.18. p.68. D.4. n.5. & 7. p.93. D.5.§.4.n.26. & 30. p.106.107.

Quibus viuis communicauimus, mortuis communicare debemus. T.2.D.4.n.7.p.93.

Excommunicati non tolerati, Hæretici etiam non tolerati, Pagani, & non baptizati, viui, & defuncti ab Ecclesiæ communione repelluntur. dicto n.7. ibid.

Communicare possumus in Sacramentis, & in aliis diuinis, post publicationem Extrauagantis *insuper ad euitandum*, excommunicatis, & hæreticis, non denunciatis excommunicatis. n.10.& 11.p.94.

Hæreticis, & Schismaticis, etiam notoriis, viuis, & defunctis possumus communicare, si eorum excommunicatio non sit per competentem Iudicem denunciata. T.2.D.4.d.3.n.2.

Notoriis Clericorum percussoribus, & aliis excommunicatis denunciatis, viuis, aut mortuis communicare non possumus. dicto n.2.p.96.

Maior fit in Ecclesia, quàm in Cœmeterio communicatio. D.5. §.4.n.30.p.107. & §.5.n.46.p.111.

Compensatio.

Competit Compensatio promissario. T.5.D.4.n.13. p.234.

Concilia.

Constitutio Concilij Prouincialis, nihil præiudicat exemptis, intra Prouinciam existentibus, nec est illis Superior. T.6.D.2.n.2.p.251.

Concilium Moguntinũ I. celebratum est anno 813. sub Carolo Magno Imperatore. T.3. D.3. n.13. p.155.

Triburense Concilium, fuit celebratum, anno 895. sub Arnulpho Cæsare. ibid.

Vt Conciliorum decretis derogetur, requiritur expressa illorum mentio. S.R.Dec.5.n.1.p.382.

Concilium Tridentinum, Vide *Trident. Conc.*

Conditio.

Si in contractibus apponatur Conditio, contra Iure communi dispositum, pro non apposita habetur. T.5.D.8.n.4.p.238.

Conditio vitiosa, & turpis in contractu apposita, seruanda non est, & habetur pro non apposita. Et idem est de Conditione impossibili. n.5. ibid.

Patronus potest in limine fundationis Ecclesiæ, conditiones sibi benè visas apponere, etiam contra Ius. n.3. ibid.

Non tamen potest apponere conditiones à Iure reprobatas, etiam in limine fundationis. n.4. ibid.

Legatum Monacho factum cum Conditione, vt illi proprium sit, & non Monasterio, tenet pro Monasterio. ibid. n.10.p.239.

Conditiones turpes Legatis adiectæ, Legata non vitiant, & pro non adiectis habentur. n.11. ibid.

Confessio.

Alia est Confessio voluntaria; & alia ex necessitate iudicij: Et qualis vtraque sit, explicatur. T.7.S.1. D.6.d.2.n.23.p.272.

Confessio voluntaria à Prælato, aut à Procuratore Ecclesiæ, Monasteriive facta, in Iuribus amittendis Ecclesiæ, vel Monasterio nõ præiudicat. ib.

Confessio voluntaria reuocari debet, etiam non docto de errore. ibid.

Confessarius.

A moribundo constituitur executor illorum, quæ ad animam concernunt, quatenus debent ad forum deduci externum. T.7.D.13.n.10.p.319.

Omnino credendum est Confessario, si testetur defunctum elegisse hanc, vel illam Sepulturam. ib.

Confessionalia.

Si existant Confessionalia intra concauum parietum Ecclesiæ, ab Ecclesia pariete diuisa, & feneſtella cratibus obducta, ad Ecclesiæ pollutionem polluuntur, & è contra. Et idem est si pariete non diuidantur, sed linteo cerato, aut tabulis fixis; secus si velo, quod complicari, & plicari possit, aut tabella vncis ferreis nexa, vulgò *con gonzes*, diuidantur. T.2.D.7.n.9.p.122.

Quando polluuntur, solum est quoad partem, quæ Ecclesiam respicit. ibid.

Confirmatio.

Vide *Priuilegia.*

Confinati.

Qui confinati, seu relegati, siue in perpetuum, siue ad tempus notabile, ad maiorem scilicet anni partem, Parochiani sunt loci, in quo sunt relegati: & in illo sunt sepeliendi tanquam in sua Parochia. T.8.D.2.d.30.n.2.& 3. p.356.

Confratres.

Statuta Confraternitatum, nisi à Sede Apostolica sint approbata ex certa scientia, iuribus Ecclesiæ Parochialis non derogãt. T.8.D.2.d.25.n.1.p.353

Ecclesia Parochialis in qua tumulari debent Confratres, si nec elegerint Sepulturam, nec illam habeant Maiorum suorum, illa est intra cuius fines habitationem habent. ibid.

Si propriam habent Ecclesiam, cum priuilegio, vt in ea sepeliri valeant, non possunt in ea sepeliri, nisi facta electione. n.3. ibid.

Si electione facta, in sua Ecclesia, Capella, vel Oratorio sepeliantur, Officium à Parocho territorij, non à Capellano Confratrũ fieri debet. n.5.6.8. ib.

Accedere non possunt Confratres ad Funeralia nisi specialiter vocati. n.7. & 9. ibid.

Congius.

Mensura est liquidorum, sex continens sextarios. T.3.Pr. n.25. p.151.

S. Cardinalium Congregatio.

Accedente Papæ authoritate, tantam vim habet S. Concilij Congregationis Declaratio, quantam ipsum Concilium. T.1.D.3.n.14.p.11.

Declarationes recensentur, quibus aliqua prohibet, & aliqua concedit Regularibus, Cardinalium S. Congregatio. T.7. D.8. S.2. §.3.n.7.8.9. & 10. p.291.292.

Coniuges.

Ad mutuum obsequiũ sibi ad inuicem præstandum tenentur. T.8.D.2.d.31.n.1.p.356.

Coniux ad expensas Funeris sui consortis, quando teneatur, & quando non. T.9. §.19.n.1.& seqq. p.375.

Quando teneatur coniux consortem alere, & quando non. n.2. ibid.
Coniuges corporum suorum potestatem non habent; sed communem, & reciprocam seruitutem habent, & possessionem. n.2. ibid.
Coniux ad expensas funeris consortis non tenetur, si illius hæres non est. n.3. ibid.
Limita in casu, quo nec consors, nec illius pater bona habeat, de quibus expensæ illæ fieri possint. n.7.p.376.

Connexa.

Dispositum à Lege in vno connexorum, in alio dispositum esse censetur, T.2.D.5.n.48.p.112.

Consecrare. Consecratio.

Ecclesiæ consecratio iterari non debet, nisi sit illa exusta. T.1.D.2.n.2.
Consecrationem non amittit Ecclesia per tecti, sed per parietum renouationem, aut euersionem, vel combustionem, seu per dealbationem. T.2.D.6. n.2.3. p.116.& n.18. p.119.
Iterari debet Ecclesiæ consecratio, si parietes euertantur. n.2. p.116.
Si exustionem patiantur. n.3. ibid.
Si dealbentur. n.18.p.119.
Omnia hæc intellige, si in maiori fiant parte. n.4. vers. Hæc omnia. p.116.
Consecratio consistit in exteriori parte vncta. n.4. ibid. & n.7.p.117.
In interiori scilicet parte respectu Ecclesiæ. n.18. p.119.
Consecratio fit cum vnctione, & Crucibus in superficie. n.7 p.117.
Consecratio deperditur per euersionem, & simultaneam omnium parietum reædificationem, aut maioris partis. n.5. ibid.
Deperditur etiam consecratio, si non simul, sed paulatim per partes, & successiuè refectio fiat. n.8. ibid. & n.14.p.118.
Consecratio, est accidens parietis. n.8. p.117.n.14. p.118.
Consecrationem non communicat paries consecratus præexistens, parieti de nouo addito: quia contigui sunt, & non continui: & vnus non habet virtutem actiuam conuersiuam alterius, in propriam substantiam. Vnde suum accidens consecrationis, illi nequit communicare. n.16.ib.
Cõsecratio Ecclesiæ præexistẽtis deperditur, si tota, aut in maiori parte, laminis tegatur. n.19.p.119.
Abbates nostri Altaria, Calices, campanas, & Patenas consecrant. T.2.D.9.n.7.p.129.
Consecratio, non tantum est opus humanum, sed efficax est ex Christi Sacerdotio. T.2. D.10.n.7. & 8. p.138.139.
Res per consecrationẽ habiles reddũtur ad excitandam in nobis reuerẽtiam, & deuotionẽ. n.7.p.138.
Sicut aqua fuit ad Baptismum apta per contactum Corporis Christi, n.7. ibid.
Rebus consecratis præsens est Deus, quarto, & speciali modo, sicut instrumẽto, ad excitandã reuerẽtiam, & deuotionẽ circa diuinum cultum. n.7.ib.
Circa Consecrationem, aut exsacrationem, nihil potest consuetudo operari. n.8.ibid.
De Iure tantum humano reseruata est Consecratio, & reconsecratio Ordini Episcopali. T.2. D.11. n.2. p.114.
Consecratio, in crusta, & superficie imprimitur. n.6. p.145.

Constitutio.

Eugenij Quarti Cõstitutio, *Etsi ex debito*, pro Benedictinis cõdita, à S.Rota est sæpè canonizata, & in obseruãtia existit. T.1.D.3.d.1.§.1.n.2.& seq.p.16.
Synodalis Pampilonensis de Anno 1590. annullatur à S.Rota, quoad personalem accessum Abbatis Hyrachensis ad Synodum, & quoad Vicariorum inamobilitatem. n.5.p.17.& n.21.p.21.
Synodalis constitutio pampilonensis de anno 1590. circa inamobilitatem vicariorum irrita declaratur. S.R.Decis.1.n.4.p.378.
Piana Constitutio (*Et si Mendicantium*) reuocata non fuit per Greg.XIII. Sed ad terminos. S.Congregationis Concil. redacta S.R.D.7.n.3.p.384.

Constantinus Imperator.

Anno 337. obiit Constantinus Magnus, & sepultus est in vestibulo Basilicæ Sanctorum Apostolorum. T.3.D.3.n.2.p.153.

Consuetudo.

Parem vim habet cum Lege Consuetudo. T.2.Pr. n.14.p.41.T.7.S.3.D.11.§.2. p.310. Si legitimè introducta. T.9.§.16.n.2.p.374.
Valet inducere, quod Lex inducere potest. T.2.D.2. d.21. n.5. p.81. Et quidquid priuilegio concedi potest. T.7.S.3.D.11.§.2.n.4.p.310.
Impotens omninò est consuetudo in spiritualia. T.2. D.10.n.8.p.138.
Nulla introduci potest Consuetudo contra Legem diuinam, positiuam, aut naturalem. n.9. p.139. T.4.D.4.n.23.p.179. & n.31. p.181.
Ex eo habet vim derogandi legibus humanis, quia earum conditores consentientes eidem deferunt Consuetudini. T.1.n.9.p.139.
A pœna excusat temporali, non à Generali. ibid. n.8.p.138.
Inducere valet Ius Consuetudo, & priuilegium conferre. T.3.D.3.n.36.p.158.
Consuetudo, est Ius quoddam moribus institutum, quod pro Lege suscipitur. T.4. D.4.n.23.p.179.
Antequam sit legitimè præscripta, consuetudo non est, sed conatus illam introducendi. n.25.p.180.
Legitimè introducta, & præscripta, nouum Ius instituere censetur. n.23.p.179.
Omni humano derogat Iuri ex Papæ tolerãtia. n.23. ibid. Non autem si præscripta non sit. n.25.p.180.
Vt Iuri deroget humano, rationabilis esse debet: & vt rationabilis sit, sufficit, vt non sit repugnans Legi diuinæ, & naturali. n.26. ibid.
Quæ statuto induci possunt, possunt & consuetudine. n.23.p.179.
Dat Consuetudo iurisdictionem. n.23. ibid.
Dat priuilegium. n.23. ibid.
Non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam. n.24.p.180.
Est quid odiosum, & stricti Iuris, & strictè interpretanda. n.25. ibid.
Consuetudo per Legem reprobata, non solùm in præteritum, sed etiam in futurum, potest ex noua causa contra illam Legem induci. n.28.p.181.
Ad accessoria extenditur. T.4.D.23.n.5.p.226.
Probare non debet Consuetudinem, qui illam allegat, si illa à Iure approbetur; secùs si ab illo non approbetur. T.7.D.9. §.6.n.5.Sect.2.p.305.
Legitima non est, & vera Consuetudo, quæ introducta est per actus, qui Iure ipso nulli sunt & irriti, & per quos possessio acquiri nõ potest, quod cõtingit quãdo Decretũ irritãs adest. T.9.S.1.§.6.n.6.p.364.
Consuetudo dicitur quasi alterum Ius naturale. T.9.S.2.§.16.n.2.p.374.
Omnia potest Consuetudo. ibid.

Contigua.

Illa sunt Contigua, quorum terminus vnus est. T.2. D.6.n.16.p.118.& D.8.n.7. p.126.

Illa

Illa ſcilicet, quorum extrema inuicem ſe contingunt. T.2.D.8.n.2.p.125.

Continua.

Illa ſunt Continua, quorum extrema ſe inuicem coniungunt. T.2.D.6.n.16.verſ.Ad id quod p.118.

Quæ vnum corpus conſtituunt. T.2. D.8. n.7. p.126.

Contractus.

Ex Monachi contractu, Monaſterium non tenetur, niſi quatenus ſit ei tacitè, vel expreſsè aliqua commiſſa adminiſtratio. T.7. D.6. d.2. n.28. S.1. p.173.

Si nomine ſuo, aut Monaſterij contrahat, probabile eſt obligari naturaliter, & teneri operam dare, vt Prælatus approbet. ibid.

Valdè etiam probabile eſt non obligari niſi damnum intulerit. n.29. ibid.

Emptionis, & Venditionis contractus, tria pro forma requirit, mercem, pretium, & mutuum conſenſum. T.4.D.4.n.6.p.177.

Contractus, eſt actus externus inter duos, aut plures ex conſenſu ipſorum vltro, citróque obligationem pariens. T.4.D.5.n.34.p.187.

Conuerſi.

Qui habitu mutato, profeſſionem ſolemnem trium votorum in Religione emittunt approbata, & extra Chorum, pro obſequiis humilioribus Monaſteriorum addicti ſunt, Conuerſi appellantur in Iure. T.7.S.2.D.8.§.7.n.1.p.294.

Eiſdem gratiis, & priuilegiis gaudent reſpectiuè, ac potiuntur Religioſi Clerici, & ad Chorum deſtinati. n.2. ibid.

Veri Religioſi ſunt Conuerſi. n.2. ibid.

Si decedant in loco à Monaſterio remoto, poſſunt ſibi Sepulturam eligere. n.2. ibid.

Creditor.

Ius habet in pignore Creditor: & datur ei actio vtilis. T.4.Pr.n.15.18.& 20.p.161.162.

Crypta.

Si deſtinata ſit ad diuina Crypta, (quæ vulgò *Cauerna* dicitur,) vel ad Sepulturas, ad Eccleſiæ pollutionem polluitur, & è contra ad eius pollutionem polluitur Eccleſia: dummodò tamen ad eam pateat aditus per Eccleſiam. T.2.D.7.n.11. p.123.

Cubiculum.

Non cenſetur pollutam Cubiculum, vulgò *Tribuna*, per actiones pollutionis inductiuas. T.2.D.7.n.10. p.122.

Cura.

Curam habet Eccleſiæ, qui illam habet per Vicarium deſeruitam. T.1.D.3.d.1.§.1.n.10.p.18.

Per vnionem Eccleſiæ alicui factam, Cura illius ad eum transfertur. ibid §.2.n.45.p.27.

Cura animarum Eccleſiæ ad menſam vnitæ, non exercetur à Vicario nomine proprio, ſed illius nomine, cui vnita reperitur, & ad illius libitum. ibid.

Curator.

Ille dicitur Curator, qui Minoris curam gerit: illius ſcilicet, qui 25. annos completos non habet. T.6. D.3.n.4.p.253.

Adminiſtrare tenetur bona, in Minoris vtilitatem. n.4. ibid.

Debitum coniugale.

Sine peccato in Eccleſia ſoluitur ab iis, qui diuturno tempore habitare coguntur, etiamſi deſit incontinentiæ periculum. T.2.D.3.d.10.n.10.& 11. p.91.92.

Decimæ.

Conductores, & Feudatarij ſoluere debent, & ſine vlla mora Eccleſiæ Parochiali Decimas, non autem Clericis, aut Religioſis prædia in locationem, aut in feudum concedentibus, cum pacto, vt eis illas ſoluere tenerentur. T.7.S.1.D.6.d.11.n.3.& 4. p.283.

Declaratio.

Non habet locum in iis, quæ ſunt clara. T.5. D.5. n.4.p.236.& T.7.S.1.D.6.d.7.n.4.p.279.

Multæ Cardinalium Declarationes recenſentur. T.7. S.2.§.3.n.7. & ſeqq. p.291.

Decretum irritans.

Pro infecto habetur, quidquid fit contra clauſulam habentẽ Decretũ irritans. T.9.S.1.§.6.n.5.p.364.

Contra Decretum irritans, nulla introducitur conſuetudo. n.6. ibid.

Titulum inficit, & poſſeſſionem, ita vt actus contrarij nequeant Ius aliquod ſeu poſſeſſionem parti tribuere S.R.Deciſ.1.n.7.p.379.

Parti claudit os & Iudicis manus ligat aliter iudicandi quàm in diſpoſitione in qua apponitur ſtatuitur. S.R.Deciſ.5.n.1.p.382.

Dedicatio.

Eccleſiæ Dedicatio, eſt illius conſecratio. T.2. D.5. §.7.n.54. & ſeqq.p.114.

Defuncti.

Inter miſerabiles perſonas, computantur defuncti. T.5.D.2.n.4.p.231.

Defunctorum voluntates tenentur exequi Ordinarij, etiam quoad profana, teſtamentariis, & hæredibus negligentibus. n.3.& 4. ibid.

Et ſub culpa quidem lethali, ſi materia grauis ſit. n.4. ibid.

Delegatus.

Eandem habet iuriſdictionem in omni acceſſorio, ac habet in principali. T.4.D.23.n.5.p.226.

Mortuo Epiſcopo delegato, non cognoſcit Capitulum Sede vacante, ſed expectatur Epiſcopus ſucceſſor, vt de delegatis cognoſcat. T.6. D.4. n.2. p.254.

Delictum.

Attendi non debet ad factum materialiter ſumptum ſolum, ſed ad ipſum formaliter in ratione delicti, quando de delicto agitur. T.2.Pr.§.2.n.49.p.49.

Ex vnius de Eccleſia, aut Monaſterio delicto, quãdo tota communitas damnum patiatur. T.7.S.1.D.6. d.2.n.6.p.270.n.21.23.p.272.& n.28.p.273.

Depoſitum.

Rei depoſitæ dominium, in Depoſitarium non tranſfertur. T.9.S.1.§.3.n.2.p.362.

Deus.

Omnibus rebus præſens eſt, præſentia, eſſentia, & potentia: & rebus conſecratis, etiam alio quarto modo, tanquam inſtrumento ad excitandam reuerentiam, & deuotionem circa cultum diuinum. T.2.D.10.n.7.p.138.

Dictio.

Aut dictio, alternatiua eſt aliquando, & non diſiunctiua: & attribuit actum cuilibet in ſolidum. T.2. D.2.n.7.p.66.

Dictio *Careo*: *Careátve*, ſententiam importat ipſo iure latam, non ferendam. T.7.S.4.D.12.n.8.p.314.

Dictio *Committimus*, non importat alterationem, ſed excitationem iuriſdictionis. ibid.n.17.p.316.

Dictio *Et*, ponitur aliquando, non inter diuerſa, ſed inter idem ſonantia. T.4.D.4.n.9.p.177.

Non ſemper ponitur copulatiuè, ſed aliquando diſiunctiuè. T.8.D.2.d.1.n.29.p.335.

Dictio *Etiam*, implicatiua, & inuoluit, & ampliat diſpoſitionem, ita vt idem ſit in caſu non expreſſo, quamvis contrario, ac in expreſſo. T.1. D.5. n.7. p.35.

Dictio *Licet*, eſt aduerſatiua: & idem importat quod, *Quamvis*. T.2.D.2.d.11.n.3.p.75.

Dictio *Nequit*, idem importat, ac dictio *Non poteſt*. T.7.S.2.D.8.§.4.n.2.p.293.

Dictio *Niſi*, exceptiua eſt, & præcedentibus aduerſatur. T.2.D.2.n.7.p.66.

Eſt aduerſatiua, & neceſſariò opponitur antecedenter dicto. T.7.S.3.D.11.§.6.n.2.p 312.
Multa pro illius explicatione afferuntur, & pro illius efficacia demonſtranda. T.7. S.2. D.8. §.3. n.4.p.290.
Dictio *Non poteſt*, in plurimum nullitatem actus importat. T.7.S.2.D.8.§.4.n.2.& 3. p.293.
Nullitatem tamen non inducit quando apponitur ſolum ob honeſtatem perſonæ, & ſtatus perfectionem. n.3. ibid.
Dictio *Omninò*, omnia indiſtinctè, ac omni ex parte comprehendit. T.7.S.1.D.6.d.7.n.5.p.279.
Excludit omnem gratiam, & diſpenſationem. n.6. ibid.
Præciſam importat executionem. n.6.ibid.
Multos operatur effectus in diſpoſitionibus. Importat præciſam obligationem: præciſam executionem, &c. T.7.S.4.D.12.n.17.& 18.p.316.
Vim habet Decreti irritantis. T.9.§.6.n.5.p.364.
Dictio *Omnis*, nullam permittit reſtrictionem. T.2. D.11. n.26.p.148.
Dictio *Plures*, aut *Plurimi*, in duobus verificatur. T.1.D.7.n 8.p.38.
Dictio *Præſertim*, eſt implicatiua, ſeu inuolutiua eiuſdem Iuris, & diſpoſitionis in caſu non expreſſo, quamuis contrario, ac in expreſſo. T.1. D.5.n.7.p.35.
Dictio *Sæpiſſimè*, in tribus actionibus, aut vicibus verificatur. T.1.D.7.n.8.p.38.
Dictio *Solitum*, plures actus exigit, vt aliquid ſolitum fieri dicatur. T.8.D.1.d.2.n.7.p.323.
Dictio *Vel*, non ſemper eſt copulatiua, ſed aliquando idem importat, quod *etiam*. T.2.D.5.§.4. n.19.p.105. & T.3.D.3.n.13.p.155.
Dictio *Vniuerſis*, omnes, & ſingulas perſonas, maiores, & minores comprehendit. T.7.S.1.D.6.d.2. n.12.p.271.

Difficultas.

Aliquid permittit Difficultas, quod aliàs prohibetur. T.8.D.2.d.11.n.3.p.347.

Dignitas.

Dignitatem ſolus habet ille, qui Iuriſdictionem habet. T.6.D.4.n.3.p.254.

Dignum.

Minus dignum, non trahit ad ſe magis dignum. T.2.D.8.n.4.p.125.

Dilectio.

Maior eſt dilectio inter Auum, Filium, & Nepotem, quàm inter iſtum, Abauum, Proauum, & alios aſcendentes. T.8.D.1.d.1.n.3.p.322.
Maior adeſt dilectio inter Filium, & aſcendentes per lineam paternam, quàm per maternam. T.8.D.1. d.3.n.3. Verſ. concluſio nihilominus. p.325.
Vnio Sepulturæ, ex Dilectione procedit. T.8.D.1. n.6.p.322.

Diœceſanus. Diœceſis.

Sub nomine Diœceſani venit, qui iuriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi Epiſcopalem habet in loco, licet regulariter ſolus veniat Epiſcopus. T.6.D.1.n.10.p.250.
Ille propriè dicitur alicuius Diœceſis, in qua habet Domicilium habitationis, non autem in qua habet originis Domicilium. T.8. D.2.S.1.d.1.n.10. p.332.
Quoad Ordines tamen ſuſcipiendos, Domicilium attenditur Originis. ibid.n.26.p.335.

Diſpenſare. Diſpenſatio.

Prælati Regulares diſpenſare poſſunt cum ſubditis ſuis ſuper occultis per accidens, provt probabilibus opponuntur, etiamſi à duobus ſciantur. T.2. Pr.§.2.n.54.p.50.
Diſpenſare poſſunt Epiſcopi, & dicti Prælati Regulares, ſi crimen notorium non ſit. dicto §.2. n.59.60.& 61.p.51.
Limita in caſu, quo rei diſpenſandi, inquiſiti non ſint, etiamſi crimen probari nequiuerit. n.58. & 60. p.50.51.
Diſpenſare poteſt Epiſcopus, vbi non eſt prohibitum. T.2.D.5.§.5.n.47.p.112.
Diſpenſatio Epiſcopis competens per Trident. ſeſſ. 24. cap.6. competit etiam iuriſdictionem habentibus. T.5.D.2.n.6.p.232.
Abbas, Ordinarius loci, diſpenſare poteſt in Denunciationibus matrimonialibus. T.6.D.1.n.11.verſ. Idem. p.251.
In Superioris Lege, nemo diſpenſare poteſt. T.7. S.2. D.8.§.4.n.3.p.293.
Quilibet Prælatus Regularis, etiam localis, & eius Vicarius, ſeu Præſidens, ſuum diſpenſare poteſt in omnibus, in quibus poteſt diſpenſare cum ſubditis. T.7.S.2.D.8.§.2.n.3.p.289.

Diſtinguere.

Vbi Ius non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus. T.2 D.2.d.16.n.2.p.77.

Diuina.

Fieri nequeunt Diuina in Eccleſia, aut loco polluto, ante illius reconciliationem. T.2.D.2.n.18. p.68.

Dolus.

Dolus, & fraus, nemini ſuffragantur. T.8.D.2.d.2. n.3.p.336.

Domicilium.

Patris, & Aui Domicilium, Filius conſequitur. T.8. D.1.d.1.n.2.p.322. Non aliorum aſcendentium. ibid.
Sicut Domicilium eſt inter viuos, ſic Sepultura eſt inter mortuos. eod.n.2.ibid.& d.2.n.2.p.323.
Filius Domicilium Patris, non verò Aui ſequitur. T.8.D.1.d.2.n.2. ibid.
Domicilium, aliud eſt *Originis*, quod Domicilium Iuris dicitur, & eſt idem, quod Domicilium habitationis parentum. T.8.D.2.S.1.d.1.n.8.p.332.
Non dicitur Domicilium Originis locus, in quo quis naſcitur, ſi ibi parentes Domicilium habitationis non habent. ibid.
Domicilium Originis eſt immutabile, quia eſt naturale. n.9.ibid.
Et quoad quid immutabile ſit, explicatur. n.10.ib.
Non deperditur, ſed retinetur cum diſtincto Domicilio Habitationis. n.9. ibid.
Domicilium Habitationis acquiritur habitatione, & animo ibi perpetuo manendi. n.1. & ſeqq. p.331.
Non requirit decennium ad ſui acquiſitionem. n.3. verſ. Sed contra id. p.331.
Quam autem requirat voluntatem, aut animum, declaratur. n.7.p.332.
Animo deperditur, & facto, ſicut acquiritur. n.4. verſ. Ex dictis. p.331.& n.5.p.332.
In quibus differant Domicilium habitationis, & Domicilium Originis. n.9. ibid.
Domicilium, in dubio, de Domicilio intelligitur Habitationis, non de Originis Domicilio. n.10. ibid.
Domicilium Habitationis præfertur Domicilio Originis, & magis attenditur. n.13.p.333.
Ibi Domicilium habere cenſetur, vbi reſidere tenetur. T.8.D.2.S.2.D.9.n.4.p.345.

Dominium.

Rerum, quas quis Eccleſiæ contulit, dominium, aut poteſtatem poſt donationem non habet. T.2.D. 5.§.7.n.59.p.114.

Dominium, eſt Ius de re corporali perfectè diſponendi, niſi Lex obſiſtat, vel conuentio prohibeat. T.4.Pr.n.1.p.159.

Dominium, aliud Directum, & aliud Vtile. n.2. p.160.

Dominium Directum, ſecundùm ſe conſideratum, eſt cum ſola rei proprietate, & ſine illius fructu, cum ſpe tamen conſolidationis.n.2.ibid.

Sæpè ſolet vtrumque, in Domino rei, eſſe conſolidatum. n.2.ibid.

Dominium Vtile, eſt cum vſufructu rei.n.2.ibid.

Eſt verum Dominium. n.3. & 16. p.160.161.

Dominium perfectum ſolum eſt, quando Directum, & Vtile conſolidata ſunt, in eodem ſcilicet ſubiecto; imperfectum verò, quando quodlibet eorum, ſine alio datur. n.2. & 16. ibid.

Dominium fundi dotalis, quoad Directum,& proprietatem, penes vxorem eſt: quoad Vtile verò, penes maritum.n.3.p.160.

Omne Dominium, Ius eſt; non autem omne Ius, Dominium eſt. n.5.ibid.

Dominium, & Ius, in quinque differunt. n.6. & ſeqq. ibid.

Pater, Dominium non habet in Filium; habet tamen Ius. n.5.ibid.

Vir, habet Ius in vxorem, ſed non Dominium. n.5. ibid.

Dominium, ſolùm rerum corporalium eſt. n.6. ibid.

Dominium non acquiritur ante traditionem veram, vel fictam à Iure approbatam.n.7.ibid.

Fallit in donatione, & priuilegio Principis, quando de eius voluntate aliud non conſtat.n.8.ibid. & 11. p.161.

Quando aliquid donatur, venditur, aut relinquitur ciuitatibus, Eccleſiis, ſeu aliis piis locis, vel in captiuorum redemptionem, acquiritur etiam illius Dominium ante traditionem.n.10.p.160.

Idem contingit in contractu Societatis omnium bonorum per matrimonium.n.10.ibid.

Idem etiam quando aliquid donat quis ſub ea conditione, vt donatarius præbeat donatori alimenta, ſtatim ac iſta non præbeat, Dominium, & poſſeſſio rei, ad donatorem, abſque vlla reddit traditione. n.11.p.161.

Dominium, ſolum eſt reſpectu proprietatis, non poſſeſſionis reſpectu. n.13.ibid.

Habenti Dominium in re, datur actio Confeſſoria, non verò Negatoria. n.14. ibid.

Qui Dominium habet in re, habet Ius in re.n.15. ibid.

Dominium, in hoc differt à proprietate, quod Dominium comprehendat Directum, & Vtile, ſiue ſimul in vno Domino, ſiue ſeorſim in duobus ſint, proprietas verò, de ſolo Dominio directo dicitur. n.16. ibid.

Dominium imperfectum datur, quando proprietas, & vſusfructus in eodem ſubiecto non ſunt, ſed in diuerſis. n.16. ibid.

Dominium rei poteſt ſimul in duobus exiſtere ſubiectis,quoad proprietatem in vno,& quoad vſumfructum in alio. n.18. ibid.

Quaſi Dominium, multipliciter dicitur. num.4. p.160.

Dominium directum, & proprietatis tunc alicuius rei datur, quando aliquis ſuo nomine,& authoritate propria, tanquam ſua vti poteſt ad omnem eius vſum, & diſpoſitionem, niſi Lex prohibeat, aut conuentio quidem, in toto, aut in parte. T.4. D.1.n.2.p.162.

Dominium Vtile alicuius rei, tunc datur, quando aliquis, quoad vſum, ea vti poteſt, tanquam ſua, & poteſt impedire, ne alius vtatur ea, quoad vſum, etiamſi ille alius, ſit directus, & proprietarius illius rei Dominus. n.5.p.163.

Perceptio annua partis fructuum alicuius hæreditatis, vel termini, arguit Dominium proprietatis iſtius, in percipiente.n.12.p.164.

Maximè ſi per longi temporis curſum, annua fructuum penſio fuerit perſoluta. n.22.p.166.

Regulares, qui in communi ſunt Dominij capaces, Dominium immediatum habent ſuarum Eccleſiarum, & Sepulchrorum earum. T.4. D.3.n.5. p.170.

Loci ſacri, & Religioſi Dominium, ſub nullius Sæcularis dominio, quoad proprietatem cadit.T.4 D.5.n.2.p.183.T.7.D.5.n.4.p.262. & T.8. D.1. d.9.n.9.p.329.

Monaſterij, aut alterius rei, de Eccleſiaſticis redditibus ædificatæ Dominium, ad Eccleſiam illam pertinet, cuius fuerunt ipſi redditus, etiamſi in proprio ſolo, & fundo fuerit facta conſtructio. T.4.n.21. dictæ D.5.p.185.

Idem eſt, ſi conſtructio fuit ex bonis Militis, Pupilli, aut Vxoris. n.21.ibid.

Dominium rei conſtructæ in alieno fundo, quæ Eccleſiæ non ſit,ad fundi Dominum pertinet. T.4. D.5.d.1,n.7.p.190.

Dominium rei emptæ, comparatæ ex bonis Eccleſiaſticis, Militis, & Pupilli, ad Eccleſiam, Militem,& Pupillum pertinet.n.12.p.191.n.26.& 27. p.194.195.

Siue res mobilis ſit,ſiue immobilis. n.18.p.192.

Eccleſia, rem ſic emptam, vendicare poteſt. n.12. p.191.

Si pecunia, aut pretium, quo res emitur, aut acquiritur, non ſit Militis, aut Pupilli, etſi ſit Eccleſiæ, non ematur ab habente adminiſtrationem illius, dominium acquiritur ementi. n.12.p.191. n.26.& 27. p.194. & 195.

Dominium Directum, & proprietatis, vt de vno ad alium per contractum, priuilegio Legis transferatur, requiritur ſemper rei traditio, etiamſi in Eccleſiam transferatur,ſecus ſi priuilegio Legis, ex vltima voluntate transferatur. Quia in primo caſu, eſt penes quem remaneat Dominium, ſed non in ſecundo. n.28.p.195.

Dominium Vtile rei acquirit Eccleſia ante rei traditionem ex contractu priuilegio Legis. n.28. ibid.

Dominicum vſus rei Legatæ, acquirit Legatarius,à die mortis teſtatoris; directum autem illius Dominium, penes hæredem remanet, vſque ad traditionem, adita hæreditate.n.28.ibid.

Dominium directum, aut vtile, non transfertur in conductorum temporalem. T.4. D.14.n.3.& 6. p.219.

Transfertur tamen Dominium vtile, in locatione perpetua. n.3.ibid.

Dominium vtile Sepulchri Hæreditarij, transfertur in locatione perpetua vniuerſitatis bonorum, & in conceſſione in Feudum, Emphyteuſim, & Pectam. N.1.& 4. ibid.

Dominium rei, in qua alicuius Armorum inſignia

ſunt, probatur eſſe Domini Armorum. T. 4. D. 22. n. 12 & 4. p. 224. 225.

Inuito vſufructuario, Dominus directus rei, illa vti non poteſt. T. 7. D. 5. n. 2. p. 262.

Domus.

Per euerſionem, & ſimultaneam omnium parietum, aut maioris partis, deſtruitur Domus, itaut ſi inſimul reficiatur, eadem non cenſeatur Domus: nec remaneat in ea obligatio, quæ reſpectu illius aderat. T. 2. D. 6. n. 6. p. 117.

Domus ſi per partes ſucceſſiuè, etiam tota corruat, & reficiatur, eadem ac antea erat cenſetur. n. 3. & 9. p. 116. 117.

Hoc tamen in veritate non eſt, ſed fictione Iuris. n. 14. p. 118.

Donare: Donatio.

Nemo abſque Iudicis interuentione donare poteſt, de Iure Cæſareo, vltra centum aureorum ſummam. T. 7. S. 1. D. 6. d. 4. n. 8. p. 276.

Quaſcumque conditiones, ſibi bene viſas, poteſt Donator in Donatione apponere: & illas tenetur adimplere Donatarius. T. 7. S. 1. D. 3. n. 4. p. 260.

Intellige, ſi Donatarius Donationem acceptet. ibid.

Dos.

Pater, obligatur ad dandam filiæ Dotem competentem. T. 5. D. 3. n. 2. p. 233.

Qui Capellam, aut Eccleſiam conſtruxit, vel iſtam conſecrari fecit, Dotem illi præſtare tenetur. & n. 3. ibid.

Dubium.

In dubiis, non eſt à verborum proprietate recedendum. T. 8. D. 2. S. 1. d. 1. n. 10. p. 332.

Eccleſia.

Mendicantes non poſſunt petere ab alio, quam à Diœceſano Epiſcopo, conſecrationem Eccleſiæ, vel Altaris, nec primi lapidis poſitionem, niſi bis, aut ter requiſitus Diœceſanus, id facere recuſauerit. T. 1. D. 2. n. 3. p. 4.

Eccleſiæ conſecratio, & conſecratæ reconciliatio, ſunt actus, de Iure Canonico Ordini Epiſcopali reſeruati. n. 8. ibid.

De Epiſcopi authoritate nequit quilibet Sacerdos Eccleſiam conſecrare, nec conſecratam reconciliare; ſed benè poteſt de Papæ licentia. n. 5. & 8. ibid.

Quilibet tamen Sacerdos, de Epiſcopi venia, poteſt Eccleſiam benedicere. n. 5. ibid.

De Iure communi, nemo poteſt Eccleſiam ædificare antequam Epiſcopus Diœceſanus accedat, atrium deſignet, &c. T. 1. D. 3. n. 16. p. 11.

Abbates, poſſunt Eccleſiam ædificare, & primum lapidem, ac fundamenta ritu benedicere Pontificali. Abbates intellige, vſum habentes Pontificalium. n. 17. 18. 19. p. 11. & n. 24. p. 13.

Prælati Ordinis Minimorum Eccleſiam poſſunt ſolemniter benedicere, & reconciliare, aquâ, non ab ipſis benedictâ, ſed per aliquem Catholicum Antiſtitem. n. 20. & 21. p. 12.

In Eccleſia Iuriſpatronati Laici, ſtatuta in limine fundationis, à Fundatore appoſita, immutari non poſſunt ab Epiſcopo; neque à Legato à Latere: neque præſumitur, quod Papa illa velit immutare. T. 1. D. 3. d. 1. n. 29. p. 22.

Neque in Eccleſia Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici poſſunt illa ab Epiſcopo immutari. n. 29. ibid.

Eccleſiæ Regularibus vnitæ, Regulares ſunt. n. 30. à verſ. Omnia iſta. p. 22. & n. 31. p. 23.

Eccleſia S. Ioannis de Stella, ab Abbate, & Monachis Hyrachenſis Cœnobij eſt ædificata. T. 1. D. 3. d. 1. §. 2. n. 44. p. 28.

Eſt illis vnita Iure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia. n. 45. & 46. ibid.

Abbas, & Præſidens Cœnobij, ſunt veri illius Rectores, & Parochi. n. 45. ibid.

Eſt Eccleſia Regularis. n. 48. p. 29.

Poteſt Abbas, propria ex authoritate, in illa omnia exercere Pontificalia. n. 49. ibid.

Vitio laborant Decretum S. Congregationis, à Vicario, Beneficiariis, & Parochianis obtentum Anno 1617. & Breue Vrbani Octaui, pro illius confirmatione, & obſeruantia, de Anno. 1631. n. 41. & ſeqq. p. 27.

Eccleſia, conſecrari debet, aut ſaltem benedici. T. 1. D. 4. n. 8. p. 34.

Qui cauſas ſanguinis, aut pœnarum in Eccleſia, aut Cœmeterio agitat, anathemati ſubiacet. T. 1. D. 7. n. 3. p. 37.

Eccleſia, amoto Altari, aut parietibus dirutis, reconſecrari debet. T. 2. D. 1. n. 2. p. 52.

Polluta per homicidium, aut per adulterium Eccleſia, reconſecrari non debet, ſed reconciliari per aquam benedictam cum vino, & cinere. n. 2. ibid.

Reconſecrari debet Eccleſia anteà conſecrata, ſi exuſta fuerit. T. 2. D. 2. n. 2. 66.

Eccleſia conſecrata, ſanguinis effuſione polluta, reconciliatur per aquam cum vino, & cinere benedictam. n. 3. ibid.

Eccleſia non conſecrata, ſanguinis, aut ſeminis effuſione polluta, aqua benedicta, protinus reconcilietur. n. 4. ibid.

Si infideles in Eccleſia ſepulti ſunt non conſecrata, conſecrari illa non debet, niſi extractis corporibus, raſis tignis, & parietibus, & illa reparata. T. 2. D. 4. n. 3. p. 93.

In Eccleſia conſecrata, in qua fideles ſepulti ſunt, Miſſæ celebrari poſſunt. n. 3. ibid.

Eccleſia, & Cœmeterium, in quibus ſepulti fuerint excommunicati, reconciliari debent, & quomodo. n. 4. ibid.

Materialis Eccleſia, deſtinata eſt ad ornandum: ad Diuina in ea celebranda: & ad Sacramenta miniſtranda. T. 2. D. 4. d. 2. n. 3. p. 96.

Sub nomine Eccleſiæ, veniunt Prælati. d. 5. n. 5. p. 98.

Illa propriè Eccleſia dicitur, quæ conſecrata eſt. T. 2. D. 5. §. 4. n. 18. p. 105.

Eadem immunitate Eccleſia gaudet qua Cœmeterium. ibid. n. 23. p. 106.

Dignior eſt Eccleſia, Cœmeterio. T. 2. D. 5. §. 5. n. 46. p. 111.

Sub Eccleſiæ venit nomine, Cœmeterium Eccleſiæ contiguum. n. 48. p. 112.

Dupliciter vſurpatur nomen *Eccleſia*: pro vniuerſitate omnium fidelium Chriſtianorum, qui per vniuerſum ſparſi ſunt orbem, & Congregatio fidelium dici ſolet. T. 2. D. 5. §. 7. n. 53. p. 113.

Et pro Domo deſtinata ad Diuinum cultum, poſt illius dedicationem, aut conſecrationem. n. 54. & ſeqq. p. 114.

Eccleſia poſt ſucceſſiuam per partes reparationem, etiam diuturnam, eadem quoad alios cenſetur effectus, fictione Iuris. T. 2. D. 6. n. 9. p. 117.

Quoad effectum autem conſecrationis, eadem non cenſetur, cum iſtam non cauſet fictio Iuris, ſed vera vnctio, quæ deperdita fuit, per parietum deſtructionem. n. 14. p. 118.

Eccleſia non polluitur ad pollutionem Cœmeterij, etiam ſibi contigui. T. 2. D. 8. n. 4. p. 125.

Vniuerſalis Eccleſia habet Dominium directum, & proprietatis omnium rerum Eccleſiaſticarum. T. 4. D. 2. n. 1. p. 166. & D. 5. d. 1. n. 37. p. 196.
Eccleſiæ, ante rei traditionem, Dominium tantum vtile illius acquirunt. n. 28. p. 195.
Limita, niſi transferatur priuilegio Legis ex vltima voluntate. n. 28. & 29. ibid.
Rei emptæ, aut acquiſitæ ex redditibus Eccleſiaſticis, Dominium directum, & poſſeſſionem acquiri ab Eccleſia, aſſerit, Sarinientus; negat Vazquez. n. 29. ibid.
Vide alia, verbo Bona *Eccleſiaſtica.*
Dotem Eccleſiæ dare debet, qui illam fundat, aut conſecrari facit. T. 5. D. 3. n. 2. p. 133.
Eccleſiæ Iura, æquè ab Epiſcopo, & à Capitulo poſſidentur. T. 6. D. 4. n. 2. p. 254.

Eccleſiaſtici.

Vide verbo *Clerici.*

Electio.

Religioſus, abſque licentia ſui Prælati, petita, & obtenta, inualidè aſſenſum præbet electioni de ſe factæ ad Prælationem extra Monaſterium ſuum. T. 7. S. 2. D. 8. §. 2. n. 1. p. 289.
Prælatus localis, irrequiſito Conuentu, poteſt ſubdito licentiam conferre ad præſtandum aſſenſum electioni, & ad tranſeundum ad Prælationem. ibid.
Electio papæ. Vide verbo *Papa.*
Electio Sepulturæ. Vide verbo *Sepultura.*

Eleemoſyna.

Non omnibus defunctis pro quibus fit prodeſt; ſed his tantùm, pro quibus dum viuunt, cooperantur vt proſit. T. 3. D. 3. n. 29. p. 157.
Extremè indigentibus, de alienis fieri poteſt eleemoſyna. T. 4. D. 3. n. 9. p. 171.
Fieri non poteſt eleemoſyna, de malè acquiſitis. T. 5. D. 13. n. 2. & 5. p. 248.

Emancipatio.

Cum filius à patre ſuo, quaſi manumittitur, emancipari dicitur. T. 7. S. 2. 2. D. 9. §. 2. n. 1. p. 302.

Emphyteuta.

In re accepta in emphyteuſim, dominium directum non habet emphyteuta, ſed qui tem in emphzteuſim dedit; habet tamen dominium vtile. T. 4. Pr. n. 3. p. 160.
Habet in dicta re in emphyteuſim accepta, Ius in re, & actio vtilis ei competit. n. 15. 161.
Illius Dominus eſt, ſed non proprietarius. n. 16. ibid.
Bene poteſt impedire ne Dominus, re in emphyteuſim conceſſa, vtatur. T. 4. D. 1. n. 5. p. 169.

Emptio.

Contractus eſt obligans venditorem, ad tradendam mercem pro pretio. Seu eſt pactio pretij, pro merce. T. 4. D. 4. n. 6. p. 177.

Epiſcopus.

Formare non poteſt proceſſus contra Religioſos, ac Religioſas exemptione gaudentes, irrequiſitis Regularibus Prælatis. T. 1. D. 3. n. 6. p. 9.
In Clericos Eccleſiarum Regularibus vnitarum, aut in earum bona, aliquid attentare non poteſt. T. 1. D. 3. d. 1. §. 1. n. 10. p. 18.
Eccleſias Regularium, in quibus Cura animarum per Clericos exercetur ſæculares, viſitare poteſt Epiſcopus, & huiuſmodi Vicarios, tantum quoad ea, quæ ad animarum pertinent curam. ibid. n. 21. & 24. p. 21.
Viſitare non poteſt Eccleſias, in quibus Regulares habent iuriſdictionem in Laïcos. n. 23. ibid.
In Eccleſiis, quas viſitare poteſt, iuriſdictionem habet cumulatiuam cum Prælatis Regularibus, quorum Cœnobiis illæ ſunt annexæ, non autem priuatiuam. n. 25. & 26. ibid.
Præcipere non valet Epiſcopus, vt Eccleſiæ Monaſteriis vnitæ reficiantur. Neque ad id poteſt aliquos ſequeſtrare fructus. n. 28. p. 22.
Clericis Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum, non licet Domino. Epiſcopo obedire, aliquid præcipienti contra Iura dictorum Monaſteriorum: & in his, Abbatibus contrarium præcipientibus obedire tenentur. n. 29. ibid.
Procuratio non debetur Epiſcopo, Archiepiſcopo, nec Capitulo Sede vacante viſitantibus Eccleſias vnitas Benedictinis, neque à Monaſteriis, neque ab Eccleſiis, neque ab iſtarum Clericis. n. 4. p. 17.
Epiſcopus debet viſitare ornamenta Eccleſiæ, bona eius ſtabilia, & prouentus fabricarum, & in vſus vtiles, & neceſſarios Eccleſiæ expendi curare. T. 4. D. 5. d. 1. n. 19. p. 192.
Liberè diſponere poteſt, provt voluerit etiam in teſtamento, de bonis patrimonialibus, & aliundè acquiſitis, quam Eccleſiæ intuitu. n. 8. 14. p. 191. n. 18. pag. 192. n. 20. pag. 193. n. 22, 23. 24. & 25. p. 194.
Defendere, & exequi tenetur vltimas teſtatorum voluntates. T. 4. D. 10. n. 6. p. 212.
Et quomodò. T. 5. D. 2. n. 3. & 4. p. 231.
Circa aliorum vltimas voluntates, ampliori non gaudet poteſtate, quàm quilibet alius Summo Pontifice inferior gaudet. T. 4. n. 6. ibid.
Si abſque cauſa legitima, ſuper Iuribus tertij diſpenſet, nulla erit, contra iuſtitiam, & iniqua diſpenſatio. n. 7. ibid.
Non poteſt Epiſcopus alicui Ius patronatus concedere, qui nec fundauit, nec conſtruxit, nec dotauit Eccleſiam, aut Capellam. T. 4. D. 12. n. 3. p. 213.
Non poteſt, ſine legitima cauſa, rei ſacræ ſeruitutem imponere. ibid.
Sub nomine Epiſcopi, & Diœceſani, venit Abbas, & quilibet habens iuriſdictionem ordinariam, quamquam illam in tota non habeat Diœceſi. T. 5. D. 2. n. 8. p. 232.
Quidquid officij, & iuriſdictionis Diœceſano tribuitur, exerceri poteſt ab habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſeu Ordinariam in loco. n. 6. & ſeqq. ibid.
Centeſimam partem bonorum immobilium Eccleſiæ ſuæ, poteſt Epiſcopus alienare pro conſtruendo, & magnificando Sepulchro ſuo. T. 5. D. 7. n. 1. 2. & 9. p. 237.
Amplia, etiam ſine conſenſu Capituli. n. 2. ibid.
Limita, dummodò graue nocumentum Eccleſiæ non inferat Cathedrali. n. 1. & ſeqq. ibid.
Exequiæ Epiſcopi, fieri non debent ſui hæredis expenſis, ſed ſuæ Eccleſiæ Cathedralis. n. 8. & 9. ibid. & T. 9. S. 2. §. 7. per totum. p. 367.
Dotare poteſt de bonis Eccleſiæ ſuæ aliam Eccleſiam, vel Capellam. T. 5. D. 7. n. 3. p. 237.
Commutare poteſt Epiſcopus vltimam teſtatoris voluntatem, quando illa exequi non poteſt; de conſenſu tamen hæredis: & ſi iſte diſſentiat, & legatum ſit relictum Eccleſiæ, de iſtius conſenſu. T. 5. D. 11. n. 8. 9. 10. & 11. pag. 143. 144.
Immò ſi relictum ſufficiens non ſit ad effectum, ſeu ad vſum ad quem fuit à teſtatore deſtinatum, poteſt

poteſt illud in alium conuertere.n.1.7.&9.p.242. 243.
In acquiſitis per meretricem, manum nequit apponere Epiſcopus. T.5.D.13.n.4.p.248.
Eligere poteſt Sepulturam Epiſcopus, in qualibet extra Parochialem Eccleſia, etiamſi Religioſus ille ſit.T.7.S.2.D.8.§.1.n.1.& 3.p.288.
Quicquid acquirit Epiſcopus,ſuæ acquirit Eccleſiæ. n.3.ibid.
Solum habere adminiſtrationem, non autem dominium, grauiſſimi tenent Doctores.n.3.ibid.
Epiſcopi Religioſi ſine Papæ licentia, teſtari non poſſunt.n.2.ibid.
Alia vide verb. *Capella. Clerici. Bona Eccleſiaſtica. Defuncti. Sepulchrum.*

Eremitæ.

Illam habent pro Parochiali Eccleſia Eremitæ non profeſſi,intra cuius limites eremitoria habent. Et in illa tumulari debent ſi decedant abſque Sepulturæ electione, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum.T.8.D.2.d.24.n.1.p.352.

Erubeſcere.

Erubeſcimus ſine textu loqui. T.2.D.4. d.4. n.3. p.97.

Ethnos.

Vox Græca eſt, & ſignificat, quod Latina *Gens* importat.T.2.D.4.d.4.n.1.ibid.

Euchariſtia.

Sumi poteſt poſt pollutionem in ſomniis. T.2.D.3. d.2.n.7.p.85.
Aquam non conuerti immediatè in Chriſti Domini Sanguinem,docet Gloſſa. T.2.D.6.n.16. verſ. Et hoc vltimum p.118.

Excommunicatio.

Ipſo iure eſt lata contra Epiſcopos, & quoſcumque alios, qui inuitis Benedictinis Congregationum S. Iuſtinæ, & Valliſoletanæ, in eorum Monaſteriis, & locis, functionem aliquam facere tentauerint: eſtque Papæ reſeruata.T.1.D.3.n.8.9.& 10.p.10.
Excommunicatus non denunciatus, vitari non debet, niſi ſit notorius Clerici percuſor. T.2. D.2. n.20.p.68.
Clericus, aut Religioſus, qui ſe percutit, excommunicationem incurrit Canonis. T.2. D.2. d.16. n.4.p.77.
Excommunicatio lata eſt contra ſepelientes excommunicatos, interdictos, & vſurarios manifeſtos. T.2.D.4.n.9.p.94.
Contra Hæreticos, & Schiſmaticos, quotannis fertur excommunicatio Papæ reſeruata, in Bulla Cœnæ Domini.T.2.D.4.d.3.n.2.p.96.
Extrauagantes *Inſuper ad euitandum,& Ad euitanda ſcandala*, excommunicatis ipſis, directè non fauent.n.3.ibid.
Excommunicatio Canonis *Si quis ſuadente diabolo*,non ſolum afficit viros, ſed fœminas.T.2.D.5. §.4. n.34.p.107.
Afficit etiam ſeipſum percutientem. n.34. ibid. & n.36.p.108.
Canon ille, fauorabilis eſt, & odioſus.n.34. & ſeqq. p.107.
Afficit percutientem profeſſum, aut Nouitium vtriuſque ſexus cuiuſlibet Ordinis, non ſolum Choro deſtinatum, ſed Conuerſum, Oblatum, Donatum, & Tertiarium, & Eremitam ſub obedientia Prælati Eccleſiaſtici, alicui deſeruientem Eccleſiæ.n.35.36.& 37.p.108.
Incurrit hanc cenſuram, non ſolùm,qui manus violentas in perſonam iniecit Eccleſiaſticam, ſed qui in rem illius corpori coniunctam:qualis eſt,quam manu tenet; equus,cui inſidet; veſtis,qua operitur,&c. n.43.p.109.
Non incurritur per percuſſionem minatam: neque per exercitam, ſi illa careat effectu: neque per ſui percuſſionem pœnitentiæ gratia: neque ſi correctionis cauſa moderatè, provt culpæ ratio, perſonæ qualitas, & conſuetudo exigit, Prælati, Magiſtri, & Pedagogi percutiant.n.44.p.110.
Excommunicatio iſta, eſt Papæ reſeruata. n. 35. p.108.
Ab iſta reſeruatione, excipiuntur Canonici Regulares, Monachi,& Moniales.n.36.ibid.
Excommunicatus non toleratus, Sepultura priuatur Eccleſiaſtica. T.2.D.5. n.32. p.107.& n.42. p.109.
Si huiuſmodi tumuletur in loco ſacro, vt iſte poſſit reconciliari, debet ille exhumari. T.2.D.11.n.17. p.146.
Si tamen ante mortem ſigna dedit pœnitentiæ, extumulari non debet.n.19.20.& 21.p.146.147.
Debet tamen in hoc caſu poſt mortem, ab excommunicatione abſolui.n.20.p.147.
Excommunicatio maior ferri non poteſt, niſi ob lethale peccatum.T.5.D 4.n.2.p.234.
Pro rebus deperditis, & furto ablatis, poſſunt Ordinarij, qui Epiſcopi non ſunt, excommunicationem promulgare. T.6.D.1.n.12.p.251.
Lata eſt excommunicatio Papæ reſeruata contra Clericos, & Religioſos inducentes ſcienter, aut cum ingenti temeritate, ad eligendam Sepulturam in Eccleſiis ſuis, cum iuramento, voto, aut promiſſione, aut ad illam non mutandam. T.7. S.1.D.6.n.9.& 10.p.265.
Non comprehendit Nouitios inducentes.n.1.p.266.
An comprehendat Fratres Laïcos.n.12.ibid.
Non ligat Clericos,nec Religioſos inducentes ad electionem in aliena Eccleſia, cum iuramento, &c. n.17.ibid.
Neque inducentes ad eligendam Sepulturam in propria, dummodò non inducant ad iurandum, vouendum,aut promittendum. n.15.ibid.
Neque ligat inducentes ad iurandum, vouendum, &c. ſi effectus iuramenti, voti, aut promiſſionis non ſequitur. Hoc eſt, ſi inductus, non iurat, vouet,aut promittit.n.16.ibid.
Nunquam infligitur Excommunicatio Communitati, ſed ſingularibus perſonis. T.7.D.6.d.2.n.12. p.271.
In cap. *Animarum de Sepulturis*, non eſt inflicta excommunicatio Clericis,& Religioſis inducentibus ad electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promiſſione in propria Eccleſia, ſed præceptum tantum. T.7.S.1.D.6.d.9.n.4.& 7. p.281.
Infligitur tamen excommunicatio Papæ reſeruata, in Clementina *Cupientes, de Pœnis*. n.4.ibid.

Exemptio.

Perſonæ, Monaſteria, Prioratus, loca, & res omnes, ad Congregationem Benedictinam Hiſpanam ſpectantia, Capellani etiam,& Vicarij Eccleſiarum ſuarum, exempta ſunt à viſitatione, & iuriſdictione Ordinariorum. T.1.D.3.d.1.§.1.n.2. 3.4.& 5.p.16. & 17.
Exempta etiam ſunt à Nuntiorum, & Delegatorum Apoſtolicorum poteſtate. n.2. & 7.p.16.& 17.
In aliquibus eſt hæc exemptio limitata, & non in omnibus.n.3.& 4.p.17.

Exhæredatio.

Patres, exhæredare an poſſint filios. T.4.D.7.n.12. p. 203. & n. 26. p.205.

Exhumare.

Exhumari debent infidelium corpora exiſtentia in Eccleſia, vt conſecrari illa valeat. T.2.D.4. n.3. p.93.

Exumulare cadauera, ſub cenſura vetatur.T.4.D.1. n.9.p.163.

Profanum cadauer in loco ſacro Sepultum, exhumari debet, & foras iactari. n.2.3. & 6. T.2.D.4. p.93.

Vxor de adulterio accuſata, ſi ante latam ſententiam decedat, & Sepulturam non elegerit, & in Sepultura mariti fuerit tumulata,non erit exhumanda, ſi poſtea declaretur adultera. T.8. D.2. S.2. d.33.n.3.p.358.

Idem eſt dicendum, ſi lite pendente ſuper nullitate Matrimonij decedat, & nullum illud declaretur, poſt illius humationem.ibid.

Expenſæ Funerum.

Funerum, & exequiarum expenſæ, omne debitum præcedunt. T.5.D.6.n.3.p.236.

Ante omnia, de hæreditate deduci debent. ibid.

Pro illis ſoluendis, alienari poſſunt bona fideicommiſſo ſubiecta.n.1.& 3. ibid.

Expenſæ exequiarum Epiſcopi, fieri non debent de hæredis bonis, ſed de Eccleſiæ Cathedralis propriis.T.5.D.7.n.8.& 9.p.237.

Clericus, debet de bonis Eccleſiæ, & ſucceſſoris ſepeliri. n.5.ibid.

Hæres Clerici defuncti, repetere poteſt, & quando expenſas exequiarum illius.n.6.ibid.

Portio expenſarum Funeris, Parochiali Eccleſiæ debetur, quando quis extra illam tumulatur. T.8. D.1.n.4.& 5.p.322.

Funerum expenſæ,& ſumptus, alij ſunt in defuncti remedium;alij,in viuorum ſolatium. T.9.S.1.§.1. n.2.p.361.& §.2.n.1.p.362.

Ab initio naſcentis Eccleſiæ, expenſæ fiunt in tumulatione,& exequiis Fidelium. §.1.n.1.p.361.

In expenſis Funeralibus continentur, quæ in ægritudine curanda fuerunt factæ.n.3.ibid.

Ad creditum, ex bonis defuncti percipiendum,concurrere debent, qui Funeris eius expenſas fecit,& qui expoſcit pro alio Funere, ad quod defunctus tenebatur.n.4.ibid.

Sub Funeralium nomine veniunt, quæ occaſione Funeris fiunt: quæ cum Funere deferuntur: & quæ Eccleſiæ obueniunt ratione Funeris, ſiue ante ſepelitionem,ſiue poſt, vſque ad trigeſimum diem.n.5.p.362.

Statutum à ſæcnlaribus factum circa taxam pecuniæ expendendæ in Exequiis,& Funeralibus, nullum eſt,& irritum.n.6.ibid.

Funerum ſumptus, pro qualitate, dignitate,& facultatibus defuncti fieri debent, ita vt potius moderentur, quàm vſque ad vires illarum fiant.T.9.S.1. §.2.n.1.ibid.

Ita ſunt priuilegiati ſumptus Funerum, & omne debitum præcedunt, vt omnibus præferantur creditoribus,& Mulierum dotibus.§.3.n.1.ibid.

Hæres ſumptus Funerum defuncti Laïci, facere tenetur.§.4.n.1.p.363.T.9.S.2.6.19.n.3.p.375.

Ad ſumptus Funerum Eccleſiaſtici defuncti, non tenetur hæres, in Abbatis ſententia. T.9.S.1.§.4. n.3.p.363.

Expenſæ Funerum impediri non poſſunt intra nouem dies à defuncti morte. S.1. §.6.n.1.p.364.

Sumptus Funerum, in locum veniunt alimentorum. T.9.S.2.§.15.n.1.2.& 3.p.372.

Qui defunctum ſepelit, expenſas Funeris ab hærede petere poteſt.n.8.p.373

Seruus expenſis Domini ſepelitur. n.3. p.372. & §.21.p.376.

Nouitius, ſepeliri debet de Monaſterij bonis, ſi adſit conſuetudo. §.16.n.12.p.374.

Si talis deſit conſuetudo,& habeat ille bona, de illis tumulandus eſt: & ſi non habeat, de parentum bonis. n.1.p.373.

Vxoris Funus, fieri debet, de illius dote.§.19.n.6.& 7.p.375.376.

Si tamen vxor, bona alia præter dotem habeat, pro rata de illis, & de dote fieri debet.n.6.p.375.

Funeralia Papæ; Cardinalium; Nuntiorum; Viſitatorum Apoſtolicorum; Collectorum; Patriarcharum; Primatum; Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum; Prælatorum inferiorum; Præpoſitorom; Collegiatarum; Canonicorum; Commendatariorum; Religioſorum; Filiorum; Parentum, & Pauperum, quibus expenſis fieri debeant,declaratur.T.9.in ſingulis eorum Paragraphis.p.361.

Expenſæ litium, vide *Lis.*

Pro defunctis tumulatis non poteſt Parochus illorum hæredes, aut teſtamentarios compellere ad celebrari faciendum in Parochiali diuina officia ſeu Cabodanno.S.R. Deciſ.4.n.1.p.381.

In cera, & aliis oblationibus quæ deferuntur tempore quo corpora defunctorum ad Sepulturam deferuntur,conſiſtunt Funeralia. S. R. Deciſ.4.n.2. p.381.

Expoſiti infantes.

Patria poteſtas deperditur ſi Pater, Auuſue,eo conſentiente, vel ratum habente, filium exponat, quoad Patri tamen vtilia; non quoad oneroſa. T.8.D.2.S.2.d.28.n.2.p.355.

Si Filius à Patre expoſitus,Patrem occidat; non tenetur crimine patricidij,ſed homicidij.n.3.ibid.

Expoſiti, quorum Parentes ignorantur, ſepeliri debent in Hoſpitali,ſi adſit.n.1. & ſeqq.ibid.

Exſacratio.

Locus ſacer, non exſacratur per homicidium in eo perpetratum.T.2.D.1.d.4. n.1.p.55.

An idem ſint exſacratio, & violatio, ac conſecrationis amiſſio.T.2.D.11.n.1.p.144.

Exſacratio, per ſolam nouam conſecrationem aufertur.n.1.ibid.

Per dealbationem exſacratur Eccleſia. n.12.13.14.& 15.p.145.& 146.

Extenſio.

In odioſis, & pœnalibus, ac in exorbitantibus, extenſio, ex identitate rationis,non admittitur.T.7. S.3.D.11.§.5.n.6.p.311.

Ad ſummum, extenſio fit de caſu,ad caſum, in quo eadem eſt ratio, quando, diſpoſitio non eſt contra ius, ſed præter ius.ibid.

Extrauagantes.

Directè non fauent excommunicatis extrauagantes, *Inſuper ad euitandum, & Ad euitanda ſcandala.* T.2.D.4.d.3.n.3.p.96.

Facere:

Per ſe videtur facere, qui per alium facit. T.7. S.2. D.9.§.7.n.1.p.305. & §.10.n.1.p.307.

Qui non poteſt facere per ſe, non poteſt facere per alium. T.7. S.2.D.9.§.7.n.1.p.306.

Falcidia.

A Falcidio eius Authore nuncupatur. T.4.D.7.n.23. p.204.

Falcidia, eſt quarta pars bonorum, quam ſibi hæres, cui legitima non debetur, retinet, quando contingit hæreditatem exhauriri legatis. n.22. ibid.

Si hæres ſit, cui legitima debeatur, poteſt à legatis proportionaliter detrahere, donec legitimam ſibi debitam impleat, etiamſi quartam excedat partem.n.22. & 26.p.204.205.

A legatis ad pias cauſas, Falcidia non detrahitur, niſi hæreditas ſit etiam ad pias cauſas. n.21. p.204.

Neque detrahitur, ſi id expreſsè teſtator prohibeat. n.21.& 27.p.204.205.

Neque detrahitur, ſi res ſit legata ea conditione, vt res alienari non poſſit.n.21.p.204.

Neque quando hæres non conficit inuentarium, intra tempus à iure præſcriptum. n.21.ibid.

Non detrahitur quando hæres à Iudice monitus, intra annum, teſtatoris voluntatem executioni non mandat.n.21.ibid.

Neque quando alicui legatur inſtrumentum, aut ſcriptura, cuius erat Dominus.n.21.ibid.

Neque quando conſcius valoris hæreditatis, quibuſdam ab initio legata ſoluit.21.ibid.

Alia pro Falcidiæ vſu notantur. n.24.p.205.

Fama. Famoſum.

Fama, eſt illæ dignitatis ſtatus, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus. T.2. Pr.§.2. n.32.p.46.

Procedit aliquando Fama, ex ſcientia; aliquando ex ſuſpicione; aliquando ex certo authore; & aliquando ex incerto. ibid.

Famoſum, idem eſt, quod Publicum: & vtrumque, quod eſt fama publica proclamatum. n.32. ibid.

Quando ex ſcientia procedit, idem eſt, quod Notorium. Quia non poteſt vlla tergiuerſatione celari. Quando verò ex ſuſpicione, impropriè dicitur Notorium.ibid.

Familia.

Aliquando ſumitur vox *Familia*, contentiuè, ſeu paſſiuè: & tunc comprehendit omnes agnatos, etiam tranſuerſales ipſius Teſtatoris, vel aliquid diſponentis.T.8.D.1.d.6.n.3.p.326.

Aliquando verò ſumitur actiuè, ſeu effectiuè: & tunc omnes, & ſolos deſcendentes diſponentis comprehendit, tam per lineam rectam, quàm per tranſuerſales inter ſeſe.ibid.n.4.5.6. & 10.p.326. & 327.

Intelligitur diſpoſitio de Familia actiuè, quando in in ea apponitur pronomen aliquod poſſeſſiuum, veluti *ipſius*, vel *ſuæ*.n.4.& 5. ibid.

Quando in diſpoſitione vocatur Familia recta, & tranſuerſalis, intelligitur ſolum deſcendentium reſpectu inter ſeſe, niſi aliud exprimatur. n.6. & 10.p.327.

Fauor.

Conuenit ampliari fauor. T.2.D.4.n.8.p.93.

Feudum.

Qui rem accepit in Feudum, ius habet in ea, & actio vtilis ei competit.T.4.Pr.n.15.p.161.

Eſt rei Dominus, ſed non proprietatis. n.16.ibid.

Fides humana.

Seruari debet ſub mortali peccato fides data amicis, & inimicis.T.5.D.4.n.3.p.234.

Illam adimplere tenemur, tam ex iuſtitia, quàm ex veracitate.n.9.ibid.

Alia vide verbo *Promiſſio.*

Filius.

Dum Filius, ſub Patris poteſtate exiſtit, quicquid acquirit, Patri acquirit.T.4.D.5.n.29.p.195.

Filius ſequitur conditionem Patris, non Matris, quoad nobilitatem, honores, gentilitia, Armorum inſignia, &c. T.4.D.7.n.9.p.202.

Sub Patris, non autem ſub Matris eſt poteſtate. n.9. ibid.

Filius naturalis dicitur, natus ex ſoluto, & ſoluta. T.7.S.2.D.9.§.4.n.1.p.308.

Nomine Filij, an veniat ſpurius, & naturalis. n.4. ibid.

Filius, aliquando conditionem Matris ſequitur. T.8. D.1.d.3.n.2.p.325.

Filius illegitimus, & naturalis, ſi abſque Sepulturæ electione decedat, ſepeliendus eſt in Sepultura Maiorum, ſi Pater non eſt in dignitate conſtitutus. T.8.D.1.d.4.n.1.ibid.

Filius ſpurius, non ſepelitur cum Patre, niſi iſto viuente, & poſtulante ſit legitimatus; ſed cum matre ſepelitur, niſi ſit illuſtris fœmina.n.1.& 2. ibid.

Filius inelecta Sepultura decedens viuente Patre, ſi Auus cum aliis aſcendentibus ſit tumulatus, cum eo eſt ſepeliendus.T.8.D.1.d.5.n.2.ibid.

Secus, ſi cum aſcendentibus non ſit Auus tumulatus.n.3.p.326.

Si de Patris conſenſu Filiusfamilias Sepulturam eligat, nequit, niſi de eiuſdem conſenſu, aliquid pro anima ſua relinquere, niſi habeat peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe. T.7. S.1. D.1. n.4. p.257.

Filiusfamilias in pubertate conſtitutus, Sepulturam ſibi eligere poteſt. T.7.S.2.D.8.§.12.n.1. & ſeqq. p.299.

Nequit facere teſtamentum, niſi habeat peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe.n.3.p.300.

Fœmina.

Sub Maſculino comprehenditur, in legibus humanis, & diuinis. T.4.D.9.n.9. 11. 12. & 13. p.208. & 209.

In gerendis per Vniuerſitatem, vocandæ ſunt fœminæ innuptæ, & viduæ, ſi aliud tamen non ferat conſuetudo.n.12.p.209.

Alia vide verb. *Ius patronatus*, & *Sepulchrum.*

Forma.

Mutata Forma, interimitur ſubſtantia rei. T.2.D.11. n.14. p.146.

Fraus.

Nemini ſuffragatur Fraus, ſicut nec dolus. T.8. D.2. d.2.n.3.p.336.

Funeralia. Funus.

Vide verbo *Expenſæ Funerum.*

Gentiles.

Qui Baptiſmi Sacramentum non ſuſceperunt, Gentiles ſunt, Ethnici, & Pagani. T.2. D.4. d.4. n.1. p.97.

Gloſſa.

Cæteros omnes antecellit Doctores. T.2. D.5. §.4. n.28. & 29. p.107.

Quando

Quando textus non reperitur, Gloſſæ opinio, legis vigorem habet. ibid.
Gloſſæ opinio, ſemper eſt ſequenda, niſi vſus, & conſuetudo ſit contraria. n.29.ibid.
Gloſſæ Interlinealis Author, noſter Anſelmus fuit. ibid.

Gratia.

Spiritualis Gratia, pretio æſtimari non poteſt. T.4. D.4.n.31.p.181.

Gregorius Magnus.

Creatus fuit Summus Pontifex Anno Domini, 590. & obiit Anno 604.T.3.D. 3.n.6.p.154.
Magnis nobilitauit prærogatiuis ſui, & noſtri Ordinis Cœnobium, in honorem S. Medardi conſtructum.ibid n.20.p.155.
Sancti huius Doctoris ſententia, circa Sepulturam eorum, qui in lethali decedunt culpa, recenſetur. n.29.p.157.

Hæreditas. Hæres.

Vt quis ſit verus Hæreditatis Dominus, ſiue ad eum per teſtamentum, aut ab inteſtato pertineat, ſufficit vt illa adeatur, vt acceptetur. T.4.Pr.n.9.p.160.
Per acceptationem Hæreditatis ius in re acquirit in ea, & ei tribuit acceptatio, actionem realem in eam.n.20.p.162.
Hæres, alius eſt, qui primo ad Hæreditatem eſt vocatus; alius, qui ſecundo, tertio, aut vlteriori loco vocatus eſt. T.4.D.7.n.3.p.201.
Hæres, illius perſonam, cuius hæres eſt, repræſentat, & vna perſona cum illo reputatur. T.5.D.10. n.2.p.241.
Succedit Hæres, in omnia iura, & onera realia ſui auctoris.n.2 & 3.ibid.
Hæres, liber eſt ad acceptandum, & non acceptandum Hæreditatem. T.7.S.1.D.3.n.4.p.260.
Hæres, qui res ſubtrahit hæreditarias, quartam Trebellianicam, & ius inſtitutionis debitum perdit. T.7.S.1.D.6.d.14.n.2.p.286.
Intra nouem dies à morte defuncti, conueniri non poteſt in iudicio, ob æs alienum eiuſdem defuncti. T.9.S.1 §.6.n.1.p.364.
Alia plura vide, verbo *Falcidia*: verbo, *Subſtitutio*: & verbo *Trebellianica*, in T.4.D.7.p.199.

Hæreticus.

Neque viuus, neque mortuus, etiam notorius vitari debet, ſi denunciatus non ſit excommunicatus. T.2.D.2.n.18.

Hemina.

Menſura eſt exigua. T.3.Pr.n.25.p.151.

Homo.

Vox *Homo*, vniuocè, pro homine ſumitur viuo; analogicè, pro mortuo. T.2.D.2.d.9.n.2.p.73.
Homo, per mortem, deſinit eſſe Homo n.2.ibid.
Idem eſt Homo, etiamſi per partes corrumpatur, & partes nouæ generentur. T.2.D.6.n.12.p.118.
Hoc ex eo prouenit, quod habeat virtutem actiuam, & conuerſiuam in propriam ſubſtantiam. n.15.ibid.

Honorius PP. I.

Cathedram Summi Pontificatus aſcendit, Anno Domini 122. T.3.D.3.n.5.p.154.

Hoſpes.

Ille Hoſpes dicitur, qui in aliena eſt Ciuitate, oppido, &c. T.8.S.1.D.2.d.5.n.1.p.338.

Hoſpitia.

Regulares poſſunt Hoſpitia, pro ſuis erigere Religioſis. T.1.D.3.n.17.p.11.

Hoſpitale.

Non eſt locus ſacer, nec gaudet immunitate, ſi de Epiſcopi authoritate fundatum non ſit; ſecus tamen, ſi dicta interuenerit authoritas. T.1. D.2. n.13.p.5.

Hypotheca.

Qui ius habet in Hypothecam, fructus ſuos facit. T.4.Pr.n.20 p.164.
Ius Hypothecæ ſine traditione, aut apprehenſione, ex ſola legis diſpoſitione, vel conuentione acquiritur.ibid.n.12.p.161.

Illegitimi.

Dignitatibus, Perſonatibus, & Beneficiis Curam animarum habentibus, illegitimi priuati exiſtunt. T.8.D.1.d.3.n.2.p.325.
Illegitimus, ſi deceſſit abſque Sepulturæ electione, ſepeliendus eſt in Sepultura Maiorum, ſi Pater non eſt conſtitutus in Dignitate. T.8.D.1.d.4.n.1. ibid.
Filius ſpurius, cum Patre non ſepelitur, niſi iſto viuente, & poſtulante ſit legitimatus; ſed cum matre ſepelietur, niſi ſit illuſtris fœmina. ibid. dub.4. n.1.& 2.ibid.

Imagines.

Olim Imagines ex Templis auferebant hæretici. T.2.D.9.§.2.n.39.p 136.

Immunitas Eccleſiaſtica.

Nulla Laïcalis poteſtas, præiudicium afferre poteſt Eccleſiaſticæ immunitati. T.5.D.8.n.1.p.238.

Immunitas Eccleſiæ.

Gregorij XIV. Conſtitutio, circa Eccleſiæ immunitatem, recenſetur. T.1.D.1.n.8.p.38.
Immunitate Eccleſiæ gaudent Oratoria, & loca ſacra, etiamſi benedicta non ſint. T.2. Pr.§.1. n.1. & 3.p.39.40.
Limita, dummodò Regularia illa ſint; ſecus ſi ſæcularia.n.25.p.43.
Gaudere immunitate, vnicè dependet ab Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, non ab animo, aut fiducia, quâ quis delinquit, vt ab Eccleſiâ defendatur. T.2.D.1.d.10.n.8.p.60.
Illa gaudent habitacula intrinſeca, & extrinſeca Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac Xenodochiorum, Epiſcopi authoritate erectorum. ibid. n.5. p.59.
Illa gaudet, qui in Eccleſia exiſtens, extra eam, exiſtentem occidit.ibid.n.1.& ſeqq.ibid.
Immunitate nemo priuatur, niſi in caſibus in Iure expreſſis. n.3. Et in expreſsè à Gregorio Papa XIV. in Conſtitutione ſua recenſitis. n.8.p.60.
Immunitate gaudent Eccleſiæ, quæ extra illius ambitum internum extant, v.gr. tectum externum, infra pauimentum, externique parietes. T.2.D.2. d.19.n.2.p.79.

Impoſſibile.

Illud impoſſibile dicitur, quod licitè fieri nequit. T.5. D 8.n.15.p.240.

Impubes.

Vir, qui 14. ætatis annum non habet, impubes dicitur, & fœmina, quæ 12. T.7. S.2. D.8.§.11.n.1. p.298.

Incommoditas.

Id ratione incommoditatis permittitur, quod aliàs non permitteretur. T.8.D.2.S.2.d.11.n.3.p.347.

Indumenta Sacra.

Illa poſſunt benedicere Prælati Regulares. T.1.D.3. n.22.p.12. & T.2.D.11.n.5.p.144.

Benedictionem non amittunt, ex eo, quod illis vtatur Schismaticus. T.2.D.9.§.2.n.41.p.136.

Iniuria.

Irrogari nequit iniuria per actionem, quæ culpa caret: quæ vsum præueniat rationis. T.2.D.1.d.5. n.3. p.56.

Nulla ab eo fit iniuria, qui iure vtitur suo. T.2. D.1. d.11.n.4.& 5.p.61. & T.4.D.3.n.15.p.172.

Nullum animal irrationale, iniuriæ capax est actiuè, aut passiuè. T.2.D.2.n.10.p.67. & D.3. d.1. n.3. vers. Secundò probatur.p.83.

Iniustitia.

Vbi culpa deest, iniustitia non committitur. T.2. D.1.d.5.n.3.p.56.

Innocentius PP. III.

Ad Summum Pontificatum assumptus fuit Anno 1198.T.2.D.5.§.4.n.23.p.106.

Interdictum.

Interdictâ Ciuitate, Castro, aut Villa, suburbia, pariter interdicta sunt. T.2. D.5. §.5.n.49.p.112.

Interdictus, si pœnitentiæ dederit signa, poterit in loco sepeliri sacro.T.2.D.11.n.21.p.147.

Qui præsumpserit Clericus, aut Religiosus, in Ecclesiis, aut Cœmeteriis suis sepelire, quos induxerat ad eligendam Sepulturam in illis, cum iuramento, voto, aut promissione, si intra decendium corpora, & omnia, quæ occasione Sepulturæ eorum receperat, non restituit, Ecclesiæ, & Cœmeteria, in quibus illa fuerant tumulata, interdicto supponuntur. T.7.S.1.D.6.n.5.p.264.

Decendium prædictum, computandum est de momento, ad momentum. T.7.S.1.D.6.d.11.n.9. p.284.

Interpretatio.

Iura strictè debent interpretari; priuilegia autem latè.T.2.Pr.§.2.n.61.p.51.

Interpretatio, per quam reditur ad ius commune, fauorabilis est,& amplianda. T.2.D.5. §.4. n.27. p.106.

Inuentarium.

Ita fieri debet inuentarium, vt incipiatur intra triginta dies à notitia testamenti, & perfici intra alios sexaginta, cum Notatio,& citatis creditoribus,& Legatariis. T.4.D.7.n.21.p.204.

Irregularitas.

Qui volens, partem proprij digiti abscindit, irregularis efficitur. T.2.D.1.d.4.n 4.p.55.

Qui se defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut mutilat, aut occidit alium, irregularitatem non contrahit. T.2.D.2.d.8.n.3.& 4.p.73.

Qui mutilatione cuiuslibet membri se vulnerat, irregularitatem contrahit. T.2. D.2.d.16.n.4.p.77.

Iudicium.

Dei iudicium, veritati, quæ nec falli, nec fallere potest, semper inniritur. T.2.D.11.n.20.p.147.

Ecclesiæ iudicium, nonnunquam sequitur opinionem, quam & fallere, & falli sæpè contingit. ibid.

Sumitur aliquando vox *Iudicium*, pro dispositione vltimæ voluntatis. T.7.S.2.D.8.§.12.n.3.p.300.

Iuramentum.

Iuramentum ad hoc fit, vt qui iurat veritatem dicat. T.5.D.4.n.5.p.234.

Iuramentum, & veracitas, conueniunt.ibid.

Non obligat iuramentum, si seruato, in salutem non vergat, sed in detrimentum animæ. T.7.S.1.D.2. n.5.p.258.

Quando post iuramentum, factum, noua est causa orta, tempore iuramenti non præuisa, illud non obligat.n.67.& 8.p.259.

Iuramentum, strictissimum iniungit vinculum, ad exequendum promissum. T.7. S.1. D.3. n.2. p.260.

Semper seruari debet, nisi seruatum, in interitum vergat salutis æternæ.n.3.ibid.

Amplia, etiamsi metu iniusto sit extortum, dummodo de re licita, & factum sit animo se obligandi. n.3.ibid.

Obligat ad vsuras soluendas.n.2.ibid.

Si viarum grassatori iurem, illi aliquarum pecuniarum soluere summam, & relaxationem iuramenti ab illam facere potente, non obtineam, sub periurij reatu, illam soluere compellor. n.3.ibid.

A Iuramento, metu extorto, absoluit Ecclesia. n.3. ibid.

Iure naturæ facere tenemur, vt verum, quod iurauimus, sit.n.3.ibid.

Iuramenta mulierum constante matrimonio, sponte, sine vi, & dolo facta, quibus alienationes rerum dotalium firmantur, seruari debent. T.7.S.1.D.6. d.10.n.4.p.182.

Iuramentum, quo quis electionem Sepulturæ à se factam, aut promissionem electam non mutandi firmauit, sub periurio debet seruari.n.5.ibid.

In iuramento assertorio, paruitas non excusat materiæ à lethali culpa; secus in promissorio, in grauium Doctorum sententia. T.8.D.2.S.1.d.3.n.6. p.337.

Iurisdictio.

Prælati Regulares, ratione exemptionis pro territorio suorum Monasteriorum, eandem acquisierunt iurisdictionem respectu soli, & Religiosorum, quam eorumdem respectu haberet Diœcesanus, si exempti non essent. T.1.D.3.n.2.p.6.n.9.p.10. & n.29.p.103.

Tantam habent Prælati præfati potestatem, & iurisdictionem in suos Religiosos,& in loca sua, quantam habent Episcopi, & Papa in loca sua, & in subditos suos respectiuè, in his, in quibus à Papa non limitatur.ibid.n.5.p.8.

Possunt priuatiuè quoad Episcopum dicti Prælati, contra suos procedere subditos, etiam inuocato brachij sæcularis auxilio.n.6.& 7.p.9.

Punire illos possunt, si habeant ad Episcopum recursum.n.5.p.8.

Voluntariæ iurisdictionis aliqui recensentur casus. n.14.p.11.

Voluntaria iurisdictio exerceri potest extra proprium territorium nulla habita Diœcesani venia. n.14.ibid.

Immò & contentiosa potest, quando cognitio causæ non vertitur,& effectus in suum confertur territorium.n.14.ibid.

Authoritate propria,& Ordinaria quilibet facit, quæ ratione dignitatis,& officij proprij, illi facere licet. n.27.p.13.

Limita in casibus, de quibus in numeris sequentibus.

Iurisdictio concessa delegatione perpetua, ordinaria est, non delegata. n.30.ibid.

Limita, nisi concedatur tanquam Delegato.n.31.32. & 33.p.14.

Iurisdictio, est potestas iuri publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, æquitasque statuendæ. n.9.p.10.

Nemo potest contentiosam iurisdictionem, in perso

perſonam, aut in locum exemptum exercere. T. 6. D. 5. n. 3. & 5. p. 255.

Iuriſdictionem, in neutro quis habet foro, niſi in ibi commorantes, etiamſi perpetuum Domicilium non contraxerint. T. 8. D. 2. S. 1. d. 1. n. 18. 19. & 21. p. 334.

Ius: Ius ad rem: Ius in re.

Ius dicitur poteſtas, ſeu facultas legitima, quam quis habet circa rem, aut functionem, cuius violatio iniuſtitiam conſtituat. T. 4. Pr. n. 19. p. 161.

Ius ad rem, eſt, quod ſiue corporale, ſiue incorporale alicui debetur ex contractu, vel quaſi contractu; ex delicto, vel quaſi delicto; vel alia ex cauſa, aut Iure. ibidem, n. 17. ibid.

Ius ad rem, poteſt ſimul eſſe in duobus, & in vno: & quando eſt in vno reſpectu diuerſorum. n. 18. vbi exemplis illuſtratur. ibid.

Ius ad rem, non tribuit actionem in rem, ſed in perſonam, in Scortiæ ſententia. n. 19. ibid.

Ius in re eſt, tam reſpectu rerum corporalium, quàm incorporalium. n. 6. p. 160.

Ius in re ſpiritualium rerum, ſine vlla traditione acquiritur. n. 7. ibid.

Ius in re, eſt tam proprietatis, quàm poſſeſſionis. n. 13. p. 161.

Habenti Ius in re, datur actio, tam negatiua, quàm confeſſoria. n. 14. ibid.

Qui Ius habet in re, non ſemper habet dominium rei. n. 15. ibid.

Ius in re, aliud directum, quod eſt facultas, qua quis plenè in ſuum commodum vti poteſt re corporali, vt libet, niſi Lex obſtet, aut conuentio. Aliud facultatiuum, ſeu vtile, quod eſt facultas vtendi re, ſiue corporali, ſiue incorporali ſecundum vſus, Lege conceſſos. n. 17. ibid.

Ius in re, tribuit actionem realem in rem, quia rem habet obligatam. n. 20. p. 162.

Ius in re ſpiritualium, aut ſpiritualibus annexorum, abſque traditione acquiritur. T. 4. D. 6. n. 14. p. 198.

Renuntiare poteſt quilibet Iuri ſuo. T. 7. S. 1. D. 6. d. 1. n. 3. p. 267.

Iuri ſuo renuntiare præſumitur, qui Iuri ſuo contrarium facit. n. 3. ibid.

Ius humanum.

A libera, & iuſta dependet Summi Pontificis voluntate. T. 4. D. 4. n. 23. p. 179.

Ius patronatus.

Regulares, Ius patronatus habent Eccleſiarum, ipſis vnitarum. T. 1. D. 3. d. 1. §. 1. n. 12. p. 19. n. 15. p. 20. & n. 48. p. 29.

In Eccleſis Regularibus vnitis, non acquiritur Ius patronatus, niſi Apoſtolico priuilegio interueniente. T. 1. D. 3. d. 1. §. 2. n. 48. p. 29.

Prius Patrono obediendum eſt à Rectore, quàm Epiſcopo, in iis, quæ Iuris illius ſunt, & quæ à fundatore ſtatuta. T. 1. D. 3. d. 1. §. 1. n. 29. p. 22.

Ius patronatus, eſt honorificum, oneroſum, & vtile competens alicui in Eccleſia, pro eo, quod Diœceſani conſenſu, Eccleſiam fundauit, conſtruxit, & dotauit ipſe, vel is à quo cauſam habuit, ſolus, vel alio concurrente. T. 4. D. 3. n. 21. p. 173.

Non acquiritur Ius patronatus à fundante, & conſtruente, vel dotante Eccleſiam propriis expenſis, niſi præcedat licentia Epiſcopi, aut alterius illam potentis concedere: etiamſi ex teſtatoris iuſſu conſtruat, &c. & licentia ſubſequuta non ſufficit. n. 22. ibid.

Ex gratia toleratur in Laïcis Ius patronatus. n. 23. ibid.

A Laïco, in Laïcum, etiam Compatronum transferri nequit Ius patronatus, niſi de licentia Superioris; ſed bene in Eccleſiam. n. 25. ibid.

Neque per Legatum transfertur ſine illa. n. 26. p. 174.

Poteſt transferri cum aliis bonis, quibus eſt acceſſorium, & per contractum inter viuos. n. 25. p. 173.

Amplia, etiam licentia non interueniente. n. 27.

Vt tamen licitè fiat, & validè, nulla Iuris patronatus mentio fieri debet. n. 27. p. 174.

Ius patronatus ſpirituali eſt annexum; non præexiſtenti, ſed ad illud, tempore poſterius ordinatum. n. 31. ibid.

Qui ſibi Ius patronatus reſeruauit, cenſetur reſeruaſſe etiam hæredibus. T. 4. D. 5. n. 1. p. 183.

Acquiritur per reædificationem, ſicut per primam conſtructionem. n. 3. ibid.

Æqualiter acquiritur ab omnibus, qui fundant, conſtruunt, vel dotant, etiam inæqualiter. n. 7. & 8. p. 184.

Ab eo, qui cœpit ædificare non acquiritur, ſed ab eo, qui conſtructionem perfecit. n. 11. & 15. p. 184. 185. d. 1. n. 3. p. 190.

Ius patronatus Capellæ, aut Eccleſiæ, ex redditibus, & bonis Eccleſiæ conſtructæ, ad Eccleſiam cuius bona fuerunt, pertinere probatur. T. 4. D. 5. d. 1. n. 1. & ſeqq. p. 189.

In dubio, an fuerint conſtructæ ex bonis Eccleſiæ, vel ex patrimonialibus, Ius patronatus erit mixtum. ibid. n. 2. 3. &. 4. p. 190.

Quando quis in proprio fundo Capellam conſtruit, aut Eccleſiam, Ius patronatus illius Eccleſiaſticum tantum eſſe docent Gloſſa, & Abbas; miſtum autumant alij. ibid. n. 6. & 7.

Quando in pluribus, quàm vltra duos exiſtit, præſentatio ſolum valet, quæ facta eſt per maiorem partem. T. 4. D. 6. n. 11. p. 198.

Ius patronatus æqualiter, quoad omnia habent omnes hæredes, etiam inæqualiter inſtituti, niſi, quoad Ius præſentandi. n. 2. 3. & 11. p. 197. 198.

Et in ſolidum illud habent. n. 14. & 15. p. 198. 199.

Æqualiter Ius patronatus acquirunt omnes, etiamſi inæqualiter dotent Eccleſiam, &c. n. 3. p. 197.

Ius patronatus ſolum acquiritur fundatione, conſtructione, dotatione, aut priuilegio Apoſtolico. ibid. n. 6. & 9. p. 198.

Eccleſia, intra cuius Parochiam de nouo altera conſtruitur, non fit illius Compatrona. n. 4. & ſeqq. p. 197.

Fit tamen Compatrona Capellæ intra illam conſtructæ, ratione fundi. n. 10. p. 198.

Per iuriſdictionem, quam quis habet in loco, in quo Eccleſia conſtruitur, Compatronus illius non fit. n. 8. & 9. ibid.

Filius hæreditati renuncians paternæ, Ius patronatus illi annexum perdit. n. 12. p. 198.

Ius patronatus eſt indiuiſibile. ibid. n. 16.

Apud quemlibet Patronum eſt in ſolidum. n. 14. & 16. p. 198. 199.

Si inter hæredes bona inæqualiter diuidantur, & cui minor bonorum pars datur, Ius patronatus adiudicatur, adiudicatio nulla eſt, & Simoniaca. n. 16. p. 199.

Ius patronatus cedi non poteſt creditoribus. n. 16. ibid.

An Fideicommiſſarius, in Ius patronatus ſuc-

cedat? T. 4. D. 8. n. 7. & 8. pag. 206.
Fundatoribus conſtructoribus, & dotatoribus Eccleſiarum Ius patronatus Iura concedunt. T. 4. D. 9. n. 9. 10. & 13. p. 208. 209.
Ius patronatus, quod eſt de parentela, extraneo renunciari non poteſt. n. 6. p. 207.
Fœminæ etiam priuatæ, & quæ dignitates non ſunt, Ius patronatus poſſunt habere. n. 19. 11. 12. & 13. p. 208. 209. & præſentare valent. n. 12. & 13. p. 209.
Tantum habet de Iure patronatus paupercula, quantum Rex habet. n. 12. ibid.
Pupillus, poſt ſeptennium, ſi Ius habeat patronatus, ad Beneficia præſentare poteſt. n. 11. 12. p. 208. 209.
Qui plures habet Patronorum voces computando Patronos per ſtirpes, & non per capita, & qui maioribus meritis iuuatur, inſtituendus eſt. n. 13. p. 209.
Omnes Filij, & Filiæ hæredes, etiam inæqualiter in parte bonorum Patroni defuncti, vnius Patroni locum habent. n. 13. ibid.
Qui hæres Patroni non eſt, in illius Ius patronatus hæreditarium non ſuccedit. n. 13. ibid.
Fœminæ innuptæ, aut nuptæ intra familiam, in Ius patronatus familiare ſuccedunt. n. 14. 15. & 16. ibid.
Vocem habent in præſentatione, ſi aliud intentio fundatoris, aut conſuetudo non ferat. n. 15. ibid.
Donari poteſt Laïco Ius patronatus, de Epiſcopi conſenſu, & abſque eo Eccleſiæ, & cuilibet Religioſo loco. ibid. n. 7. p. 208. & D. 10. n. 2. 3. & 4. p. 211. 212.
In Laïcum, aut in Clericum nomine proprio, nequit transferri Ius patronatus, ſine Epiſcopi conſenſu præuio; bene tamen illo interueniente. T. 4. D. 10. n. 2. 3. & 4. ibid.
Poteſt legari Laico, & Clerico abſque præuio Epiſcopi conſenſu; vt validum tamen ſit eius legatum, ſaltem poſtea illum præſtabit. n. 1. & 2. p. 210. 211. D. 23. n. 3. p. 226.
Ante Epiſcopi conſenſum Ius patronatus. legatum, penes hæredem remanet. D. 10. n. 2. p. 211.
Exigitur Epiſcopi conſenſus in tranſlatione Iuris patronatus in Laicum, & in Clericum nomine proprio, vt ille in quem transfertur capax illius fiat, & vt aduertat Epiſcopus an interuenerit Simoniæ labes. ibid. n. 3.
Ius patronatus priuilegio acquiri poteſt. T. 4. D. 12. n. 2. p. 213.
Epiſcopus non poteſt Ius patronatus concedere ei, qui nec fundauit, conſtruxit, aut dotauit Eccleſiam, aut Capellam. n. 3. ibid.
Per ſe vendi non poteſt Ius patronatus abſque labe Simoniæ. T. 4 D. 13. n. 5. 6. & 7. p. 215.
Poteſt acceſſoriè. T. 4. D. 22. n. 6. p. 225.
Si per ſe vendatur, Eccleſia remanet libera à Iure patronatus. n. 4. p. 215.
Qui per ſe vendit Ius patronatus, ſi eſt perſona particularis, excommunicandus eſt; ſi autem Vniuerſitas, debet interdicto feriri. n. 4. ibid.
Quando dicatur vendi per ſe declaratur. n. 7. ibid.
Committitur etiam Simonia, quando ſimul venditur cum rebus, quibus eſt annexum, ſi in emptione mentio fiat de ipſo Iure patronatus, aut ſi vendi, vel emi intendatur. n. 11. p. 216.
Item Simoniaca eſt venditio, ſi res venditur maiori pretio, eo quod habeat annexum Ius patronatus. n. 7. p. 215.
Quando cum rebus, quibus eſt annexum Ius patronatus, ipſo Iure expreſſo venditur, valet venditio, quoad res ipſas ſolum. n. 13. p. 216.
Licitè, & validè venditur cum vniuerſitate rei, aut rerum, quibus eſt annexum. n. 3. 6. & 7. p. 214. 215.
Actio ad Ius patronatus vendi non poteſt. n. 14.
Donari poteſt Ius patronatus cum vniuerſitate bonorum. n. 20. p. 217.
Pretium datum pro emendo Iure patronatus, ad Eccleſiam pertinet patronatam. ibid. n. 5. p. 215.
Patronus litigioſus, pactum cum Cauſidico faciens, de illo præſtando, ſi ſedulò, & diligenter cauſam agat, Simoniam committit. ibid. n. 18. p. 217.
Ius patronatus cum vniuerſitate bonorum tranſit, ſi ſpecialiter non excipiatur. T. 4. D. 14. n. 2. & 6. p. 218.
Tranſit in Feudatarium. n. 3. & 5. ibid.
Tranſit etiam in Emphyteutam. n. 1. & 5. ibid.
In donatione cauſa dotis bonorum, quibus annexum eſt Ius patronatus, Ius ipſum donatur. T. 4. D. 15. n. 1. & 2. p. 219.
Probabile eſt Ius patronatus annexum rei publicatæ, ſeu confiſcatæ, cum eadem re tranſire in Fiſcum Eccleſiaſticum, & non in Laicum confiſcantem. T. 4. D. 16. n. 1. ibid.
Probabilius tamen eſt tranſire etiam in Fiſcum Laicum. ibid. n. 2. 3. & 4. p. 219. D. 22. n. 6. p. 225.
Sequeſter rerum, quibus annexum eſt Ius patronatus, eodem Iure vti poteſt, ſicut poterat ipſe Patronus. T. 4. D. 17. à n. 7. p. 220.
Curator bonorum iacentium, vti poteſt Iure patronatus illis adhærente. T. 2. D. 18. n. 3. verſu Ratio autem. p. 222.
Vſusfructuarius bonorum, quibus adhæret Ius patronatus vti illo poteſt. T. 4. D. 19. n. 1. ibid.
Præſcriptis bonis, quibus Ius patronatus adhæret, ipſum etiam præſcribit Ius. T. 4. D. 20. n. 5. & 6. p. 223.
Vno effectu Iuris patronatus præſcripto, alij non intelliguntur præſcripti. ibid. n. 6.
Ad præſcribendum Ius patronatus, neceſſaria eſt poſſeſſio quadragenaria ex actu continuato; bona fides præſcribentis, & ſcientia, & patientia Domini contra quem præſcribitur. n. 3. & 6. ibid.
Iuris patronatus poſſeſſio nullis præſentationum actibus acquiritur, ſi per viam fiant petitionis. n. 7. ibid.
Iuris patronatus poſſeſſio, ſeu quaſi, per Scripturas probatur publicas. n. 8. ibid.
Poſſeſſor bonorum, quibus Ius patronatus adhæret, in illud ſuccedit. T. 4. D. 21. n. 2. p. 224.
Nulla Vniuerſitas poteſt Ius patronatus, per ſolam probare immemorabilem, ſed addere debet præſentationes factas, continuatas per quinquaginta annos, de quibus per publicas conſtet Scripturas. T. 4. D. 20 n. 9. ibid.
Ex exiſtentia Armorum in Eccleſia probatur illam eſſe de Iure patronatus Domini Armorum. T. 4. D. 22. n. 4. & 6. p. 225.
Iudex ſæcularis, in executionem ſuæ ſententiæ, per quam alicui bona adiudicauit, mittere poteſt in poſſeſſionem Iuris patronatus illis acceſſorij, qua talis. n. 6. ibid.
Quando Ius patronatus cum vniuerſitate tranſit bonorum, Epiſcopi non requiritur conſenſus. T. 4. D. 23. n. 1. & 5. p. 226.
Nequit quis ſibi retinere, aut alteri concedere Ius patro

patronatus ſine Epiſcopi licentia, niſi Eccleſiæ, aut Religioſo loco. n.2.& 3. ibid.
Quando ſeparatim à bonis, quibus adhæret Ius patronatus legatur, manet apud hæredem vſque dum Epiſcopi accedat aſſenſus. num.3. & 4. ibid.
Ius patronatus acceſſorium eſt rei, cui adhæret.n.5. ibid.
Acceſſoriè cum re, cui adhæret tranſit quando res datur in Feudum,& in Emphyteuſim,& quando confiſcatur. n.5. ibid.
Pro ſolutione debiti temporalis Patroni, poteſt honorificum Iuris patronatus vendi, & exequi: quia temporale illud eſt. T.4 D.24. n.11. & 12. p.229.
Honorifico tamen acquiſito per emptorem, Iure ſpirituali præſentandi ad beneficia, tanquam acceſſorio honorifico, vti poterit.n.12.ibid.
Ex gratia, & tolerantia habent Laïci Ius patronatus in Eccleſia. T.6.D.1.n.1.p.249.
Alia Vide, verbo *Beneficium.*

Ius plenum.

Dupliciter contingere poteſt, vt pertineat Eccleſia aliqua, Iure pleno, ad Regulares. I. ita vt populus, illis pleno Iure ſubdatur. II. Vt ſolum ſubdatur Eccleſia.T.1.D.3.d.1.§.1.n.21.p.21.

Ius Sepulchri.

Cum bonis, quibus eſt annexum Ius Sepulchri, cauſa dotis donatis, illud transfertur.T.4.D.15. n.1. & 2. p.219.
Sequeſter rerum, quibus adhæret Ius Sepulchri hæreditarij, illo vti poteſt. T.4.D.17.n.6.p.220.
Qui habet vſumfructum rerum, quibus adhæret Ius Sepulchri, vti illo poteſt. T.4. D.19. n.1. p.222.
Ius, & Dominium Vtile Sepulchri, præſcriptione acquiritur, ad præſcriptionem bonorum, quibus illud eſt annexum. T.4. D.20.n.1.& 4.p.223.
In Ius Sepulchri ſuccedit poſſeſſor bonorum quibus illud annexum repetitur. T.4. D.21. n.1. p.224.
Ius, & Dominium Vtile Sepulchri, per Maiorum illationem, & Armorum Familiæ appoſitionem, acquiſitum cenſetur.T.4.D.22.n.1. & 5.p.224. 225.
Ius, quod ſibi in Sepulchro reſeruat Patronus in limine erectionis Eccleſiæ, merè temporale eſt; vendi, & exequi poteſt, qua tale, pro temporalis debiti Patroni ſolutione. T.4.D.24.n.2.p.228.
Ius Sepulchri, quod acquiritur poſt erectionem, & conſecrationem Eccleſiæ, merè temporale eſt, vendi poteſt, & exequi quoad præeminentias, V.gr. quoad hoc, vt ſit in præeminentiori loco; vt ſit priuatiuum illud acquirenti, ſuæ Familiæ, vel hæredibus; & vt impedire valeant, ne alter in eo tumuletur. ibid. n.3.4.5.6.7. & 9.p.228. 229.
Quoad Ius autem principale, ſpirituale eſt, & vendi, ac exequi non poteſt directè. n.3.5.& 9. ibid.
Si præeminentia loci Sepulturæ attendatur in quantum propinquior eſt Summæ Aræ, Sanctiſſimo Sacramento, ſpiritualis eſt,vendi non poteſt,aut exequi pro temporali.n.7.& 8.p.229.
Ius principale Sepulchri, ſpirituali eſt annexum, & non eſt pretio æſtimabile. ibid. n.3.5. & 8. p.228.229.

Iuſtitia.

Finis Iuſtitiæ eſt, vnicuique ſuum Ius reddere, & facere æquale.T.5.D.4.n.12.p.234.

Legatarius.

Si ante rei legatæ traditionem, in Fiſci Fraudem, & creditorum Legatarius legato renunciet, renunciatio tenet.T.4 D.5.d.1.n.28.p.295.
In legatis acquiritur Legatario dominium vſus rei legatæ, à die mortis teſtatoris: & dominium directum, vſque ad traditionem remanet penes hæredem, adita hæreditate.n.28.ibid.

Legatum.

Statim ac hæres hæreditatem acceptat, fit Legatarius verus legati Dominus. T.4.Pr.n.10.p.160.
Legatum, & quædam donatio à defuncto relicta, & ab hærede præſtanda. T.4. D.10. n.2. & 4. p.211.212.
Legatum factum Monacho cum conditione,vt illi ſit proprium, & non Monaſterio, tenet pro ipſo Monaſterio.T.5.D.8.n.10.p.239.
Conditiones turpes legatis adiectæ, legata non vitiant,& pro non adiectis habentur.n.11.ibid.
Legatum factum Monacho, cum conditione, vt illi proprium ſit, aliàs ad extraneum pertineat, ad Monaſterium Monachi Legatarij pertinet. n.12. ibid.
Legatum relictum cum conditione peccaminoſa, tenet; conditio tamen pro non appoſita habetur. n.14.p.240.
Legatum alicui relictum cum conditione,vt Matrimonium contrahat, ad Legatarium pertinet, ſi ſit Religioſus, etiamſi non contrahat. n.15. ibid.
Legatum Moniali ſub ea conditione relictum, vt egrediatur è Monaſterio,illi debetur etiamſi non egrediatur. n.16.ibid.
Legatum relictum Laïco ſub conditione vt Matrimonium contrahat, ad illum pertinet, ſi Religionem ingrediatur. n.17. ibid.
Legatum ad vnam cauſam piam relictum, nemo præter Summum Pontificem, in alium valet vſum conuertere.T.5.D.11.n.2.p.242.
Limita ſi ad illum non ſufficiat vſum: quia tunc poterit Epiſcopus, in alium conuertere vſum. ibid.n.1.7.8.& 9. p.242.243.
De conſenſu tamen Eccleſiæ, cui fuit relictum. n.11.p.244.
Vel de hæredis conſenſu. n.10 ibid.
In relictis ad pias cauſas, non requiritur, quod teſtamentum ſit abſolutum. T.5. D.12. num.5. p.245.
Neque requiritur, quod teſtes ſint rogati.n.6.
Valida ſunt Legata pia, relicta in teſtamento inualido, ſecundùm Ius Ciuile. n.10. & 16. p.246. 247.
Legata non pia in teſtamento ad pias cauſas facta, ſine ſolemnitatibus Iuris Ciuilis, tenent.n.12.& 13. p.246.
Legata, hæreditati ſunt acceſſoria.n.13.ibid.

Legitima.

Patri debetur Legitima.T.4.D.7.n.22.& 26.p.204. 205.
Filio Iure naturæ debetur.n.22.& 26. ibid.
Defunctis Filiis, debetur nepotibus legitimè ex eis natis. n.26.p.205.
Si Filij Filios habent,non debent parentibus Legitimam.n.26. ibid.

Debetur à matre filiis, etiam naturalibus; non autem ſpuriis. n. 26. ibid.
Grauari non poteſt Legitima per legata, aut per fideicommiſſa. n. 22. 25. & 26. p. 204. 205.
Per debita tantum grauatur. n. 26. p. 205.
Legitima, ſi filij quinque, vel plures ſint, eſt, ſolutis debitis, & ſumptibus funeris, dimidium bonorum defuncti; ſi infrà quinque verò ſint, eſt tertia bonorum pars. n. 26. ibid.

Lemma.

Paucis verbis indicat Lemma, argumentum eius, cui præfigitur. T. 2. D. 5. §. 4. n. 23. p. 106.

Leproſi.

Leproſis permitttitur habere Eccleſias cum Cœmeterio, & proprio Sacerdote. T. 7. S. 3. D. 10. §. 3. n. 1. p. 308.
Eligere non poſſunt Sepulturam leproſi, in loco fidelibus communi. ibidem.

Leſio.

Enormis læſio, quænam ſit. T. 2. D. 9. n. 32. p. 134.

Lex.

Ceſſat Lex, Legis ratione ceſſante. T. 1. D. 2. n. 14. p. 5.
Attendit Lex ad ea, quæ frequenter accidunt. T. 2. D. 3. d. 10. n. 11. p. 92.
Omnem efficaciam, & vim accipit Lex à Legiſlatoris mente, & voluntate. T. 2. D. 5. §. 4. n. 24. p. 106.
Legiſlatoris mens, ex ratione expreſſa intelligitur. dicto. n. 24. ibid.
Lex aliqua fauorabilis eſt, & odioſa reſpectu diuerſarum conſiderationum: & ſecundùm vnam, ampliabilis; reſtringibilis verò ſecundùm aliam. T. 2. D. 5. §. 4. n. 34. p. 107. 42. & 43. p. 109.
Lex abſolutè eſt fauorabilis, quæ bonum publicum Religionis reſpicit, quamuis alias perſonis particularibus ſit odioſa. dict. n. 34. p. 107.
Regula ad dignoſcendum quænam ſit Lex fauorabilis, quænam verò odioſa traditur. n. 38. 39. 40. & 41. p. 108. 109.
Quando odium à fauore diſtingui nequit in Lege, ex principali Legiſlatoris intento, fauorabilis, aut odioſa iudicanda eſt. eod. n. 41 p. 109.
Quando fauor, & odium diſtingui poſſunt in Lege, ampliãda eſt quatenus fauorabilis, & quatenus odioſa reſtringenda. n. 41. ibid.
Lex, eſt ordinatio rationis ab bonum commune, ab eo, qui curam habet communitatis promulgata. T. 2. D. 5. §. 5. n. 45. p. 111.
Omnis Lex, prudens, & iuſta eſſe debet n. 45. ibid.
Extendi debet ad caſum in ea non expreſſum, quoties aliàs ſequeretur iniquitas, abſurditas, aut imprudentia in Legiſlatore. n. 45. ibid.
Quæ diſponit Lex in vno connexorum, in alio diſponere cenſetur. n. 48 p. 112.
Quando inutilis, & illuſoria redditur Lex, aut vilipendi valet ſi non extendatur vltra verborum proprietatem naturalem, & ciuilem, ad impropriam debet ſignificationem extendi. n. 49. ibid. & T. 7. S. 1. D. 6. d. 2. n. 13. p. 271.
Lex ſemper debet intelligi, ita vt Legiſlatoris mens, & intentio ſoluetur dicto. d. 2. n. 15. ibid.
Intentio Legiſlatoris, & Legis intelligentia, ex præfatione, procœmio hauritur. Legis. ibid. n. 16. p. 272.
Legiſlatoris intentiõ, eſt anima Legis. n. 15. & 16. p. 271. 272.
Lex pœnalis, interpretari debet ſecundum naturalem verborum ſignificationem. T. 7. S. 1. D. 6. d. 3. n. 2. p. 274.
Non eſt extendenda ad caſus in ea non expreſſos, ſed reſtringenda. n. 2. ibid.
De illa vulgatum intelligitur axioma: *Si aliud Legiſlator voluiſſet, illud expreſſiſſet.* n. 2. ibid.
Lex generalis poſterior, & indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem priorem & iuxta illam interpretanda, niſi expreſſis illi contradicat verbis. ibid. d. 4. n. 4 p. 276.
Amplia I. etiamſi in lege poſteriori adſit clauſula: *Non obſtante*: Quia intelligi debet de Lege contraria, quæ cum poſteriori ſuſtineri non poſſit per aliquam limitationem, aut diſtinctionem. n. 4. ibid.
Amplia II. etiamſi prior Lex abrogata iam fuerit, per illam eſt limitanda poſterior, & iuxta illam interpretanda. n. 5. ibid.
Non ſolum eſt limitanda Lex poſterior per priorem, ſed per illius rationem. n. 5. ibid.
Quando prior Lex ponit caſum ſpecialem, Lex noua generaliter loquens, illi ſpeciali non derogat caſui. n. 6. ibid.
Lex, ſeu ſtatutum, vbi aliquid mandat fieri, intelligitur, ſi petatur, licet verba ſint præciſa, & neceſſaria. T. 7. S. 1. D. 6. d. 11. n. 10. p. 284.
Quando aliquid prohibet Lex attento non ſolum effectu, ſed etiam initio, non ſufficit, quod ad tempus referatur habile. Exemplis declaratur. T. 7. S. 2. D. 8. §. 3. n. 2. p. 290.
A proprietate verborum Legis recedendum non eſt, niſi de Legiſlatoris conſtet mente. T. 7. S. 3. D. 11. §. 2. n. 2. p. 309.
Leges, Legibus concordari debent, vt Iutis vitetur correctio, etiamſi Lex contraria clauſulam derogatoriam habeat: *Non obſtante*. T. 7. S. 4. D. 12. n. 9. p. 315.
Iuris, ſeu Legis diſpoſitioni, & non rationi ſtandum eſt. T. 8. D. 1. d. 2. n. 11. p. 324.
Quod non eſt licitum in Lege, neceſſitas licitum facit. T. 8. D. 2. S. 2. d. 11. n. 5. p. 347.
Legi non ſubiacet neceſſitas. n. 5. ibid.
Lex ad moraliter impoſſibilia non obligat. n. 5. ibid.
Iura, & Leges pro tempore, loco, perſona, & negotio inſtante neceſſitate traditæ ſunt. n. 5. ibid.

Libri.

Libri in Archiuis reperti, *vulgò Tumbos*, & alij rationes continentes debitorum, & ſolutionum, & ſimiles fidem faciunt, etiamſi ſubſcripti per authenticam perſonam non ſint. T. 7. S. 5. D. 13. n. 11. p. 320.

Librorum apppobatio.

Approbatio librorum, ad omnes Ordinariam habentes iuriſdictionem pertinet. T. 5. D. 2. n. 9. p. 232.

Licitum.

Cui non licet, quod minus eſt, neque quod maius eſt licebit. T. 2. D. 5. §. 5. numero 46. pag. 111.
Licitum facit neceſſitas, quod aliàs eſſet illicitum. T. 2. D. 4. d. 3. n. 2. p. 96.
Quod in Lege non eſt licitum, facit neceſſitas. T. 8. D. 2. S. 2. d. 11. n. 5. p. 347.

Lis.

Litis expenſas, nemo collitiganti miniſtrare tenetur. T. 4. D. 5. d. 1. n. 19. verſ. Quæ eò facilius. p. 193.

Bona Eccleſiæ inſumi nequeunt in litibus, quæ vertuntur inter perſonas Eccleſiaſticas ad eandem Eccleſiam ſpectantes. Ibid. verſ. Non obſtat.

Quando pro Eccleſiæ defenſione lis vertitur inter extraneos, expenſis Eccleſiæ ſubſtentari debet, ſecus quando inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ. T. 5. D. 11. n. 5. p. 243.

Expenſæ debentur Monacho collitiganti. T. 4. D. 5. d. 1. n. 37. verſ. Sed nota. p. 196.

Loca Sacra.

A perſonâ priuatâ non fiunt, ſed, ex Iure communi, ab Epiſcopo. T. 1. D. 2. n. 12. & 13. p. 5. T. 5. D. 1. n. 2. & 3. p. 230.

Signa ad dignoſcendum, an locus Sacer authoritate Epiſcopi fuerit fundatus, recenſentur. T. 2. Pr. §. 1. n. 6. p. 40. & 26. p. 44.

Quoad effectum pollutionis, loca ſacra non cenſentur, quæ conſecrata, aut benedicta non ſint ab Epiſcopo, vel ab alio ad id poteſtatem habente, etiamſi ad Diuina celebranda ſint deputata. Et idem eſt quoad reconciliationis effectum. ibid. n. 2. 3. & 4. p. 39. 40.

Quoad pollutionem locus Sacer non cenſetur, qui non exiſtit intra ipſius loci corpus. ibidem. n. 7. p. 40.

Amittunt loca ſacra conſecrationem, benedictionem, & omnia alia priuilegia, ſi diruta ſunt ſine reparationis ſpe. n. 17. p. 42.

Locus Sacer benedictus, per parietum euerſionem profanus non redditur, nec vendi poteſt: quia benedictio ſoli inhæret. T. 2. D. 6. n. 1. p. 116.

Locus ad Diuina deputatus legitima authoritate, non poteſt humanis vſibus deputari. T. 5. D. 1. n. 2. p. 230.

Locatio.

Dominium directum, aut vtile, non transfertur in conductorem temporalem. T. 4. D. 14. n. 3. & 6. p. 218.

Transfertur tamen dominium vtile, in locatione perpetua. n. 3. ibid.

Locus.

Profanus locus eſt, qui non eſt ad diuina celebranda deſtinatus, & benedictus ab habente facultate. T. 7. S. 4. D. 12. n. 5. p. 314.

Religioſus locus eſt, ſic deſtinatus, & benedictus. n. 5. ibid.

Locus minus religioſus eſt, in quo minus frequenter Diuina, celebrantur. eod. n. 5. ibid.

Lucius.

Prænomen erat *Lucius*, eorum, qui prima luce nati ſunt. T. 3. Pr. n. 22. p. 151.

Luxuria.

Mortale peccatum admittit, qui voluntariè paruam ſeminis emittit guttam. T. 2. D. 3. n. 8. p. 82.

In luxuriæ materia, paruitas non datur materiæ, in multorum ſententia Doctorum. n. 8. ibid.

Auditiones, cogitationes, aut locutiones, non ſolùm neceſſarias, ſed vtiles circa materiam veneream, nemo omittere tenetur propter commotiones corporis, aut pollutiones inuoluntarias directè indè contingentes. T. 2. D. 3. d. 6. n. 2. p. 87.

Dari paruitatem materiæ, in Luxuriæ materia, à culpa excuſantem lethali, docent plurimi. T. 8. D. 2. S. 1. d. 3. n. 7. p. 337.

Maiores.

Dicuntur Maiores, Pater, Auus, & alij ſuperiores aſcendentes. T. 4. D. 5. n. 31. p. 187. & T. 8. D. 1. n. 1. p. 321.

In plurimum, ſolum veniunt nomine Maiorum, Abauus, Atauus, Tritauus, & alij his ſuperiores, non verò Pater, & Auus. T. 8. D. 1. d. 1. n. 4. p. 322.

In materia tamen Sepulturæ, nomen Maiorum, in Patre ſaluatur, & Auo. T. 8. D. 1. n. 1. p. 321. & d. 1. n. 5. p. 323.

Malitia.

Malitiis eſt obuiandum. T. 8. D. 2. S. 1. d. 2. n. 3. p. 336.

Mandatum.

Per mortem mandatis expirat mandatum. T. 7. S. 2. D. 9. §. 10. n. 3. p. 307.

Non expirat tamen, quando effectus eſſe debet poſt mandantis mortem. n. 5. ibid.

Manifeſtum.

Illud dicitur manifeſtum, quod facilè probari poteſt, ſaltem per multos, licet non euidenter. T. 2. Pr. §. 2. n. 33. p. 46.

Manius.

Prænomen erat *Manius* eorum, qui nati ſunt mane. T. 3. Pr. n. 22. p. 151.

Manutentio.

Qui eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi vnam Eccleſiam Abbatiæ vnitam, manutenibilis eſt in quaſi poſſeſſione, alias ſic vnitas viſitandi. T. 1. D. 3. d. 1. n. 5.

Qui eſt in quaſi poſſeſſione remouendi Vicarium, & Capellanum vnius Eccleſiæ ſuæ Abatiæ vnitæ, manutenibilis eſt in quaſi poſſeſſione remouendi Vicarios aliarum Eccleſiarum eidem Abbatiæ vnitarum, etiamſi non probetur ſpecialis poſſeſſio. ibidem.

Actus contra *Decretum irritans*, & clauſulam *Sublata*, manutenibiles non ſunt. T. 9. S. 2. §. 6. n. 6. p. 364.

Vbi cauſa poſſidendi eſt vniuerſalis datur manutentio etiamſi non probetur exercitium particulare. S. R. Deciſ. 2. n. 1. p. 380.

Vbi cauſa poſſidendi vniuerſalis eſt datur manutentio etiamſi exercitium non probetur. S. R. Deciſ. n. 1. p. 380.

Magis enim cauſa actus quàm ipſe actus extenditur in annotat. Littera (A) *alia vide verb, Precarium. Vicarius.*

Maritus.

Sequi non tenetur vxorem, neque eius diſpoſitionem. T. 8. D. 2. S. 2. d. 35. n. 1. p. 360.

Non debet in Sepultura ſepeliri vxoris, ſi decedit abſque propria. n. 1. ibid.

Limitat Moronus, quando de illius conſenſu, Vxor Sepulturam elegit. n. 4. p. 361.

Martyr.

Qui ſe ob detaſtationem proprij peccati interimit, Martyr non eſt. T. 2. D. 1. d. 4. n. 4. p. 55.

Per mortem, & per effuſionem ſanguinis Martyris, locus polluitur Sacer. T. 2. D. 1. d. 2. n. 1. p. 54. & D. 2. d. 14. n. 1. p. 69.

Maſculus.

Sub Maſculo comprehenditur fœmina, tam in Legibus Diuinis, quàm in humanis. T. 4. D. 9. n. 11. 12. & 13. p. 208. 209.

Matrimoniales cauſæ.

Matrimonium coram Parocho originis contrahi non poteſt. T. 8. D. 2. S. 1. d. 1. n. 25. p. 335.

Matrimonio assistit Parochus tanquam testis. n. 26. ibid.
Parochus solius habitationis assistere potest matrimonio, absque domicilio, dummodò habitare intendant maiori anni tempore. n. 28. ibid.
Potest assistere, statim ac huiusmodi capitur habitatio. n. 29. ibid.
Si aliquis in duabus habitat Parochiis, pro æquali anni tempore, quilibet illarum Parochus, illius assistere potest Matrimonio. T. 8. D. 2. S. 1. d. 3. n. 2. p. 337.
Si maiori anni tempore in vna habitat Parochia, illius Parochus assistere debet. n. 2. ibid.
Intellige quando inæqualitas notabilis sit n. 3. & seqq. ibid.

Medicinæ.

Inexpensis funeralium continentur, quæ in ægritudine curanda fuerunt impensæ. T. 9. S. 1. §. 1. n. 3. p. 361.

Membra.

Nemo membrorum suorum dominus est. T. 2. D. 2. d. 16. n. 4. p. 77.

Mendacium.

Qui mendacium dicit, mortaliter peccat, sicut qui falsum iurat. T. 5. D. 4. n. 5. p. 234.

Meniana.

Si intra Ecclesiæ sint corpus, polluuntur ad Ecclesiæ pollutionem, & è contra. Tract. 2. D. 7. n. 12. p. 123.

Mercenarij.

De illa censentur Parochia mercenarij, quoad Iura Parochialia, in qua pro tempore habitant. T. 8. D. 2. S. 1. d. 1. n. 17. 18. 20. 21. & 22. p. 334.

Mereri.

In naturalibus, & necessariis nec meremur, nec demeremur. T. 2. D. 2. d. 20. n. 2. p. 79.

Meretrix.

Nequit oblationes publicas facere. T. 5. D. 13. n. 2. p. 248.
Potest tamen illas, & eleemosynas post pœnitentiam facere. n. 3. & 4. ibid.
Potest etiam post pœnitentiam, ex turpiter acquisitis, Sepulchrum constructe. n. 3.
Non tamen potest antea. n. 1. p. 247. & n. 3. p. 248.
Post conuersionem, potest de turpiter acquisitis, per testamentum, & vltimam voluntatem disponere. n. 4. ibid.

Minima.

De minimis non curat Prætor. T. 2. D. 2. n. 11. p. 67.

Minor.

Ille dicitur Minor, qui viginti quinque annos completos nondum habet. T. 6. D. 3. n. 4. p. 253.
Non potest seruum manumittere Minor. T. 7. S. 2. D. 8. §. 3. n. 2. p. 290.
Minor 25. annorum, etiam si sit in patris potestate, potest per se, & per Procuratorem esse actor, & defensor in iudicio in causis spiritualibus. T. 7. S. 2. D. 8. §. 12. n. 4. p. 300.

Minus dignum.

Non trahit ad se magis dignum. T. 2. D. 8. n. 4. p. 125.

Miracula.

Ob incontinentiam coniugum in Ecclesia exercitam; miracula, quæ acciderunt referuntur. T. 2. D. 3. d. 10. n. 7. p. 90.

Miserabiles personæ.

Defuncti, inter miserabiles personas computantur. T. 5. D. 2. n. 4. p. 231.

Missa.

Ritus pro Missis celebrandis alicui præfixis, ab eo vbique seruandus. T. 1. D. 3. d. 3. n. 6. p. 29.
Nihil addendum, vel prætermittendum tam in verbis, quàm in actibus, propria ex authoritate, aliàs peccatum admittetur mortale, nisi paruitas excuset materiæ. n. 2. 4. 6. p. 29. 30.
Satisfaciunt præcepto de audienda Missa, interessentes Missæ Oratorij Regularium; non verò interessentes Missæ Oratorij priuati sæcularium. T. 2. Pr. §. 1. n. 25. p. 43.
Missam celebrare, quænam nocturna impediat pollutio. T. 2. D. 3. d. 2. n. 7. p. 85.
Ideò post sanguinis sumptionem in Missa præcipitur, vt vinum, & aqua in maiori quantitate misceantur, quàm erant species Sacramentales, vt istæ ab illis in seipsas conuertantur, & nulla consecratarum in Calice permaneat, ac per consequens, nec sanguinis Domini. T. 2. D. 10. n. 24. 25. & 26. p. 142.
Pro Missis celebrandis stipendium datur, non per modum pretij, sed per modum eleemosynæ ad Sacerdotis sustentationem. T. 4. D. 4. n. 5. p. 177.
Quænam sit Missa solemnis. T. 1. D. 3. d. 3. n. 1. p. 29.

Moderamen inculpatæ tutelæ.

Quinque requiruntur ad moderamen inculpatæ tutelæ. T. 2. D. 1. d. 12. n. 2. p. 62.
Alia vide verb. *Irregularitas*, & *Pollutio loci Sacri.*

Modica.

Non veniunt in consideratione modica. T. 2. D. 2. n. 11. p. 67.
Attendi non debent. T. 8. D. 2. S. 1. d. 3. n. 3. & seqq. p. 337.

Monachus.

Quod acquirit Monachus, Monasterio acquirit. T. 9. S. 2. §. 15. n. 3. p. 372.
Testari non potest. ibidem.
Nec ab intestatu succedere valet Ibidem.
Alia vide verb. *Religiosus.*
Inuito Abbate beneficium, & administrationem retinere non potest ad libitum. S. R. Decis. 2. n. 2. 3. p. 379. Etiam sine causa cessante tamen odio & malitia in amouente. n. 4. ibid.

Monasterium.

Nomine Ecclesiæ venit Monasterium. T. 2. Pr. §. 1. n. 5. p. 40. Et quælibet eius pars. ibid.
Limita, in fauorabilibus; non in odiosis. ibid.
Ex delicto, aut contractu Monachi, aut Prælati, non tenetur Monasterium, nisi quatenus indè aliquid est in ipsius Monasterij commodum conuersum. T. 7. S. 1. D. 6. d. 2. n. 28. p. 273.

Moniales.

Nomine Religiosorum veniunt Moniales, in fauorabilibus. T. 7. S. 2. D. 8. §. 9. n. 2. p. 297.
Omnibus priuilegiis Religiosis concessis gaudent, si illis adaptari possint. n. 2. ibid.
Si in loco à Monasterio remoto decedunt, vltra vnam scilicet dictam, Sepulturam sibi possunt eligere. n. 1. & 2. ibid.
Non solum Moniales, priuilegiis gaudent Religiosorum, sed earum loca, gaudent etiam eisdem priuilegiis, quibus loca Religiosorum potiuntur, si illis adaptari possunt. T. 7. S. 4. D. 12. n. 22. p. 317.

Mors.

Mortem properia arripre manu, in vllo licet casu; bene

benè tamen in perſecutione illam libenter accipere. T.2. D.1.d.4.n.4.p.55.

Alia vide verb. *Suicidium. Vita.*

Naturalia.

Immutabilia ſunt naturalia. T.8. D.2. S.1. d.1. n.9. p.352.

In naturalibus nec meremur, nec demeremur. T.2. D.2.d.20.n.2.p.79.

Nauis.

Eadem nauis cenſetur, licet pro deſtructis tabulis, nouarum acceſſio fiat. T.2.D.6.n.10.p.117.

Non tamen ita eſt in veritate, ſed fictione iuris. n.14. p.118.

Neceſſitas.

Licitum facit neceſſitas, quod aliàs erat illicitum. T.2.D.4.d.3.n.2.p.96. & T.8.D.2.S.2.d.11.n.5. p.347.

Legi non ſubiacet neceſſitas eod.d.11.n.5.ibid.

In tempore neceſſitatis, omnia ſunt communia. n.5. ibid.

Iura, & Leges, pro tempore, loco, perſona, & negotio, inſtante neceſſitate traditæ ſunt. n.5 ibid.

Negotiatio.

Negotiationes, maximè nundinarum, in loco fieri ſacro, in Iure prohibentur. T.2. D.1.d.16.n.3. p.64.

Qui pecuniam alterius non priuilegiati, exponit negotiationi, lucrum ex negotiatione procedens, ſuum facit, dummodo pecuniæ Dominus tantumdem ex illa lucraturus non fuiſſet. T.4. D.5. n.23. p.186.

Nepos.

Nomine Filij, non venit Nepos, in materia ſtricta, & quando de præiudicio agitur tertij. T.7. S.3. D.11.§.2.n.2.p.109.

In cura Nepotis ſuccedit Auus, parentibus defunctis. ibid.n.3.p.110.

Poteſt Auus Nepoti impuberi Sepulturam eligere, ſi adſit terræ conſuetudo legitima. n.3. ibid. Non autem rigore Iuris attento. n.1.p.109.

Nobilitas.

Filius nobilitatem ſequitur Patris, non autem Matris. T.4.D.7.n.9.p.202.

Notorium.

Illud eſt Notorium, quod adeò clarè, & euidenter patet, vt negari non poſſit. T.2.Pr.§.2.n.34.p.46. & n.45.p.48.

Confunditur aliquando Notorium, cum Famoſo, aut Publico, & cum Manifeſto. n.31 p.46.

Notorium, aliud ſimpliciter; aliud ſecundùm quid reſpectu determinati loci. n.36.p.47.

Ad Notorium ſimpliciter requiritur, vt ſciatur à pluribus communitatibus, etſi non omnibus. n.36. ibid.

Ad Notorium ſecundùm quid requiritur, vt factum ſciatur certè à maiori parte incolarum particularis communitatis, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. n.36.ibid.

Notorium, aliud Facti; aliud Iuris; & aliud Præſumptionis. n.37.ibid.

Notorium Facti, eſt, quod ita ſe exhibet conſpectui hominum, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. n.35.& 38. ibid.

Notorium Facti, ſex requirit conditiones, quæ recenſentur. n.39.ibid.n.63. & 64.p.51.

Ad Notorium Facti, communitas debet habere ſecundùm aliquos, decem incolas. n.36.p.47.n.63. & 64. p.51. & ſecundùm alios ſufficiunt tres. n.39. p.47.

In dubio, an aliquid ſit Notorium Facti, relinquitur prudentis arbitrio. n.40. ibid.

Notorium Facti, per duos teſtes deponentes de viſu facti, & de eo, quod ibi aderat maior incolarum pars, quæ idem, quod ipſi videre potuit; aut vidiſſe populum præſentem facto, & ſi ipſi non viderint probatur. n.41.ibid.

Vt Iudex procedat per modum Notorij, debet in proceſſu declarare, delictum eſſe notorium: & per hoc, quod intendit procedere per viam notorij. Et ad hanc Declarationem, duorum teſtium examen, qui de Notorio deponant, debet præcedere. n.42.p.48.

An hæc requiratur Declaratio in Notorio Facti permanentis, & in Notorio Facti coram ipſo Iudice, controuerſum eſt. n.43.ibid.

Reus in Notorio, non dubitatiuè, ſed aſſertiuè examinatur. n.44.ibid.

Quando de delicto agitur Notorio, non attenditur ad factum materialiter ſumptum; ſed ad ipſum formaliter in ratione delicti. Explicatur exemplo. ibid.n.49.p.49.

Notorium Iuris eſt, quod clarè conſtat, vel per Iudicis ſententiam diffinitiuam, vel per confeſſionem rei in iudicio, vel per idoneorum teſtium plenam probationem in iudicio factam, quæ neque colorarè impugnari queat. n.45.p.48.

Confeſſio rei extraiudicialis, Notorium Iuris non facit. n.46.p.49.

Notorium Præſumptionis eſt, quod publicè habetur pro tali; ſed verè probari nequit, vt quod vnus ſit alterius filius, frater, aut conſanguineus. n.47. ibid.

Quod ſemel fuit Notorium Facti, aut Iuris, fieri poteſt occultum, ſi omnes moriantur, qui illud nouerunt: & ſi Iudicis ſententia, rei confeſſio, & probatio deperdantur. n.48. ibid.

Nouitiæ. Nouitij.

In materia pœnali Nouitij, non veniunt nomine Religioſorum. T.7.S.1.D.6.n.13.p.266.

Caſus à Regulari Prælato reſeruati, Nouitios non afficiunt. ibid.

Non obligantur per ſe, & directè Nouitij, ſub culpa, aut pœna ad vota Religionis, nec ad obſeruantias Regulares. n.14.ibid.

Nouitij, & Nouitiæ ſubſtantialiter ſunt ſæculares. T.7.S.2.D.8.§.10.n.2.p.298.

Teſtari poſſunt, & habent velle, & nolle. n.2.ibid.

In fauorabilibus, ſub Religioſorum nomine veniunt; ſecus in odioſis, & prohibitionibus. n.4. ibid.

Gaudent priuilegio fori, & aliis, quibus gaudent profeſſi. n.4. ibid.

Immunes ſunt à Gabellis. n.4.ibid.

Confiteri poſſunt approbatis à ſolo Regulari Prælato. n.4.ibid.

Prælatus Regularis illos poteſt abſoluere ab omnibus caſibus, & cenſuris à quibus poteſt profeſſos. Poteſt & illorum vota commutare, & in eis diſpenſare. n.4.ibid.

Poſſunt Nouitij, & Nouitiæ ſibi Sepulturam eligere. ibid. à n.1. p.297.

Si aliud conſuetudo non ferat, ſepeliri debent de bonis patrimoniorum ſuorum, ſi illa habeant, aut ex bonis parentum ſuorum, ſi diuites illi ſint. T.9. S.2.§.16.n.1.p.373.

Si adſit conſuetudo vt ſepeliantur de Monaſterij bonis, omnino illa ſeruari debet. n.2.p.374.

Amplia, etiamſi extra Monaſterium decedant. n.1. p.373.

Nouitij, ſunt aliquomodo Monaſterij membra. n.3.4. & 5.p.374.

Nuntij.

Apoſtolici Nuntij iuriſdictionem habent ordinariam, in Prouincia Nuntiaturæ ſuæ. T.8.D.2.S.2. d.8.n.4.p.344.

Si decedant abſque electione Sepulturæ, & abſque Sepultura ſuorum Maiorum, tumulari debent in Cathedrali ſuæ Nuntiaturæ, ſi fieri poſſit; aliàs in Parochiali loci defunctionis. n.1. ibid.

Quibus expenſis tumulari debeant Nuntij, declaratur. T.9.S.2.§.4 n.1 p.366.

Nuptiæ.

Omnes, quæ poſt primam celebrantur Nuptiæ, ſecundæ dicuntur, in quocumque numero ſint. T.4.D.7.n.2.& 3. p.201.

Alia Vide verbo *Matrimoniales cauſæ.*

Obedientia.

Inobedientiæ peccatum, grauiſſimum eſt. T.7.S.1. D.6.n.6.p.364.

Depoſitionis pœna, à Canone inobedienti infligitur. ibid.

Oblatio.

Ex turpiter acquiſitis, Eccleſia non poteſt oblationes recipere. T.5.D.13. n.1.p.247. & n.5. p.248.

Obligatio.

Obligatio, ita ex ſimplici loquela, ac ex iuramento naſcitur. T.5.D.4.n.15.p.335.

Stipulatio neceſſaria non eſt, vt pollicitatio obliget. ibid.

Occidere.

Innocentem priuata occidere poteſtate, nulla Lex concedit. T.2.D.1.d.4.n.4.p.55.

Occultum.

Quod non eſt notoriè cognitum, publicè, aut manifeſtè, occultum eſt. T.2. Pr. n.50. p.49. & n.61.p.51.

Occultum, aliud *per ſe*, aliud per accidens. Occultum *per ſe*, eſt, quod nihil habet ex natura ſua, vnde ab hominibus cognoſci poſſit. Occultum *per accidens*, eſt, quod ex natura ſua ab hominibus cognoſci poteſt; de facto tamen non cognoſcitur, quia defuit, qui illud agnoſceret. n.51. p.49.

Occultum *per accidens*, aliud eſt, quod opponitur *probabili*, & eſt, quod licet externè fuit factum, teſtibus idoneis probari non poteſt, etiamſi ab aliquibus ſciatur. Aliud opponitur *famoſo*, ſeu *publico*. Eſtque illud, quod etſi probari poſſit, infamia tamen non laborat. Aliud eſt, quod *notorio* opponitur. Et eſt illud, quod etſi laboret infamia, & probari poſſit, non tamen ita clarum eſt, quod nequeat tergiuerſatione celari. n.52. p.49 & n.61.p.51.

Occultum *per ſe*, non cadit, in odioſis, ſub Eccleſiæ iuriſdictione, immò nec in fauorabilibus. n.53. p.50.

Limita in actibus internis, qui exteriores perficiunt. n.53. ibid.

Occultum *per accidens*, provt opponitur *famoſo*, & *publico*, ſub fauorabili cadit conceſſione, quoad forum conſcientiæ, in Litteris Pœnitentiariæ habentibus clauſulam: *Dummodo impedimentum Occultum ſit*; ſecus quoad facultatem diſpenſandi in omni irregularitate, excepto homicidio voluntario. n.57. ibid.

Occultum *per accidens*, provt opponitur probabili, ſub fauorabili venit conceſſione. n.54. & 58. ibid.

A pollutione loci ſacri excuſat. n.56. ibid.

Odia. Odioſa.

Reſtringi debent. T.2. Pr. §.1.n.13.p.41. T.2.D.2. d.11.n.1.p.75.

Non irrogantur, niſi expreſsè infligantur in Iure. T.2. Pr.§.1.n.13.p.41.

Vltra id, quod verba patiuntur, extendi non debent. T.2.D.1.d.15.n.2.p.63. T.2.D.4.n.8 p.93.

Ad propriam, & rigoroſam verborum ſignificationem arctari debent. T.2.D.2.d.9.n.2.p.73.

Imponi non debent, niſi exprimatur, quod ſint imponenda. T.2.D.4.n.8.p.93.

In odioſis, benignior eſt interpretatio facienda. T.2. D.4.n.8.ibid.

Ad caſum in diſpoſitione expreſſum, reſtringi debent. T.2.D.5.n.14. in §.4.p.104.

In Odioſis, & pœnalibus Legibus, non valet argumentum à paritate, aut à maioritate rationis. dict. n.14. ibid. & §.6.n.51.p.113.

Odioſa, & pœnalia non attendunt ſimilia, ſed expreſſam diſpoſitionem. n.51. ibid.

Odioſa, maximè quibus Iura reſiſtunt, non extenduntur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, quamuis paritas adſit rationis. T.7.S.3. D.11.§.5.n.6.p.311.

Oleum.

Præexiſtens Oleum in maiori quantitate, ſi benedictum ſit, aut conſecratum, benedictionem, & conſecrationem Oleo de nouo aduenienti communicat. T.2.D.6.n.13.p.118.

Quod ex eo fit, quod ex vtroque Oleo vnum fiat, vel præexiſtens augetur, ſiue per ſolam iuxta poſitionem de nouo aduenientis: ſiue per virtutem actiuam conuerſiuam aduenientis Olei in propriam ſubſtantiam. n.16. ibid.

Opinio.

Vnius Doctoris Opinio, contra reliquos in re opinabili, & obſcura, ſequi poteſt, ſi maturo nitatur fundamento. T.2.D.5.§.2.n.4.& 5.p.102.

Opinio communiter ſequuta, non rarò ab aliquo refutatur Doctore, illa rectè examinata, & à pluribus illa relicta, contraria ſequitur. n.5. ibid.

Communis Opinio, non eſt præferenda illi, quæ validioribus, & melioribus vtitur rationibus. n.5. ibid.

Non eſt temeraria Opinio, & ſententia, quæ pro ſe habet graue fundamentum authoritatis aut rationis, etiamſi communi contrarietur. T.2.D.5. §.3.n.6. & ſeqq. ibid.

Vnicus Doctor probus, pius, & doctus, qui rem ex profeſſo diſcutit, opinionem facit probabilem. n.6.& 7. ibid. Et tutam in conſcientia. D.9. n.19.p.131.

Authores graues, ſua ſola authoritate, fundare benè poſſunt extrinſecè Opinionem probabilem. D.5.d.3.n.6.p.102.

Opiniones communes ſæpè erroribus, & hallucinationibus obnoxiæ ſunt. n.9.p.103.

Tantæ non ſunt authoritatis communes Opiniones, vt oppoſitæ non ſint aliquando probabiles. n.9. ibid.

Opiniones diuerſas referens, illam ſequi cenſetur, quam in vltimo recenſet loco, ſi aliud ex eius non conſtet verbis. T.7.S.2.D.9.§.10. num.4. p.307.

Oracula Viuæ vocis.

Priuilegia conceſſa Mendicantibus, & noſtræ Congregationi per Viuæ vocis Oracula ante Pium Quintum,

Quintum, & Gregorium XIII. iam non ſunt Oracula, ſed Bullata. T.2. D.9.n.5.19.20.21.23. 25. & 29. p.131.132.133.

Non ſunt reuocata per Gregorium XV. & per Vrbanum Octauum iſta priuilegia. n.5. & ſeqq. verſ. Nec obſtat. p.128.

Oracula indulgentias concedentia, non reuocantur per præfatos Pontifices. n.7. p.129. & num.27. p.132.

Nec reuocantur Oracula concedentia communicationem priuilegiorum, per ſcripturas conceſſorum. n.8.p.130.

Nec reuocantur explicationes, & declarationes factæ per Viuæ vocis Oracula.n.9.22.p.130.132.

Nec reuocantur Oracula,quæ ſortita ſunt effectum, etiamſi iſte tractum habeat ſucceſſiuum.n.10.13. 16.17.22.p.130.132.

Priuilegia conceſſa Regularibus,etiam per viuæ vocis Oracula, Pius Quintus confirmauit. num.12. p.130.Et per Gregorium XIII.n.20.p.131.n.28. & 29. p.132.133.

In reuocatione Oraculorum per Gregorium XV. facta, excipiuntur conceſſa Cardinalibus pro Regularibus, & Regibus, ſeu ad eorum inſtantiam conceſſa. n.13.p.130.

Nullum Oraculum excepit Vrbanus Octauus, in reuocatione ſua. n.12. ibid.

Reuocationes Oraculorum per iſtos Pontifices factæ, non ſortiuntur effectum, niſi intimatæ fuerint, & publicatæ, ordine ab Vrbano Octauo præſcripto. n.11.14. ibid.

Vbi Bulla reuocatoria Vrbani non eſt publicata,& intimata,poſſunt vti Regulares,in foro conſcientiæ, omnibus priuilegiis expreſsè per Tridentinum Concilium reuocatis. n.18.p.131.

Paulus Quintus confirmauit Oracula; & alia priuilegia Dominicanis, Anno 1605. cum aliquorum exceptione. n.24.p.132.

Oratio.

Non omnibus prodeſt Oratio, ſed iis tantum, pro quibus dum viuunt, cooperantur vt proſit. T.3. D.3.n.29.p.157.

Plus ſpeciales Orationes proficiunt, quàm communes. T.7.S.4.n.9.p.315.

Oratoria.

Regulares in ſuis Domibus, & Hoſpitiis, erigere poſſunt Oratoria. T.1. D.3. n.17.p.11.n.24.p.13. & n.34. p.14.

Priuata Oratoria, campanas habere non poſſunt, niſi priuatas ad ſolos incolas Domus conuocandos. T.2.Pr. n.6.p.40. & n.26.p.44.

Oratoria exiſtentia in Eremitoriis, Hoſpitalibus, & in Domibus priuatis abſque authoritate Epiſcopi, aut alterius poteſtatem habentis conſtructa, per nullam actionem polluuntur, etiamſi de legitima licentia, in eis poſſint Miſſæ celebrari,& celebrentur: Vnde poſt actionem in eis celebrari poteſt.n.18.p.42.

Oratoria abſque tali conſtructa licentia, ad nutum fundatoris, ad vſus poſſunt profanos conuerti. n.18.ibid.

Ex quibus ſignis inferantur legitima ex authoritate erecta, oſtenditur. n.6. p.40.& n.26.p.44.

Poſſunt hodie Regulares Prælati Oratoria erigere, abſque Diœceſani conſenſu, in omnibus ſuis locis, & Hoſpitiis, vt in eis Miſſæ celebrentur, Tridentino, & aliis non obſtantibus. n.20.21. 22. & 23.p.42.43.

In Oratoriis Regularium, omnes etiam Sæculares celebrare poſſunt. n.23.p.43.

Quæ debeant obſeruari in his Oratoriis, vt in eis Miſſæ, & alia Diuina celebrentur. n.23. & 24. ibid.

In Oratoriis Regularium plures Miſſæ eodem die celebrari poſſunt;ſecus in ſæcularium Oratoriis. n.25. ibid.

Regularium Oratoria localia ſunt; perſonalia verò Sæcularium Oratoria.n.25.ibid.

Oratoria, benedictione non indigent.n.25.ibid.

Præcepto de audienda Miſſa ſatisfaciunt, qui interſunt Miſſæ in Oratorio Regularium celebratæ; non verò qui interſunt celebratæ in Oratorio priuato Sæcularium.T.2.Pr.§.1.n.25.ibid.

Ordinarius.

Qui Ordinariam habent iuriſdictionem omnia poſſunt in ſuo territorio, quoad poteſtatem iuriſdictionis, quæ Epiſcopus in ſua Diœceſi. T.6.D.1. n.10.p.250.

Habent in ſuis locis ſactis, & in eorum bonis iuriſdictionem, & adminiſtrationem.n.2.ibid.

Tenetur Ordinarius percipere,ne Parochi plus percipiant de Sepulturis, quæ fiunt in Regularium Eccleſiis, quàm de eis, quæ in propriis, ſeu in aliorum Clericorum. T.7.S.4.n.16.p.316.

Ad id obligantur Ordinarij ex officio, ſine vlla diſpenſatione.n.17. & 18.ibid.

Mortaliter, & cum onere reſtitutionis delinquunt Ordinarij in hoc negligentes. ibid. n.18. & 19. p.317.

Ordo.

Ordines conferre poteſt Epiſcopus Originis ordinandorum. T.8.D.2.S.1.d.1.n.26.p.335.

Epiſcopus, qui aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Preſbyterum ordinauerit, tandiu ei neceſſaria debet miniſtrare, quandin ei in aliqua Eccleſia conuenientia ſtipendia non aſſignat. T.9.S.2.§.9.n.1. p.369.

Pactio. Pactum.

Pactum, eſt duorum in idem conſenſus. T.5.D.4. n.2.p.234.

Pactum non ſeruans, excommunicari poteſt.ibid.

Quæcumque Pactio, & conuentio pro ſpiritualibus acquirendis, reprobatur: & quæ in animæ vergit detrimentum.T.5.D.8.n.7. p.238.

Pactum rei impoſſibilis, aut turpis, nullam inducit obligationem. ibid.

Pactio in ſpiritualibus, Simoniaca eſt. T.7.S.1.D.6. d.1. n.9.p.268.

Pactio, in ſuggeſtione virtualiter continetur.n.10. ibid.

Licitum, & validum eſt pactum, quo Regularium Conuentus, ad non tumulandos in Eccleſia ſua aliquos Parochianos, adſtringitur. T.7.S.1.D.6. d.13. n.1. & ſeqq. p.285.

Per pactum priuilegio derogatur.n.2.3. & 4.ibid.

Paganus.

Omnis ille Paganus eſt, qui Baptiſmum non ſuſcepit, etiamſi Filius Catholici ſit. T.2.D.4.d.4. n.1.p.97.

Fidelium Filius non baptizatus, infidelis, & Paganus eſt negatiuè.ibid.d.5.n.2.3. & 4. p.98.

Papa.

Diſpenſare poteſt ſuper omni Iure Canonico. T.1. D.2.n.8. & 9. p.4.

Iuri Canonico authoritatem impertitur. T.1.D.2. n.9. ibid.

De Papæ authoritate, quilibet poteſt in aliena Diœceſi, Pontificalia exercere.T.1.D.2.num.2. p.3.

De eiuſdem authoritate, quilibet valet Sacerdos Cœmeterium, & Eccleſiam conſecrare. T.1.D.2. n.1.p.3.n.4.8. p.4.& n.11. ibid.

Omnia, quæ de Iure humano ſunt, alterare benè poteſt Papa. T.2.D.11. n.2 p.144.

Papa, Vicarius eſt Chriſti. T.4.D.2.n.1.p.166.

Abſolutam habet adminiſtrationem rerum, & iurium Eccleſiaſticorum. n.1. ibid.

Poteſt Papa conferre beneficia de Iure patonatus abſque præſentatione; ſi tamen ſint de Iure patronatus Laïcali, non tenet collatio, niſi in Litteris fiat de tali patronatu mentio. T.4.D.3.n.29. p.174.

Supra Ius humanum poſitiuum eſt. T.4.D.4.n.23. p.179.

Liberam habet adminiſtrationem in Beneficiis. T.4. D.12.n.2. p.213.

Solus Papa alterare poteſt vſum eorum, quæ religioſis locis donata ſunt. T.5.D.11.n.2. p.242. & n.4. p.243.

Solus ipſe poteſt vltimas commutare voluntates. n.3 ibid.

Supremam habet adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum. T.7.S.1.D.6.d.2.n.9.p.271.

Obligationem, quam quis alteri tenet ad certum quid Eccleſiaſticum, tollere poteſt de plenitudine poteſtatis. T.7.S.1.D.6.d.2.n.9.& 12. ibid.

Sine cauſa poteſt, in ſententia Borgaſij Eccleſiaſticos, ſuis iuribus Eccleſiaſticis priuare. n.10. & 12. ibid.

Non tamen poteſt bona temporalia, aut Laïcalia auferre. n.10. ibid.

Plenariè vices Chriſti gerit in tota Eccleſia. n.11. & 12. ibid.

Habet plenitudinem poteſtatis diſpenſandi in omnibus diſpenſabilibus votis. n.11.& 12. ibid.

Papæ electio à paucioribus, quàm à duabus Cardinalium partibus facta, nulla eſt; legitima, ſi à duabus partibus. T.8.D.2.S.2.d.6.n.5.p.341.

Pœna, quibus ſubiacent, qui electioni à duabus partibus factæ non aſſentiuntur, recenſentur. n.5. ibid.

Papa eſt Epiſcopus totius vniuerſalis Eccleſiæ: Epiſcopus Epiſcoporum: Ordinarius Ordinariorum: & habet totum orbem pro Diœceſi. n.2. p.340.

Si Romæ decedat inelecta Sepultura, & abſque Sepulchro Maiorum ſuorum, in Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis, tumulari debet. n.1. ibid.

Si extra Romam reſideat cum ſua Curia, & ibi decedat ſine electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum, in Eccleſia Maiori illius loci, ſepeliendus eſt. n.2. ibid.

Si extra locum Curiæ mori contingat, transferendus eſt ad locum vbi reſidet Curia. n.3.p.341.

Si abſens electus in itinere decedat, in Maiori Eccleſia loci in quo obierit, tumulandus eſt. n.5. ibid.

Si Papatu abdicato Romæ decedat, in Eccleſia Lateranenſi eſt ſepeliendus. n.7. ibid.

Si autem extra Romam moriatur, in Eccleſia Maiori loci defunctionis humabitur. n.8. ibid.

Abſque beneplacito Regum, & Dominorum temporalium, poteſt Papa ſuam exercere iuriſdictionem Pontificiam in eorum territoriis. num.2. p.340.

Funeralia Summi Pontificis, quibus expenſis fieri debeant, declaratur. T.9. S.2. §.1.n.1. & ſeqq. p.365.

Parochia. Parochialis. Parochianus. Parochus.

Parochia, quaſi partitio Curæ dicitur. T.4 D.6. n.9 p.198.

Non poteſt Parochus impedire, ne quis ſepeliatur in Sepultura à ſe electa, in loco Sepulturæ capaci. T.7 S.1.D.1.n.10.p.257.

Si vocatus ad funus ſepeliendi extra Parochiam, accedere recuſet Parochus, aut licentiam dare nolit, licitè ille ſepeliri poterit, abſque Parochi interuentione. n.10. ibid.

Ius Parochi eſt mortuos Parœciæ ſuæ Eccleſiaſticæ tradere Sepulturæ. T.7.S.1.D.6.d.1.num.13. p.268.

Parochus inducens ad eligendam Sepulturam in propria Eccleſia Parochianum, aut ad illam non mutandam, graues pœnas incurrit. n.4.p.267.

Et nulla eſt electio facta etiam ex ſuggeſtione. n.12. p.268.

Parochus, qui violenter corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, vel funus ſpoliauit, antequam veniret ad manus eorum, quibus debebatur, Ius, quod habebat, amittit. T.7.S.1. D.6.d.2. n.5. p.267.

Nequit Parochus impedire, ne Pater, Filium impuberem, in Eccleſia, quam maluerit, ſepeliat. T.7.S.2.D.9.§.1.n.7.& 8. p.301.

Parochialis Eccleſia, Ius habet ad tumulandos Parochianos decedentes ſine Sepultura Maiorum, vel abſque alterius electione. T.7.S.4.D.12.n.4. p.314.

Impedire non poteſt Parochus, ne Parochiani elegant Sepulturas in Eccleſiis Regularium priuilegiatis. n.13.p.315.

Ab his, qui ſepeliuntur in Eccleſiis Regularium, maiorem eleemoſynam quàm ab iis, qui in Eccleſia propria, aut in aliis Clericorum tumulantur, minimè exigere poteſt Parochus. n.14. & ſeqq. p.316.

Si in Indiis maiorem exigat eleemoſynam, in excommunicationem incurrit Papæ reſeruatam. n.15. ibid.

Tenetur aſſociare cadauera, quæ in Eccleſiis ſepeliuntur Regularium, vſque ad dictas Eccleſias, niſi legitimè impeditus ſit. n.21.p.317.

Si non impeditus, huic non interueniat aſſociationi, emolumenta aſſociationis percipere non poteſt, etſi percipere valeat, quæ propter Ius parochiale contingunt. n.20. ibid.

Illa propriè alicuius Parochia dicitur, intra cuius territorium Domicilium habet Habitationis, non intra quod Originis obtinuit Domicilium. T.8.D.2.S.1.n.10.p.332.

Quoad Sacramenta, & Sepulturam acquiritur Parochia per ſolam habitationem per tempus notabile, abſque Domicilij acquiſitione. n.14. & ſeq.p.333. Secus, quo ad alia. n.18.& ſeqq.p.334.

In habitatio pro breui tempore in aliquo loco, conſtituit Parochianum illius, ſi bona fide receſſit inhabitans à propria Parochia, ad quam commodè accedere non poteſt ad recipienda Sacramenta, aut Sepulturam; ſecus ſi mala fide. T.8. D.2.S.1.d.2.n.1. & ſeqq.p.336.

Domus, in confinio duarum Parochiarum exiſtens, illius erit Parochiæ, ad quam habet portam principalem, & cuius aditus eſt magis frequentatus. T8.D.2.S.1.d.4.n.3.p.338.

Parochialis Eccleſia, fundat intentionem ſuam, ſuper omnibus obuentionibus ſpiritualibus intra Parochiam prouenientibus. ibid.d.5.n.5.p.339.

Tam

Tam de Iure Parochi eſt Ius Sepulturæ, quàm Ius Sacramentorum. cod.d.5.n.3.ibid.

Doctores, Scholares, & alij illius Eccleſiæ Parochiani cenſentur, in cuius loco moras trahunt, & ibi tumulari debent in defectu Sepulturæ propriæ, & Maiorum. T.8.D.2.S.2.d.26.n.1.p.354.

Parricidium.

Si Patrem occidat Filius, quem ipſe expoſuerit Pater, Parricidij crimine non tenebitur, ſed pœna ordinaria homicidij punietur. T.8.D.2.S.2.d.28. n.3.p.355.

Pars.

Eadem ratio eſt in parte, quoad partem, quàm eſt in toto, quoad totum. T.8.D.2.S.1.d.5.num.4. p.339.

Paruitas materiæ.

Materiæ Paruitas, admittitur à grauiſſimis Doctoribus, in materiis Iuramenti, Luxuriæ, Simoniæ, & vſuræ, à mortali excuſans culpa. T.8.D.2.S.1. d.3.n.4.5.6. & 7. p.337.

Pater.

Patrem poſſe vendere Filium propter neceſſitatem, ait quædam Gloſſa. T.8.D.2.S.2.d.11. num.5. p.347.

Patena.

Materia Patenæ, ſicut & Calicis, debet eſſe aurea, argentea, vel ſtanea. T.2.D.10.n.1.p.137.

Amittit conſecrationem, quando ita frangitur, vt commodè continere non veleat Corpus Chriſti ſub panis ſpecie. n.1. ibid.

Per aliquos ictus, non exſacratur, ſi tamen notabiliter non frangatur, aut ſuperficiem, quæ Corpus Domini tangit, mutet. n.5.6. & 7.p.138.

Exſacratur quando denuo auro tegitur. n.10.p.139. n.19. & 20. p.141.

Non amittit conſecrationem, quando paulatim aurum ſuperficiei deperditur. n.11.p.139.

Statim ac Patena non conſecrata Corpus recipit Domini, altiori conſecratur modo. à n.12.ad 18. ibid.

Vt licitè prima vice deſeruiat Patena, prærequiritur in ea conſecratio; poſtea alia non eget conſecratione, quàm acquiſita per contactum corporis Domini. n.13. ibid.

Ideo conſecratur Patena, vt ad dictum contactum habilis reddatur. n.15.19.& 20. p.140.141.

Non conſecratur tota illius materia, ſed ſolum ſuperficies, quæ Corpus Domini tangit. n.19. & 21. p.141.

Pars Patenæ conſecrata, alias ſuas non conſecrat partes. n.22. ibid.

Patria poteſtas.

Patriam poteſtatem habet Pater, non autem Mater. T.4.D.7.n.9. p.202.

Nulla quamuis longæua ætate Filij, Patria diſoluitur poteſtas. n.9. ibid.

In ſpiritualibus Patria poteſtas non attenditur. T.7. S.2. §.12. num.3. Diſquiſitionis octauæ. p.300.

Ciuilis eſt, & non ſe extendit ad ſpiritualia. T.7. S.2.D.9.§.1.n.5.p.301.

Tribus ſoluitur modis: morte naturali; aut Ciuili; & per adeptionem magnæ dignitatis. T.7.S.2. D.9.§.2. n.1.p.302.

Paſchalis PP. II.

Ex Benedictino Monacho, Pontifex fuit creatus anno 1099. T.3.D.3.n.16.p.155.

Paſſus.

Menſura eſt quinque pedum. T.1.D.7.n.6.p.38.

Paſtophoria.

Idem ſignificat, quod Thalamus, ſeu interius Cubiculum, Domicilium Præpoſiti Templi. T.2. D.7.n.27.p.123.

Patronus.

In Sacramentorum adminiſtratione, in viſitatione ornamentorum Eccleſiæ, in bonis ſtabilibus eius, aut in prouentibus fabricarum, ſe ingerere non poſſunt, Patroni, niſi in fundatione, ac inſtitutione cautum ſit. T.4.D.5.d.1.n.19.p.192.

Honores, Iura, & onera Patronorum recenſentur, T.5.D.5.n.2.& 3. p.235.

Per Sepulchri conſtructionem in Eccleſia patronata, nec detrahitur aliquid honoribus, & Iuribus Patronis debitis, nec onere vllo Patronus grauatur. n.2. ibid.

Idem dicendum, quoad vtrumque, quando Capella, ſine Patroni conſenſu, in Eccleſia conſtruitur patronata. n.4.p.236.

In limine fundationis poteſt Patronus conditiones ſibi benè viſas, etiam contra Ius apponere. T.5. D.8.n.3.p.232.

Non poteſt apponere etiam in limine fundationis Eccleſiæ conditiones à Iure reprobatas. n.4. ibid.

Alia Vide verbo *Beneficium*, & *Ius patronatus*.

Peccare. Peccator. Peccatum.

Nullum datur peccatum, quod non ſit voluntarium, & liberum. T.2.D.1.d.5.n.3.p.56.

Actiones aliarum facultatum à voluntate, non ſunt peccata, nec malitiam habent moralem, niſi pro eo tempore, quo imperio ſubſunt voluntatis, & quo ab iſta poſſunt reuocari. n.3. ibid.

Si à voluntate habuerint exordium, & reuocari non poſſunt, erunt peccati effectus, non peccata: quia non continuatur libertas ad peccatum neceſſaria. n.3. ibid.

Irrationabilia peccare non poſſunt, cum libero arbitrio, & voluntate careant. T.2.D.3.d.1.n.3.verſic. *nec peccare poteſt*. p.84.

Peccator, in lethali decedens culpa, à nemine iuuari poteſt eleemoſynis, orationibus, aut Sacrificiis. T.3.D.3.n.28. verſic. *Conſultò Dixi* p.156.& n.29.p.157.

Regula ad diſcernendum numerum peccatorum interruptorum aſſignatur. T.7.S.1.D.6.d.11.n.6. & 7. p.284.

In inueſtigando numero peccatorum interruptorum Confeſſarius ſeſe ſcrupulosè gerere non debet. n.7. ibid.

Qui contra rationem, contra inſtitutionem, aut contra conſuetudinem operatur, peccat. T.7.S.4. d.12.n.7.p.314.

Pecta.

Qui rem habet in Pectam, Ius habet in ea, & actio vtilis ei competit. T.4.Pr.n.15.p.161.

Dominus rei dicitur, ſed non proprietarius. n.16. ibid.

Plura de Pectæ qualitatibus, & effectibus, ſcitu digniſſima traduntur. n.11.& ſeqq. ibid.

Qui rem habet in Pectam, impedire poteſt, ne Dominus illa vtatur. T.4.D.1.n.5.p.163.

Pectæ in Nauarræ Regno, perſonales ſunt. num.14. p.164.

Filij Villanorum degentes in locis Domini parentum ſuorum ei debent pectam ſoluere, etiamſi bona ipſi vlla non habeant. n.14. ibid.

Villani, nullas possunt habere terras, de quibus pectam Domino non persoluant suo. n.15.ibid.
Pecta, regale tributum est: soluitur enim pro terris. n.17.p.165.
Est tributum mixtum: personale scilicet, & regale: quia pro personis soluitur, & rebus. ibid.
Afficit in Nauarræ Regno, personas, & bona. n.18. ibid.
Qui pectam soluit, vassallus eius est, cui illa soluitur. n.18.ibid.
Pecta soluitur in recognitionem Dominij, & Vassallagij. n.22.p.166.

Pellizarius.

Recensetur, & eius doctrina, circa viuæ vocis Oracula. T.2.D.9.n.22.p.131.

Perceptio annualis.

Annua perceptio partis fructuum alicuius hæreditatis, vel termini, arguit dominij proprietatem istius, in percipiente. T.4.D.1.n.12.p.164.
Qui partem hanc fructuum alteri præstat, videtur terram ab eo accepisse. ibid.
Huiusmodi præstatio, in percipiente supponit dominium proprietatis. ibid.
Dominium terræ, comprobatur esse penes eum, cui per longi temporis cursum, annua fructuum pensio fuerit persoluta. n.22. p.166.

Peregrinus.

Ille Peregrinus est, qui per aliena loca peregrè proficiscitur. T.8.D.2.S.1.d.5.n.1.p.338.
Peregrini decedentes absque Sepulturæ electione, & sine Sepultura Maiorum, ad quam commodè transferri queant, sepeliri debent in Ecclesia Parochiali loci, in quo decedunt. n.2.p.339.
Peregrinis transeuntibus per Parochiam suam, potest quilibet Parochus, in necessitatis casu, Sacramenta ministrare. n.3.ibid.

Periculum.

Imminens periculum, ius immutat commune. T.8. D.2.S.2.d.11.n.3.p.347.

Pes.

Est mensura quindecim digitorum. T.1. D.7. n.6. p.38.

Petrus Lombardus.

Floruit Petrus Lombardus, Magister Sententiarum, anno 1140. T.3.D.3.n.29.p.157.

Peyrinus.

Laurentius de Peyrinis, circa viuæ vocis Oracula, refertur. T.2.D.9.n.7.p.129.

Pietas.

Maior Pietas non adest, quàm quæ defunctis fit, in Sepultura præstanda. T.4.D.3.n.9.p.170.

Pignus.

Sine traditione, aut apprehensione, ex sola conuentione, vel legis dispositione ius acquiritur pignoris. T.4.Pr.n.12.p.161.
Vendi potest pignus, si debitor, illius Dominus noluerit, aut non potuerit debitum soluere. n.18. ibid.
In pignore ius habet creditor, & ei actio vtilis datur. n.15.18.ibid. & n.20.p.162.

Pollicitatio.

Est oblatio vnius, ab alio non acceptata, seu solius offerentis promissio. T.5.D.4.n.15.p.235.
Actionem producit pollicitatio de Iure Canonico, vt qui pollicetur, cum effectu compellatur promissum adimplere. n.1. p.133. n.4. p.134. & n.5. p.135.
Est necessario adimplenda, esto scriptura, aut alia solemnitate munita non sit. n.15.ibid.
Stipulatio necessaria non est, vt pollicitatio obliget. ibid.

Pollutio loci sacri.

Pollutio reconciliationem exigens, non contrahitur per actionem illius inductiuam in claustro factam superiori, in Dormitorio, aut in Officina Regularium, etiam benedicta, si non sit ad diuina destinata. T.2.Pr.n.5.p.40.
Loci sacri pollutio, se habet instar censuræ interdicti. n.8.ibid.
Introducta est Iure Ecclesiastico, vt Sacrum, & diuina in loco sacro non celebrentur, nec cadauera tumulentur quando actio in eo facta, in grauem cedit illius irreuerentiam. Et in hac consistit prohibitione. n.8.ibid.
Locus sacer, per nullam actionem verè polluitur, sed ad fidelium terrorem, tanquam pollutus habetur. n.9. & 10. p.40. & 41.
Differt pollutio, ab exsacratione, & violatione. n.11. & 12. p.41.
Incurritur quando materiali forma, & figura manente, tale scelus in loco sacro patratur, quod veluti à loci sanctitate alienum, fidelibus horrorem ingerit, & scandalum. n.11.ibid.
Pollutio consecrationem, aut benedictionem loci non tollit: ideo noua non indiget, sed reconciliatione. n.12.ibid.
Per nullam actionem, quæ in Iure expressa non sit, pollutio inducitur, aut saltem consuetudine non introducta. n.13.14. & 15. ibid.
Pollutio loci sacri, debet tanquam odiosa restringi. n.13.ibid.
Inducitur tam loco consecrato, quàm benedicto. n.16. p.42.
Locus sacer directus, sine reparationis spe, per nullam polluitur actionem. n.17.ibid.
Non inducitur pollutio, per actionem aliquam, quæ notoria, voluntaria, iniuriosa, & intra locum sacrum facta non sit. n.27. & seqq. p.44.
Occulta est pollutio, non solum quando probari non potest, quia nulli interfuerunt, sed etiam quando interfuerunt, sed non publicarunt; dummodo tamen tot non sint, qui multitudinem constituant. T.2. Pr.§.2.n.62.p.51.
Per homicidium, polluitur locus sacer. T.2.D.1.n.1. & seqq. p.52. *Pollutio ex homicidio causa.*
Si tamen sit iniuriosum. n.4. p.53. Si voluntarium. n.5.ibid. Si notorium. n.6.ibid: Si per sententiam Iudex factum declarauerit. n.7.ibid.
Inducitur pollutio, per martyrium, in loco sacro perpetratum. T.2.D.1.d.2.n.1. & seqq. p.54.
Non polluitur locus sacer, ex passione Sancti, sed ex actione mortem inferentis: illa enim est grata, & meritoria; ista verò sacrilegè peccaminosa. n.2. & 3. ibid.
Per mortem in loco sacro illatam ex sententia iusta, ille polluitur. T.2.D.1.d.3.n.1.2.ibid.
Fallit quando Reipublicæ perturbator, alitet capi non potest. n.3. p.55.
Locus sacer, per suicidium, & per effusionem proprij sanguinis polluitur. T.2.D.1.d.4.n.1.& seqq. ibid.
A Iure inducta est pollutio loci sacri, in detestationem actionis in illo, contra reuerentiam illi debitam, factæ. n.3.ibid.
Non inducitur per homicidium, aut suicidium rationis vsum præueniens. T.2.D.2.d.5.n.1.p.56.
Non inducitur per homicidium, quod iniuriosum non sit, & iniustum. n.2.ibid.
Inducta est à Iure pollutio loci sacri, non tam in perso

perſonarum gratiam, quàm in deteſtationem actionis factæ in loco ſacro contra honorem, & reuerentiam illi debitam. T.2.D.1.d.6.num.2. p.57.

Ita pollutus cenſetur locus ſacer per homicidium Pagani,&c. in eo factum,ac per Fidelis homicidium. n.1. ibid.

Per homicidium factum in loco ſacro dando operam rei illicitæ, etiamſi in ſe illud volitum non ſit,locus ipſe pollutus cenſetur.Declaratur exemplis. T.2.D.1.d.7.n.1.p.57.

Fallit in caſu, quo homicidium ſit omnino caſuale. n.2.p.58.

Per homicidium in loco ſacro factum ab eo, qui extra illum exiſtit, illi pollutionem inducitur. T.2,D1.d.8.n.1.ibid.

Non polluitur locus ſacer, ſi quis in eo exiſtens, extra illum exiſtentem occidat. T.2. D.1. d.9. n.1. p.58.

Pollutionis pœna, quia odioſa, non extenditur ad partes extrinſecas loci ſacri. T.2. D.1. d.10.n.5. p.59.

Non polluitur locus ſacer per homicidium factum ad ſui, aut proximi defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ.T.2.D.1.d.11.n.1.& ſeq. p.60. Secus ſi excedatur moderamen.n.7.p.61.

Polluitur tamen, ſi prius occiſus effuſionem ſanguinis, per vulnus occiſori illatum, cauſauit.n.8. ibid.

Non polluitur locus ſacer per homicidium in eo cauſatum, ſi extra illum mors ſequatur. T.2. D.1.d.13.n.1.2.& 3.p.62.

Nec polluitur ſi membra in eo conterantur, mors autem,aut effuſio ſanguinis ibi non ſequatur.n.2. ibid.

Non polluitur per mortem factam ſupra tectum, infra pauimentum, aut ad parietem exteriorem. T.2.D.1.d.14 n.1.p.63.

Iura pollutionem indicentia, odioſa ſunt,& reſtringenda.T.2.D.1.d.15.n.2.ibid.

Si quis moriatur in loco ſacro ex vulnere extra eum accepto, ille pollutus non cenſetur.n.1.ibid.

Nec pollutus cenſetur, per homicidium extra eum factum, in executionem ſententiæ in eo latæ. T.2.D.1.d.16.n.1.p.64.

Ideò ex homicidio pollutio ſequitur ſacro loco, quia homicida actionem iniurioſam in illo exercuit. T.2.D.1. d.17. n.2. verſic. Ratio autem. p.65.

Per nullius animalis irrationalis mortem, in loco ſacro factam, pollutus ille cenſetur. num.1. p.64.

Pet iniurioſam ſanguinis effuſionem, locus ſacer polluitur. T.2.D.2.n.1.& ſeqq.p.65.

Polluta Eccleſia, pollutum cenſetur Cœmeterium illi contiguum. n.5.p.66.

Non polluitur locus ſacer per effuſionem ſanguinis non iniurioſam. n.8.p.67.

Neque per effuſionem ſanguinis alterius, quàm hominis. n.9. ibid.

Non quælibet ſanguinis emiſſio, eſto illa iniurioſa ſit, ſufficit ad inducendam pollutionem loco ſacro, ſed requiritur, quod effuſio ſit, quæ largitatem oſtendit, non modicam fuſionem. n.11.& 12. ibid.

Quanta autem debeat eſſe hæc largitas, ſeu quantitas, arbitrio viri prudentis relinquitur. n.15. p.68.

Actio per quam cauſatur ſanguinis effuſio, vt pollutionem inducat, debet eſſe voluntaria, iniurioſa, & notoria: & non ſolum quoad effuſionem debet eſſe notoria, ſed de eo quod voluntaria, & iniurioſa fuerit.n.16.ibid.

Non ſufficit quælibet notorietas, ſed quæ habetur ex Iudicis ſententia, declarantis pollutionem proceſſiſſe ex hoc,vel illo delicto. n.17.18. & 20. ibid.

Pollutio loci ſacri impedit, ne in eo Diuina celebrentur, aut cadauera ſepeliantur, antequàm reconcilietur.n.5.p.66 & n.18.p.68.

Non inducitur pollutio Eccleſiæ per Sepulturam Hæretici notorij, qui non ſit denunciatus excommunicatus.n.18.& 19. ibid.

Neque per Sepulturam Fidelis excommunicati notorij, ſi tamen non ſit denunciatus, aut notorius Clerici percuſſor.n.19.ibid.

Pollutionis pœna, eſt inſtar cenſuræ interdicti, & veluti cenſura, ſententiam requirit iudicis. n.20. ibid.

Pollutio loco ſacro non inducitur per effuſionem copioſam ſanguinis naturaliter ab ore, vel naribus. T.2.D.2.d.1.n.1.p.69.

Actio pollutionem inducens, ita iniurioſa eſſe debet, vt mortalis ſit eius iniuria, in ratione peccati.n.2.ibid.

Non cauſatur loco ſacro pollutio per emiſſionem ſanguinis in eo, remedij, & ſanitatis gratia factam. T.2.D.2.d.2.n.1.p.69.

Si ex caſuali percuſſione, ſanguis effundatur in loco ſacro, iſte non polluitur. T.2.D.2. d.3.n.1. p.70.

Per ſanguinis effuſionem ex ludo, aut ioco licito, & licitè in loco ſacro facto contingenti, pollutus ille non cenſetur. T.2. D.2.d.4.n.1. & 2. ibid.

Secus ſi illicitè: quia actio periculoſa: & quia non fuit adhibita conueniens circunſpectio, ne talis ſequeretur effuſio.n.3. ibid.

Si abſque dolo, & culpa notabili effuſio ſanguinis in loco ſequatur ſacro ex repræſentationibus ſacris in eo factis, pollutus ille non cenſetur. T.2.D.2.d.5.n.1.p.71.

Per effuſionem ſanguinis, aut mortem præter intentionem ſequutam in loco ſacro, ex repræſentationibus profanis in eo factis, pollutus ille non cenſetur. T.2. D.2. d.6. num.1. & 2. p.71.

Actio pollutionis inductiua non eſt, quæ non eſt mortaliter peccaminoſa in ratione percuſſionis, eſto aliàs mortalis ſit. n.2. verſic. *Probatur concluſio.* ibid.

Per effuſionem ſanguinis in magna quantitate de naribus, auricula, aut ore, etiam mortalem in ratione offenſæ, pugno, alapa, & ſimilibus, non ita grauem in ratione percuſſionis, locus non polluitur ſacer. T.2. D.2. d.7.num.1. p.72.

Verum tenet, etiamſi percuſſus maior ſit quatuordecim annorum. n.3. ibid.

Si tamen grauis ſit, adhuc in dictis partibus percuſſio, qua talis, effuſio ſanguinis polluet locum in quo fuerit facta. n.2. ibid.

Non inducitur pollutio loco ſacro per magnam ſanguinis effuſionem, nec per homicidium cauſatum ab eo,qui ſe defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ. T.2.D.2.d.8.n.1.p.73.

Nec inducitur pollutio loco ſacro, per magnam effuſionem ſanguinis defuncti ab inimico cauſatam in illo, per vulnus illi in Eccleſia illatum. T.2.D.2.d.9.n.1. ibid.

Causa vnica pollutionem loco sacro inducens, est Ecclesiæ Lex, non maior culpæ grauitas. n.4.p.74.

Per effusionem sanguinis è vulneribus occisi, ad occisoris præsentiam factam in loco sacro iste non polluitur. T.2.D.2.d.10.n.2.& 3. ibid.

Non inducitur pollutio loco in quo vulnus fuit illatum, si sanguis extra illum fluat attento Iure; secus attenta plurium Doctorum sententia. T.2. D.2.d.11.n.1.& seqq.p.74.

Homicidium, locum sacrum non polluit, si causa mortis in eo data est, & mors extra illum sequatur. n,2.p.75.

Pollutio inducitur per effusionem sanguinis ex vulnere iniurioso in loco sacro facto, etiamsi in terram non cadat, sed in vase recipiatur ille. T.2. D.2.d.12.n.1.p.76.

Non inducitur per sententiam in loco sacro latam, dummodo extra illum executioni mandetur. T.2. D.2.d.13.n.1. ibid.

Per sanguinem Martyris Ecclesia polluitur. T.2. D.2.d.14.n.1.p.76.

Ex effusione sanguinis facta in loco sacro, ex percussione iaculo ab eo facta, qui extra illum existit, pollutus ille censetur. T.2.D.2.d.15. num.1 p.77.

Per mortem, & per effusionem iniuriosam sanguinis; grauem in ratione percussionis, ab ipso causatam patiente in loco sacro, pollutus iste censetur. T.2.D.2.d.16.n.1.& seqq.ibid.

Pollutio loci sacri à Iure indicta est, non tam in gratiam personarum, quibus irrogatur iniuria, quàm in detestationem actionis in illo factam, contra reuerentiam ipsi debitam. n.3.ibid.

Per effusionem sanguinis Pagani, Hæretici, &c. in loco sacro, polluitur iste. T.2.D.2.d.17.n.1.p.78.

Quantumuis iusta sit iudicis sententia, si, in vim illius, sanguis in loco sacro effundatur, pollutus ille censeri debet. T.2.D.2.d.18.n.1.p.79.

Sanguis effusus extra externum loci sacri ambitum, illum non polluit. T.2.D.2.d.19.n.1.ibid.

Vt pollutio loco inducatur sacro ratione percussionis, ista mortalis debet esse in ratione peccati,& grauis in ratione percussionis. T.2.D.2.d.21. n.1.p.80.

Probabilius est locum sacrum non pollui per percussionem tam grauem vt ossa frangantur, si nec mors nec sanguinis sequatur effusio. num. 2. ibid.

Probabilitate tamen non caret contrarium. num.4. ibid.

Vbi consuetudo viget, vt locus sacer, in quo percussio grauis fit citra mortem, & sanguinis effusionem, pollutus censeatur, seruanda est. num.5. ibid.

Pollutus non censetur locus sacer nisi in casibus in Iure expressis. n.5. Vel in casu consuetudinis. p.80.

Per menstrua mulierum in loco sacro fluentia, pollutus iste non censetur. T.2. D.2.d.10. num.1. p.79.

Pollutio ex effusione seminis. Per quamcumque seminis humani effusionem voluntariam in loco factam sacro, pollutus iste censetur. T.2.D.3.n.1.& seqq.p.81.

Non polluitur per seminationem alterius animalis, quàm hominis vtriusque sexus. num.3.& 5. ibid.

Ad loci sacri pollutionem, non sufficit vnius, aut alterius guttæ seminis emissio, dummodo consummata non sit, sed copiosa esse debet. n.7.8. & 9. p.82.

Vt illum polluat seminis effusio, ista esse debet voluntaria, iniuriosa, & mortalis. n.6. ibid.

Debet etiam intra ambitum loci sacri fieri. num.10. ibid.

Debet esse notoria effusio, vt pollutus censeatur locus sacer. n.12. ibid.

Incipit censeri pollutus, à tempore, quo fit notoria seminis effusio. n.12.ibid.

Dum illa notoria non est, ab illam scientibus, non debet locus sacer haberi pro polluto. n.13. p.82.

Per adulterium locus polluitur sacer. n.15.p.83.

Per nullius animalis irrationalis coitum, in loco sacro habitum, ille polluitur. T.2.D.3.d.1.n.1. & seqq. ibid.

Pollutio loci sacri in pœna consistit prohibitionis vtendi illo ad Diuina, donec reconcilietur. n.2. ibid.

Non censetur pollutus locus sacer per effusionem seminis in somniis factam. T.2.D.3.d.2.num.1. p.84.

Non inducitur pollutio loco sacro, ex pollutione in se inuoluntaria, etiamsi ex culpa contingat præcedente, aut post ipsam delectatio sequatur peccaminosa. T.2.D.3.d.3.n.1.p.85.

Nec inducitur per seminis effusionem ex infirmitate contingentem. T.2.D.3.d.4.n.1.& seq. p.86.

Inducitur per culpabilem effusionem, etiamsi in terram non cadat semen. n.3. & 4. & d.7.n.2. p.86.

Per effusionem seminis hominis à mente alienati, non polluitur locus sacer. T.2.D.3.d.5.n.1. p.87.

Neque polluitur per pollutionem in somniis factam, indirectè voluntariam. T.2.D.3.d.6.n.1. ibid.

Neque per pollutionem, quam Confessarius patitur, Confessiones audiendo. n.1.ibid.

Si actus luxuriosus fiat in loco sacro, & extra illum sequatur seminis emissio, rigore Iuris attento, ille non polluitur; secus Doctorum attentis doctrinis. T.2.D.3.d.8.n.1.p.88.

Iura omnia indicentia loco sacro pollutionem, ob seminis effusionem, recensentur. n.2.ibid.

Per effusionem seminis extra corpus loci sacri factam, iste non polluitur. T.2.D.3.d.9.n.1.p.88.

Explicatur, quod sit loci sacri corpus. n.1.ibid.

Multi explicantur casus, in quibus polluitur locus sacer, quia actus inductiui pollutionis, intra illius corpus fiunt. n.2.p.89.

Explicantur etiam multi, in quibus non polluitur, quia extra illius corpus fiant dicti actus, pollutionis inductiui. n.4.& seqq.ibid.

Non inducitur pollutio loci sacri per actum coniugalem, quando ex necessitate coguntur coniuges in illo diu permanere, & in eorum aliquo adsit incontinentiæ periculum. T.2.D.3.d.10.n.1. p.89. & n.8.p.91.

Immò, esto absit tale periculum, dummodo ibi cogantur diu permanere. n.10.& 11.

Necessitate tamen cessante diu ibi permanendi coniuges, per eorum coitum locus polluitur sacer. n.14.p.92.

Pollutio, ex humatione profani cadaueris. Per humationem profani cadaueris in loco sacro, pollutus iste censetur. T.2.D.4.n.1. & seqq.

Amplia, etiamsi desit in omnibus sepelientibus culpa. n.12. ibid.

Debet tamen esse talis humatio notoria. num.13. ibid.

Non inducitur pollutio loco sacro per humationem suspensi, interdicti, aut alterius quàm excommunicati

municati non tolerati, Hæretici non tolerati, Pagani, & non baptizati. n. 8. p. 91.

Nec inducitur per excommunicati Sepulturam qui non sit notorius Clerici percussor, aut per Iudicis sententiam excommunicatus denunciatus. T. 2. D. 2. d. 4. n. 1. p. 94. & d. 2. n. 1. p. 95.

Non inducitur per humationem in duello occisi, quamuis ille sit excommunicatus, & Sepultura priuatus. n. 3. & 4. dicti d. 1. ibid.

Per humationem Hæretici notorij, qui non est denunciatus excommunicatus pollutio non inducitur. T. 2. D. 4. d. 3. n. 1. p. 96.

Inducitur tamen per humationem Hæretici denunciati excommunicati. n. 3. ibid.

Inducitur per humationem hominis non baptizati, etiamsi infans sit, & Fidelis Filius. T. 2. D. 4. d. 4. n. 2. & 3. p. 97. & d. 5. n. 1. & seqq. p. 98.

Per humationem infantis mortui in vtero matris, & & cum matre simul sepulti, locus non polluitur Sacer. T. 2. D. 4. d. 6. n. 1. & seqq. p. 99.

Si viuus incluſus in ventre matris mortuæ sepeliatur, polluetur locus Sacer. n. 2. ibid.

Vix accidere potest iste casus, cum statim mortua matre, fœtus suffocetur. n. 3. ibid.

Non polluitur locus Sacer per Cathecumeni Sepulturam. T. 2. D. 4. d. 7. n. 1. p. 100.

An sequatur Pollutio, ex benedictione, aut consecratione per excommunicatum.

Non inducitur pollutio loco sacro, ex eo quod consecretur, aut benedicatur per Ministrum excommunicatum denunciatum, aut notorium Clerici percussorem. T. 2. D. 5. §. 2. n. 3. & seqq. p. 101. & §. 3. n. 11. & seqq. p. 103.

Ex sola Iuris dispositione prouenit loci sacri pollutio. dicto §. 3. n. 11. ibid.

Ad pollutionem loci sacri non attenditur maior actionis grauitas, nec scandalum ex illa procedens, sed præcisè Iuris Canonici dispositio. T. 2. D. 5. §. 4. n. 13. p. 104. & n. 15. 16. & 17. p. 105.

Non censetur pollutus per humationem suspensi, & interdicti. n. 15. ibid.

Solum censetur pollutus ex Iuris dispositione, per homicidium, effusionem sanguinis, & seminis, & per humationem excommunicati denunciati, & notorij, percussoris Ecclesiastici. n. 15. ibid.

Polluta non censentur Altaria, Calices, Patenæ, ac vestes sacræ quibus excommunicati non tolerati, & degradati celebrant, nec indigent benedictione, aut reconciliatione. n. 17. ibid.

Polluta Ecclesia, polluitur Cœmeterium ei contiguum. T. 2. D. 5. §. 5. n. 48. p. 12.

Pollutio loci sacri, supponit illum sacrum: id est consecratum, aut benedictum. ibid. n. 50. p. 113. Pollutio loci sacri, omnes eius afficit partes, cum eius corpus sit vnitum, & indiuisum. T. 2. D. 7. n. 1. 3. 4. p. 120. 121.

Per reconciliationem tollitur pollutio Altaris, & loci sacri. T. 2. D. 11. n. 1. p. 144.

Vide verbo *Altare. Ambo. Campanile. Chorus, Confessionaria. Cœmeterium. Cryptæ. Cubiculæ. Ecclesia. Meniana. Porta Ecclesiæ. Propylæi. Sacristia. Scala. Sedes. Sepulchrum. Tectus.*

Pollutio venerea.

Qui nimis bibit, aut comedit, vel calida eo fine, vt eueniat pollutio in somniis, mortaliter peccat in genere Luxuriæ. T. 2. D. 3. d. 2. n. 3. & seqq. p. 84.

Qui vt gulæ satisfaciat, nimis bibit, aut comedit, peccatum Luxuriæ non committit, etiamsi præuideat euenturam pollutionem in somniis. ibid.

Pollutio nocturna, ex quibus procedat causis. n. 7. p. 85.

Eucharistia sumi potest post pollutionem in somniis. n. 7. ibid.

Missam celebrare, quæ pollutio impediat nocturna. n. 7. ibid.

Pontificale. Pontificalia.

Clementis Papæ Octaui Pontificale, vim Legis habet. T. 1. D. 2. n. 2. p. 3.

Pontificales functiones, nemo in aliena Diœcesi exercere queit, nisi de Papæ, aut de Diœcesani licentia. n. 2. ibid.

Aut habentis quidem iurisdictionem in loco. T. 1. D. 2. n. 1. & 2. p. 29. Plura circa Pontificalia scitu digna, Vide in dicta Disq. & in eius Dubiis.

Extra proprium territorium Pontificalia exercens, & in non subditum, ab illorum suspenditur exercitio: & ab eo ordinatus, ab Ordinum suspenditur vsu. T. 1. D. 3. n. 14. p. 11.

Abbates nostri, illa exercere possunt in annexis suis. n. 13. & 14. p. 10. 11.

A nemine exerceri possunt vbi iurisdictionem non habet Episcopalem, aut quasi, nisi illorum vsum habeat, & licentiam inibi iurisdictionem illam habentis: aut vtrumque habeat à Iure, vel priuilegio. T. 1. D. 3. d. 1. §. 1. n. 1. p. 16. & n. 34. p. 24.

Illa Abbates exercent, & vbi n. 33. p. 24. n. 37. & seqq. p. 25.

Insignia Pontificalia recensentur. T. 1. D. 3. p. 31. & D. 4. n. 1. p. 33.

Pœna.

Non irrogatur, nisi expressè contineatur in Iure. T. 2. Pr. §. 1. n. 13. p. 41. Et exprimatur, quod sit imponenda. D. 8. n. 4.

Non obligat ante iudicis sententiam declaratoriam. Remissiuè. T. 1. D. 2. n. 17.

Infligi potest pro minori culpa, quæ pro maiori non infligatur. T. 1. D. 2. d. 9. n. 4.

Extendi non debet ad casum non expressum. T. 2. D. 3. n. 11. p. 82.

Non censetur infligi, nisi in casibus in Iure expressis. T. 2. D. 3. d. 1. n. 2. p. 83.

Pœnæ addictio actui prohibito, ipso Iure est nulla. T. 5. D. 8. n. 3. p. 238.

Est etiam nulla si imponatur actui impossibili, vel probroso, vulgò *Feo*. ibid.

Populus.

Idem Populus censetur etiamsi omnes illius incolæ moriantur, aut aliò demigrent. T. 2. D. 6. n. 11. p. 118.

Hoc tamen verum est solum, Iuris fictione. n. 14. ib.

Porta Ecclesiæ.

Actio inductiua pollutionis loci sacri, facta in linea, quam attingunt baluæ in liminibus portæ Ecclesiæ, Ecclesiam polluit, & polluta Ecclesia, linea illa polluta censetur; secus si actio extra illam fiat lineam. T. 2. D. 7. n. 13. p. 123.

Possessio.

Non acquiritur possessio, nisi naturaliter apprehendatur. T. 4. Pr. n. 9. p. 160.

Præiudicare.

In acquirendis præiudicare possunt Prælatus Monasterio suo; Parochus suæ Ecclesiæ; & seruus Domino; secus in acquisitis. T. 7. S. 1. D. 6. d. 14. n. 2. p. 286.

Vide verbo *Delictum*, & verbo *Prælati*.

Regulares non solùm particulares; sed neque eorum Capitula successoribus, & monasterio mediante concordia, aut conuentione præiudicare non possunt. S. R. Dec. 5. n. 4. p. 382.

Monachi particulares monasterio præiudicare non possunt. S. R. Decis. 6. n. 2. p. 383.

Prælati.

Omnes Prælati Regulares, ſupremi, meditati, & locales, & eorum Præſidentes, ſeu Vicarij in capite, habent Ordinariam iuriſdictionem, & adminiſtrationem, pro vtroque foro. T.6. D.2.n.7. p.252.

Sub nomine Epiſcopi veniunt dicti omnes, quoad facultatem per Concilium Tridentinum *ſeſſ.24.de Reform. cap.6.* ad abſoluendum, &c. conceſſam. n.8. ibid.

Cum ſuis Conuentibus, ſunt immediati Eccleſiarum ſuarum Domini.n.5.& 6. ibid.

Niſi de licentia Prælatorum Regularium, nemo in eorum Eccleſiis conſtruere valet Sepulchra. n.3. p.251.

Prælati immediati, & locales Regulares, concedere poſſunt Sepulchra in Eccleſiis ſuis.n.4.ibid.

De licentia tamen Sacræ Congregationis,& de ſuorum Conuentuum conſenſu, ibid.

Præiudicare poſſunt Prælati Eccleſiis, & Monaſteriis ſuis in acquirendis; non verò in acquiſitis. T.7. S.1. D.6. d.2. n.3.5.p.270. n.18.19.20.21. 22.p.272.& n.24.p.273.

Prælati, vice Dei funguntur. T.7. S.2.D.8. §.2. n.1. p.289.

Penes Prælatos Regulares eſt velle, & nolle, in multis, tam ſui, quàm ſubditorum reſpectu. ibid. n.2.3.4. & n.6.p.290.

Maiore non pollent Prælati in ſeipſos poteſtate, quàm in ſubditos habent ſuos: habent tamen tantam.T.7.S.2.D.8 §.4.n.1.p.292.

Poteſtas, quam in ſeipſos habent, illis prouenit ex poteſtate, quam in ſubditos habent, ne peioris ſint conditionis.ibid.

Vide verb. *Abbas: Adminiſtratio: Diſpenſatio: Electio: Sepultura.*

Præſcriptio.

Cum aliquali titulo, bona fide, & poſſeſſione quadragenaria præſcribitur. T.4. D.20. n.2. & 3. p.223.

Sufficit ad præſcriptionem titulus inualidus, & putatiuus.n.2.ibid.

Poſſeſſione immemorabili præſcribitur abſque omni titulo.n.2.ibid.

Immemorabilis poſſeſſio, eſt præcipua præſcriptionis cauſa.n.3.& 4. ibid.

Præſcripto principali, v.gr. fundo, cenſetur præſcriptum acceſſorium, v. gr. ſeruitus fundo competens.T.4.D.23.n 5.p226.

Amplia., etiamſi acceſſorium dignius ſit principali, n.6.verſic. *Et dicta doctrina.*p.227.

Quando non præſcribatur ex titulo illegitimo declaratur. T.5. D.7.p.237.

Præſentia.

Corporalis præſentia, ſine intelligentia,non ſufficit. T.2.Pr.n.64.p.51.

Precarium.

Non datur manutentio precario poſſidenti contra eum quem rogauit. S.R.Deciſ.2.n.4.p.379.

Nec ſtatutum, aut conſuetudo in contrarium valet. n.4.ibid.

Pretium.

Pretium datum pro emendo iure patronatus, ad Eccleſiam pertinet potronatam. T.4. D.13. n.5. p.215.

Principes.

Supremi Principes, vt Imperator, Reges,& alij non recognoſcentes in temporalibus Superiorem, habent Epiſcopum, pro Parocho, & Cathedralem Eccleſiam, pro Parochiali. T.8.D.2.S.2.d27.n.1. p.354.

Si inelecta decedant Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum, in Cathedrali tumulandi ſunt. n.1. ibid.

Priuilegia.

Quæ priuatis conceduntur, ſtrictè interpretantur, tanquam Iuri odioſa; quæ verò Communitati, vel Ordini Regulari, latè interpretantur: quia cenſentur leges Iuri communi inſertæ. T.1. D.3. n.28.p.13. & d.1.§.1.n.34.p.24.

Priuilegium perpetuum dignitati, vel officio conceſſum, iuriſdictionem Ordinariam priuilegiario concedit, & tribuit, etiamſi contra ius commune illud ſit.T.1.D.3.n.29.p.13.

Congregationis S. Iuſtinæ,& Caſinenſis priuilegia, communicata ſunt Congregationi Benedictinæ Hiſpanæ. T.1. D.3. d.1. §.1. n.4. p.17. & n.36. p.25.

Priuilegia à Principe conceſſa, ſi in tertij non cedant præiudicium, latè debent interpretari. ibid. n.35. & D.5.n.4 p.35. Sicut conceſſa Motu proprio D.3.d.1.§.1.n.2. p.16.

Quoties dubium adeſt, circa priuilegiorum Benedictinorum intelligentiam, ad illorum debent interpretari fauorem. n.36.p.25.

Quando duæ adſunt ſententiæ contrariæ, quod priuilegium aliquod ſit reuocatum,aut non:quod valeat,aut non:valere,& non eſſe reuocatum,cenſendum eſt. n.36.ibid.

Sæpè conceduntur priuilegia ad ea, quæ iam obtinebantur. T.1.D.3.d.1.§.2.n.49.p.28.

Priuilegia vni ex noſtris Cœnobiis conceſſa, reliquis communia ſunt. ibid. n.34.p.24.

Priuilegia interpretari debent iuxta conditionem, & ſtatum perſonæ, cui conceſſa reperiuntur. T.1. D.4.n.5.p.34. Maximè in his, quæ clarè non exprimunt.T.1.D.6.n.2.p.36.

Priuilegia quilibet conceſſa Monaſterio, Domui, & loco Congregationis Caſinenſis, & noſtræ, omnibus, & ſingulis aliis Monaſteriis, Domibus, & locis illius conceſſa ſunt. T.2.D.9.n 4.p.128.

Varia priuilegia extenſionis priuilegiorum aliarum Congregationum, & Ordinum, noſtræ Congregationi factæ recenſentur. Eodem. n.4.ibid.

Priuilegia pœnas continentia, quoad eas, non extenduntur per communicationem illorum. T.2. D.2. d.11.n.1.p.75.

Priuilegia viuæ vocis Oracula Regularibus conceſſa ante Pium Quintum, & Gregorium XIII. per illos fuerunt per Bullas ſuas confirmata.T.2.D.9. n.7.p.129.& n.20.p.131.

Oracula per Bullam confirmata, deſinunt eſſe Oracula, & fiunt bullata. Eod.n.7.p.129.& n.19.20. p.131.

Oracula indulgentias concedentia, per Gregorium XV. & Vrbanum Octauum non reuocantur. ibid.

Indulgentiæ non veniunt nomine priuilegiorum,aut gratiarum. ibid.

Per reuocationem Oraculorum, non reuocatur Oraculum concedens communicationem priuilegij, per ſcripturam conceſſi.n.8.p.130.

Per reuocationem Oraculorum, non reuocatur explicationes,&declarationes factæ viuæ vocis Oraculo. n.9.ibid. & n.22.p.131.

Nec reuocantur Oracula,quæ ſortita ſunt effectum, etiamſi iſte tractum habeat ſucceſſiuum. n.10.& 16.ac 17.p.130. & n.22. p.131.

Pius Quintus Regularibus confirmauit omnia ſua priuilegia, etiam Oracula. n.12.p.130.
Gregorius XV. in reuocatione Oraculorum excepit, quæ ſortita fuerant effectum : conceſſa Cardinalibus pro Regularibus : & Regibus conceſſa, ſeu ad eorum inſtantiam. n.13.ibid.
Reuocationes Oraculorum per Gregorium, & per Vrbanum Octauum factæ, effectum non ſortiuntur, niſi fuerint intimatæ, & publicatæ ordine ab eodem Vrbano præſcripto. n.14.ibid.
Priuilegiis omnibus, per Conc. Trident. reuocatis, vti poſſunt Regulares in foro conſcientiæ, vbi Bulla Vrbani Oraculorum reuocatoria, non eſt publicata, & intimata. ibid.n.18.p.131.
Vrbanus Octauus non reuocauit omnia Oracula Regularibus conceſſa ante Gregor. XV. n.21. ibid.
Oraculum confirmatum ex certa ſcientia per Bullam, idem ius acquirit, ac habet, quod conceſſum eſt per authenticam Conſtitutionem. n.20. 21.ibid.
Confirmatio priuilegiorum ex certa ſcientia, vel ex plenitudine poteſtatis, aut non obſtante lege in contrarium, nouæ conceſſionis habet vim. n.7. p.129.& n.20.& 23.p.131.
Gregorius XV. ex certa ſcientia confirmauit, & de nouo conceſſit Clericis Regularibus omnia ſua priuilegia. n.21.ibid.
Regulares gaudent priuilegiis aliis Ordinibus conceſſis. n.21.ibid.
Priuilegio, per pactum illius, cui conceſſum eſt, derogatur. T.7.S.1.D.6.d.13.n.2.3.& 4.p.285.
Renuntiare non poſſunt Religioſi priuilegiis toti ordini conceſſis. S.R.Deciſ.5.n.4.p.382.& Deciſ.6. n.2.p.383.

Probatio.

Declarationem veritatis intendit probatio. T.5.D.5. n.4.p.236.
Ad probationem, magis attendi debet authoritas priuilegij, quàm teſtium depoſitiones. T.7. S.5. D.13.n.13.p.320.
Efficacior probatio per Scripturam publicam, quàm per inſcriptiones facta. T.8.D.1.d.9. n.1. & ſeqq. p.329.
Libri antiqui benè probant. n.7.ibid.
Inſcriptiones in loco publico ab antiquo inuentæ probant, etiam in iis, quæ ſunt magni præiudicij. n.4.& ſeqq. p.329.
Inſcriptiones nouæ, quæ nullius ſunt præiudicij, plenè etiam probant. n.4.ibid.
Non probant iſtæ in his, quæ ſunt magni præiudicij illius, qui non conſenſit. n.5.ibid.
An verò probent ſi non appareat, an factæ fuerint volente illo, cui præiudicant, controuertitur inter Doctores. n.5.ibid.
Scriptura authentica, & publica maiorem declarationem propriæ voluntatis non habet, quam habet priuata, propria manu ſubſcripta, ſi vera ſit ſubſcriptio. T.7.S.5.D.13.n.4.p.318.
Libri in Archiuis, maximè Religioſorum reperti, vulgò *Tumbos*, & alij rationes continentes debitorum, & ſolutionum, & ſimiles, probant, etiamſi ſubſcripti non ſint per perſonam authenticam. ibid.n.11.p.320.
Teſtes examinati abſque authoritate legitimi Iudicis nihil probant. S.R.Deciſ.5.n.2.p.382.

Procuratio.

Præſcribi non poteſt procuratio Legatis, & Nuntiis Apoſtolicis debita. T.8.D.2.S.2.d.8.n.2.p.344.

Procurator.

Ad vindicandam Eccleſiam, & eam defendendam, quilibet particularis admittitur. T.7.S.1.D.6.d.2 n.23.p.272.

Promiſſa.

Vt adimpleantur promiſſa cum effectu, Iudex ſtudioſè agere debet. T.5.D.4.n.14.p.234.

Promiſſio.

Eſt oblatio vnius, ab alio acceptata. T.5.D.4. n.15. p.235.
Obligat ſub culpa mortali. ibid.à n.1.p.233. Etiamſi ſimplex ſit. n.6.p.234.
Omnis promiſſio eſt executioni mandanda. n. 1. p.233.n.14.p.234 & n.15.p.135.
Qui promiſit, compelli poteſt, cum effectu adimplere promiſſum. Eiſdem.n.1.14.& 15.ibid.
Promiſſio, ſiue Deo, ſiue homini fiat, ex eadem iuſtitiæ ratione debet adimpleri. n.7.p.234.
Promittens, cogitur per legem adimplere promiſſum n.11.ibid.
Promittens, ad reſtitutionem tenetur. n.13.ibid.
Promiſſario, compenſatio competit occulta. n.13. ibid.
Promiſſio quælibet, etiam non ſtipulata, Scriptura, vel alia ſolemnitate munita, neceſſariò eſt adimplenda. n.15.p.235.
Promiſſio nondum acceptata, eſt ſtipulatio. n.15. ibid.
Eſt quædam promiſſio, quæ reuocabilis ſit, & non obliget ad mortale. T.7. S.1.D.6. d.8. n.3. & 6. p.280.281.

Profanum.

Cadauer Pagani, non baptizati, Hæretici denunciati excommunicati, & etiam excommunicati pariter denunciati, profanum eſt. T.2. D4. n.1. p.93.

Propoſitio temeraria.

Sententia, & propoſitio temeraria illa dicitur, quæ ſine graui fundamento authoritatis, vel rationis, aliquid aſſerit contra communem Doctorum. T.2.D.5.§.2.n.4.p.102.

Proprietas.

De ſolo directo dominio, dicitur proprietas. T.4.Pr. n.16. p.161.

Proprietarius.

Dominium proprietatis non habere, eſt de ſubſtantia, & eſſentia voti ſolemnis Religionis. T.5.D.8. n.8.p.238.
Vſus temporalium dependenter à Prælato, non conſtituit Religioſum proprietarium. n.8.ibid.
Statui Religioſo, talis vſus non contrariatur. n.9. Contrariatur tamen proprietas, dominium, & vſus independens à Superioris voluntate. ibid.
Abſque vitio proprietatis poteſt Religioſus in profeſſione ſibi reſeruare vſum temporalium dependenter à Prælati voluntate. n.9.p.239.
Religioſus nullo modo acceptans donum ſibi oblatum, proprietarius non efficitur, ſi vt illud alteri det, ſuadet. T.7.S.1.D.6.d.2.n.26. & 27.p.273.

Propylei, vulgò Cornijas.

Si intra corpus exiſtant Eccleſiæ, ad iſtius pollutionem polluuntur, & è contra. T.2.D.7.n.14.p.123.

Puber.

Pubertatis annus in fœmina, duodecimus eſt; in viro autem quartus decimus. T.7. S.1.D.1.n.5.p.257.

Publiciana.

A Publio eius Authore denominatur. T.4. D.7. n.23.p.204.

Publicum.

Propriè ſumitur publicum, pro notorio, quando publicitas orta eſt ex euidentia; impropriè verò, quando ex ſuſpicione. T. 2. Pr. n. 32. & 35. p. 46. 47.

Publicum vt ſit, in plurimum non ſufficit, vt à duobus, vel tribus ſciatur. n. 66. p. 52.

Nec ſufficit, vt coram multitudine adſtantium actio fiat, ſi illam non intelligant. n. 64. p. 51.

Pulpitum, vulgò Ambo.

Pars eſt Eccleſiæ, & ſub eius nomine venit. T. 2. D. 7. n. 5. p. 121.

Ad Eccleſiæ pollutionem polluitur, & è contra ibid.

Punitio.

Grauius punitur vulnus cadaueri illatum, quàm viuenti. T. 2. D. 2. d. 9. n. 3. p. 74.

Pupillus.

Ille appellatur pupillus, qui impuber eſt. T. 6. D. 3. n. 4. p. 253.

Quarta funeralis.

Quando quis extra propriam Eccleſiam Parochialem tumulatur, ſuæ Parochiali debetur quarta oblationum, & aliorum, quæ defunctus pro anima ſua reliquit in vltima diſpoſitione. T. 8. D. 2. n. 5. p. 30. Moderatur. T. 9. §. 21. n. 6.

Ratio.

Vbi æqualis, aut maior eſt ratio, ad ſimilia procedi poteſt. T. 2. D. 5. §. 1. n. 2. p. 101.

Rationis identitas, non tam operatur extenſionem Legis, quàm Legem enucleare. n. 2. ibid.

Recluſæ.

Illa eſt Eccleſia Parochialis mulierum recluſarum, intra cuius fines exiſtit recluſionis Domus: & in illa ſepeliri debent ſi inelecta decedant Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum. T. 8. D. 2. S. 2. d. XXIX. n. 1. & 2. p. 355.

Reconciliare: Reconciliatio.

Minus eſt reconciliare, quàm conſecrare Eccleſiam, vel Cœmeterium. T. 1. D. 2. n. 7. p. 4.

Eccleſia conſecrata, polluta ſanguinis, vel ſeminis effuſione, reconciliatur per aquam cum vino, & cinere benedictam. T. 2. D. 2. n. 3. p. 66.

Eccleſia verò non conſecrata polluta, per aquam benedictam reconciliatur. n. 4. ibid.

Ad reconciliationem Eccleſiæ, conuocatur Clericus Ciuitatis (caſtri, vel populi) & fit proceſſio. n. 7. ibid.

Simplex Sacerdos, poteſt de Epiſcopi licentia, locum Sacrum reconciliare, cum aqua à ſeipſo benedicta. T. 2. D. 11. n. 2. p. 144.

Prælati Regulares reconciliare poſſunt Baſilicas, Eccleſias, & alia loca ſua Sacra polluta. n. 3. 4. 5. & 6. p. 144. 145.

Poſſunt ad id aquam benedicere ipſi Prælati. n. 5. 6. ibid. & n. 23. 24. p. 147.

Vt fiat reconciliatio, prius extrahi debent, & procul iactari corpora, per quorum humationem, locus Sacer fuit pollutus. n. 7. 8. 9. & 10. p. 145.

Limita dummodò ab aliis corporibus non profanis diſcerni illa poſſint. n. 9. ibid. n. 17. & 18. p. 146.

Excommunicati etiam non tolerati corpus extrahi non debet ſi ante mortem ſigna dedit pœnitentiæ, ſed debet abſolui. n. 19. ibid.

Parietes etiam radi debent ante reconciliationem. n. 9. & 10. Et quomodo radendi. n. 11. 12. & 13. p. 145.

Radi non debent parietes, ſi Eccleſia conſecrata ſit. n. 13. ibid. n. 14. & 15. p. 146.

Eccleſia polluta per ſanguinis effuſionem, in reconciliatione lauandus eſt locus ſanguinis. T. 2. D. 1. d. 2. n. 3. p. 54.

Reconſecrare: Reconſecratio.

Iure communi attento, ſolus Epiſcopus Diœceſis reconſecrare poteſt Eccleſiam, & Epiſcopus alienus de proprij licentia, cum aqua à Diœceſano benedicta cum vino, ſale, & cinere. T. 2. D. 11. n. 2. p. 144.

Abbas, immò & ſimplex Sacerdos, reconſecrare poteſt Eccleſiam, ſi habeat priuilegium à Papa conceſſum. n. 2. ibid.

Reconſecrari debet Eccleſia, ſi eius parietes, in toto, aut in maiori parte eorum exuſti ſunt. aut ſimul, aut ſucceſſiuè corruerint. n. 16. p. 146.

Rector.

Qui Eccleſiam ſibi plenariè vnitam habet, Rector illius eſt, & curam habet animarum. T. 4. D. 5. d. 1. n. 19. Verſic. *Monobſtat* p. 193.

Rector, bona Eccleſiæ in alios vſus conuertere nequit, quam in eos ad quos ſunt deſtinata, niſi de Papæ licentia. ibid. verſic. *A ſententia.*

Qui Eccleſiam habet ſuo Monaſterio annexam, illius Rector eſt, & curam habet animarum. T. 5. D. 11. n. 5. p. 243.

Rector, diſcretus debet eſſe in ſilentio, in verbo, vtilis, & cautus. T. 8. D. 1. d. 8. n. 4. p. 328.

Regula.

Cui non licet, quod minus eſt, quod maius eſt non licebit. T. 1. D. 2. n. 6. p. 4.

Cui licet, quod eſt plus, licet, quod eſt minus. T. 1. D. 3. n. 24. p. 13. D. 5. n. 5. p. 35. T. 2. D. 5. §. 5. n. 46. p. 111. T. 5. D. 5. n. 4. p. 236.

Non debet, cui plus licet, quod minus eſt non licere. T. 1. D. 5. n. 5. p. 35. T. 5. D. 5. n. 4. p. 236.

Fauores conuenit ampliari, & odia reſtringi. T. 1. D. 5. n. 5. p. 35. T. 2. D. 1. d. 15. n. 2. p. 63.

Qui facit per alium, eſt perindè ac ſi faciat per ſeipſum. T. 4. D. 5. n. 13. p. 185.

Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, vel ipſi ſolutum eſſet. T. 4. D. 5. n. 13. ibid.

Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari. T. 4. D. 5. n. 13. ibid.

Vtile, non debet per inutile vitiari. T. 4. D. 13. n. 15. p. 216.

Intellige, quando vtile ab inutili ſeparari poteſt, ſecus quando nequit vtile ab inutili ſeparari. Vtrumque exemplis illuſtratur. T. 7. S. 1. D. 6. d. 4. à n. 3. ad 10. p. 276.

Quod ob gratiam alicuius conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum. T. 7. S. 1. D. 6. d. 1. n. 2. pag. 267. S. 1. D. 6. d. 7. n. 8. p. 279.

Non firmatur tractu temporis, quod de Iure ab initio non ſubſiſtit. T. 7. S. 2. D. 8. §. 11. n. 4. p. 299.

In alternatiuis, debitoris eſt electio, & ſufficit alterum adimpleri. T. 8. D. 1. d. 8. n. 1. p. 328.

Non ſemper datur electio in alternatiuis, ſed datur neceſſitas ad ſeruandum diſpoſitionis ordinem. n. 4. ibid.

Omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. T. 8. D. 2. S. 1. d. 1. n. 4. verſic

verſic. *Ex dictis. colligit.* pag. 331.
Qui ſentit onus, ſentire debet, & commodum: & è contra. T. 8. D. 2. S. 2. d. 10. n. 2. p. 346.
Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. T. 4. D. 13. n. 6. p. 215.

Regulares.

Qui dominij ſunt capaces in communi, dominium habent immediatum ſuarum Eccleſiarum, & earum Sepulchrorum. T. 4. D. 3. n. 5. p. 170.
Dominium non habent abſolutum Regulares rerum ſuarum, quamuis illius ſint capaces; ſed limitatum ad vſus tantum eis à Iure permiſſos. T. 4. D. 5. d. 1. n. 37. p. 196.
Alia vide verbo *Religioſi.*

Religioſa.

Quæ religioſis adhærent, religioſa cenſentur. T. 2. D. 6. n. 13. p. 118.
Limita, dummodò continuentur, vel augeantur. ibidem. n. 17. & 19.

Religioſi.

Per exemptionem à Diœceſanorum iuriſdictione, remanent immediatè Summo Pontifici ſubiecti, à quo tamen illorum cura, & ſolicitudo, in Superiores Conuentuum cenſetur, ordine tranſlata Hierarchico. T. 1. D. 3. n. 3. 4. & 5. p. 7.
Peioris conditionis poſt exemptionem non ſunt, ac erant ante illam, & quàm ſunt ſæculares. n. 4. ib.
Qui expreſsè, vel tacitè profeſſus eſt, cum effectu Religioſus cenſetur. T. 2. D. 5. n. 36. p. 108.
Religioſi, alij Laici ſunt; alij Clerici ad chorum deputati. T. 7. S. 1. D. 6. n. 12. p. 266.
Si Religioſus Cathedraticus, aut Concionator, legere, aut prædicare omittat, ne Monaſterium emolumenta ex ſuis percipiat laboribus, Monaſterio præiudicat; non tamen tenetur ad reſtitutionem. T. 7. S. 1. D. 6. d. 2. n. 24. & 25. p. 273.
Religioſus non acceptans donum ſibi oblatum, Monaſterio præiudicat; ſed ad reſtitutionem non tenetur. n. 24. ibid.
Religioſus eſt Religioni obligatus ex obedientia, & ex charitate; non autem ex iuſtitia. n. 25. ibid.
Religioſus niſi ex iuſta cauſa acceptare nolit ab extraneo oblata, contra Charitatem Monaſterio debitam peccat. n. 27. p. 273.
Ex vi voti Paupertatis, non obligatur Religioſus ad acquirendum, ſed ad non alienandum. n. 27. ibid.
Quod tamen acquirit, Monaſterio acquirit. n. 28. ibid.
Religioſus ſubditus, velle non habet, nec nolle. T. 7. S. 2. D. 8. §. 2. n. 1. 2. & 5. p. 289.
Epiſcopus Religioſus, ſine Papæ licentia, teſtari non poteſt. T. 7. S. 2. D. 8. §. 1. n. 2. p. 288.
Religioſus abſque licentia Prælati ſui petita, & obtenta, inualidè præbet aſſenſum electioni de ſe factæ ad Prælationem extra ſuum Monaſterium. T. 7. S. 2. D. 8. §. 2. n. 1. p. 289.
Poteſt dictam concedere licentiam Prælatus localis irrequiſito Conuentu. n. 1. ibid.
Religioſus non ſolum caret voluntate, ſed nec poteſt illam declarare per electionem Sepulturæ. T. 7. S. 2. D. 8. §. 3. n. 2. p. 290.
Religioſus, etiam Nouitius extra Monaſterium egrotans, Viaticum, & Extremam Vnctionem debet de manu ſui Prælati accipere, & non de Parochi manu, in ſententia Pellizzarij. n. 11. p. 292.
Religioſus ſubditus, ſi decedat in loco ita à Monaſterio diſtante, vt ad illud commodè transferri nequeat, vnico ſcilicet die, poteſt ſibi eligere Sepulturam. T. 7. S. 2. D. 8. §. 2. n. 4. §. 3. n. 1. & ſeqq. p. 290.
Poteſt irrequiſito, & inuito Parocho transferri Religioſi cadauer. §. 3. n. 6. & 9. ibi: X. p. 291.
Ius nullum prætendere poteſt Parochus in Religioſum. ibidem. n. 7.
Omnes Prælati Regulares, etiam locales ſibi poſſunt Sepulturam eligere, & eorum Præſidentes, ſeu Vicarij in capite. T. 7. D. 8. §. 2. n. 1. p. 289.
Poteſt etiam eligere illam quilibet Religioſus præfectus beneficio Regulari, Monaſterio vnito. n. 6. p. 290.
Quilibet Religioſus poteſt illam eligere de Prælati ſui licentia. T. 7. S. 2. D. 8. §. 4. n. 1. & 5. p. 292. 293.
Poteſt Prælatus illam eligere pro ſubdito. n. 5. p. 293.
Velle, & nolle habent Religioſi in multis, ſi accedat conſenſus Prælati. T. 7. S. 2. D. 8. §. 4. n. 4. ibid.
Velle, & nolle non habere, eſt voluntate propria, à prælato independente, carere. n. 4. ibid.
Expulſus Religioſus, quandiu non reuocatur à Prælato, habet in multis velle, & nolle. T. 7. S. 2. D. 8. §. 5. n. 2. p. 293.
Poteſt ſibi Sepulturam eligere. ibid. n. 1.
Talem eorum, quæ acquirit adminiſtrationem habet, vt ſi malè, & illicitè illa expendat, ad reſtitutionem non teneatur, nec qui illa ab eo accepit, in aliquorum ſententia. n. 2. ibid.
Ita dum viuit expulſus, à Religione relinquitur, ac ſi Religioſus non eſſet. n. 2. ibid.
Religioſus diſpenſatus ad Matrimonium, in ſæculo exiſtens, poteſt ſibi Sepulturam eligere. T. 7. S. 2. D. 8. §. 6. n. 1. & 2. p. 194.
Si abſque electione Sepulturæ huiuſmodi Religioſus in ſæculo decedat, ſepeliendus eſt in Sepulchro Maiorum, ſi illud habeat, aliàs in Parochia. n. 1. ibid.
Habet talis Religioſus velle, & nolle, adminiſtrationem, & alia, quæ Religioſi Cardinales non habent, &c. n. 2. ibid.
Seruo comparatur Religioſus, ita vt argumentum valeat, à Seruo, ad Religioſum. T. 9. §. 15. n. 3. p. 372.
In profeſſione, ſua obligat opera, in Monaſterij obſequium præſtare. ibid. n. 1.
Sepulturæ, & Funeralium expenſæ fieri debent pro Religioſo, de bonis communibus ſui Monaſterij. n. 1. & ſeqq. ibid.
Quod amplia, etiam ſi Religioſus extra Monaſterium decedat. n. 4. & ſeqq. ibid.
Limita in caſu, quo decedat dum alicui inſeruit beneficio, etiam manuali. n. 4. & ſeqq. ibid.
Religioſus poteſt pro alimentis, contra ſuum Monaſterium, nomine proprio agere, & Procuratorem conſtituere. n. 2. p. 373.
Alia vide verb. *Abbas. Conuerſi. Prælati. Proprietarius.*
Regulares ſubditi velle non habent nec nolle S. R. deciſ. 2. n. 3. p. 350.

Religioſus ſtatus.

Vt quis conſtituatur in ſtatu Religioſo, debet tria vota eſſentialia ſecundùm certam Regulam, & ſub Religione à Sede Apoſtolica approbata emittere. T. 7. S. 2. D. 8. §. 8. n. 8. p. 296.

Relegati.

Relegati in perpetuum, vel ad tempus notabile, ad maiorem ſcilicet anni partem, Parochiani ſunt loci, in quo ſunt relegati: & in illo ſunt ſepeliendi tanquam

tanquam in propria Parochia. T. 8. D. 2. S. 2. d. 30. n. 2. & 3. p. 356.

Reliquiæ.

Auferebantur ab Hæreticis olim ex Templis. T. 2. D. 9. §. 2. n. 39. p. 136.

Remittere.

Idem est remittere, ac donare. T. 4. D. 13. n. 21. p. 217.

Repræsentare.

Turpes, & profanas reptæsentationes fieri in loco Sacro, sub lethali prohibentur. T. 2. D. 2. d. 6. n. 1. p. 71.

Res Deo dicata.

Quod semel fuit Deo dicatum, in vsus profanos conuerti non potest. T. 4. D. 1. n. 3. p. 162.

Residentia.

Episcopi, & alij Superiores Prælati, in suis Ecclesiis residere tenentur. T. 8. D. 2. S. 2. d. 9. n. 1. & 4. p. 345.

Restitutio.

Actus est iustitiæ, quo reparatur damnum proximo per iniuriam illatum. T. 7. S. 1. D. 6. d. 2. n. 7. p. 270.

Tunc est facienda, quando quis priuatur re possessa, vel sibi ex iustitia debita. n. 25. p. 273.

Clerici, & Religiosi, qui aliquem induxerunt ad eligendam cum voto, iuramento, aut promissione Sepulturam in propria Ecclesia, & ipsamet Ecclesia, statim nulla præmissa petitione, restituere tenentur Ecclesiæ in qua ille de Iure sepeliri debebat, omnia, quæ occasione Sepulturæ illius acceperunt. T. 7. S. 1. D. 6. d. 11. n. 1. & seqq. p. 283.

Debent etiam intra decendium, de momento ad momentum computandum, corpus defuncti restituere, si tamen petatur. n. 8. & 9. p. 284.

Quicquid occasione pacti electionis Sepulturæ recipitur, Ecclesiæ, cui de Iure debetur cadauer; restitui debet. n. 3. p. 282.

Malè accipiens, semper est in mora culpabili restituendi. n. 4. & 5. ibid.

Quicunque obstrictus est oneri restitutionis ratione rei acceptæ, vel iniustæ acceptionis, aut retentionis, statim ac commodè potest, tenetur sub lethali restituere culpa, nisi dilationem obtineat à creditore, vel iste sit irrationabiliter inuitus. n. 5. ibid.

Toties quis peccat non restituendo, quoties proponit non restituere: & quoties se offert occasio commoda restituendi, & non restituit, illam aduertens occasionem. n. 6. & 7. p. 284.

Parochus violenter rapiens, vel spolians funus antequam veniat ad manus eorum, quibus debetur, restituere tenetur cadauer, & quicquid cum eo accepit, & Ius quod habebat, & quartam Canonicam perdit. T. 7. S. 1. D. 6. d. 14. n. 1. & seqq. p. 285.

Item si totus Conuentus, aut maior illius pars violenter funus spoliet, ad similem tenetur restitutionem; secus si minor pars, aut Prælatus violenter spoliet. n. 2. p. 286.

Qui violenter Officium pro defunctis facit, restituere tenetur candelas, & quicquid accepit de funere. n. 7. ibid.

Ad restitutionem, qui sint, qui teneantur in solidum. T. 7. S. 4. D. 12. n. 19. p. 317.

Qui alienum Parochianum ad Sepulturam admittit, illa non electa, ad restitutionem corporis, & omnium, quæ illius recepit occasione, tenetur. T. 8. D. 2. n. 4. p. 330.

Grauis necessitas à restitutione excusat. T. 9. S. 1. §. 3. n. 1. p. 362.

Rex.

Successor Rex, quas donationes à prædecessore factas reuocare possit, & quas non. T. 5. D. 7. n. 4. p. 237.

Reges in Hispania, in principio, propter debellationem Sarracenorum, dominium, & propritatem terrarum particularium acquisiuerunt. T. 4. D. 1. n. 19. p. 165.

Terræ particulares desertæ, Regalis patrimonij præsumuntur. ibid.

Sacerdos.

De Papæ authoritate, quilibet Sacerdos consecrare potest Cœmeterium, & Ecclesiam, & consecrata reconciliare; non tamen sine illa. T. 1. D. 2. n. 1. 4. 8. & 11. p. 3. 4.

Sacer locus.

A persona priuata non fit locus Sacer, sed ex Iure communi, ab Episcopo. T. 1. D. 2. n. 12. & 13. p. 5.

Locus Sacer benedictus, per parietum euersionem, profanus non redditur, nec vendi potest: quia benedictio solo inhæret. T. 2. D. 6. n. 1. p. 116.

Simplex Sacerdos, potest de Episcopi authoritate, locum Sacrum pollutum, seu violatum reconciliare, aqua, à seipso benedicta, adhibita. T. 2. D. 11. n. 2. p. 144.

Sacra.

Quãdo non Sacrum Sacro continuatur, Sacrum redditur: & verum est, quod dicitur: *Sacrum trahit ad se non Sacrum*; secus verò quando fit illi contiguum. T. 2. D. 6. n. 17. & 19. p. 119.

Sacra, & Religiosa, in Dominio alicuius esse non possunt, Laici scilicet, aut Ecclesiastici, quoad directum, & proprietatem. T. 4. D. 2. n. 2. & seqq. p. 167.

Rei sacræ, nequit, sine causa legitima, Episcopus seruitutem vllam imponere. T. 4. D. 12. n. 3. p. 215.

Sacramenta.

Nouæ Legis Sacramenta, maximè spiritualia sunt, in quantum sunt causa gratiæ spiritualis. T. 4. D. 4. n. 31. p. 181.

Sacrilegium

Qui Ecclesiam infringit, aut Cœmeterium, personam, aut quid aliud indè aufert, vel diripit, Sacrilegium committit. T. 1. D. 7. n. 3. 4. & 5. p. 37. 38.

Sacrilia.

Ad Ecclesiæ pollutionem polluitur, & è contra, dummodò ad Diuina celebranda, vel ad Sepulturas sit destinata, & per Ecclesiam pateat ad eam aditus; secus si iste non pateat, nec ad prædicta sit destinata. T. 2. D. 7. n. 15. & 17. p. 123.

Sanguis.

Humani cadaueris sanguis, non est propriè humanus, sed impropriè, & analogicè. T. 2. D. 2. d. 10. n. 2. p. 74.

Sæpè solet ad præsentiam occisoris, è vulneribus occisi copiosè effluere, qui ad aliorum non effluxerat præsentiam. n. 1. ibid.

Scala.

Per actionem pollutionis loci Sacri inductiuam, in Ecclesiæ Scala factam, polluitur Ecclesia, & è contra, si Scala intra Ecclesiæ corpus sit; secus si extra illud T. 2. D. 7. n. 20. p. 124.

Scamnum.

Scamnorum, quæ apponunt Laici in loco Sacro, dominium directum, & proprietatis, quoad Ius ibi sedendi

ſedendi non remanet penes ipſos Laïcos apponentes, ſed ſolum dominium vtile ad ſummum ex tolerantia, quæ ceſſare poteſt, quotieſcumque Prælatus vult. T.4 D.2.n.13. & ſeqq. p.168. & T.6.D.1.n.1. p.249.

Si in ſcamnis, ſeu banchis, aut ſedibus intra Eccleſiam exiſtentibus, actio fiat pollutionis inductiua, per illam polluitur Eccleſia. T.2.D.7.n.19. p.124.

Scholares.

De illa Scholares cenſentur Parochia, quoad Iura Parochialia, in qua pro tempore habitant. T.8. D.2.S.1.d.1.n.17.18.21.& 22.p.334.

Scriptura.

Authentica, & publica ſcriptura, non habet maiorem propriæ voluntatis declarationem, quàm habet priuata, manu propria ſubſcripta, ſi vera ſit ſuſcriptio. T.7.S.5.D.13.n.4.p.318.

Subſcriptio in ſcriptura, eſt teſtimonium, propriæ mentis declaratiuum. ibid.

Sedes. Sedilia.

Vide omnia *de Scamno* dicta.

Sententia.

Ad ſui valorem, & effectum, ſemper in iudice illam pronunciante competentiam petit ſententia. T.2. Pr.n.48. p.49.

Sententia Iudicis, obligat ſub mortali culpa in foro interno, ſi non innitatur falſæ præſumptioni. T.5.D.4.n.11.p.234.

Sepelire. Sepeliri. Sepelitio.

Qui in Duello occiſum ſepeliunt more Eccleſiæ, lethaliter peccant. T.2.D.4.d.1.n.4.p.95.

Olim permiſſum non fuit omnibus Fidelibus intra Eccleſias, nec intra Baſilicas ſepeliri. T.2.D.5.§.4. n.19. & ſeqq. p.105.

Immò nemini. T.3 D.3.n.3.& ſeqq.p.153.

Excommunicatus non toleratus, Eccleſiæ more ſepeliri non poſt. T.2.D.5.§.4.n.32.p.107.& n.42. p.109.

Propè Altare ſepelire non licet. T.3.D.3.n 4 & 8. p.154.

Fuit tempore antiquo prohibitum ſepelire in Eccleſia, & quare. T.3.D.3.n.8. ibid.

Fuit poſtea permiſſum ſepelire intra Eccleſiam viros eximiæ virtutis, & ſanctitatis, & in Eccleſiaſtica dignitate, & Sacerdotali conſtitutos. n.12. & ſeqq. ibid.

Indifferenter tandem permiſſum eſt omnes Fideles in Eccleſiis ſepelire. n.15.& ſeqq. Et quare. n.19. p.155.

Qui ſepelit, quem ſepelire non poterat, debet illius oſſa reſtituere illi Eccleſiæ ad quam pertinebat. n.17.ib. Et T.7.S.1.D 1.n.3.p.257. T.8.D.2.n.3. 4.5.p.330.

Deber etiam illi reſtituere omnia, quæ occaſione recepit Sepulturæ. T.3.D.3.n.18.p.155. T.8.D.2. n.4.p.330.

Sepeliri iuxta Sanctorum corpora, optatiſſimum ab antiquis ſæculis fuit. T.2. D.3.n.20. p.155. Et quare. n.21.& 27. p.156.

Sepeliri in loco ſacro prodeſt iuſtis. n.21.27. & 28. ibid.

Obeſt tamen improbis. n.21.& ſeqq. ibid.

Horribilibus comprobatur exemplis. à n.23. & 26. ibid.

Qui habet Sepulturam prohibere poteſt ne aliquis in ea ſepeliatur. n.11.p.154. & T.7.S.1.D.5.n.1.2. & 3. p.262.

Non ſolùm prohibitum eſt ſepelire prope Altare, ſupra, aut infrà, ſed iuxta Altarium bradellas, & iuxta Scabella lignea, vulgo Peañas. T.6. D.1. n.4.5.6.& 7. p.250.

Hoc prohibitum eſt Ordinariis, ſub ſuſpenſionis à Diuinis pœna; & Gubernatoribus, ſub excommunicatione latæ ſententiæ. n.4. ibid.

Sepelire aliquem in aliena Sepultura nequeunt Parochi, neque Regulares. T 7.S.1.D.5.n.2.p.262.

Limita, in neceſſitatis caſu. n.1.& 2. ibid. Et d.1.n.1. p.163.

Limitant & alij, in caſu extinctionis familiæ. n.2. ib.

Clerici, & Religioſi, qui præſumpſerint ſepelire in ſuis Eccleſiis, quos induxerunt ad eligendam Sepulturam in illis, cum iuramẽto, voto, aut promiſſione, aut ad non mutandam electam, tenentur intra decendium reſtituere corpora, & omnia, quæ ratione Sepulturæ receperint; aliàs Eccleſiæ, aut Cœmeteria in quibus fuerint tumulata interdicto ſubiiciuntur. T.7.S.1.D.6.n.5.p.264.& d.11. n.1. & ſeqq.p.283. Si tamen petantur. ibid.

Qui violenter rapit corpus eius, qui alibi elegit Sepulturam, vel funus ſpoliauit antequam veniſſet ad manus eorum, quibus debebatur, quod habebat Ius amittit. T.7.S.1.D.6.d.2.n.5.p.270

Filius, cui ante pubertatem Pater Sepulturam elegit, ſi pubes moriatur abſque ratihabitatione electionis per patrem factæ, in ea ſepeliri non debet. T.7.S.2.D.9.§.5.n.1. p.304.

Leproſi, & qui infirmitate, vel morbo contagioſo laborant, ſepeliri non debent in loco Fidelibus communi. T.7.S.3.D.10.§.3.n.1.p.308.

De Sepultura Maiorum, & de Familiari & de Hæreditaria, quoad ſepelitionem.

In Sepultura Maiorum ſepeliendi ſunt, qui cum haberent facultatẽ eligendi Sepulturam, illa inelecta deceſſerunt. T.8.D.1.n.2.p.321. & d.8.n.2.p.328.

Illa eſt Sepultura Maiorum, in qua Maiores tumulati exiſtunt, ſiue Familiaris, ſiue Hæreditaria ſit. T.8. D.1.n.1. p.321.

Intellige, ſi commodè, & ſine periculo ad illam queant deportari. T.8 D.1.n.3.p.321.

Qui abſque electione Sepulturæ deceſſit, debet tumulari in Sepultura in qua Pater & Auus iacent, non in qua reliqui aſcendentes, ſi diuerſa ſit illa. T.8.D.1.d.1.n.1. ibid.

In rigore Iuris, ſi Auus, & alij ex aſcendentibus in vna exiſtunt Sepultura, & Pater in alia, Filius inelecta decedens Sepultura, cum Auo, non Patre ſepeliri debet. T.8.D.1.d.2.n.7.p.323.

Si tamen adſit conſuetudo terræ, vt Filius abſque electione decedens Sepulturæ, cum Patre ſepeliatur, etiamſi cum Auo, & aliis aſcendentibus ille ſepultus non ſit, cum Patre ſepeliri debet. T.8.D.1. d.2.n.9.p.324.

Si Pater, & alij aſcendentes in diuerſis iaceant Sepulturis, & Filius Sepulturã non elegit, ſepeliri debet in Parochia Iuris attenta diſpoſitione. n.8. ibid.

In materia Sepulturarum, & ſepelitionis, multum conſuetudini tribuitur. n.10. ibid.

Eo ipſo, quo Sepultura conſtruitur Familiaris, ei addicti ſunt omnes de Familia, qui inelecta alia deceſſerunt, & in illa ſepeliri debent. n.12. ibid.

Qui abſque electione Sepulturæ deceſſit, in Sepultura Maiorum Patris, & non Matris ſepeliri debet, niſi adſit priuilegium, aut conſuetudo in contrarium. T.8.D.1.d.3.n.1.& 3.p.324.325.

Filius naturalis illegitimus, ſepelicndus eſt in Sepultura Patris, & Maiorum ſuorum, ſi inelecta obeat Sepultura, dummodo Pater in dignitate conſtitutus non ſit. T.8 D.1.d.4.n.1.p.325.

Filius ſpurius non ſepelitur cum Patre, niſi iſto viuente, & poſtulante ſit legitimatus; ſed cum Matre ſepelitur, niſi ſit illuſtris fœmina. n.1.& 2. ibid.

Filius inelecta decedens Sepultura viuente Patre, ſi Auus cum aliis aſcendentibus ſepultus ſit, cum eo eſt ſepeliendus. T.8.D.1.d.5.n.2.ibid.

Secus ſi cum aſcendentibus non ſit Auus tumulatus. n.3.p.326.

In Sepultura Hæreditaria Fratris ſuperuiuentis, non poteſt quis ſepeliri, ſi illa ſit extra Parochiam, & ipſe abſque electione deceſſit Sepulturæ. T.8. D.1.d.6.n.7.p.327.

Neque poteſt Frater abſque electione Sepulturæ decedens, ſepeliri in Sepultura Fratris, quæ ſit Familiaris actiuè; bene tamen ſi ſit paſſiuè Familiaris. n.8.ibid.

In Sepultura Hæreditaria ſolùm ſepeliri debent Hæredes, Filij, & deſcendentes. n.7.ibid.

In Sepultura Familiari, paſſiuè tali, debent ſepeliri omnes, qui ſunt agnati, etiam tranſuerſales illam acquirentis. n.8.& 9.ibid.

In Familiari Sepultura, actiuè tali, omnes, & ſolum deſcendentes per lineam rectam, & tranſuerſalem illam acquirentis, ſepeliri debent. n.10.ibid.

Pater decedēs inelecta Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, ſi Filius habeat Sepulturam paſſiuè Familiarem in illa ſepeliri debet; ſecus ſi habeat Sepulturam Familiarem actiuè. T.8.D.1. d.7.n.1.ibid.

Idem dicitur de Auo reſpectu Sepulturæ Nepotis. n.1.ibid.

* Quando quis habens Sepulturam Maiorum, nulla electa decedit, neceſſario eſt in illa ſepeliendus, non autem in Parochia, niſi in ea illa exiſtat. T.8, D.1 d.8.n.2.p.328.

Qui inelecta Sepultura, & abſque Maiorum ſuorum Sepultura decedit, debet in ſua ſepeliri Parochiali. T.8.D.2.n.1.& ſeqq. p.330.

* Procedit, etiamſi animum habuerit aliò ſe transferendi, vt contingit in officialibus, famulis, condecentibus Domum ad annum. dicta D.2.n.2.ib.

Qui alienum Parochianum ſepelit, delinquit. n.3.4. & 5.ibid.

Qui deceſſit abſque Sepulturæ electione, & ſine Maiorum Sepultura, ſepeliri debet, vbi per tempus notabile vltimam acquiſiuit habitationem, etiam ſine domicilio. T.8. D.2. S.1.d.1.n.14. & ſeqq. p.333.

Qui extra huiuſmodi obiit Domicilium, debet ad illud, vt ſepeliatur, transferri, ſi commodè fieri poſſit. n.24.p.335.

Quando periculum adeſt corruptionis, non eſt transferendum corpus ad locum, in quo ſepeliri debebat. dicto n.24.ibid.

Si quis æqualem in duabus Parochiis habitationem habet in qua deceſſit, ſepeliri debet, ſi obiit abſque Sepulturæ electione, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. T.8.D.2.S.1.d.3.n.1.p.337.

Si inæqualem tamen habet habitationem, in ea debet ſepeliri, in qua maiori anni tempore, per tempus non modicum habitauit. à n.1.ibid.

Peregrini, Aduenæ, & Hoſpites ſine electione Sepulturæ, & abſque Sepultura Maiorum morientes, debent ſepeliri in Parochia in qua deceſſerunt. T.8.D.2.S 1.d.5.n.2.& ſeqq. p.339.

Nemo eſt in Parochiali ſepeliendus, niſi in caſu inelectionis Sepulturæ, & carentiæ Sepulturæ Maiorum, etiamſi ſit propria Parochia. T.8.D.2. S 2.d.9.n.2.3.& 4. p.345.

Epiſcopi, & alij ſuperiores Prælati, ſi inelecta decedant Sepultura, & abſque Sepultura ſuorū Maiorum, & ſi ad illam transferri nequeant commodè, in Cathedrali debent ſepeliri ſua. n.1.ibid.

Si duas habent Cathedrales vnitas acceſſoriè, debent in dictis caſibus, in principaliori ſepeliri. n.5. ibid.

Si verò duas æquè principaliter habent vnitas, debent ſepeliri in proximiori loco, in quo deceſſerint, etſi commodè ad illam transferri nequeāt, ſepeliri debent in loco defunctionis, in Cathedrali, ſi adſit; & iſta deficiente, in Collegiata; etſi vtraque deſit, in Parochiali. n.6.p.345

Abbates, & alij Prælati ſæculares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, in Eccleſiis ſuis Abbatialibus ſepeliri debent, tanquam in Parochialibus ſuis; ſi tamen Sepulturam non elegerunt, nec habeant Sepulturam, Maiorum ſuorum. T.8.D.2.S.2.d.11.n.1.p.346.

Decani, & alij Collegiatarum Eccleſiarum Prælati, in dictis ſuis Eccleſiis ſepeliri debent, ſi abſque electione deceſſerint Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum ſuorum. T.8.D.2.S.2.d.12.n.1.p.347.

Qui duabus præeſt Eccleſiis Parochialibus, vel vnum habet Curatum, & vnum Canonicatum, in illa Eccleſia ſepeliri debet, ſi abſque electione Sepultuiæ & ſine Sepultura Maiorum deceſſit, in qua dum viueret, reſidentiam habebat. T.8.D.2. S.2 d.14.n.1.p.348.

Qui Parochialem habet vnitam acceſſoriæ ſuæ Dignitati, Canonicatui, aut Præbendæ, ſi decedat abſque Sepultura propria, aut Maiorum ſuorum ſepeliri debet in Eccleſia Dignitatis, Canonicatus, aut Præbendæ. T.8.D.2.S.2.d.15.n.2.p.349.

Commandatarius abſque Sepultura propria, aut Maiorum decedens, ſepeliri debet in Eccleſia Commendata, ſi fieri poteſt; aliàs in ſuæ habitationis Eccleſia. T.8. D.2.S.2.d.16.n.2. & ſeq. p.350.

Vicarius perpetuus, ſepeliri debet in Eccleſia, cuius eſt Vicarius, ſi obeat inelecta Sepultura. T.8. D.2.d.17.n.1.ibid.

Canonici, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, ſepeliri debent in ſuis Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, ſi obeant abſque electione Sepulturæ, & ſine Sepultura Maiorum. T.8.D.2. S.2.d.18.n.1.p.351.

Beneficiarius, qui duo habet beneficia, in illa Eccleſia ſepelietur, in qua deſeruit; ſi tamen propria, aut Maiorum careat Sepultura. T.8.D.2.S.2.d.19. n.1.ibid.

Coadiutor Canonici, & Beneficiarij, decedens ſine Sepultura, in Eccleſia Canonicatus, aut beneficij ſepelietur. T.8.D.2.S.2.d.20.n.1.ibid.

Capellanus perpetuus, debet ſepeliri in Eccleſia ſuæ Capellaniæ, ſi decedat ſine Sepulturæ electione, & abſque Maiorum Sepultura. T.8. D.2. S.2. d.22.n.1.p.352.

Secus dicendum de Capellano amouibili. T.8.D.2. S.2.d.21.n.1.p.351.

Clericus, qui non habet Beneficiū, neque alicui Eccleſiæ addictus eſt, & obiit ſine Sepultura propria, aut Maiorū, ſepeliri debet in Eccleſia Domicilij, vel habitationis. T.8.D.2.S.2.d.23.n.1.& 2.p.352.

Eremita non profeſſus, abſque Sepultura decedens, in Eccleſia, intra cuius limites eremitorium habet, ſepeliri debet. T.8 D.2.S.2.d.24.n.1.ibid.

Confratres, in illa Eccleſia debent ſepeliri, ſi Sepultūram non habeant electam, aut Maiorum, in qua habent habitationem. T.8.D.2.S.2.d.25,n.1.p.353.

Si propriam habent Eccleſiam, cum priuilegio, vt in ea ſepeliri valeant, in ea tumulari nequeunt, niſi in ea elegerint ſepeliri. n.3.ibid.

Si in huiuſmodi Eccleſ. Capella, aut Oratorio priui-

legiato

legiato ſepeliantur, officium à Parocho territorij, non ab eorũ fieri debent Capellano.n.5.6.& 8.ib.

Doctores,Scholares,& alij,in Eccleſia,in cuius loco moras trahunt,ſepeliri debent,ſi propria,aut Maiorum careant Sepultura. T.8.D.2.S.2. d.26.n.1. p.354.

Imperator, & alij Principes ſupremi,ſi inelecta decedant Sepultura , vel abſque Sepultura Maiorum,ſepeliri debent in Cathedrali Eccleſia. T.8. D.2.S.2.d.27.n.1 ibid.

Expoſiti , quorum parentes ignorantur, ſepeliri debent in Hoſpitali, ſi adſit. T.8.D.2.S.2.d.28.n.1. & ſeq. p.355.

Confinati, & relegati ſepeliri debent ſi inelecta decedant Sepultura , aut ſine Sepultura Maiorum, in loco, in quo ad tempus notabile, maioris partis anni ſunt,relegati.T.8.D.2.S.2.d.30.n.2.& 3. p.356.

Mulieres recluſæ decedentes abſque electione Sepulturæ,& ſine Sepultura Maiorum , ſepeliri debent in Eccleſia Parochiali intra cuius fines recluſionis domus exiſtit.T.1.D.2.S.2.d.29.n.1.& 2. p.355.

Vxor decedens inelecta Sepultura , viuente Marito, & propriam habente Sepulturam , ſi Matrimonium conſumauit , aut ad Viri Domum fuit traducta,in eius Sepultura debet ſepeliri,aliàs ſecus. T.1.D.2.S.2.d.31.n.1.p.356.

Si Maritus non habet propriam Sepulturam, & Vxor habeat Sepulturam Maiorum ſuorum , in illa ſepeliri debet Vxor , quæ aliam non elegit. n.5. p.357.

Idem dicendum,ſi Maritus habeat Sepulturam propriam, & præſumatur illum non eſſe in ea ſepeliendum. n.5. ibid.

Deficiente tãdem Sepultura Maiorum,in Parochiali debebit vxor ſepeliri,in caſu inelectionis. n.5.ibid.

Cum vltimo Marito debet ſepeliri. T.8 D.2. S.2. d.32. n.1. & 2.p.356. & T.7. S.2. D.8. §.13.n.3. p.300.

Si tamen in pace,& vnione vixerint. T.8.D.2.d.32. n.2. & 4. p.357.

Amplia, etiamſi reuerſa ſit ad Domum Patris. n.2. & 4. ibid.

Amplia ſecundo , etiamſi in diuerſa decedat Parochia. n.3. ibid.

Vxor de adulterio accuſata,ſi ante ſententiam deceſſit , & fuit in Matiti Sepultura ſepulta , non eſt exhumanda ſi poſtea declaretur adultera. T.8. D.2.S.2.d.33.n.3.p.358.

Accuſata de adulterio, ſi lite pendente decedat,ſepeliri debet in Sepultura Mariti , ſi aliam non ſibi elegerit;ſecus ſi poſtquam fuit declarata adultera,& ſeparatione ſequuta n.2.3. & 4. ibid.

Cui non communicauimus viuo,mortuo non communicauimus. Sepeliendo ſcilicet in loco ſacro. T.8 D.2.S 2.d.34.n.2.p.359.

Propter defuncti debita , impediri non poteſt ſepelitio eius. T.9 §.6.n.1.p.364.

Limitat Naldus, in caſu, quo adſit ſtatutum, decernens poſſe debitores virtute inſtrumenti carcerari. n.2. ibid.

Alia Vide verbo *Sepulchrum*, vbi erit hoc ſignum *

Sepultura. Sepulchrum.

Varia Sepulchri nomina explicantur. T.3. Pr. n.1. p.148.

In primitiua Eccleſia locus fuit ab Eccleſia ſeparatus pro Sepulturis deſtinatus , vt ſacer Cœmeterium appellatus. T.1.D.1.n.1.p.1.

Sepultura abſque Epiſcopi,aut alterius Prælati Eccleſiaſtici authoritate conſtructa , profana eſt, & vendi poteſt abſque Simonia. T.1.D.2.n.14.p.5.

Triplex genus Sepulturæ explicatur. T.3.D.1.n.1.& ſeqq. p.151.

Sepultura Eccleſiaſtica;quæ corporalis dicitur, materialiter ſumitur , & formaliter.n.5.p.152.

Materialiter ſumitur, quando accipitur pro loco, in quo cadauer reconditur ; formaliter verò,quando pro actione ipſa,ſeu officio ſepeliendi.eod.n.5.ib.

Sepultura loci ſacri,nihil prodeſt,ſed obeſt ei,qui in mortali deceſſit. Horribili illuſtratur exemplo. T.2.D.5.num.20.p.106. T.3. D.3.à n.21.ad 29. p.156.

E contrario autem iuſtis prodeſt.T.3.D.3.n.21.27. & 28. ibid.

Locus aptus , & licitus pro Sepulturis eſt Eccleſia, Baſilica , Cœmeterium , & quilibet alius locus Eccleſiæ proximus , ad Sepulturas ab Epiſcopo deſtinatus.n.30. Vel à Prælatis Regularibus,reſpectiuè, in propriis locis.n.32.p.157.

Pro Sepulturis,aſſignari poſſunt Sacriſtia,Clauſtra, & Capitula Regularium.n.31.ibid.

Varia recenſentur priuilegia,noſtræ,& aliis Religionibus,pro libera,in earum Eccleſiis,Sepulturarum electione conceſſa.n.33.34.& 35.p.157.158.

Nihil obeſt iuſtis,quod in nulla,vel in vili tumulentur Sepultura : nec prodeſt impiis , quod in celebri ſepeliantur , aut ſpecioſo humentur Sepulchro. T.2.D.11,n.18.p 146.

Sepultura eſt res ſpiritualis antecedenter , quia ordinatur ad Eccleſiaſticam humationem.T.4.D.3. n.31.p.174. & D.4.n.12.p.178.

Sepultura , conſiderari poteſt ſecundùm materiale, provt ſcilicet terra eſt,vel ædificium in ea factum: & ſecundùm formale,provt ſcilicet eſt locus ſacer, religioſus,& benedictus ad corpora Fidelium,Eccleſiaſtico more,tumulanda n.1.p.176.

Quod ſit proximior Altari Maiori,ſecundùm vnum reſpectum , ad materiale pertinet Sepulturæ ; & ad formale ſecundùm alterum.n.2 & 3.ibid.

Materiale Sepulchri, & Sepulturæ habito reſpectu ad materiale , & ad expenſas , vendi poteſt. n.4. p.177. *Sepulchrum, Sepultura, quoad acquiſitionem Iuris, & dominij illius, per emptionem, conſtructionem, &c.*

Limita , ſi adſit conſuetudo patriæ legitimè introducta,& præſcripta.n.22.& 23.p.179.

Aliàs erit Simonia de Iure Eccleſiaſtico. n.14.15. p,178.n.16.20.21.22.p.179.& n.29.p.181.

Ius,& dominium Vtile Sepulchri vendi poteſt cum vniuerſitate bonorum.T.4.D.13.n.1 & ſeq.p.214.

Non poteſt vendi per ſe abſque Simonia. n.5.p.215.

Si per ſe vendatur , venditor Iure, quo habebat in Sepulchro priuatur.n.4.ibid.

Si res, cui Ius Sepulchri eſt annexum, maiori vendatur pretio, ratione huius annexionis , Simonia committitur. n.7. ibid.

Actio ad Sepulchrum ſine Simonia vendi non poteſt. n.14.p.216.

Ius, quod ſibi in Sepulchro reſeruat Patronus in limine erectionis Eccleſiæ merè temporale eſt: vendi,& exequi poteſt, quâ tale,pro ſolutione debiti temporalis Patroni.T.4.D.24.n.2.p.228.

Ius Sepulchri , quod acquititur per erectionem & conſecrationem Eccleſiæ , merè temporale eſt, vendi, & exequi poteſt quoad præeminentias:V. gr. quoad hoc , vt ſit in præeminentiori loco ;vt ſit priuatiuum acquirentis,ſuæ familiæ,vel hæredibus;& impedire valeant,ne alter in eo tumuletur. n.3.4.5.6.7 & 9. p.228.229.

Quoad Ius autem principale , vendi , & exequi directè non poteſt.n.3.5.& 9. ibid.

Si præeminentia loci Sepulturæ attendatur in quantum propinquior eſt Summæ Aræ, Sanctiſſimo Sacramento, ſpiritualis eſt vendi non poteſt, aut exequi pro temporali. n.7.& 8.p.99.

Ius principale Sepulchri,& Sepulturæ ſpirituali eſt annexum, & non eſt pretio æſtimabile.n.3.5. & 8.p.228.229.

† Cautè procedi debet in emptione, & venditione Sepulchri, & Sepulturæ, nè Simonia committatur, & qua ſit vtendum cautela. T.4.D.4.n.3. & 4. p.176.177.

De Sepultura, provt eſt officium tumulandi, non verò provt eſt mortuorum habitaculum,loquuntur Decretales, *Non ſatis*, & *Cumin Eccleſia,de Simonia*. n.29.p.181.

Nomen *Sepultura*, trifariè ſumitur. I. Pro loco ipſo, in quo cadauera tumulantur Fidelium. II. Pro Iure ſepeliendi. III. Pro ipſo officio,quod cadaueribus impenditur. n.9.p.177.

Iure hæreditario, à parentibus ad Filios transfertur Sepulchrum,& Sepultura. n.4. ibid.

Donari poteſt Ius Sepulchri cum vniuerſitate rerum, aut rei, cui eſt annexum. T.4.D.13.n.20. p.217.

Dominium vtile Sepulchri acquirit illius conſtructor, ſi ante conſtructionem licentiam obtinuit à potente illam concedere, & conſtructio fuit cum effectu ſequuta.T.4.D.5.n.1.& ſeqq.p.189.

* Qui habet dominium vtile Sepulturæ, prohibere poteſt,ne aliquis abſque eius licentia in ea ſepeliatur. T.4.D.3.n.6.p.171.n.20.p.172.T.7.D.5. n.1.2.& 3. p.262.

Qui Sepulturam conſtruxit, Ius patronatus illius latè ſumptum,habet.T.4.D.5.n.2.p.183.

* Qui Sepulturam ſibi fabricauit, ſi abſque electione alterius Sepulturæ decedat in illa eſt ſepeliendus,etiamſi aliam alibi habeat. n.3.& 4. ibid.

Sepulturam conſtruens, tacitè cenſetur reſeruare ſibi Ius ſepeliendi. n.4 & 5. ibid.

Si vnus incipiat Sepulchrum conſtruere, & alius perficiat, vterque acquirit dominium Vtile illius. n.9. & ſeqq. p.184.

Limita, ſi perficiat opus de mandato, aut commiſſione incipientis illud. n.12.& 13. ibid.

Qui cœpit Sepulchrum conſtruere, ſi deſiſtat, poteſt ab Epiſcopo ad perficiendum illud compelli. n.9. ibid.

† Si quis pro ſe, & pro aliis Sepulchrum conſtruat, dominium illius Vtile pro omnibus acquirit. n.17. p.185.

Qui Sepulchrum pecunia conſtruxit alterius, illius dominium acquirit, Vtile ſcilicet,ſi pecuniæ Dominus id ratum habuerit.n.19. ibid.

Si pecuniæ Dominus fuerit Eccleſia, Miles, Pupillus, aut vxor, dominium Vtile Sepulturæ, pecuniæ Domino acquirit.n.21.22.23.& 24. ibid.

Si tamen pecuniæ Dominus fuerit perſona priuata, non priuilegiata,ſibi acquirit Sepulchri dominium Vtile illud conſtruens.n.22.& 23. ibid.

Sepulchrum conſtructum ex bonis reſtitutioni obnoxiis,ſi illa non fuerint Eccleſiæ Militis,Pupilli, aut Vxoris, ad hæredes tranſit conſtructoris. n.24. ibid.

Qui Sepulchrum ſuæ familiæ conſtruxit, dominium Vtile illius acquirit omnibus deſcendentibus ſuis maribus, & fœminis, ſiue hæredes ſint,ſiue non. n.25.26.27.ibid.

Si illud tantum conſtruit pro ſe, & ſuis hæredibus, aut ſucceſſoribus, dominium Vtile illius,deſcendentibus ſuis non acquirit.n.25.26.& 27.ibid.

Si Sepulchrum ab Epiſcopo conſtruatur,aut ab alio Eccleſiaſtico de redditibus,aut bonis Eccleſiaſticis,ad Eccleſiam,quoad dominium vſus pertinet, non ad conſanguineos, aut hæredes contructoris.T.4.D.5.d.1.n.1.p.189.n.7.9.p.190.& n.30. p.195.

Secus erit, ſi Sepulchrum fiat,de bonis intuitu Eccleſiæ non acquiſitis.n.1.p.189.

Dominium Vtile Sepulchri Hæreditarij hæredi acquiritur, etiamſi in minima parte hæres ſit. T.4. D.6.n.1.& ſeqq.p.197.

Ante poſſeſſionem hæreditatis illud acquirit;ſi tamen hæreditatem adiecit.n.17.p.199.

Si hæreditas diuidarur, dominium Vtile Sepulchri, vni hæredum adiudicari non poteſt.n.12.p.198

Ius, ſeu dominium Vtile Sepulchri, cum vniuerſitate venit bonorum. n.12.ibid.

Acceſſorium illud eſt rei, cui illud fuit acquiſitum. n.12. ibid.

Quando hæreditas diuiditur, ſi minorem partem hæreditatis recipienti, dominium Vtile adiudicetur Sepulchri,adiudicatio nulla eſt,& ſimoniaca. n.16.p.199.

Si teſtator, dominium Vtile hæreditarij relinquat Filio, & ab illo deſcendentibus, & Filius ſine deſcendentibus decedat, ad illius hæredes illud ſpectabit, ſiue collaterales illi ſint, ſiue extranei. n.20.21.& 22. ibid.

Sepulchrum Familiare, ad eos ſolum,qui de cognatione ſunt, pertinet.n.23. ibid.

In Sepulchri dominium, in quod ſuccedunt hæredes, ſuccedunt ſubſtituti. T.4.D.7.n.1.p.201.& n.28. p.205.

Debent tamen prius hæreditatem adiicere: illam acceptare.n.28.ibid.

In Sepulchrum Hæreditarium ſuccedit Fideicommiſſarius, non in Familiare, niſi ſit de Familia. T.4.D.8.n.1.& ſeqq.p.205.

In Sepulchro Familiari, quilibet de parentela, abſque traditione, in ipſa prius acquiſitione, Ius acquiſiuit: quo ſine iuſta cauſa, ſpoliari à nemine valet.T.4.D.10.n.5.p.212.

Ex Iure patronatus, quod quis acquirat in Eccleſia, aut Capella ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, Ius non acquirit Sepulchri priuatiuè, quoad alios. T.4.D.11.n.1.& 2.p.214.215.

Vt tamen Ius illud Sepulchri acquirat, ſufficit tacita Epiſcopi licentia: & quando illa intelligatur adeſſe, declaratur.n.2.ibid.

Ius, & dominium Vtile Sepulchri,quod non ſit Familiare, aut Hæreditarium, priuilegio acquiri poteſt.T.4.D.12.n.1.& ſeqq.p.213.

Ius Sepulchri,præſcriptione acquiri poteſt.n.5.ibid.

Ius, & dominium Vtile Sepulchri cum vniuerſitate bonorum tranſit in locatione perpetua bonorum, & in conceſſione in Feudum, vel in Pectam.T.4.D.14.n.1.& 4. p.218.

Qui habent vſumfructum bonorum, quibus Ius adhæret Sepulchri, iſto Iure vti poſſunt. T.4. D.19.n.1.p.222.

Ad præſcriptionem bonorum, quibus Ius,& dominium Vtile Sepulchri eſt annexum, illud præſcriptione acquiritur.T.4.D.20.n.1.& 4.p.223.

Ius, & dominium Vtile Sepulchri, per Maiorum illationem, & Armorum Familiæ appoſitionem, acquiſitum cenſetur. T.4. D.22.n.1.& 5. p.224. 225.

Abſque Epiſcopi conſenſu transfertur Ius, & domininm Vtile Sepulchri, cum bonis, quibus eſt annexum. T.4.D.23.n.1.& 5.p.226.

Ius Sepulchri dari non poteſt, ſine Superioris authoritate, & ſeruatis variis Iuribus formam indicentibus ſeruandam in alienatione rerum Eccleſiæ. T. 6. D. 1. n. 1. p. 249.

Qui Epiſcopalem, aut quaſi Epiſcopalem habent iuriſdictionem, poſſunt in territorio ſuo Ius Sepulchri, & facultatem ad aliud conſtruendum concedere. n. 1. ibid.

Ius, & dominium vtile Sepulchri haberi non poteſt, niſi ex gratia, & tolerantia. n. 1. ibid. &. D. 3. n. 23. p. 169.

Dominium proprietatis Sepulchri nulla priuata perſona habet. T. 7. D. 5. n. 4. p. 262.

Datur verum dominium directum, & proprietatis Sepulturæ. T. 4. D. 1. n. 1. & 7. p. 162. 163.

Datur dominium illius vtile; ſeu vſusfructus illius. n. 4. & 5. p. 163.

Fideles habere non poſſunt directum, & proprietatis Sepulturæ, ſed bene poſſunt habere dominium vtile illius. n. 4. & 5. ibid. & D. 2. n. 2. p. 167. & T. 7. D. 5. n. 4. p. 262.

* Inuito vſufructuario Sepulturæ, non poteſt aliquis in ea inferri. T. 4. D. 1. n. 4. p. 163.

Dominium directum, & proprietatis Sepulturæ frequenter à dominio vtili illius ſeparatum reperitur. n. 6. ibid.

Extincto illo, aut familia, cui fuit conceſſus vſusfructus Sepulchri, aut Sepulturæ, ſtatim ille ad Eccleſiam redit. n. 1. &. 7. p. 162. 163.

Extincta familia vſufructuaria Sepulchri, aut Sepulturæ, alteri illius vſus dari poteſt in aliquorum ſententia; ſed verius credo non poſſe. n. 1. 7. 8. & 9. ibid.

* In Sepultura Familiari hæres extraneus, etiamſi vniuerſalis hæres ſit, ſepeliri non poteſt. n. 8. p. 163. & D. 5. à n. 27. p. 186.

Dominium directum, & proprietatis Sepulchrorum, & Sepulturarum eſt penes Eccleſias in quibus aut in quarum Cœmeteriis exiſtunt, & penes illarum Miniſtros, eo modo, quo reſidet penes Religioſos dominij capaces in communi rerum, quas poſſident dominium. T. 4. D. 2. n. 1. p. 166. & 10. p. 168.

Eccleſia, & eius Miniſtri habent dominium vtile Sepulturarum antequam aliquibus illas concedant. T. 4. D. 3. n. 1. p. 170.

Ante dictam conceſſionem, habent perfectum illarum dominium: directum ſcilicet, & proprietatis, ſimul cum vtili. n. 2. & 4. ibid.

De licentia Epiſcopi, poſſunt Eccleſiæ ſæculares, & earum Miniſtri dominium vtile, ſeu vſumfructum Sepulturarum Laicis concedere, forma à Iure præſcripta, pro rerum Eccleſiæ alienatione, ſeruata. n. 3. & 5. ibid.

Regulares verò ad id indigent Sacræ Congregationis Concilij Tridentini licentia. n. 5. ibid.

* Qui dominium vtile Sepulturæ habet prohibere poteſt ne aliquis in ea ſine eius ſepeliatur licentia. n. 6. p. 171. & 20. p. 172. Habet enim in ea Ius priuatiuè, quoad alios omnes. n. 6. ibid.

* Inuito tamen vſufructuario Sepulturæ, in caſu neceſſitatis, Eccleſiarum Rectores Sæculares, & Regulares poſſunt illàm alteri concedere. n. 7. 8. 9. & 10. p. 171.

Qui abſque Superioris diſpenſatione, vel Domini vſusfructus Sepulturæ in illam immiſſus fuit, extrahi debet. n. 12. & ſeqq. ibid.

* Qui relicto Sepulchro Maiorum ſuorum, in loco minus religioſo ſe ſepeliri mandauit, exhumari debet, & cum ſuis tumulari Maioribus. n. 13. ibid.

Qui in Eccleſia ſua ſepeliuit, quem non poterat, exhumare illum debet, & reſtituere cum omnibus, quæ occaſione Sepulturæ illius recepit. n. 14. p. 172. *

Non præſumitur acquiſitum dominium vtile Sepulturæ, ex ſolo decurſu decennali, ac cadauerum illatione. n. 7. ibid.

Non præſumitur acquiſitum Ius Sepulturæ, ex Iure patronatus, quod quis habeat in eadem Eccleſia. n. 18. ibid.

Qui habet dominium vſus Sepulturæ, poteſt concedere licentiam immittendi, quos ipſe voluerit. n. 19. ibid. *

Si tamen multi ſint Domini talis vſus, omnes debent dictam concedere licentiam. n. 20. ibid. *

Qui habet dominium vtile Sepulchri, Patronus illius dici poteſt n. 20. ibid. Impropriè tamen. n. 21. p. 173.

Ius Sepulturæ ſimilitudinem cum Iure patronatus habet. n. 21. 22. 23. 24. & 25. p. 173.

Dominium vſusfructus Sepulturæ non acquiritur à Laico abſque Prælati Eccleſiaſtici licentia. n. 22. ibid.

Transferri in alium non poteſt, niſi de Superioris licentia. n. 25. ibid.

Neque cum illa, & ſeruata forma, pro alienatione rerum Eccleſiæ, ſtatuta. n. 28. p. 174.

Ab alio quàm à Summo Pontifice præiudicare non poteſt, qui hoc habet Sepulturæ vſum, niſi ex iuſta cauſa neceſſitatis, vel maximæ vtilitatis. n. 30. ibid.

Patroni Sepulturæ non dicuntur Regulares, in quarum Eccleſia illa ſita eſt, nec Parochus Sepulturæ Eccleſiæ ſuæ, ſed illi ad quos tranſlatum eſt dominium vſus illius. T. 7. D. 5. n. 2. p. 262.

Ius Sepulchro Familiari quilibet de parentela, abſque traditione, in ipſa prima illius acquiſitione, Ius acquiſiuit, quo ſine iuſta cauſa, ſpoliari à nemine valet. T. 4. D. 10. n. 5. p. 212. & D. 5. n. 25. 26. & 27. p. 186.

Non poteſt Epiſcopus efficere vt Sepulchrum de mandato Teſtatori pro certis conſtructum perſonis pro aliis deſeruiat niſi iuſta exiſtente cauſa. T. 4. D. 10. n. 6. p. 212.

Qua non ſuperueniente cauſa, nulliter, iniquè, & iniuſtè faciet. n. 7. ibid.

Ius, & dominium vtile Sepulchri Hæreditarij, accedente Epiſcopi conſenſu, acquiri poteſt à Clerico nomine proprio, & à Laico etiam mediante legato. n. 1. p. 210.

Ius autem Sepulchri Familiaris, nequit acquiri legato. n. 5. 6. & 7. p. 212.

Si Epiſcopus non permittit conſtrui Sepulchrum in loco à Teſtato præſcripto, ſatisfacit mandatarius ſi illud alibi conſtruat. T. 5. D. 1. n. 1. & 2. ac 3. p. 230. *Sepulchrum, quoad conſtructionem, & conceſſionē*

Qui cœpit Sepulchrum conſtruere, compelli poteſt ab Epiſcopo ad illud perficiendum. T. 5. D. 3. n. 1. p. 233.

Qui promiſit Sepulchrum conſtruere, ad illud cum effectu conſtruendum poteſt compelli. T. 5. D. 4. n. 1. p. 233. & n. 16. p. 235.

Ad conſtruendum in Eccleſia Sepulchrum, neceſſaria eſt licentia Domini eiuſdem Eccleſiæ, vel Ordinarij loci, cui illa eſt ſubiecta. T. 5. D. 5. n. 1. ibid.

Non requiritur licentia Patroni, qua talis. n. 1. ibid.

Cauſa eſt pia Sepulchri conſtructio: & legatum factum pro conſtruendo illo. T. 5. D. 6. n. 2. p. 236.

Pro Sepulchri conſtructione, alienari poſſunt bona Fideicommiſſo ſubiecta. n. 3. & 4. ibid.

Conſtrui bene poteſt in loco, ea ſub conditione vendito, vt in illo conſtrui nequeat. T. 5. D. 8. n. 1. p. 238.

Sepulchrum conſtruere tenetur illius hæres, qui illud conſtruere debuerat. T. 5. D 10. n. 1. p. 241.

Pecuniam pro conſtruendo Sepulchro relictam, ſi inſufficiens ſit, poteſt Epiſcopus in aliud minus ſumptuoſum Sepulchrum conuertere. T. 5. D. 11. n. 1. p. 242.

Immò & in quemlibet vſum piam illam conuertere queit. n. 1. ibid.

Debet conſtrui Sepulchrum, quod fieri mandauit Teſtator in teſtamento inualido ob defectum ſolemnitatum Iuris. T. 5. D. 12. n. 15. 16. & 17. p. 247.

Fieri non poteſt Sepulchrum de turpiter acquiſitis. T. 5. D. 13. n. 1. Intellige ante pœnitentiam ibid. Poteſt tamen poſt illam n. 3. p. 248.

Regulares concedere poſſunt Sepulchra in Eccleſiis, & locis ſuis exemptis ab Ordinariis locorum, ſi eis non ſit per Ordinis Conſtitutionis interdictum. Seruata tamen diſpoſitione S. Congregationis Concilij Tridentini. T. 6. D. 2. n. 1. 6. & 7. p. 251. 252.

Sine illorum licentia, nemo poteſt Sepulchra conſtruere in eorum locis. n. 3. p. 251.

Illa concedere poſſunt Commendatarij perpetui, & temporales. T. 6. D. 3. n. 4. p. 253.

Sede non vacante, non poteſt Capitulum, de Iure, facultatem conſtruendi Sepulchra concedere. T. 6. D. 4. n. 3. p. 254.

Poterit tamen ſi habet priuilegium, aut conſuetudinem legitimè præſcriptam. n. 4. ibid.

In Eccleſiis pleno Iure annexis Monaſteriis exemptis ab Ordinarij iuriſdictione, non poteſt Epiſcopus, neque Capitulum Sede vacante Sepulturam concedere. T. 6. D. 5. n. 3. p. 255.

Sepulchra concedere, eſt iuriſdictionem exercere, & adminiſtrationem in Eccleſia pro qua conceduntur. n. 3. & 4. ibid.

Sepulchra, quoad varia. Sepulchrum, ad ſolatium tendit defunctorum. T. 5. D. 12. n. 17. p. 247.

Si in Sepulchris intra Eccleſiam, aut in Cryptis, ſub Eccleſiæ pauimento, ad quas pateat per Eccleſiam aditus, actio fiat pollutionis inductiua, Eccleſia polluitur, & è contra. T. 2. D. 7. num. 21. p. 124.

Ortâ lite ſuper reſtitutione cadaueris, Eccleſia, cui reſtitui debet, exceptionem ſpolij opponere non poteſt Eccleſiæ ſpoliatrici. T. 7. S. 1. D. 6. d. 12. n. 2. p. 284.

Regulares, qui Parocho per pactum promiſerunt aliquos Parochianos non ſepelire, promiſſum adimplere coguntur. T. 7. S. 1. D. 6. d. 13. n. 34. p. 285.

Offiicium ſuper cadaueribus, quæ in Regularium Eccleſiis ſepeliuntur, ad ipſos Regulares facere ſpectat, non ad Archipresbyteros, aut ad Parochos etiam Cathedralium. T. 7. S. 1. D. 6. d. 14. n. 7. p. 286.

Quæ reſtitui debeant ob violentum ſpolium funeris. n. 7. ibid.

Qui violenter facit officium pro defunctis, reſtituere tenetur candelas, & quicquid de funere accepit, ſicut qui funus ſpoliat. n. 7. ibid.

Sicut ſe habet domicilium inter viuos, ſic ſe habet Sepultura inter mortuos. T. 8. D. 1. d. 1. n. 2. p. 322.

Eſt enim mortuorum domicilium. T. 9. §. 15. n. 2. p. 372.

Sepulturæ, vnio, ex mutua dilectione, quæ fuit, aut eſſe debuit inter viuos, procedit. T. 8. D. 1. d. 1. n. 3. p. 322. d. 2. n. 3. p. 323. & D. 2. S. 2. d. 32. n. 2. p. 357. & d. 34. n. 4. p. 359.

Sepulturæ Ius, multùm ab adminiſtratione dependet Sacramentorum. T. 8. D. 2. n. 2. p. 330. & d. 5. n. 3. p. 339.

Quilibet fidelis, qui liberum habet arbitrium, & puber eſt, ſiue vir, ſiue fœmina, eligere poteſt Sepulturam in quocumque loco Sepulturæ capaci. T. 7. S. 1. D. 1. n. 1. & ſeqq. p. 256. *Sepulchrum quoad eius electionem*

Illam poteſt eligere filiusfamilias. n. 4. p. 257.

Eligere poteſt minor 25. ann. n. 2. ibid.

Ante pubertatem nemo eligere illam poteſt. n. 4. ibid.

Neque leproſi in loco communi. T. 7. S. 3. D. 10. §. 3. p. 308.

Non poſſunt illam eligere, qui ſunt à Iure prohibiti, ne illam eligere valeant. T. 7. D. 1. n. 7. p. 257.

Neque illi, qui Sepultura ſunt ipſo Iure priuati. n. 8. ibid.

Electio Sepulturæ ſpiritalis eſt. T. 7. S. 2. D. 9. §. 1. n. 5. p. 301.

Pater eligere poteſt Sepulturam pro filio impubere, ſi id ferat patriæ conſuetudo. T. 7. S. 2. D. 9. §. 1. n. 1. ibid.

Poteſt etiam ſi talis deſit conſuetudo. dicto. §. 1. n. 4. ibid.

Amplia etiam pro filio emancipato. §. 2. n. 2. p. 302.

Immò poſſe eligere pro filio adoptiuo, minus benè docent aliqui. §. 3. n. 2. ibid.

Poteſt eligere pro filio naturali, & pro ſpurio. §. 4. n. 2. 34 p. 303.

Poſſe Matrem eligere Sepulturam pro filio impubere legitimo, probabile eſt. §. 6. n. 1. p. 304. Immò & pro illegitimo naturali. n. 7. p. 305. Et pro ſpurio, n. 8. ibid.

Electio Sepulturæ, eſt pars vltimæ voluntatis. T. 7. S. 1. D. 1. n. 6. p. 257. & D. 2. n. 3. p. 258. & S. 5. D. 13. n. 8. p. 319.

Electio Sepulturæ ſemel, aut ſæpè facta, vſque ad vitæ finem reuocari poteſt. T. 7. S. 1. D. 2. n. 1. 2. 3. 6. p. 258. 159.

In graui, & periculoſa infirmitate facta, non cenſetur per conualeſcentiam reuocata, & per poſteriorem longæuam vitam. n. 9. p. 259.

Reuocari non poteſt electio, ſi fuit firmata vltronce iuramento, aut voto. n. 4. & 5. p. 258.

Fideicommiſſarius, & donatarius promittens ſub iuramento eligere Sepulturam, illam tenetur eligere ſub duplici vinculo: iuſtitiæ, & Religionis. T. 7. S. 1. D. 3. n. 1. 3. & 4. p. 359. 260.

Voluntas fidelis eligentis non ſepeliri, aut Sepulturam non Sacram, exequi non debet. T. 7. S. 1. D. 4. n. 1. p. 261. & S. 4. D. 12. n. 5. 7. p. 314. & n. 10. p. 315.

Errauit D. Marcellinus Papa, qui ob idololatriam à ſe commiſſam, voluit in pœnam illius non ſepeliri: & eos excommmunicauit, qui ipſummet tumulaſſent. T. 7. D. 4. n. 3. p. 261.

Hæres, qui teſtatorem congruè tumulat contra illius præceptum, & voluntatem eligentis non ſepeliri, nullam pœnam à teſtatore inflictam, ob illud incurrit facinus. n. 2. & 3. ibid.

Non debet exequi voluntas mandantis, ne corpus ſuum ſepeliatur, niſi cum vna candela, aut vt tumuletur cum tubis, &c. n. 2. ibid.

Alienam Sepulturam ſibi eligere nemo poteſt niſi de conſenſu illius, qui vſum illius habet. T.7.S.1. D.5.n.1.2.3.4.& 7. p. 262.& D. 1. n. 1. p. 263.

Effectum tamen habebit electio, ſi in caſu neceſſitatis diſpenſet Prælatus, aut Rector.dicto. d.1.n. 1. 2. & 3. ibid.

In caſu, quo non diſpenſetur ab eorum aliquo, ſi alia non electa decedat, inteſtatus quoad electionem Sepulturæ decedet. n. 1. ibid.

Nulla eſt,& inualida, ac illicita Electio Sepulturæ, ſi fiat cum iuramento, voto,aut promiſſione ab eo, quem ad huiuſmodi electionem induxerant Clerici, aut Religioſi Eccleſiæ electæ.T. 7. S.1.D.6. n. 1. p. 264.

Qui ſic Sepulturam elegit, factus, eſt incapax aliam eligendi. n. 4. ibid. & D. 4. n. 2. p. 275.

Mortaliter peccant Clerici, & Religioſi inducentes ad electionem cum iuramento, &c. in propria ipſorum Eccleſia. T. 7. D. 6. n. 2. & 3. p. 264.

Excommunicationi etiam ſubiiciuntur Papæ reſeruatæ. n. 9. p. 265.

Dummodò tamen ſcienter, aut cum ingenti induxerint temeritate. n. 10. ibid.

Prohibitum etiam Clericis, & Religioſis eſt ne inducant ad non mutandam Sepulturam iam electam in ſuis Eccleſiis, aut Cœmeteriis. n. 3. p. 264.

Non procedunt prædicta, quando inducentes Nouitij ſunt. n. 13. p. 266.

Neque quando Laici Seculares etiamſi ſint Eccleſiarum œconomi. n. 11. p. 265.

Electio Sepulturæ facta ad inductionem, vel ſuggeſtionem Parochi, probabile eſt, quod ſit valida, ſolo Iure Eccleſiaſtico attento. T. 7. S. 1. D. 6. d. 1. n. 1. 2. & 3. p. 267.

Longè probabilius eſt, quod inualida illa ſit. n. 4. & ſeqq. ibid.

Pœnas incurrit Parochus *cap. Animarum, & Clementinæ Cupientes*, ad electionem, vt præfertur, inducens. n. 14. p. 268.

Electio Sepulturæ facta ad ſuggeſtionem, vel inductionem Laici ſæcularis, habentis connexionem cum Eccleſiaſticis, valida eſt attento Iure Eccleſiaſtico. n. n. 12. ibid.

Irrita eſt, & ſimoniaca Iure naturæ electio Sepulturæ, facta cum pacto, etiam virtuali, quod in ſuggeſtione includitur. n. 7. 8. & 9. p. 267. 268.

Electio Sepulturæ facta cum iuramento, &c. ex inductione Religioſi, aut Beneficiarij particularis, ſeu priuati, valida eſt, in quorundam ſententia. D. 6. S. 1. d. 2. n. 1. 2. 3. & 4. p. 269. 270.

Immò in Petri de Vbaldis placito, valida eſt etiam ex Prælati inductione. n. 3. p. 270.

Verior tamen ſententia tenet, nullam, & inualidam eſſe electionem factam ex inductione priuati, aut Prælati, & pœnas incurrere inducentem. n. 6. & ſeqq. ibid.

Religioſus, aut Clericus ad electionem Sepulturæ in aliena Eccleſia inducens, pœnas non incurrit *capit. Animarum*. T. 7. S. 1. D. 6. d. 3. n. 1. & 2. p. 274.

Electio Sepulturæ ſic facta in aliena Eccleſia, licet non ſit nulla de Iure Eccleſiaſtico, inualida eſt de Iure naturæ. n. 4. ibid.

Electio Sepulturæ liberè facta, ſi poſtea, qui illam elegit, inductus à Clerico, aut à Religioſo Eccleſiæ electæ, illam non mutare promiſit, irrita redditur, & nulla. T. 7. S. 1. D. 6. d. 4. n. 1. & 2. p. 275.

In caſu electionis, & promiſſionis non mutandi Sepulturam ex inductione, ſepeliendus eſt promittens, vbi de Iure ſepeliri deberet, ſi nullam feciſſet electionem. n. 2. ibid.

Attento ſolo Iure Canonico, licitè inducunt Clerici, & Religioſi ad electionem Sepulturæ, in Teſtamento, aut in Codicillo faciendam. T. 7. S. 1. D. 6. d. 5. n. 1. & 2. p. 277.

Inducere ad eligendam Sepulturam in propria Eccleſia ſine iuramento, voto, aut promiſſione, in Iure non prohibetur Canonico. T. 7. S. 1. D. 6. d. 6. n. 1. ibid.

Clerici, & Religioſi inducentes ad eligendam Sepulturam in ſuis Eccleſiis, ſi non inducunt ad iurandum, &c. pœnas non incurrunt à Iure inflictas. dicto n. 1. ibid.

Non eſt irrita, & inualida in vim Iuris Canonici electio Sepulturæ facta ex inductione, non tamen ex inductione ad iurandum, vouendum, aut ad promittendum. n. 1. ibid.

Qui cum iuramento, voto, aut promiſſione ex inductione Clerici, aut Religioſi eiuſdem Eccleſiæ in qua de Iure quis ſepeliri deberet, ſi inelecta deceſſiſſet Sepultura, elegit ibi ſepeliri, ibi ſepeliendus eſt, non obſtante tali inductione. T. 7. S. 1. d. 7. n. 1. & ſeqq. p. 278.

Non tamen ibi ſepeliendus eſt ex vi electionis, ſed ex Iuris diſpoſitione. n. 5. & 7. p. 279.

Per huiuſmodi enim electionem, non perdit Ius, quod ei de Iure competebat. n. 2. p. 278. & n. 3. p. 279.

In fauorem Eccleſiæ, cui Sepultura debetur, emanarunt Iura *capitis Animarum, & Clementinæ Cupientes*. n. 3. & 8. ibid.

Electio Sepulturæ ex inductione Clerici, aut Religioſi Eccleſiæ electæ facta cum promiſſione reuocabili, Iure Canonico non prohibetur. T. 7. S. 1. D. 6. d. 8. n. 1. & ſeqq. p. 280.

Clerici, & Religioſi inducentes ad electionem Sepulturæ cum iuramento, voto, aut promiſſione irreuocabili, pœnas incurrunt *capit. Animarum, & Clementinæ Cupientes*, electione ſic facta, eſto ſepelitio ipſa non ſequatur. n. 1. & ſeqq. dictæ. D. 6. d. 9. ibid.

Illas tamen non incurrunt electione non ſequuta cum iuramento, voto, &c. n. 2. 5. & 6. p. 280. 281.

Qui ſponte, non coactus elegit Sepulturam cum iuramento, voto, aut promiſſione, aut ſic electam non mutare promiſit, validè elegit, & promiſit. T. 7. S. 1. D. 6. d. 10. n. 1. 2. & 3. p. 282.

Tenetur ſepeliri in Sepultura electa cum iuramento, voto, aut promiſſione ſponte factis. n. 4. & 5. ibid.

Clerici, & Religioſi, qui induxerunt ad electionem Sepulturæ in propria Eccleſia cum iuramento, &c. & ipſa Eccleſia tenentur reſtituere ſtatim Eccleſiæ, cui de Iure corpus debebatur, omnia, quæ ratione Sepulturæ receperant, & etiam cadauer, (ſi tamen hoc petatur, aliàs non) intra decendium, à die, & momento petitionis. T. 7. S. 1. D. 6. d. 11. n. 1. & ſeqq. p. 283.

Propoſitum eligendi Sepulturam, electione non ſequuta, non ſufficit pro Sepulturæ electione. T. 7. S. 1. D. 7. n. 1. p. 287.

Probatur Sepulturæ electio per Scripturam priuatam propria manu ſignatam, ſubſcriptam; per Codicillum inualidum; per tres, aut duos teſtes ſingulares. n. 3. ibid.

Probatur etiam per dictum Confeſſoris. num. 4. ibid.

Eligere ſibi poſſunt Sepultutã Religioſi ad dignitates aſſumpti

Qui sint, qui sibi possunt Sepulturam eligere, de quibus poterat dubitari.

assumpti extra Ordinem. T. 7. S. 2. D. 8. §. 1. n. 1. & seqq. p. 288.

Illam sibi valent eligere Religiosi præfecti beneficiis Regularibus Monasteriis annexis. n. 1. ibid.

Item omnes Prælati Regulares, etiam locales, & Vicarij in capite, seu Præsidentes Monasteriorum illam eligere sibi possunt. T. 7. S. 2. D. 8. §. 2. n. 1. & seqq. p. 289.

Illam possunt eligere Religiosi extra Monasterium decedentes, si commodè ad Ecclesias suorum Monasteriorum indè nequeant transferri. num. 4. ibid.

Vxores illam sibi eligere valent. n. 5. ibid. & §. 13. n. 1. p. 300.

Filij familias eligere illam possunt. §. 2. n. 3. p. 289. & §. 12. n. 1. & seqq. p. 299.

Religiosus expulsus, quandiu à Prælato non reuocatur, eligere potest Sepulturam. T. 7. S. 2. D. 8. §. 5. n. 1. p. 293.

Religiosus legitimè ad Matrimonium dispensatus, in sæculo existens, potest illam eligere. T. 7. S. 2. D. 8. §. 6. n. 1. & 2. p. 294.

Conuersi, seu Fratres Laici, si in loco decedant à Monasterio remoto, possunt eligere Sepulturam. T. 7. S. 2. D. 8. §. 7. n. 2. ibid.

Tertiarij vtriusque sexus, qui tria vota essentialia emittebant, & non sub Regula à Sede Apostolica, approbata, eligere poterant Sepulturam. T. 7. S. 2. D. 8. §. 8. n. 8. p. 296.

Qui Regulam approbatam obseruant Tertiarij, in propriis Domibus degentes, sine trium votorum emissione, possunt Sepulturam eligere. n. 8. ibid.

Poterant illam eligere Tertiarij, qui sine votis in Communitate viuebant. n. 8. ibid.

Illam possunt eligere Beatæ in suis Domibus viuentes cum voto Castitatis. n. 8. ibid.

Tertiarij collegialiter viuentes sub tribus votis, si in remoto decedant loco, possunt eligere. num. 9. ibid.

Tertiarij, qui cum Fratribus Ordinis, cuius habitum gestant, in Communitate viuunt, si veri sunt Religiosi, si in loco decedant remoto, illam possunt eligere, aliàs non. n. 11. *Conclusione.* 3. p. 297.

Possunt illam eligere vbicumque decedant, si veri Religiosi non sunt. n. 10. ibid.

Moniales eligere valent Sepulturam si in loco remoto à Monasterio, vltra vnam dictam decedant. T. 7. S. 2. D. 8. §. 9. n. 1. & 2. ibid.

Impubes eligere non potest Sepulturam, nisi malitia in eo suppleat ætatem. Tunc enim bene poterit eligere. T. 7. S. 2. D. 8. §. 11. n. 2. p. 299.

Nouitij, & Nouitiæ eligere possunt. T. 7. S. 2. D. 8. §. 10. n. 1. & seqq. p. 297.

Qui possint eligere pro aliis Sepulturam.

Eligere quando possint vltimo supplicio plectendi. T. 7. S. 3. D. 10. §. 2. n. 1. & 2. p. 308.

Parentes possunt eligere Sepulturam pro filijs impuberibus, prout suprà ibi: *Sepulchrum quoad eius electionem.*

Prælatus Regularis potest illam Subdito eligere suo. T. 7. S. 2. D. 9. §. 7. n. 1. p. 305.

Dominus illam potest eligere seruo impuberi si, adsit consuetudo; alias non. T. 7. S. 2. D. 9. §. 8. n. 1. p. 306.

Probabile est posse Patrem eligere Sepulturam Filio iam defuncto; probabilius est non posse. §. 9. n. 1. & seqq. ibid.

Potest quis eligere pro alio electionem committente. T. 7. S. 2. D. 9. §. 10. n. 1. p. 307.

Quoad effectum Sepulturæ debet fieri electio in vita committentis; quoad alios verò effectus sufficiet fieri post mandantis mortem. n. 2. ibid.

Mater, & Dominus non possunt Filio, & Seruo eligere Sepulturam post mortem Filij, & Serui. §. 9. n. 4. p. 306.

Auus pro Nepote eligere potest, si adsit consuetudo. T. 7. S. 3. D. 11. §. 2. n. 3. p. 310. Aliàs non. ibid. n. 2. p. 309. Intellige de impubere.

Frater potest eligere Fratri impuberi si adsit consuetudo; aliàs non. §. 3. n. 1. p. 310.

Consanguinei, & affines, impuberibus, parentibus orbatis, quorum curam gerunt, possunt eligere Sepulturam, si adsit consuetudo, vt huiusmodi consanguinei, & affines eligant. T. 7. S. 3. D. 11. §. 4. n. 1. & seqq. p. 310.

Tutor potest eligere suo Pupillo Sepulturam, si id consuetudo terræ ferat; aliàs non. §. 5. n. 3. & seqq. p. 311.

Amicus poterit amico Sepulturam eligere, si adsit consuetudo; aliàs non. §. 6. n. 1. & 2. p. 312.

Electio Sepultura vbi fieri debeat.

In loco Sacro fieri debet electio Sepulturæ. T. 7. S. 4. D. 12. n. 1. p. 313.

Maiorum Sepulturam laudabiliter eligi, ex Scriptura Sacra, & Patribus comprobatur. n. 2. p. 314.

Qui Sepulturam non eligit Maiorum suorum, eligere illam debet vel in Ecclesia Parochiali, vel in alia habente priuilegium libertatis Sepulturæ. n. 3. ibid.

Illicitè, & inualidè eligit, qui in loco profano, aut minus religioso sepeliri voluerit. num. 5. & 7. ibid.

Quoad locum minus religiosum, limitat Abbas, quando dolo inductus, vel ex contemptu in illo elegit sepeliri. n. 9. p. 315.

Electio Sepulturæ in loco profano, spernenda est. n. 10. ibid.

Selectior Sepulturæ electio est, quæ fit in loco, in quo plura Diuina celebrantur. n. 11. ibid. In quo plures sunt Sacerdotes. n. 12. ibid. Et regulariter, in Regularium Ecclesiis. n. 12. ibid.

In Regularium Ecclesiis, licitè, & validè electio fit Sepulturæ. n. 13. ibid.

Item in Ecclesiis exterioribus Monialium, non autem in interioribus. n. 22. p. 317.

Leprosi, & qui morbo contagioso laborant, eligere non possunt Sepulturam in loco communi pro fidelium Sepulturis. T. 7. S. 3. D. 10. §. 3. n. 1. p. 308.

Quot modis electio Sepultura probetur.

Electio Sepulturæ probatur, primò per Testamentum. T. 7. S. 5. D. 13. n. 1. p. 318.

Probatur secundò, per Codicillum validum. n. 2. ibid.

Tertiò probatur per Codicillum inualidum. n. 3. ibid.

Quartò, per Scripturam priuatam propria manu eligentis subscriptam. n. 4. ibid.

Quintò, per duos testes. n. 5. p. 319. etiamsi singulares sint. n. 6. & 8. ibid.

Sextò, per dictum Confessarij. n. 10. ibid.

Quando testes discordant de electione Sepulturæ, coniecturis standum est. n. 9. ibid.

Quænam sint coniecturæ, quibus sit standum, declaratur. Eod. n. 9. ibid.

De Sepultura Familiari.

Sepultura Familiaris, seu Agnationis est, quæ pro se, & pro iis, qui sunt de eius Familia construitur. T. 4. D. 5. n. 27. p. 186.

Sepultura Familiaris ad omnes de Familia etiam non hæredes pertinet, & in ea sepeliri debent. ibid. n. 34. p. 187. & D. 9. n. 16. p. 199.

In

In Sepultura Familiari alterius Agnationis ſepeliri non poteſt, qui per fœminam deſcendit, etiamſi hæres ſit. T.4.D.4.n.31.p.187.

Colligitur an Sepultura ſit Familiaris, ex inſcriptione.n.27.p.186.T.8.D.1.d.9.n.2.p.329.

Efficaciter probatur, per Scripturam. n.1.ibid.

Sepultura Familiaris, ad eos ſolum, qui de cognatione ſunt, pertinet.T.4.D.6.n.23.p.199.

Sepultura Familiaris, ex hæredato non tollitur. T.4. D.9.n.1.2.6.p.207.n.8.p.208.& n.16.p.209.

Nec tollitur, hæreditatem renuncianti, Sepulchrum Familiare.n.3.p.207.

Nullam dependentiam habet Familiare Sepulchrum ab hæreditate, aut cum illa connexionem. n.2.ibid.

Si tamen ex iuſto odio quis exhæredetur, Sepulchrum Familiare eſt ei denegandum.n.4.ibid.

Sepulchrum Familiare differt in hoc ab Hæreditario, quod Familiare acquirit quis pro ſe, & pro omnibus ſuæ familiæ, aſcendentibus, deſcendentibus, & tranſuerſalibus, etiamſi hæredes non ſint; Hæreditarium verò, pro ſe, & hæredibus. ibid.n.2.

In Sepulchro Familiari, quilibet de Parentela, abſque traditione, in ipſa illius prima acquiſitione ius acquiſiuit, quo ſine iuſta cauſa à nemine valet ſpoliari.T.4.D.10.n.5.p.212.

Eo ipſo, quo Sepulchrum conſtruitur Familiare, ei omnes de Familia, qui alia inelecta deceſſerunt, addicti cenſentur.T.8.D.1.d.2.n.12.p.324.

Quod tamen ita intellige, vt ſi illud ſit Familiare paſſiuè, omnes, qui ſunt agnati, acquirentis illud, etiam tranſuerſales, in illo debeant tumulari. T.8. D.1.d.6.n.8.& 9.p.327.

Si vero ſit actiuè Familiare, omnes, & ſolum deſcendentes illud acquirentis, per lineam rectam, & tranſuerſalem, in illo humati quibunt. num.10. ibid.

Ita ius Sepulchri Familiaris retinent omnes viri, & fœminæ, etiam non hæredes, vt in illo debeant ſepeliri etiamſi ad aliam Famam tranſeant. T.8. D.2.S.2.d.34.n.3.p.359.

De Sepulchro Hæreditario. Sepulchrum Hæreditarium eſt, quod quis pro ſe, & pro ſuis conſtruit, aut acquirit hæredibus. T.4. D.5.n.27.p.186.

Qui illud tantum pro ſe, & ſuis conſtruit, aut acquirit hæredibus, aut ſucceſſoribus, dominium illius vtile deſcendentibus non acquirit ſuis. n.25. 26. & 27. ibid.

In Sepulchro Hæreditario, ſolùm hæredes, filij, & deſcendentes tumulari poſſunt.n.27.ibid.& n.34. p.187.T.8 D.1.d.6.n.7. p.327.

Sepulchrum Hæreditarium ex inſcriptione colligitur.n.27.& T.8.D.1.d.9.n.2.& ſeqq.p.239.

Efficaciter autem, per ſcripturam acquiſitionis, probatur.T.8.D 1.d.9.n.1.ibid.

Differt Hæreditarium Sepulchrum, à Familiari, in hoc, quod illud pro ſe, & hæredibus; hoc autem pro ſe, & pro Familiaribus acquiritur. T.4. D.9. n.2.p.207.

In Sepulchro Hæreditario humari debent deſcendentes conſtructoris, etiamſi illius hæredes non ſint, ratione coniunctionis ſanguinis, & amoris, non autem in vim contractus, ſi pro ſe, & pro ſuis tantum hæredibus, aut ſucceſſoribus illud acquiſiuit. T.4.D.9.n.2.in fine, & n.3.ibid.

Sepulchro Hæreditario vti poteſt Curator mortuos inferendo, & prohibendo, ne cadauer vllum in illo tumuletur, ipſo Curatore, aut Tutore inuito. T 4.D.18.n.1.p.222.

Alia vide verb. *Confratres. Expenſæ funerum, & Ius Sepulchri.*

Sequeſter. Sequeſtratio. Sequeſtrum.

Ille eſt Sequeſter, apud quem res deponitur controuerſa, vt lite finita, victori reddatur. T.4. D.17. n.1.p.220.

Duplex eſt Sequeſter, vnus neceſſarius, & voluntarius alter.ibid.n.2.

Neceſſarius Sequeſter eſt, qui ex officio ponitur Iudicis, aut ad inſtantiam alterius ex partibus. Eod. n.2.ibid.

Voluntarius Sequeſter eſt, qui partibus conuenientibus ponitur. n.2.ibid.

Rem depoſitam, Sequeſter voluntarius poſſidet, non autem actor, aut reus.n 4. & 5.ibid.

Sequeſter, ſi fructus rei depoſitæ ſeruari poſſunt, illos vendere non poteſt, ſed in proprio ſpecie debet litis victori reddere.n.12.p.221.

Si autem fructus non poſſunt, aut non ſolent conſeruari, ſi ſtantes non ſunt illorum æſtimationem debet Sequeſter litis victori reddere.n.12.ibid.

Si beneficium, aut dignitas apud Sequeſtrem deponatur, æquum eſt, vt iſte ſit in Ordine conſtitutus, quem beneficium, aut dignitas poſtulat.n.10. ibid.

Exercere poteſt Sequeſter omnia iura beneficio, dignitati, Patrono, aut cuilibet alteri annexa, ſi aliàs capax ad illud munus exequendū ſit.n.10.ib.

Sequeſtratio, eſt rei, de qua agitur, ſeparatio, vel poſſeſſionis interdictio.n.4.p.220.

Sequeſtrum, eſt illud ſcriptum, quod de ſequeſtratione conficitur.n.3.ibid.

Seruus.

Quæ acquirit Seruus, Domino ſuo acquirit. T.4. D.5.d.1.n.29.p.195.

Domino ſuo præiudicare non poteſt in acquiſitis; poteſt tamen in acquirendis. T.7. S.1. D.6.d.2. n.3.& 5.p.270.

Seruus, Domini ſepelitur expenſis. T.9. S.1. §.15. n.3.p.372.

Sextarius.

Genus menſuræ eſt, binas heminas capiens. T.3.Pr. n.25.p.151.

Similia.

De ſimilibus, idem eſt iudicium. T.2.D.2.d.11.n.2. p.75.& D.4.d.2.n.2.p.95 & D.5.n.2.p.101.

Argumentum à ſimili, efficax eſt, dicto.n.2 ibid.

De ſimilibus ad ſimilia, rectè proceditur. T.2. D.5. n.2.ibid.

Simonia.

Quoties res maiori venditur pretio, eo quo ſit ſacra; Simonia committitur. T.4.D.13.n.7.p.215.

Qui actionem habet ad rem ſacram, ad beneficium, vt gr. ad ius patronatus, ad Sepulchrum, illam vendens, Simoniam admittit. n.14.p.216.

Qui dictam habet actionem, pretio redimens vexationem, ne ab illius impediatur conſecutione, Simoniam committit. n. 14. 16. & 18. p.216 217.

Simonia committitur in ſpirituali annexo. ibid. n.6. p.215.

Simonia, ipſo iure, contractum irritat.n.6.ibid.

Simonia non eſt redimere vexationem, quæ patitur circa ſpirituale iam conſequutum. n.16. p.216.

Simoniam non committit, qui beneficium obtinuit, ſi ne impediatur à poſſeſſione capienda, pretio redimat vexationem. n.17.p.217.

Simoniam committit Patronus pactum cum Cauſidico faciendo, de illo præſtando, ſi ſedulò, & diligenter cauſam agat.n.18.ibid.

Committitur Simonia quoties venditur, exequitur, & acquiritur pro pretio temporali Ius patronatus Capellæ, aut Eccleſiæ, quoad principale, poſt Eccleſiæ erectionem, & benedictionem. T.4. D.24.n.3.5.& 12. p.228.229.

Et idem eſt de principali Sepulchri Iure. n.3.5.& 8. ibid.

Non committi Simoniam per traditionem modicæ rei temporalis pro ſpirituali graues docent Authores. T.8.D.2.S.1.d.3.n.4.p.337.

Simonia, eſt ſtudioſa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali, aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum. T.4.D.4.n.31.p.181.

Committitur contra Ius Diuinum, & naturale, quoties merx, & pretium ſunt diuerſi Ordinis, ſpiritualis, & temporalis. n.31.ibid.

Ius, & dominium vſusfructus Capellæ, & Sepulchri acquiri poteſt ſine Simonia per contractum emptionis, ſi id terræ conſuetudo ferat, & materiale tantum à contrahentibus intendatur, & non vllus ſpiritualis reſpectus. num.5. & ſeqq. p.177.

Semper committitur Simonia quoties datur pretium rei temporalis pro re ſpirituali annexa conſequenter: ſeu quæ ſpirituale ſupponit ordine temporalis. n.7. ibid.

Abſque Simonia poteſt dari temporale pretium pro re annexa antecedenter ſpirituali, ſeu quæ ordinatur ad ſpirituale tempore poſterius; dummodo non detur ratione reſpectus, & ordinis ad ſpirituale. n.7. ibid. & n.11.p.178.

Si temporale autem detur ratione illius reſpectus, & Ordinis, Simonia committitur contra Ius naturale, & Diuinum. n.30.& 31. p.181.

Pretium accipere pro materiali Sepulturæ, prohibitum ſæpè fuit in Iure Canonico. n.14.15.p.178. n.20.21.p.179. & n.27. p.181.

Simonia contra Ius Canonicum committitur in emptione, & venditione materialis Sepulturæ. n.22. p.179.

Excuſantur à Simonia ementes, & vendentes materiale Sepulturæ, ſi id ferat conſuetudo patriæ legitimæ introducta, & præſcripta. num.22. & 23. ibid.

Exigi, & extorquere pecunias pro Fidelium exequiis, reprobatur. n.10.15.p.178. n.18.19.p.179. & n.31.p.181.

Poſſunt tamen Eccleſiaſtici, officium iudicis implorare, pro obſeruatione conſuetudinis, pia Fidelium deuotione introductæ, erogandi pecunias, exequias mortuorum celebrantibus. n.10.p.178. & n.31. p.181.

Exigere tamen poſſunt, quod qui ſepeliatur viuens iuſſerit de ſuis bonis tradi. n.15.p.178.

In ingreſſu Religionis aliquid ab ingredientibus, etiam paliatè exigere, Simoniacum eſt. n.19. p.179.

Stipendium pro Miſſis, & pro Diuinis officiis celebrandis, ſine Simonia datur, dummodo per modum eleemoſynæ ad Miniſtrorum detur ſuſtentationem, & non per modum pretij. n.5.p.177.

Spiritualia.

Spiritualibus annexa illa ſunt antecedenter, quæ ex ſpiritualibus iam præexiſtentibus dependent. T.4.D.4.n.11.p.178.

Spiritualibus annexa conſequenter, illa ſunt, quæ ad Spiritualia ordinantur, tempore poſteriora. n.11. ibid.

Spolium.

In cauſis Spolij, ſpoliatus allegare poteſt partem aduerſam audiendam non eſſe, niſi prius ipſe reſtituatur. T.7.S.1.D.6.d.12.n.1 p.284.

Spoliatus, ante omnia debet reſtitui n.1.ibid.

Stipulatio.

Non eſt neceſſaria ſtipulatio, vt obliget pollicitatio. T.5.D.4.n.15.p 235.

Subrogatum.

Eiuſdem naturæ, eſt ſubrogatum cum eo, in cuius ſubrogatur locum. T.7.S.5.D.13.n.4.p.318.

Subſcriptio.

In loco vocis ſubſtituitur Subſcriptio, & eandem vim habet, ac haberet locutio. T.7. S.5.D.13. n.41. ibid.

ſubſcriptio in ſcriptura, eſt teſtimonium propriæ mentis declaratiuum. ibid.

Subſtitutio.

Eſt vocatio vnius, aut plurium ad hæreditatem, in locum alterius, vel aliorum. T.4. D.7. num.2. p.201.

Poſt primam hæredis inſtitutionem, omnes ſubſtitutiones, ſecundæ inſtitutiones dicuntur, ſicut omnes nuptiæ poſt primas, ſecundæ etiam dicuntur nuptiæ. n.2. & 3. ibid.

Semper fit ſubſtitutio cum hac conditione expreſſa, aut tacita: *Si iſte, quem hæredem inſtituo, nolit, aut non poſſit ſuccedere, ſuccedat ſubſtitutus.* n.3. ibid.

Subſtitutio, alia *Vulgaris*; alia *Pupillaris*; alia *Exemplaris*; alia *Breuiloqua*, ſeu *Reciproca*; alia *Compendioſa*; & alia *Fideicommiſſaria*. n.3. & ſeqq. ibid.

Subſtitutio *Vulgaris* dicitur, quia vulgò ita fit. Petrus, v.gr. mihi hæres ſit; ſed ſi hæres mihi non ſit, tunc ſit Andreas; & ſi non ſit Andreas, ſit Paulus. n.3 & 4. ibid.

Subſtitutio *Pupillaris* dicitur, quia fit tantùm Pupillo. num.5. p.201. & n.11. verſic. *Exemplaris*. p.203.

Subſtitutio *Exemplaris* dicitur, quia ad exemplum Pupillaris inuenta eſt. n.11. ibid.

Subſtitutio *Compendioſa* dicitur, quia verborum compendio fit, dicendo v.gr. *Inſtituo Petrum hæredem, & quandocumque morietur*, vel *ſi abſque liberis, ſubſtituo Paulum*. n.15.ibid.

Subſtitutio *Pupillaris*, hoc modo fit. *Si Filius meus decedat impubes, Filia ſit hæres*. n.4.p.201.

Expirat hæc ſubſtitutio, ſi Filius ad pubertatem perueniat. n.4.ibid. & n.6. p.202.

Adinuenta eſt hæc Subſtitutio, ne pupilli inteſtati decedant: in cuius loco pater teſtari cenſetur, media ſubſtitutione. n.4.p.201.& n.13.p.203. *Pupillaris Subſtitutio.*

Subſtitutus *Pupillari* ſubſtitutione, ſuccedit non ſolum in bona, quæ à Patre Pupillus obtinuit, ſed in omnia ad Pupillum ſpectantia. n.4.p.201.

Nequit fieri Subſtitutio *Pupillaris* ab eo qui Pupillum in ſua non habeat poteſtate. Vnde neque à Matre. Neque Pater Filio illegitimo poteſt pupillariter ſubſtituere. n.5. ibid.

Si Pupillus, cui fit Subſtitutio poſt teſtatoris mortem, in alterius recidit poteſtatem, nulla eſt ſubſtitutio. n.5. ibid.

Auus viuente Filio, nequit pupillariter nepotem ſubſtituere: quia iſte in illius recidit poteſtatem. n.5.ibid.

Viuente Auo, non poteſt Pater Filium pupillariter ſubſtituere: quia mortuo Patre, recidit Filius in Aui poteſtatem. n.5. ibid.

Subſtitutio *Pupillaris* tribus fit modis, qui recenſentur. n.7.p.202.

Pupillaris Subſtitutio, excludit Matrem à ſucceſſione

sione Filij impuberis, propter independentiam, quam habet à Matre. n. 8. & 9. ibid.

Exemplaris Substitutio. Substitutio *Exemplaris* est cum Filio, cui bonorum administratio est interdicta, amenti scilicet, surdo simul, & muto, vel prodigo substitutio fit n. 10. ibid. & n. 13. p. 203.

Exemplaris substitutio, simul erit Pupilaris, si institutus sit impubes. n. 10. p. 202.

In substitutione *Exemplari*, semper continetur *vulgaris*. n. 10. ibid.

Fieri potest *Exemplaris* substitutio à Patre, à Matre, Auo, Auia, à Proauo, & Proauia. n. 12. p. 203.

Substitutio *Exemplaris* paterna, valet in bonis à paterna prouenientibus linea, materna verò, in prouenientibus à linea materna. n. 12. ibid.

Si ille, cui *Exemplaris* fit substitutio, liberos habeat, vel fratres, an vnus substitui debeat eorum, relicta aliis legitima. n. 12. ibid.

Adinuenta est substitutio *Exemplaris*, nè Filij intestati decederent: in quo cum *Pupillari* conuenit; & in aliis disconuenit. n. 13. ibid.

Substitutio Breuiloqua. Substitutio *Breuiloqua*, aliàs *Reciproca* est, qua instituti sibi inuicem substituuntur. n. 14. ibid.

Sub se continet substitutiones *Vulgares*, *Pupillares*, *Exemplares*, & *Fideicommissarias*. n. 14. ibid.

Substitutio Compëdiosa. *Compendiosa* substitutio, plures, quoad diuersa tempora, substitutiones continet. n. 16. ibid.

Substitutio. Fideicommissaria. Substitutio *Fideicommissaria* contingit cum instituitur hæres cum onere dandi alteri vel totam hæreditatem, vel partem aliquotam eius, vt tertiam, vel quartam, &c. n. 16. ibid.

Hæc substitutio obliqua est; reliquæ verò directæ. n. 18. p. 204.

Ista fieri potest in Codicillo; reliquæ autem non; sed ex benigna Iuris interpretatione, vim Fideicommissariæ substitutionis habebunt. num. 19. ibid.

Hæres grauatus restituere hæreditatem per substitutionem *Fideicommissariam*, sibi reseruare potest quartam illius partem, in quo fuit institutus, quæ Trebellianica dicitur. n. 20. ibid.

Non tamen potest dictam partem, à legatis reseruare. n. 21. ibid.

Si Hæres Fideicommissarius sit, cui legitima à Testatore debetur, detrahet in primis legitimam sibi debitam: & postea, quartam etiam Trebellianicam. n. 25. p. 25.

Quando tamen à Testatore prohibetur, Trebellianica non detrahitur. n. 27. ibid.

Suicidium.

Grauius delictum est Suicidium, quàm alterius homicidium. T. 2. D. 1. d. 4. n. 3. & 4. p. 55.

Tactus. Tangere Sacra.

Tangere Sacra, Fratribus Laicis concessum est, per viuæ vocis oraculum. T. 2. D. 9. n. 11. p. 130.

Tactus Corporis Christi, aquas reddidit ad Baptismum aptas. T. 2. D. 10. n. 7. p. 138.

Calicem consecrat, & Patenam tactus eiusdem Christi, sub speciebus consecratis. à n. 12. ad 18. p. 139.

Tectum.

Nulla actio supra tectum loci Sacri facta, illum polluit; secus si infrà illud fiat pollutionis inductiua. T. 2. D. 7. n. 22. p. 124.

Temeraria.

Propositio, aut sententia temeraria illa dicitur, quæ sine graui fundamento authoritatis, vel rationis aliquid contra communem Doctorum asserit. T. 2. D. 5. §. 2. n. 4 p. 102.

Non est temeraria opinio, & sententia, quæ pro se habet graue fundamentum authoritatis, & rationis, etiamsi contrarietur communi. §. 3. n. 6. & seqq. ibid.

Terra.

Terrarum particularium dominium, & proprietatem acquisiuerunt Hispaniæ Reges in principio, propter Sarracenorum debellationem. T. 4. D. 1. n. 19. p. 165.

Terræ particulares desertæ, Regalis censentur, vel præsumuntur patrimonij. n. 19. ibid.

Tertiarij.

Sex sunt Tertiariorum genera, quæ explicantur. T. 7. S. 2. D. 8. §. 8. à n. 1. ad 6. p. 295.

Qui tria vota essentialia emittunt in Religione approbata sub Prælati obedientia, veri sunt Religiosi, & omnibus priuilegiis gaudent, quibus Patres Minores potiuntur. n. 1. ibid.

Qui tria vota essentialia non emittunt, nec collegialiter, seu in communitate viuunt, sed in Domibus propriis sub Regula S. Francisci Assisiensis, vel S. Francisci de Paula, verè sæculares sunt: oneribus sæcularibus, & Parocho in omnibus subsunt, præterquam in Pœnitentiæ Sacramento. n. 3. ibid.

Huiusmodi Tertiarij confiteri debent approbato ab Ordinario; gaudent tamen omnibus gratiis spiritualibus ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinentibus, quibus ipsi fruuntur Fratres. num. 3. ibid.

Qui cum Fratribus Claustralibus, vel in communitate habitant, gaudent omnibus priuilegiis ipsis Fratribus concessis. n. 4. & 7. p. 296.

Tertiariæ collegialiter, sine votorum emissione viuentes, prohibentur. n. 5. ibid.

Tertiariæ, seu Beatæ, quæ Regulam Tertiariorum seruant, castitatis tantum emittunt votum, & non viuunt in communitate, sed in suis Domibus, sæculares sunt; gaudent tamen exemptione, & priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius habitum gestant, fruuntur. n. 6. & 7. ibid.

Quoad electionem Sepulturæ, vide verbo *Sepultura*, ibi: *Qui sint, qui sibi possint Sepulturam eligere, &c.* in margine adnotatum.

Testamentum Testator.

Episcopi, & alij Ecclesiastici, testari non possunt de bonis Ecclesiasticis, aut Ecclesiæ perceptis intuitu; bene tamen possunt de patrimonialibus, & de aliundè acquisitis in testamento disponere. T. 4. D. 5. d. 1. n. 8. 14. p. 191. n. 18. p. 192. n. 20. p. 193. n. 22. 23. 24. & 25. p. 194.

Testamentum, & testatoris voluntas pro Lege habetur. T. 4. D. 6. n. 20. p. 199.

Testatoris voluntas, adimplenda est. T. 5. D. 2. n. 3. p. 231.

Episcopus voluntatem testatoris exequi tenetur. n. 4. ibid.

Testamentum, aliud est clausum, quod in scriptis dici solet. Aliud dicitur apertum, seu nuncupatiuum, quod sine scripto fit. T. 5. D. 12. n. 2. p. 245.

Vtrumque testamentum est imperfectum, & inualidum, ob defectum voluntatis, potestatisque testatoris, & incapacitatis hæredis. n. 3. ibid. & 10. p. 146.

Testamentum factum sine hæredis institutione, valet ad pias causas. n. 4. p. 145.

Testamentum factum sine hæredis institutione, inualidum, nisi apponatur in eo, qui illud exequatur. n. 4. ibid.

Testamenti executor, gerit hæredis vicem. n. 4. ibid.

Teſtamentum incœptum,& non abſolutum,imperfectum eſt.n.5.ibid.
De Iure Canonico, duo teſtes pro Teſtamenti ſufficiunt valore, ſi legitimi ſint.n.6.ibid.
Non requirit Ius Canonicum ad valorem teſtamenti, quod illius teſtes ſint rogati.n.6.ibid.
Neque requirit, quod omnes ſint maſculi. n.6.ibid.
Teſtamentum, cui deſunt ſolemnitates, de Iure Canonico requiſitæ, inualidum eſt.n.6.ibid.
Quando agitur de Teſtamento, ſecundum Ius Canonicum,& non ſecundum leges iudicandum eſt. n.6.ibid.
In conſcientiæ foro, nullus ad valorem teſtamenti teſtis requiritur.n.7.ibid.
In teſtamento clauſo, quinque de Iure Ciuili ſolemnitates deſiderantur, pro illius valore,& duæ pro aperto,& nuncupatiuo. Et omnes adnumerantur. n.8.ibid. & n 9.p.246.
Teſtamentum, & Codicillum, in quo differant. n.1. p.245.
Teſtes exiguntur, non ad valorem teſtamenti, ſed vt illud probari queat.n.7.ibid.
Teſtamentum ad pias cauſas, factum coram duobus teſtibus, & ſine Parochi aſſiſtentia, valet. T.5.D. 13.n.4.p.248.
Duæ fœminæ, etiam non rogatæ,teſtes idoneæ ſunt, ad teſtamentum ad pias cauſas. n.4.ibid. & ſufficientes.ibid.
Teſtamentum, aut vltima diſpoſitio, ſeu voluntas facta in graui infirmitate, per conualeſcentiam,& vitam longæuam, reuocata non recenſetur. T.7. S.1.D.2.n.9.p.259.
Teſtamentum, valere incipit à tempore mortis teſtatoris.T.7.S.2.D.8.§.1.n.3.p.288.
Pars eſt teſtamenti, Sepulturæ electio.n.2.ibid.
Filiusfamilias, non valet facere teſtamentum,aut de aliquo diſponere, niſi habeat peculium Caſtrenſe, aut quaſi Caſtrenſe. T.7.S.2.§.12.n.3.p.300.
Nec pro anima quidem ſua,aliquid poteſt relinquere,etiamſi eligat Sepulturam. T.7. S.1. D.1. n.4. p.257.
Pater facere poteſt teſtamentum,pro filio impubere. T.7.S.2.D.9.§.1.n.4.p.301.
Fieri poteſt teſtamentum per Procuratorem. T.7. S.2.D.9.§.10.n.1.p.307.
Alia vide verbo *Subſtitutio*, & verbo *voluntas vltima*.

Teſtes.

Duo vt plurimum plenè probant.T.2.Pr.n.54.& 58. p.50. Etiam in cauſis ſpiritualibus,&c. T.7. S.5. D.13.n.5.p.319.
Plures recenſentur cauſæ, in quibus duo non ſufficiunt teſtes ad plenè probandum, ſed plures requiruntur.T.2.Pr.n.55.p.50.
Parentes poſſunt eſſe teſtes in cauſa matrimonij filij; non autem in aliis.T.5.D.8.n.6.p.238.
Teſtes exiguntur ad probandum teſtamentum, non ad illius valorem.T.5.D.12.n.7.p.245.
Quot,& quales requirantur teſtes, ad Legatorum valorem,& ad teſtamenta, vide Verbo *Legata*, & verbo *Teſtamentum*.
Teſtis, qui vero aliquid falſitatis miſcet, eius nihil valet teſtimonium.T.7.S.1.D.6.d.4.n.11.p.276.
Ad probationem Sepulturæ, & cuiuſlibet piæ diſpoſitionis, duo, vel tres requiruntur teſtes. T.7. S.1.D.7.n.3.p.287.
Vnus teſtis fidem non facit; faceret tamen in cauſis modici præiudicij, ſi Papa ius interpretando diuinum, id limitaret ex cauſa Conſtitutionem faciendo, vt vni plena adhibeatur fides. T.7. S.5. D.13.n.5.p.319.
Teſtes ſingulares ſunt, quorum quilibet deponit, vnum aliquid audiuiſſe, aut vidiſſe, ſed in diuerſo tempore.n.7.ibid.
Electio Sepulturæ, per teſtes ſingulares probatur ſufficienter.n.6.ibid.

Trebellianica.

A Trebelliano, à quo fuit conſtituta, denominatur. T.4.D.7.n.20.& 23.p.204.
Trebellianica, eſt reſeruatio quartæ partis hæreditatis, pro hærede fideicommiſſario.n.20.ibid.
Recenſentur cauſæ, ob quas adinuenta fuit Trebellianica.n.20.in fine ibid.
A Legatis non detrahitur Trebellianica.n.21.ibid.
Nec quando prohibitum eſt à teſtatore detrahitur. n.27.p.205.

Trident. Concilium.

Caput ſextum ſeſſionis 24. Concilij Tridentini, à Sacra Congregatione Cardinalium, illius interpretum declaratur. T.2. Pr.n.58.p.50.

Tutor.

Ille dicitur Tutor, qui curam gerit pupilli. T.6.D.3. n.4.p.253.
Bona adminiſtrare tenetur Tutor, in pupilli vtilitatem.ibid.
Tutoris delictum, pupillum non obligat. T.7. S.1. D.6.d.2.n.22.p.272.
Tutor eſt loco patris,& eius locum tenet.T.7.D.11. §.5.n.4.& 6.p.311.
Poſt pupilli mortem, eius negotia agere non poteſt Tutor; poteſt tamen iam inchoata perficere.n.9. p.312.

Vaſſallagium. Vaſſalli.

Vaſſalli, alij *ſimplices*; alij *qualificati*. Simplices Vaſſalli ſunt Regis, omnes, qui in Regno habitant, ratione protectionis; qualificati vero Vaſſalli ſunt, qui ſeruitium præſtant, aut tributum Regi, aut cuilibet alteri. T.4.D.1.n.13.p.164.
Qui Pectam alicui ſoluit, illius vaſſallus eſt. n. 18. p.165.
Vaſſalagium abſtractum à iuriſdictione, in præſtatione ſeruitiorum perſonalium, & regalium conſiſtit.n.22.p.166.
Pecta,in recognitionem dominij,& Vaſſalagij ſoluitur. n.22.ibid.

Infans,& Comes, D.Velà.

D. Vela Aragoniæ Infans, Ayalæ Domus Fundator fuit: Maior, & origo omnium ferè Hiſpaniæ Principum, Regum Chriſtianorum, & Alemaniæ Imperatorum. T.3.D.3.n.1.p.153.
Extra Eccleſiam S. Mariæ de Reſpaldiza tumulatus iacet.ibid.

Vendicare.

Quilibet rem, in qua habet ius, vendicare poteſt quocumque tranſeat, tanquam ſibi obſtrictam. T.4.Pr.n.20.p.162.

Venditio.

Si res vendatur vni, & antequam emptori tradatur, alteri de nouo vendatur,& tradatur, primus emptor Ius ad rem venditam non habet, ſed ad venditorem,

ditorem : res enim, per traditionem, ſecundi emptoris fit, cum ipſa obligata non fuerit, ſed venditor. T.4.Pr.n.19.p.161.

Venditio, eſt contractus obligans venditorem, ad tradendam mercem, pro pretio. Vel eſt pactio mercis, pro pretio. T.4.D.4.n.6.p.177.

Verba.

Intelligi debent verba, cum effectu. T.7. S.1. D.6. d.9. n.2. & 6. p.281. & T.8. D.2. S.1. d.1.n.23. p.334.

Ordo verborum Conſtitutionum, & ſcripturarum ſeruari debet. T.8.D.1.d.8.n.4.p.328.

Ex verborum ordine, ordo intellectus præſumitur. n.4. ibid.

Vicarij.

Pro Eccleſiis vnitis Regularibus, deputari poſſunt Vicarij amouibiles ad nutum. T.1. D.3. d.1.§.1. n.5.p.17. & n.21.p.21.

Illorum inſtitutio, & deſtitutio, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad ipſos pertinet Regulares. n.21. ibid.

Vicarius Eccleſiæ vnitæ, ab eo deputari debet, cui illa vnita reperitur. T.1. D.3. d.1. §.2. n.46. p.27.

Data quaſi poſſeſſione deputandi Vicarium amouibilem in vna Eccleſia Abbatiæ vnita, manutentio datur ad deputandum amouibiles Vicarios in aliis Eccleſiis eidem Abbatiæ vnitis. n.50.p.28.

Si Vicarius perpetuus inelecta decedat Sepultura, & abſque Sepultura Maiorum ſuorum, debet in Eccleſia, cuius eſt Vicarius ſepeliri. T.8.D.2.d.17.n.1. p.350.

Deputatio Vicarij amobilis pro Eccleſia Iure pleno annexa Monaſterio Abbati, & Monachio à Iure indulgetur. S.R.Deciſ.1.n.1.p.378.

Iſtarum Eccleſiarum vnitarum Vicarij nudum curæ habent exercitium.n.1.ibid.

Vicarios perpetuos deputandi pro Eccleſiis Cathedralibus, & Monaſteriis vnitis committit Concilium ordinariè arbitrio in actu viſitationis partibus legitimè citatis, & Eccleſiarum exigente neceſſitate exercendo.n.2.ibid.

Hæc Concilij diſpoſitio immutata variatáque exiſtit reſpectu Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum per Pium V. S.R.Deciſ.1.n.3.p.379.

In Dubio Vicarij amobilis præſumitur. n.5.ibid.

Reputari non debet perpetua ex eo quod electi aliquoties vſque ad obitum in Curæ exercitio præſtiterint.n.6.ibid.

Vicaria amobilis in perpetuam redigi non poteſt niſi prius legitimi in perpetuam erigatur. S.R. Deciſ. 1.n.8.ibid.

In electionibus Vicariorum Eccleſiarum Monaſteriis vnitarum ad vnguem ſeruari debet Pij V. conſtitutio.n.7.ibid.

Abbas in nominatione Vicarij perpetui nullum præiudicium inferre poteſt Monaſterio, ac Vicariæ in ſtatu amouibilitatis.n.7.ibid.

Statum amobilitatis abſque aſſenſu Sedis Apoſtolicæ immutare nequit.n.8.ibid.

Vicaria perpetua beneficij aſſequitur nomen. n.6. ibid.

In dimiſſione perpetuæ Vicariæ aſſenſus requiritur ordinarij S.R.Deciſ.1.n.1.p.378.

Si in vna Eccleſia vnita, habet Abbas poſſeſſionem remouendi Vicarium ad nutum datur ei manutentio remouendi in aliis vnitis etiamſi in illis poſſeſſio non probetur. S. R. Deciſ. 2. n.1. p.380.

Deputatio vicarij amouibilis ex deputatione facta ad ſui, & ſucceſſorum beneplacitum probatur ibidem. Facultas remouendi precario aſſimilatur. S.R.Deciſ.2.n.5.ibid.

Marcus Vidal.

Doctrina Marci Vidal, circa priuilegia viuæ vocis, recenſetur.T.2.D.9.n.19.p.131.

Vidua.

Domicilium retinet Vidua vltimi Mariti, etiamſi in alio habitet loco. T.8. D.2.d.32.n.3.p.357.

Honor vxori acquiſitus, Mariti non extinguitur morte, ipſa in viduitate manente.n.3.ibid.

Villani.

Villanorum filij degentes in locis Domini ſuorum parentum, ei Pectam ſoluere debent, etiamſi ipſi bona non habeant vlla.T.4.D.1.n.14.p.164.

Villani, nullas habere poſſunt terras, de quibus Pectam Domino non perſoluant ſuo. n.15.ibid.

Vis.

Vim, vi repellere licet, ſi maiori violentia, quàm oporteat, aggreſſus non vtatur. T.2. D.1. d.11. n.4. p.61.

Vim, vi repellere, omnia iura permittunt. T.2. D.2. d.8.n.4.p.73.

Viſitatio.

Qui eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi vnam Eccleſiam ſuæ Abbatiæ vnitam, manutenetur in quaſi poſſeſſione viſitandi alias Eccleſias eidem vnitas Abbatiæ, eſto illa non probetur. T.1.D.3.d.1.§.2. n.50.p.28.

Vita.

Propriæ vitæ, & membrorum dominium, non habet homo. T.2. D.1.d.4.n.4.p.55. & D.2. d.16. n.4.p.77.

Vnio.

Vnio ad menſam : vnio iure pleno : & vnio quoad ſpiritualia, & temporalia, idem ſunt. T.1. D.3. d.1.§.1.n.12.p.19.

Tripliciter ſtare poteſt vnio alicuius Eccleſiæ ad Monaſterium.n.13.ibid.

Quid iuris habeant Regulares, in vnoquoque modo vnionis, declaratur.n.13.& ſeqq. ibid.

Aliqui recenſentur effectus vnionis acceſſoriæ, ſubiectionis, & ad menſam. n.30. 31. p.23. & §.2. n.45. p.27.

Ex vnione Eccleſiæ plenariæ facta Monaſterio, fit, vt illius Prælatus reputetur Rector, Curam animarum Eccleſiæ vnitæ habens. T.5. D.11. n.5. p.243.

Vnio pleno iure, eſt quoad ſpiritualia, & temporalia. T.6. D.5.n.1.p.255.

De vnione pleno iure, variis modis conſtare poteſt. n.1. ibid.

Per vnionem plenariè factam, Eccleſia vnita earum fit qualitatum, & naturæ quibus gaudet principalis, cui acceſſoriè fuit vnita.n.2.ibid.

Vnio acceſſoria eſt, in qua id, cui aliud vnitur remanet cum omnibus, quæ antea habebat, & quod ei vnitur, omne, quod habebat amittit.T.8.D.2.S.2. d.9.n.5.p.345.

Vnio æquè principalis eſt, in qua vtrumque vnitum,

vnitum, poſt vnionem, retinent omne, quod ante illam habebant. n.6.p.346.
Per vnionem acceſſoriam fit Eccleſia, quæ vnitur, minus digna, minus principalis, & inferior ei cui vnitur. T.8.D.2.d.15.n.2.p.349.
Principalior, cui altera vnitur, omnia, quæ ad vnitam pertinebat, ad ſe trahit. n.2.ibid.
Vnio Iure pleno eſt vnio quoad ſpiritualia, & temporalia S.R.Deciſ.1.n.6.p.379.
In Eccleſia vnita pleno Iure monaſterio, titulus beneficij ſuppreſſus euaſit, & cura illius penes Abbatem reſidet, & Monachos abſque vocationis ſpe.S.R.Deciſ.1.p.378.
Probatio pertinentiæ vnius Eccleſiæ ad aliquam Abbatium, in viſitatione facta in Eccleſia de mandato Abbatis tanquam in Eccleſia dependente ab eius Abbatia corroboratur. S.R. Deciſ. 3.n.2.p.380.

Vniuerſitas.

Quælibet Vniuerſitas eadem cenſetur, etiamſi omnes moriantur, aut aliò demigrent, & alij de nouo naſcantur. T.2.D.6.n.11.p.118.
Non tamen ita eſt verè, ſed fictione Iuris.n.14.ibid.
Vniuerſitas rei, vel bonorum, quomodo intelligatur, exponitur.T.4.D.13.n.7. & 8. p.215.216.

Voluntarium.

Moraliter voluntarium, & peccaminoſum eſt homicidium, quando actio fit periculoſa, non adhibita conuenienti circunſpectione, ne illud ſequeretur. T.2.D.1.d.7.n.1.p.57.
Voluntarium in cauſa, quoad bonitatem, & malitiam moralem menſuratur ſecundùm bonitatem, & malitiam cauſæ tantum. T.2.D.3.d.6. n.2. p.87.
Voluntarium directum eſt, quod poſitiuè procedit ab aliquo, in quantum eſt agens.n.2.ibid.
Voluntarium indirectum eſt, quod non agitur, cum in poteſtate ſit voluntatis illud agere.n.2.ibid.
Voluntarium indirectè, non imputatur voluntati quando poteſt facere, aut omittere, & non facit, aut omittit, ſed quando poteſt, & ſimul tenetur. n.2.ibid.

Voluntas vltima.

Voluntas vltima teſtatoris, adimplenda eſt.T.5.D.2. n.3.p.231.
Illam exequi tenetur Epiſcopus.n.4.ibid.
Amplia, etiam quoad profana, hæredibus, & teſtamentariis negligentibus.n.3. & 4. ibid.
Ad id ſub lethali culpa tenentur Ordinarij, ſi materia grauis ſit. n.4. ibid.
Huiuſmodi onus competit etiam Abbatibus iuriſdictionem habentibus, & Capitulo Sede vacante. n.7. p.232.
Commutari poteſt vltima voluntas ab Ordinario, quando exequi illa non poteſt; de conſenſu tamen hæredis: & ſi iſte diſſentiat; & legatum ſit relictum Eccleſiæ, de iſtius conſenſu. T.5. D.11. n.8.9.p.243.n.10.& 11.p.244.
Immò, ſi relictum non ſit ſufficiens ad effectum, ſeu ad vſum ad quem fuit à Teſtatore deſtinatum, poteſt illud in alium conuertere. n.7. & 9. p.243.
Solus Papa poteſt vltimas voluntates commutare. n.3.p.243.
Pecuniam pro Sepulchro conſtruendo relictam, ſi inſufficiens illa ſit, poteſt Ordinarius in aliud minus ſumptuoſum conuertere.Immò in quemliber pium vſum.n.1.p.242.
Voluntas vltima, ambulatoria eſt vſque ad mortem, & reuocari ſemper poteſt, quo vſque adueniat illa. T.7. S.1.D.1. n.6. p.257. & D.2. n.3. p.258.
Sepulturæ electio, pars eſt vltimæ voluntatis. D.1. n.6.p.257.& D.2.n.3 p.258.
Voluntas Catholici eligentis non ſepeliri in loco ſacro exequi non debet. T.7.S.1.D.4.n.1 p.261.
Errauit Marcellinus Papa, volens in pœnam idololatriæ à ſe commiſſæ, in Sepultura non tumulari Eccleſiaſtica.n.3.ibid.
Hæres, qui teſtatorem congruè tumulat contra illius vltimam voluntatem eligentis non ſepeliri, nullam pœnam, ob illud facinus, à teſtatore ipſo inflictam incurrit.n.2.& 3.ibid.
Voluntas mandantis, ne corpus ſuum ſepeliatur, niſi cum vna candela, aut vt tumuletur cum tubis, &c. exequi non debet.n.2.ibid.
Vltima voluntas, minùs legitima, ſpernenda eſt. T.7. S.4.D 12.n.10.p.315.
Electio Sepulturæ in loco profano, illicita eſt, & inualida. n.5. & 7.p. 314. Eſtque ſpernenda. n.10. p.315.
Voluntas Teſtatoris mandantis, ne decenti ſepeliatur honore, adimplenda non eſt. T.9. S.1. §.5. n.1.& ſeqq.p.363.
Neque ſi mandet in mare proiici. n.2.ibid.
Neque ſi diſponat, vt indutus purpura ſepeliatur. n.3.ibid.
Nullam hæres incurrit pœnam, ſi ineptas Teſtatoris diſpoſitiones adimplere omittit.n.3.ibid.

Votum.

Valor voti emiſſi, vnicè à voluntate dependet voentis. T.5. D.8.n.8.p.239.
Votum reale, ad quod tenebatur defunctus, tenetur hæres, ſalua legitima portione adimplere. T.5. D.10.n.3 p.241.
Non tamen tenetur ſub vinculo, & reatu voti; ſed quia hæreditatem adeptus eſt illius, qui ad illud extiterat obligatus.n.4.ibid.
Votum factum à Ciuibus, Canonicis, &c. ſucceſſores non obligat, qua votum n.4.ibid.
Si tamen abiit in conſuetudinem illius obſeruantia, obligabit tanquam lex, per conſuetudinem, introducta.n.4.ibid.
Ad votum mixtum ex reali, & perſonali defuncti, tenetur hæres, qua reale, non qua perſonale. n.5. ibid.
Votum, quod in animæ interitum vergat, non obligat. T.7 S.1.D.2.n.5 p.258.
Noua cauſa orta, non præuiſa tempore voti, obligatio ceſſat voti.n.6.ibid.verſic. *Quæ tamen.*

Vſurarius. Vſus.

Ius habet vſufructuarius in fundo, & actio vtilis ei competit.T.4.Pr.n.15.p.161.
Qui vſum, aut vſumfructum rei alicuius habet, impedire poteſt, ne alter, etiamſi Dominus directus, proprietarius illius rei ſit, illa vtatur. T.4. D.1.n.5. p.163. Limita in caſu, quo qui vſum habet, Religioſus ſit.
Vſurario, & vſufructuario extinctis, vſus, & vſusfructus, ad eos, qui vſum, & vſumfructum conceſſerant, redeunt. n.8.& 9.ibid.

Inuito vſufructuario, rei Dominus directus, & proprietatis, illa vti non poteſt. T.7. S.1. D.5. n.2. p.262.

Vſura.

Iure diuino, & humano prohibita eſt vſura. T.7.S.1. D.3.n.2.p.260.

Solui non debet Vſura, niſi quis ſe ſub iuramento ad illam obligauerit ſoluendam: quo in caſu, ad illius compelli poteſt ſolutionem. n.2. ibid.

Poſt ſolutionem tamen vſuræ, compelli poteſt Vſurarius ad illam reſtituendam, etiam per cenſuras. n.2. ibid.

Poſſe dari Vſuram, quæ peccatum mortale non ſit, ratione paruitatis materiæ, docent graui Doctores. T.8.D.2.d.3.n.5.p.337.

Vulnerare.

Seipſum nemo Vulnerare poteſt. T.2.D.2.d.16.n.4. p.77.

Vxor.

Quæ plures viros habuit, ſi propriam non elegerit Sepulturam, (aut illam habeat Maiorum ſuorum,) cum vltimo ſepelienda eſt. T.7. S.2.D.8. §.13.n.3.p.500. ſi in pace vixerint. n.2. & 4. ibid.

Vxor, & Maritus non iudicantur ad imparia, aut alterius conditionis, quoad debitum coniugale, & quoad facultatem eligendi Sepulturam. n.1. ibid.

Poteſt Vxor viuente, & nolente Marito, Sepulturam eligere, ſicut viuente, & nolente Patre. n.1. ibid.

Vxor tenetur Maritum ſequi in vita, ſub præcepto ad culpam obligante mortalem; in morte autem, ſub conſilio. T.8.D.2.d.31.n.2.3. & 4. p.356.357.

Viro ſubdita eſt tanquam capiti. n.2.p.356.

Si viuente Marito habente propriam Sepulturam, abſque electione deceſſerit, in illa Mariti ſepeliri debet, ſi Matrimonium conſummauit, aut ad Viri Domum fuit traducta; alias ſecus. n.1. ibid.

Si Maritus non habet Sepulturam, & adſit Sepultura Maiorum ſuorum, in illa Vxor tumulari debet, quæ non elegit. Item ſi præſumatur Maritum in propria tumulandum non eſſe. n.5.p.357.

Deficiente denique Maiorum Sepultura, in Parochia, in qua tempore dormitionis habitabat, humari debet. n.5. ibid.

Vxor de adulterio accuſata, ſi ante ſententiam decedat, in Sepultura Mariti humari debet, ſi aliam non elegerit; ſecus ſi poſt, poſtquam adultera declarata fuit, & ſeparata. Tract.8. D.2. S.2. d.33. n.3.p.358.

Si ante ſententiam latam, ſiue in cauſa adulterij, ſiue nullitatis Matrimonij, tumulata fuit Vxor in Sepulchro Mariti, exhumari non debet, ſi poſtea declaretur adultera, aut nullum Matrimonium. n.3. ibid.

Vxor, quæ ex lethali vulnere à Marito accepto conualuit, ab illo, quoad thorum, & habitationem ſeparari debet. T.8.D.2.S.2.d.34.n.5.p.360.

Vxor, quæ fuit proditorie à Marito occiſa, in Mariti Sepulchro tumulanda non eſt, nec in Sepulchro Maiorum Mariti, ſed ſuorum, ſi ipſam aliam non elegerit. n.1. & ſeqq. p.359.

Vxor, propria poteſt authoritate, fugere, & ſeparari propter Mariti ſæuitiam. n.7.p.360.

SERIES TITVLORVM REPERTORII.

A

ABBAS. p.1.col.1
Abſoluere. p.2.c.1
Abſolutio. ibid.
Acceptatio. ibid.
Acceſſoria. ibid.
Accidens. ibid.
Acta. ibid.
Actio Confeſſoria. ibid.
Actio Negatoria. ibid.
Actio Vtilis. ibid.
Adminiſtratio. ibid.c.2
Adoptio. ibid.
Aduena. ibid.
Alienare. ibid.
Alimenta. ibid.
Altare. p.3.c.1
Ambo. ibid.
Amor. ibid.
Analoga. ibid.c.2
Animalia. ibid.
Animæ defunctorum. ibid.
Aqua. ibid.
Aqua benedicta. ibid.
Ara. ibid.
Argumenta. ibid.
Arma. ibid.
Armorum inſignia. ibid.
Arrogatio. p.4.c.1
Auus. ibid.
Axiomata. ibid.

B

BAnchus. ibid.
Baptiſmus. ibid.
Baſilica. ibid.c.2
Benedicere. Benedictio. ibid.
Beneficiarius. Beneficium. ibid.
Berchorius. p.5.c.1
Blaſphemia. ibid.
Bona. ibid.
Bona Eccleſiarum. ibid.
Bona Eccleſiaſtica. ibid.
Bruno Chaſſaing. ibid.c.2

C

CAlix. ibid.
Campanile. ibid.
Canonica Portio. p.6.c.1
Canonici. ibid.
Capella. ibid.
Capellania. ibid.c.2
Capellanus. ibid.
Capitulum. ibid.
Cardinales. ibid.
Cathecumeni. p.7.c.1
Cauſa. ibid.
Cauſæ criminales. ibid.
Cauſæ matrimoniales. ibid.
Cenſura. ibid.
Charitas. ibid.
Chriſma. ibid.c.2
Chriſtus.

Chriſtus. ibid.
Chorus. ibid.
Clauſulæ. ibid.
Clerici. ibid.
Clotarius. p.8.c.1.
Coadiutor. ibid.
Codicillum. ibid.
Cœmeteria. ibid.
Cœnæ præſtatio. ibid.c.2.
Collegium. ibid.
Commenda. Comendatarius. p.9.c.1.
Communicare. Communio. ibid.
Compenſatio. ibid.
Conceſſa. Conceſſio. ibid.
Concilia. ibid.
Conditio. ibid.
Confeſſio. Confeſſarius. ibid.c.2.
Confeſſionalia. ibid.
Confirmatio priuilegiorum. Vide *Priuilegia.* ibid.
Confinati. ibid.
Confratres. ibid.
Congius. ibid.
S. Congregatio. ibid.
Coniuges. ibid.
Coniunctio. ibid.
Connexi. p. 10.c.1.
Conſecrare. Conſecratio. ibid.
Conſtitutio. ibid.
Conſtantinus. ibid.c.2.
Conſuetudo. ibid.
Contigua. ibid.
Continua. p.11.c.1.
Contractus. ibid.
Conuerſi. ibid.
Creditor. ibid.
Cubiculum. vulgò *Tribuna.* ibid.
Cura. ibid.
Crypta. vulgò *Cauerna.* ibid.
Curator. ibid.

D

Debitum coniugale. ibid.
Decimæ. ibid.
Declaratio. ibid.c.2.
Declarationes Cardinalium. ibid.
Decretum irritans. ibid.
Dedicatio. ibid.
Defuncti. ibid.
Delegatus. ibid.
Delictum. ibid.
Depoſitum. ibid.
Deus. ibid.
Dictio. ibid.
Difficultas. p.12.c.1.
Dignitas. ibid.
Dignum. ibid.
Dilectio. ibid.
Diœceſanus. ibid.
Diſpenſare. Diſpenſatio. ibid.
Diſtinguere. ibid.c.2.
Diuina. ibid.
Dolus. ibid.
Domicilium. ibid.
Dominium. p. 13. c. 1. Dominus. ibid.
Domus. p.14.c.1.
Donare. Donatio. ibid.
Donatarius. Donator. Vide *Donare.*
Dos. ibid.
Dubium. ibid.

E

Eccleſia. ibid.
Eccleſia vnita. ibid.
Electio. p.15.c.1.
Eleemoſyna. ibid.
Emancipatio. ibid.
Emphyteuta. ibid.
Emptio. ibid.
Epiſcopus. ibid.
Eremitæ. p.16.c.1.
Erubeſcere. ibid.
Ethnos. ibid.
Euchariſtia. ibid.
Excommunicatio. ibid.
Exemptio. ibid.c.2.
Exhæredatio. p.17.c.1.
Exhumare. ibid.
Expenſæ Funerum. ibid.
Expoſiti infantes. ibid.c.2.
Exſacratio. ibid.
Extenſio. ibid.
Extrauagantes. ibid.
Extumulare. Vide *Exhumare.*

F

Facere. p.18.c.1.
Falcidia. ibid.
Fama. Famoſum. ibid.
Familia. ibid.
Fauor. ibid.
Feudum. ibid.
Fides humana. ibid.c.2.
Filius. ibid.
Filius Familias, vide, *Filius.*
Fœmina. ibid.
Forma. ibid.
Fraus. ibid.
Funeralia. Funus. Vide *Expenſæ funerum.*
Funerum ſumptus. Vide ibidem.

G

Gentiles. ibid.
Gloſſa. ibid.
Gloſſæ Interlinearis Author. ibid.
Gratia. p. 19. c.1.
Gregorius Magnus. ibid.

H

Hæreditas. Hæres. ibid.
Hæreticus. ibid.
Hemina. ibid.
Homo. ibid.
Honorius Papa Primus. ibid.
Hoſpes. ibid.
Hoſpitia. ibid.
Hoſpitale. ibid.c.2.
Hypotheca. ibid.

I

Illegitimi. ibid.
Imagines. ibid.
Immunitas Eccleſiaſtica. ibid.
Immunitas Eccleſiæ. ibid.
Impubes. ibid.

Incommoditas. ibid.
Indulgentiæ. ibid.
Indumenta ſacra. ibid.
Iniuria. p.20.c.1
Iniuſtitia. ibid.
Innocentius. ibid.
Interdictum. Interdictus. ibid.
Interpretatio. ibid.
Inuentarium, ibid.
Irregularitas. ibid.
Iudex. Iudicium. ibid.
Iuramentum. ibid.
Iuriſdictio. ibid.c.2
Ius. p.21.c.1
Ius humanum. ibid.
Ius in re. ibid.
Ius patronatus. ibid.
Ius plenum. p.23.c.1
Ius Sepulchri, & Sepulturæ. ibid.
Inſtitia. ibid.c.2

L

Legatarius. ibid.
Legatum. ibid.
Legitima. ibid.
Lemma. p.24 c.1
Leproſi. ibid.
Lex. ibid.
Libri. ibid. c.2
Librorum approbatio. ibid.
Licitum. ibid.
Lis. p.25.c.1
Loca Sacra. ibid.
Locatio. ibid.
Locus. ibid.
Lucius. ibid.
Luxuria. ibid.

M

Maiores. ibid.c.2
Malitia. ibid.
Mandatum. ibid.
Manifeſtum. ibid.
Manus. ibid.
Manutentio. ibid.
Maritus. ibid.
Mater. ibid.
Maſculus. ibid.
Matrimoniales cauſæ. ibid.
Medicinæ. p.26.c.1
Membra. ibid.
Mendacium. ibid.
Meniana. Vulgò *Valcones*. ibid.
Mercenarij. ibid.
Mereri. ibid.
Meretrix. ibid.
Minima. ibid.
Minor. ibid.
Minus dignum. ibid.
Miracula. ibid.
Miſerabiles perſonæ. ibid.c.2
Miſſa. ibid.
Moderamen inculpatæ tutelæ. ibid.
Modica. ibid.
Monachus. ibid.
Monaſterium. ibid.
Moniales. ibid.
Mors. ibid.

N

Natalia. p.27.c.1
Nauis. ibid.
Neceſſitas. ibid.
Negotiatio. ibid.
Nepos. ibid.
Nobilitas. ibid.
Notorium. ibid.
Nouitiæ. Nouitij. ibid.c.2
Nuntij. p.28.c.1
Nuptiæ. ibid.

O

Obedientia. ibid.
Oblatio. ibid.
Obligatio. ibid.
Occidere. ibid.
Occultum. ibid.
Odia. Odioſa. ibid.c.2
Oleum. ibid.
Opinio. ibid.
Oracula. ibid.
Oratio. p.29.c.1
Oratoria. ibid.
Ordinarius. ibid.c.2
Ordo. ibid.

P

Pactio. Pactum. ibid.
Paganus. ibid.
Papa. ibid.
Parochia. Parochialis. Parochianus. Parochus. p.30. c.2.
Patricidium. p.31.c.1
Pars. ibid.
Paruitas materiæ. ibid.
Paſchalis Secundus Papa. ibid.
Paſſus. ibid.c.2
Paſtophoria. ibid.
Patena. ibid.c.1
Pater, Patria poteſtas. ibid.
Patronus. ibid.c.2
Peccare. Peccator. Peccatum. ibid.
Pecta. ibid.
Pellizzarius. p.32.c.1
Perceptio annualis. ibid.
Peregrinus. ibid.
Periculum. ibid.
Pes. ibid.
Petrus Lombardus. ibid.
Peyrinus. ibid.
Pietus. ibid.
Pignus. ibid.
Pollicitatio. ibid.
Pollutio loci ſacri. ibid.c.2
Pollutio Venerea. p.35.c.1
Pontificale. ibid.c.2
Pontificalia. ibid.
Pœna. ibid.
Populus. ibid.
Porta Eccleſiæ. ibid.
Poſſeſſio. ibid.
Præiudicare. ibid.
Prælati. p.36.c.1
Præſentia. ibid.
Precarium. ibid.
Præſcriptio.

Præſcriptio. ibid.
Pretium. ibid.
Principes. ibid.
Priuilegia. ibid.c.2
Probatio. p.37.c.1
Procuratio. ibid.
Procurator. ibid.c.2
Promiſſa. ibid.
Promiſſio. ibid.
Profanum. ibid.
Propoſitio temeraria. ibid.
Proprietas. ibid.
Proprietarius. ibid.
Propylei. Vulgò *Cornijas.* ibid.
Puber. ibid.
Publiciana. ibid.
Publicum. p.38.c.1
Pulpitum. Vide verbo *Ambo.* ibid.
Punitio. ibid.
Pupillus. ibid.

Q

QVarta funeralis. ibid.

R

RAtio. ibid.
Recluſæ. ibid.
Reconciliare. Reconciliatio. ibid.
Reconſecrare. Reconſecratio. ibid.c.2
Rector. ibid.
Regula. ibid.
Regulares. p.39.c.1
Religioſa. ibid.
Religioſi. ibid.
Religioſus ſtatus. ibid.c.2
Relegati. ibid.
Reliquiæ. ibid.c.2
Remittere. p.40.c.1
Repræſentare. ibid.
Res Deo dicata. ibid.
Reſidentia. ibid.
Reſtituere. ibid.
Reſtitutio. ibid.
Reuocatio priuilegiorum. Vide, *Priuilegia.*
Rex. ibid.c.2
Rex Hiſpaniæ. Vide *Rex.*

S

SAcerdos. ibid.c.2
Sacer locus. ibid.
Sacra. ibid.
Sacramenta. ibid.
Sacrilegium. ibid.
Sacriſtia. ibid.
Sanguis. ibid.
Scala. ibid.
Scamnum. ibid.
Scholares. p.41.c.1
Scriptura. ibid.
Sedes. Sedilia. ibid.
Sententia. ibid.
Sepelire. Sepelitio. ibid.
Sepulchrum. Sepultura. ibid.
Sepulturæ nomina. ibid.
Sequeſter. Sequeſtratio. Sequeſtrum. p.49.c.2
Seruus. ibid.
Sextarius. ibid.
Similia. ibid.
Simonia. ibid.
Solemnitas. ibid.
Spiritualia. p.50.c.1
Spolium. ibid.
Statuta. ibid.
Stipulatio. p.50.c.2
Subrogatum. ibid.
Subſcriptio. ibid.
Subſtitutio. ibid.
Suicidium. ibid.

T

TActus. Tangere ſacra. p.51.c.1
Tectum. ibid.
Temeraria. ibid.
Terra. ibid.c.2
Tertiarij. ibid.
Teſtamentum. Teſtator. ibid.
Teſtes. p.52.c.1
Trebellianica. ibid.c.2
Tridentinum Concilium. ibid.

V

VAſſallagium. Vaſſalli. ibid.
Don Vela, Infans, & Comes de Ayala, ibid.
Vendicare. ibid.
Venditio. ibid.
Verba. p.53.c.1
Vicarij. ibid.
Marcus Vidal. ibid.c.2
Vidua. ibid.
Villani. Villanorum Filij. ibid.
Vis. ibid.
Viſitatio. ibid.
Vita. ibid.
Vnio. ibid.
Vniuerſitas. p.54.c.1
Voluntarium. ibid.
Voluntas vltima. ibid.
Votum. ibid.c.2
Vſuarius. Vſus. ibid.
Vſufructuarius. Vide, *Vſuarius.*
Vſura. p.55.c.1
Vulnerare. ibid.
Vxor. ibid.

FINIS.

aërem cædens, sed castigo corpus meũ, & seruituti subijcio, ne forte alijs prædicans, ipse reprobus inueniar. Quod vero ait vt luceat omnibus, qui in domo sunt, domum puto dictam habitationem hominum, ideſt ipsum mundum, propter id quod superius ait, vos estis lumen mundi. Aut si domũ quisque vult accipere Ecclesiam, nec hoc est absurdum. Tu autem Domine.

Lectio ix.

SIc luceat, inquit, lumen vestrũ coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent Patrem qui in cœlis est. Si tantũmodo diceret, sic luceat lumẽ vestrum coram hominibus, vt videant bona facta vestra, finẽ constituisse videretur in laudibus hominum, quas quærunt Hypocritæ, & qui ambiunt ad honores, & captant immanissimam gloriam. Contra quos dicitur: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nõ essem, & per Prophetam; Qui hominibus placent confusi sunt, quia Deus nihil fecit illos. Tu autem Domine.

SEPTEMBER.

DIE I. Quarta die infra Oct. hr commem. S. AEgidij, &c.

Lectio iiij.

DOcebat ac prædicabat ille priuatim, & publicè in domibus, allegans imbecillitatẽ cordis sui, atque grauitatem, & obiectans, vt Hipponẽsi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, qui iuxta carthaginẽsem Ecclesiæ consuetudinem accederet, confacerdos non iam succederet, sed Augustinus. Quæ igitur beatus Valerius operauit & rogauit fauagens reſcripto impetrauit.

Lectio v.

DVm itaque id fieri foleret ab omnibus fuaderetur, atque id ignaro trans marinis & Africanis Ecclesijs exemplis probaretur, copulius atque coactus, huic buit, & Episcopatus curam, & mayoris loci ordinationem suscepit. Episcopari igitur suscepto, multo infantius atque ferentius, ma iore auctoritate nõ adhuc in Vna tantum regione, sed vbicumque rogatus veniret, verbum salutis, æternæ alacriter, ac fauiter pulsare cœpit. Quæ cum audirẽt, & è contra fore aliquid dicerẽt, aut à iuis refellebatur, aut eadem res ad Sanctũ Augustinũ deferebatur: eaque compertа patienter ac leuiter, vt scriptũ est, cum timore & timore omnium operabatur.

Lectio vij.

NOn ergo tantũ dixit Vt videãt bona opera vestra, sed addidit, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est: vt hoc ipsum quod homo per bona opera placeat hominibus & Deo, non propterea placeat, sed referat hoc ad laudem Dei, & propterea placeat hominibus, vt in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, sed Deũ honorent, sicut in ipso homine, quem portabant, Dominus oftendit: vbi admirat̃ fuit rubbe (pastoralitico fanato) virtutes eius, sicut in Euangelio scriptum est, vt mirentur, & glorificauerint Deũ, qui dedit potestatem hominibus. Cuius imitator Apostolus Paulus dicit: Tantum autem audiebant, quoniam qui aliquando nos persequebatur nunc euangelizat fidem, quam aliquando habebat, & in me glorificabant Deum. Tu autem Domine.

Lectio viij.

PO stquã ergo cohortatus est audientes, vt se præpararent ad omnia sustinenda pro veritate, atque iustitia, & non ad consentiendum bonum quod acceperunt cedere, sed ea benuolentia dilectionis, vt ad laudem suam, sed ad gloriam Dei bona opera sua referentes; incipiat

Recolamus agnum annicubm.

Lectio v. Cap. 13.

OGnoscẽ anima mea, cognoscẽ, hic est Dominus Iesus Christus saluator tuus vnigenitus Dei filius, verus Deus, verus homo, qui solus sub sole sine macula inuentus est. Et nunc Domine Iesu redemptor meus, te vt verum Deum adoro, in te credo, in te spero, & quibus possum desiderijs ad te fugio. Aduua imperfectionem meam, ad tuæ paſsionis gloriola infigna, in quibus salutem meam operaris es, tecum me iudico: tuæ victoriæ crucis regale vexillum in nomine tuo Christe adoro: tuum ſpuendi dispensatores rubentes sanguine clamant, tuo tacto latere impellam, immensam lanceam, tua vulnera, tuum sanguinẽ, tuã morte, tuam sepulturam, tuam victoriam resurrectionem, & glorificationem Christe supplex adoro, & gloriam coelestem enim mihi vitæ spirat in omnibus his: horũ vnico odore spiritum meum à peccati morte reficita. Horum virtute ab actibus Satanæ me cultodi, meque contorta, vt & iugum mandatorum tuum suaue mihi sit, & onus cruces, quod posit te baiulare me iubes, humeris animæ meæ leue sit atque portabile.

℟. Occidentem illustrat Oriens
Verum solem nobis adiciens:
Spẽ vincendi coronam largiens.

℣. Victor Christus arma victoriæ suæ nobis transmisit hodie.
Spem vincendi.

Lectio vj. Cap. 17.

QVę est enim fortitudo mea, vt iuxta præceptum tuum mundi pressuras tam multiplices animo inuicto sustineam? Nunquid pedes mei tanquam ceruorum, vt te velociter currentem per spinas, & cõfraga passionum consequi valeam: Sed audi quæso vocem meam, & inclina super me famulum tuum suauem illam crucem, quæ lignum vitæ est, his qui apprehenderint eam, vt & spiritu currant alacriter. Portabo infatigabiliter eam, quę ab inimicis est, crucem post te: illam inquam diuinissimam crucem humeris meis impone, cuius latitudo est charitas, super omnem creaturam se extendens, cuius longitudo æternitas, & cuius sublimitas omnipotentia, cuius profunditas inscrutabilis sapientia est. Configẽ illi manus meas, & pedes meos, & totam formam passionis tuæ, me famulum tuum indue. Vt autem & spinarum capitis tui aliqua in me similitudo appareat, detur obsecro menti meæ, & salubris pœnitentiæ compunctio, & alienæ miseriæ compassio, & stimulus zeli æmulantis, quod rectum est corã te, & ad te conuertar in ærumna mea, dum triplex mihi configitur

℟. Egrediẽtes filiæ Ierusalẽ, cõspicite coronam, quam rex gloriæ suo sacrauit capite. Et conuertit in gloriam, quod fuit ad ignominiam. ℣. De torrente bibens miseriæ, exaltauit caput rex gloriæ. ℟. Et conuertit. Gloria Patri ℟. Et conuertit.

In tertio Nocturno.

Antiphona. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, dum configitur spina.

Psal. 14. Domine quis habitabit in j. Nocturno Dominicæ.

Antiphona. Qui spinarum aculeis fuit cruentatus pretioso lapide à Patre coronatur.

Psalm. 20. Domine in virtute in iij. Nocturno Dominicæ.

Antiph. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, pinguescẽt speciosa deserti.

Psal. 64. Te decet hymnus. feria iiij. ad Laudes.

℣. Stola iucunditatis induit eum Dominus.

℟. Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

Lectio S. Euangelium secundũ Ioannem. Cap. 19.

Lectio vij.

IN illo tempore: Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit, milites plectẽtes coronam de spinis imposuerũt super caput eius. Et reliqua.

Homil. S. Augustini Epi

pit eos iam informare & docere
quid docerent, tanquam si quæ-
rentem, dicentes: Ecce volumus om-
nia illi tinere pro tuo nomine, &
doctrinam tuam non abscõdere.
Sed quid est hoc ipsum, quod ve-
rum absconditum, & pro eo iubes om-
nia tolerari? nunquid aliud dictu-
tus es: contra ea quæ in lege scri-
pta sunt? non inquit. Tu autem.

Lectio ix.

De Sancto Aggæo Abbate.

QVINTA DIE.

Infra Octauam.

Lectio iij.

PRofitentes vero doctrina di-
uina sub fando & cum fando
Augustino in monasterio Dei
feruentes Ecclesiæ Hipponensi
clerici ordinari cœperunt. Ac deinde
innotescente, & clarescente de
die in die Ecclesiæ Catholicæ pro-
dicationis veritate, fandorumq;
& pauperate proficia ex mo-
nasterio, quod per illi venerabile
vitæ & elle, & crescere cœperat,
magno desiderio poscere, atque
accipere Episcopos, & clericos
pax Ecclesiæ atq; vnitas, & cœpit
primo, & potea conlequuta est.
Nam ferme decem Sanctos ac ve-
neratiles vitos continentes, & do-
ctissimos beatus Augustinus di-
uersis Ecclesijs rogatus dedit.

Lectio v.

Imitteruque & ipsi, ex illo-
rum fanctorum proposito ve-
nientes, Domini Ecclesijs propa-
gatis, monasteria instituerunt, &
studio crescente ædificationis vet-
bi Dei cæteris Ecclesijs promp-
tos Fratres ad suscipiendum fa-
cerdotum præsbiteri. Vnde per
multos & in multis salubris fidei,
spei & charitatis Ecclesiæ vino-
re scente doctrina, non solum per
omnes Africanas partes, verum
etiam in transmarinis, & per li-
bros editos, atque in Græcum
sermonem translatos ab illo vno
homine, & per illū multis fauen-
te Deo multa innotescere meruit.
Atque hinc, vt scripsum est,
peccator videns irascebatur, den-
tibus suis frendebat, & tabesce-
bat. Serui autem Dei viti, vt di-
ctum est, cum iis, qui oderunt pa-
cem erant pacifici: & cum loque-
rentur, debellabatur gratis ab eis.

Lectio vj.

ADextus Pelagianitas quo-
que nouos hæreticos, & disputatores
calidos, arte magis subtili, noxia
fraudentes, & vbicunque pote-
rant, publice, & per domos lo-
quentes per annos ferme decem
laborauit, laborum multa con-
dens, & edens in Ecclesia: popu-
lis ex eodem errore frequenter-
que disputans. Et quoniam idem
peruerti, sedi Apostolicæ per tua
ambitionem eadem perfidia per-
suadere conabatur infantissimè,
cuia Conciliis Africanis fanctorum

Quem alumnes obstitit holocau-
stum.

℣. Proprio filio non pepercit
Deus, sed pro nobis omnibus tra-
didit eum.

Lectio iij.

GAudens gaudebo in Domi-
no, & exultabit anima mea
in Deo meo, quia induit me ve-
stimento salutis: & indumento
iustitiæ circundedit me, quasi
sponsum decoratum corona, & quasi
sponsam ornatam monili-
bus suis. Sicut enim terra profert
germen suum, & sicut hortus se-
men suum germinat, sic Domi-
nus Deus germinabit iustitiam,
& laudem coram vniuersis genti-
bus.

℟. Milites plectentes coronam de
spinis, imposuerunt capiti eius:
Et percutiebant caput eius arun-
dine. ℣. Maledicta terra in opere
tuo, spinas & tribulos germinabit
tibi. Et percutiebant.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Scuto bonæ volun-
tatis tuæ coronasti eum Domine.
Psalm. 5. Verba mea. Fenia fecu-
da ad Laudes.

Antiphona. Hodie lætaberis mi-
litans Ecclesia, pacis coronaberis,
& honoris gloria.
Psalm. 8. Domine Dominus no-
ster, in [illegible].

Antiphona. Vsque quo exaltabi-
tur potestas tenebrarum, caput hi
cis cingitur corona spinarum.

HOc Pilatus non ob aliud fe-
cisse credendus est, nisi vt
eius iniurijs Iudæi satiati sufficere
sibi existimarent, & vsque ad
eius mortem Iudæi sæuire desi-
sterent. Ad hoc pertinet, quod
idem præses cohortem suam etiã
permisit facere, quæ sequuntur,
aut fortasis, & iussit, quamuis
hoc Euangelista tacuerit. Dixit
enim quid deinde fecerint mili-
tes, Pilatum tamẽ id inssisse non
dixit. Et milites, inquit, plectẽ-
tes coronam de spinis imposue-
runt capiti eius, & veste purpu-
rea circundederũt eum: & venie-
bant ad eũ, & dicebant: Aue Rex
Iudæorum, & dabant ei alapas.
Sic implebantur, quæ de se dixe-
rat Christus. Sic martyres infor-
mabantur ad omnia, quæ perse-
cutori libuisset facere, perferen-
da: sic paulisper occultata tremẽ-
dæ potentia, cõmendabatur prius
imitanda patientia: sic regnum
Dei quod de hoc mundo non erat, su-
perbum mundum non atrocitate
regnandi, sed patiendi humilita-
te vincebat: Sic illud granum mul
tiplicandum seminabatur horri-
bili contumelia, vt mirabili pullu
laret in gloria.

Corona spinea super caput e-
ius. ℟. Expressa signo sanctitatis
gloriæ, & honoris, & ope fortitu
dinis. ℣. Hac coronatus sum in
die eorum, qui me diligebant.

Lectio viij.

EXijt iterum Pilatus foras, &
dixit eis: Ecce adduco vobis
eum foras, vt cognoscatis, quia
nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus portans coro-
nam spineam, & purpureum ve-
stimentum. Hic apparet, nõ igno
rante Pilato, hæc à militibus fa-
cta, siue iusserit ea, siue permise-
rit, illa scilicet causa, quam supra
diximus: vt hæc eius ludibria ini-
mici libentissimè biberent & vl-
terius sanguinem non sitirent.
Egreditur ad eos Iesus portans
spineam coronam & purpureum
vestimentum, non clarus impe-
rio, sed plenus opprobrio. & di-
citur eis: Ecce homo. Si regi in-
uidetis iam parcite, quia deiectũ
videtis: flagellatus est, spinis co-
ronatus est, ludibriosa veste ami-
ctus est, amaris conuitijs illusus
est, alapis cesus est: feruet igno-
minia, frigescat inuidia: sed non
frigescit, inardescit potius, & in-
crescit. Sequitur enim, Cum er-
go vidissent eum pontifices, &
ministri, clamabant dicentes: Cru
cifige, crucifige eum. Ecce altera
maior inuidia. Parua quippe illa
videbatur velut affectatæ illicito
ausu regiæ potestatis: & tamen
neutrum sibi Iesus mendaciter
vsurpauit, sed vtrumque verum
est: & vnigenitus Dei filius est, &
rex ab eo constitutus super Sion

bant, videret, & cũ eodẽ de lege
tractaret. Quod idem, vt scriptũ
est, paratus ad respõsionem omni
poscenti se rationẽ de fide & spe,
quæ in Deo est, potensque exhor
tari in doctrina sana, & contradi-
cẽtes redarguere, minime renuit.
Sed vtrum etiam hoc Fortuna-
tus fieri vellet, scisciatus est.

Lectio v.

AT illi confestim ad ipsum
Fortunatum id detulerunt,
petẽtes & exhortantes, ac flagi-
tantes, quod id minimè recusa-
ret. Sane quoniam idem Fortu-
natus iam apud Carthaginã San-
ctum nouerat Augustinum, ad-
huc secum in eodem errore con-
stitutum, cum eodem congredi
pauitabat. Verumtamen maxi-
mè suorum instantia coactus ac
verecundatus, promisit cominus
se esse venturum, certamenque
disputandi subiturum. Vnde cõ-
dicto die & loco, conuenerunt in
vnum, concurrentibus quamplu-
rimis viris studiosis, turbisquè cu
riosis: & apertis notariorum ta-
bulis disputatio cæpta primo &
secundo finita est die.

Lectio vj.

IN qua ille Manichæus Præce-
ptor, vt gestorum continet fi-
des, nec Catholicam assertionem
potuit euacuare, nec Manichæo-
rum sectam subnixa veritate va-
luit comprobare. Sed [illegible]

se cum suis maioribus, ea quæ re-
fellere non potuit, prosequutus
est, & si sibi fortè de his satis mi-
nimè fecissent, suæ animæ con-
sulturum, atque ita ab omnibus
apud quos magnus & doctus vi-
debatur nihil valuisse in suæ sec-
tæ assertione iudicatus est. Qua
ille confusione affectus, & sequen
ti tempore de Hipponensi ciui-
tate profectus, ad eandem am-
plius nõ remeauit. Ac sic per me-
moratum Dei hominem omnium
cordibus, vel qui aderant, vel qui
absentes, illa quæ gesta sunt, co-
gnouerunt, error ille ablatus, Ca-
tholicaque est intimata ac com-
perta sincera religio.

De Homilia S. Augustini Epiſc.

Lectio vij.

SVb modio ergo lucernam po
nit quisquis lumen bonæ do-
ctrinæ commodis temporalibus
obscurat & tegit; super candela-
brum autem, qui corpus suum mi
nisterio Dei subijcit, vt superior
sit prædicatio veritatis, & infe-
rior seruitus corporis. Per ipsam
tamen corporis seruitutem, ex-
cellentior luceat doctrina, quæ
per officia corporalia, id est per
vocem, & linguam, & cæteros
corporis motus in bonis operibus
insinuant, etiam discentibus. Tu
autem Domine.

℣. Per candelabrum ergo po-

cans, apud agros proprios scribebat libros, & docebat indoctos. Vnde increbescente iam pietatis eius ac doctrinæ fama: statim eum populus raptum, atque Episcopo præsentatũ, multa licet diu profulis etiã lacrymis deprecantem, presbyteri gradum suscipere cõpulerũt. Factus presbyter, monasteriũ clericorũ mox instituit, & cæpit viuere secũdum regulã, sub sanctis Apostolis cõstitutam, præsertim, vt nemo ibi quicquam propriũ possideret, sed distribuerent vnicuique pro vt ei opus foret. Secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore, dixit Iesus discipulis suis. Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

De Homil. S. Augustini Episcop.

NEque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio. Quid putamus ita esse dictũ sub modio, vt occultatio tantum lucernæ accipienda sit, tanquam si diceret, nemo accendit lucernam & occultat eam? An aliquid etiã modius significat, vt hoc sit ponere lucernam sub modio superiora facere corporis commoda quam prædicationem veritatis, vt ideò quisque veritatem non prædicet, quæ tunc demonstraret, nisi quãto erat potentior, tãto mallet esse patientior.

℟. Dum rosæ flos exaruit, in rosa spina floruit. * Qua coronari voluit, qui in rubro apparuit. ℣. Ex spina caput cingitur, quæ percruoris exitum ad cælũ fecit aditum. * Qua coronari. Gloria. * Qua coronari.

Nona Lectio de Homil. in Euangel. Dominicæ occurrentis. Te Deum laudamus.

Ad Laudes, & per horas.

Antiphona Adesto noua solemnitas, det laudes Deo debitas fidelium deuotio. Psalm. Dominus regnauit. cum reliqua.

Antiphona. Christe caput Ecclesiæ, qui transfers ad nos hodie tui coronam capitis, exaudi tuos famulos.

Antiphona. Iudæi viri sanguinum spinis coronant Dominum, qui est agnus inter vepres, & hircus emissarius, ferens peccata populi.

Antiphona. Spinea corona pro nobis coronatum, Dominum benedicamus, & superexaltemus eũ in sæcula.

Antiphona. In coronæ memoria, nouæ laudis præconia exultãtes attollamus.

Capitulum. Cant. iij.

EGredimini, & videte filiæ Sõ regẽ Salomonẽ in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

℟. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. * Et inuentus est iustus. ℣. Ideò sacramento iusiurandi dedit illi gloriam in hæreditate. * Et inuentus. Gloria. * Et inuentus.

Hymnus.

DEus tuorum militum
Sors, & corona præmium
Tuæ coronæ meritum
Confert medelam omnium.
Tua corona spinea,
Tuos coronet aurea,
Tua nobis humilitas;
Pœnas repellat debitas.
Tuæ coronæ mysticę,
Suscepto patrocinio,
Iubilus vocis mellicæ,
Concurrat mentis gaudio.
Nostra conseruat regio,
Tibi thesaurum inclytum,
Imminente iudicio,
Resumes hoc depositum.
Qui tanto diademate,
Nos honorat in stadio,
Cum vtriusque pneumate,
Sit laus Patri cum Filio.
℟. Amen.

℣. Eris corona gloriæ in m
Domini. ℟. Et diadema re
in manu Dei tui.

Ad Benedictus, Antiphon
Tu Christe nostrum gaudi
salus, corona, & præmium,
sto recolentibus passionis
insignia, vt cum iudex adue
coronam iustitiæ mereamur
pere.

Ad tertiam. Capitulum.
Egredimini & videte, &c.
℟. bre. Gloria & honore
nasti eum Domine.
℣. Et cõstituisti eum

Nec læditur sed lætatur
Spina dum sic tangitur.
A remi, mentem, & altare,
Seorsum ambit aureum,
Et cuiuspera cingit mare,
Sacerdotum zeneum,
Quæ nunc Christi signat clara
Diadema spineum.
Gloria, & honor Deo,
Vtque alterisimo,
Vna Patri Filioque,
Inditio Paracliro,
Cui laus est & potestas,
Per æterna sæcula. ℟. Amen.

In primo Nocturno

Antiphona. Spineos aculeos superfert vir beatus impio iudicio mortem condemnatus.

Psalm. 1. Beatus vir. Dominica ad Matutinum.

Antiphona. Reges terræ, & omnes populi, nouum carmen agite de corona Domini.

Psalm. 2. Quare fremuerunt. In Dominica ad Matutinum.

Antiphona. Tu Domine iuuenum patior meus, gloria mea, exaltans caput meum.

Psalm. 4. Cum inuocarem. Ad Completorium.

℣. Posuisti Domine super caput eius. ℟. Coronam de lapide pretioso.

Lectio i.

De Isaia Propheta. Cap. 61.

SPiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt medeantur contritis corde, & prædicem captiuis indulgentiam, & clamidis apertionem, & vinctis emissionem, & consolem omnes lugentes. Et reliqua.

Lectio ij.

De Homil. S. Augustini.

QVia enim putare quoniã vent folueret legẽ, aut prophetas, non venit soluere, sed adimplere. In hac sententia ferus duplex est: secundum vtrumque tractandum est. Nam qui dicit non venit soluere, sed adimplere, aut faciendo dicit quod minus habet, aut addendo dicit quod minus habet, illud ergo prius conideremus quod primo poluit. Nam qui vtique soluit quod minus habet, nor magis perficiendo confirmat, & ideo sequitur & dicit, Amẽ dico vobis donec transeat cælũ & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Tu autem Domine.

Lectio iij.

DVm enim fiunt etiã illa quæ adduntur ad perfectionem, multo magis fiunt illa, quæ præmissa sunt ad inchoationem. Quod autẽ aut iota vnũ aut vnus apex non transibit a lege, nihil potest aliud intelligi, nisi vehemens expressio pertectionis, quãdo per litteras linguas demonstrata est: inter quas litteras iota minor est cæteris, quia vno ductu fit, apex autem est etiam ipsius aliqua in summo parricula. Quibus verbis ostendit in lege ad effectum eam mirabilia quæque pertinere. Tu autem Domine.

Lectio iv.

DIe sunde ibijcie, qui enim solent vnum de mandatis illis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Mandata ergo minima ligni, canter per vnum apicem. Qui ergo soluerit, & docuerit sic, id est secundũ id, quod soluit, non ecundum id quod inuenit & legit, minim vocabitur in regno cælorum, vbi nisi magni esse non possunt. Qui autem fecerit & docuerit sic, id est qui non soluit, sed quod nõ soluit, magnus vocabitur in regno cælorum. Tu autem Domine.

Epilogorũ getũ est, vt Sancto Papæ vrbis Romę, & prius Venetiarũ innocẽtio, & postea fancto Sozimo eius successori perluaderet, quod illa fecta à Catholica fide, & abominanda, & damnãda fuisset. At illi tanæ fedis Antistites sui discris tẽporibus cofdẽ notantes, atque à membris Eccle sia prædicentes datis litteris ad Africanas Orientis, & Occidentis Ecclesias eos anathematizandos, & deuitãdos ab omnibus Catholicis cõfecerũt. Et hoc tale de illis Ecclesiæ Catholicæ priuilegium iudicium, etiam piissimus Imperator Honorius audiens, ac legens, his cos legibus damnatos inter hæreticos haberi debere constituit.

De Homil. S. Augustini.

Lectio vij.

NOlite enim putare quoniã venit soluere legẽ, aut prophetas, non venit soluere, sed adimplere. In hac sententia scriptus duplex est: secundum vtrumque tractandum est. Nam qui dicit non venit soluere, sed adimplere, aut faciendo dicit quod minus habet, aut addendo dicit quod minus habet, illud ergo prius conideremus quod primo poluit. Nam qui vtique soluit quod minus habet, nor magis perficiendo confirmat, & ideo sequitur & dicit, Amẽ dico vobis donec transeat cælũ & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Tu autem Domine.

Lectio viij.

ET bene modius dicitur siue per retributionem mensuræ, quia quisque recipiet, quæ gesit in corpore, vt illic, inquit Apostolus: Recipiet vnusquisq; quæ gessit in corpore, & tanquam de hoc modo alio loco dicitur: Inqua mẽsura mensi fueritis, in eadem vobis: Siue quoniam temporalia bona quæ corpore peraguntur, certa dierum mensura & inchoãtur, & transeunt, quam forte significat modius; æterna verò & spiritualia nullo tali fine coarctantur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Tu autem.

De SS. Felice & Adaucto mart.

Lectio ix.

DIE XXXI.

TERTIA DIE.

Intra Octau. S. Augustini.

Lectio iiij.

SAne tũc in illa Hipponẽsi vrbe Manichæorũ pestilẽtia quã plurimos ciues, & peregrinos infecerat & penerrauerat, seducẽte & decipiente eiusdẽ hæresis quodã presbytero nomine Fortunato, ibide conuersante, atque morante. Interea Hipponenses ciues & peregrini Christiani, tã Catholici quã Donatistæ, adeũt Augustinũ presbyterũ, atque deposcũt: vt illum hominem Manichæorũ

530